¶ Expone literã. *perſonis*. i. prælatis. iuxta vulgare Anglię, vbi ſcribit ſicut in Apullia Abbates, & in prouincia priores. Hoſtien. *Eccleſijs*. ac ſi licita eſſet pactio, eędem eccleſiæ remanerent pro penſionibus oblig. ff. de rudi. l. fideicõ. § tractatum eſt. & § quid tamen. & de vſuf. l. hactenus. Nec ob. ff. de contrahen. empt. l. fi. § fi. quia ibi tantũ perſonalis obligatio interuenitur, & non fuerunt res oblig. Inno. *Extirpandi*: ad quod debet ſemper prælatus intẽdere. de fil. presb. ad extirpandas. de pręben. extirpandæ. de inſti. c. iij. § j. Hoſtien. *Spoliatis*, in bona parte ſumitur. Hoſti. Concordantias vide de reſti. ſpo. conquerente. in prin. Nouel. *Aliâs*. i. alio modo q. d. non ſufficit, ꝙ priuentur eccleſijs, primo neceſſe eſt, ꝙ eis pœna canonica imponatur: vt ſequitur Hoſtien.

1 ¶ † PRIMO quæri põt nunqd auctis reditibus, pẽſio ſit augẽda: vide Ber. hic in gl. ij. q̃ idẽ no. ĩ. de cenſi. ꝓhibemus. ¶ Sol. nõ eſt augẽda penſio, ſi ex diligẽtia clericorũ reditus augmẽtati ſunt, vt hic in. ij. glo. Ber. Secus ſi ex ꝓſpera fortuna, ſecũdũ Tran. Quod intellige, ſi neceſſitas, vel paupertas illius, cui debeť penſio hoc exigat: nec clãculo, ſed palam & publicè fiat capitulo cõſentiente, & iudicis autho. vt. ff. de admi. tut. l. nõ exiſtimo. ĩ. de præbẽ. expoſuiſti. de hu. q̃ fi. à pręb. c. tua. & c. paſtoralis. & vt eccle. bñfi. c. vno. Si verò talis cauſa nõ ſubeſt, burſa priuata nõ replebiť meo iudicio, ſed potius diuinus cultus, qui ſemꝑ eſt augendus. Et ſic loquiť expſſè de conſti. cũ ar. & c. penul. vbi de hoc. Et iunge quod no. ĩ. ti. j. de cætero. Hoſt. idem Hen. remittens ad not. ſua ĩ. de cẽſi. prohibemus. & Collec. inducẽs ad hoc, quod totum periculũ ad eccleſias ſpectat: & ꝙ nec propter defectum is, cui ſoluitur penſio, aliquam faceret recompenſationem remittens ad collecta ſua. de loca. potuit.

2 ¶ † SECVNDO quæri poteſt, quid ſi clericus, cui confertur beneficium. dicit ꝙ nõ recipiet, niſi diminuatur penſio. Et ideò ſibi conferatur, hoc acto, ꝙ penſio minuatur: nunquid eſt ſimonia? nõ videtur quia ceſſat ratio capituli: quia ꝑ hoc non facilius, ſed difficili⁹ ſibi conferť beneficiũ. crederem hoc verum eſſe, ſi principaliter propter hoc non moueretur ſed propter ſeruitium diuinum. & ſecundariò propter augmentum temporalium ex remiſſione penſionis: aliâs ſecus per ea, quæ colligũtur de cele. miſ. c. j. Collec. vide quod dicam. ĩ. c. pactiones. in prima oppoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Decima de penſionibus nunquid ſolui debeat.*
2 *Pactum ſi eſt à lege reprobatum, vel damnatum, eique pœna addatur, aut iuſiurandum quid iuris?*
3 *Seculares & regulares prælatos feudum dare de nouo poſſe.*
4 *Pacta de quibus hic, quatenus valere dicantur?*

¶ CAP. VII.

P Lerique. ¶ Caſus. Etiam rem ſuam locando, vel in feudũ concedendo, non poteſt apponere pactum, per quod iuri parochiali alterius eccleſiæ derogetur. Diuidiť, vt duæ proximę. Secũda ibi: *cum autem*. ¶ Expone literã, *locant*. inquilinis. de lo. c. penul. Hic Collec. format de materia locationum aliquas quæſtiones, de quibus dicam. ĩ. de loca. ¶ Et ibi: *feuda*: hæc ſita erãt in alienis parochijs. Vincen. *Concedunt*. ergo ſeculares & regulares concedunt feuda. de hoc. de feu. c. ij. & in feu. x. coll. Epiſcopum, vel Abbatem. in rub. & nigro. *Parochialium* ſpecialiũ, vel generalium. Nam & totus epiſcopatus dicitur parochia Epiſcopi. de dona. Apoſtolicè. circa prin. In nulli⁹ autem præiudicium, vel fraudem hoc fieri poſſet. de teſta. requiſiſti. de priuil. in huiuſmodi. *Conductores*, domorum. *Eis*, locantibus vel feuda concedentibus. *Sepulturam*, reprobatur hoc. Tum quia talis pactio videtur ſimoniaca. Tum, quia talis videtur electus. ar. xxij. q. iij. conſtituit. xiij. q. ij. c. placuit. § ſed aliud. Hoſti. *reprobamus*. i. non ſeruandum decernimus: quia cõtra Can. xvj q. j. ſi quis laicus. & c. decimas. & c. quæſti. *preceptum*. quod parochialis eccleſia principere debuiſſet. *Parochiali*. in cuius ignorantiam id factum eſt. xxvij. q. j. ſi quis rapiunt. Io. & ĩ. de ſimo. de hoc Vin. *reddatur*. quo ad ſepulturam. dic hodie, vt. ĩ. de ſepul. c. j. lib. vj. & & cle. cupientes. in fi. de pœ. & no. in dicto. c. j. quod hic dicebat Hoſti. ¶ Dicebat etiam hic Hoſti. eccleſiam parochialem poſſe agere contra percipiẽtem, vt hic. & ĩ. tit. j. veniẽs. de præben. dilecto. in fi. de rebus eccle. non alie. ad noſtram. de ſepul. cum liberũ. & c. ſeq. & c. in noſtra. de deci. cum homines. ff. ſi certum pe. l. ſi me & Titium. poteſt tamẽ eccleſia ſi voluerit etiã agere contra illũ, qui ſoluit. ae. xij. q. ij. Apoſtolicos. C. ſi tu. vel cura. l. iij. Fa. quòd no. de re. eccle. nõ alie.

1 ſi quis. ¶ † Notat Hoſti. ibi: *conductores*: decimam de penſionibus ſoluendam. de deci. cõmiſſum. & c. tua nobis. Sed nõ videt Nouella hoc colligi hic, cum locator, non conductor penſionis decimam ſoluat: ſed eſt mens huius literæ, ꝙ perſonales, vel etiam prædiales decimas cõductor ſoluere eccleſię locaret. & ꝙ parochialis, vel prędialis decima fraudabať.

2 ¶ † Secundò no. ſecundũ Inno. ꝙ vbi pactum eſt reprobatum, ſeu damnatum à lege. & hoc modo contra legem non tenet. Et ideò, ſi pœna pacto adiungatur, vel iuramentum, nec tenet pœna, nec iuſiurandum. ff. de pact. l. iure gentium § vlt. & l. fi. ff. de verb. obli. l. ſi ſtipuler. & l. ſtipulatio hęc. Si verò pactum eſt præter legem, non tenet, ſed pœna adiecta valet: vt. ff. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta § alteri. Si verò pactum eſt ſecundũ leg. & pactum tenet & pœna: ita tamẽ ꝙ alterum tantum petat quod velit. ff. de pact. l. receptum § ſi pacto. & C. de pact. l. ſiue ſecundũ eũ. Et hoc no. Accur. C. de pact. l. pacta, quæ contra legem. vbi habes ad plenum in Cyn. de viribus pactorum petendi & non petendi. & iunge quæ ſcribam. ĩ. eo. c. fi. in. v. oppoſitione. ¶ De hoc autem vlti. an ſatis ſit pœnã ſolui, & an eccleſiaſtici viri iſtã petere poſſint? dic, vt. ĩ. de arbi. dilecti. & per Hoſti. ĩ. de pœ. c. ſuam. Et vide quæſtionem de re. iuris bona fides. Hic autem de ſpirituali ad temporale fiebat pactum, quod non licet. ĩ. c. j. ideò autem non valet pœnæ promiſſio in primo caſu: quia non tenet priuile. ideò nec acceſſorium. de fi. inſtru. inter dilectos. in fi. & ĩ. ti. j. c. j. Sed illud æquè faceret contra dictum ſecundum.

3 ¶ † Tertiò no. ſeculares & regulares Prælatos feudum dare poſſe de nouo, ſecundum Collec. Quod intelligit de feudis antiquis, aliâs non: vt. ĩ. de feu. ex parte. Remittit Collec. ad lecta & no. de rebus ecc. non alienandis. c. ij. in fi. lib. vj.

4 ¶ † Quærit Collec. nunquid pacta de quibus hic dicitur, valent ſaltem quoad paciſcentes? & dic, ꝙ glo. & Hugu. videntur tenere, ꝙ ſic. xvj. q. j. ſi quis laicus. licet non valeant quoad hoc quin eccleſia poſſit petere à quolibet poſſeſſore. Nam ex pacto non mutatur tributorum conditio. C. de cenſi. & reli. l. omnis. vt no. Archid. in c. alleg. Nec ob. C. de cenſi. l. apud. lib. x. quia loquitur vbi procur. fiſci vẽdit. ideò non culpa eius, &c. Sed in l. omnes vendit priuatus. Et fa. ꝙ valeant inter paciſcentẽ. ff. de pact. l. epiſtola § pactum. quæ alleg. ĩ. de deci. in aliquibus. in prima glo. Inducit no. Dyn. de re. iuris. nemo. lib. vj. Dicit tamen Collec. ꝙ hic hęc litera in verbo penitus, & ratio præcedens hunc non patiũtur intellectum. Et ad hoc, ꝙ eccleſia habeat hic regreſſum, contra vtrunq; inducit de re eccle. non alie. ſi quis. ad fi. cum ibi notatis. ¶ Supple. glo. in glo. j. ibi: *metuendum eſt*: de hoc. ĩ. de deci. tua ij. in fi. ¶ Et ibi: *valet pactum*. alleg. Hoſti. de contrahen. emp. l. fi. § fi. ff. de vſuf. l. vſufru. legato § hactenus. Aliâs eſt. l. ſi pendentes § ſi quis. ¶ Et in fi. ſa. quod dicam ſecundũ

Vin.j.de cenſi.cum inſtantia.Nouella.

SVMMARIVM.

1 *Pactio quæ in ſpiritualibus permiſſa, & quænam prohibita?*
2 *Renunciatio ſimplex facta parte præſente, quã vim habere dicatur?*
3 *Pactum turpe, an ſit ſeruandum? Et quid de pacto impoſſibili:nu.ſeq.*

CAP. VIII.

PActiones. Caſ. Non valet pactio in ſpiritualibus, vel quę peccatum inducit, vel etiam quæ de iure, vel de facto eſt impoſſibilis. Et primò ponit dictũ, & eius rationem, ibi: *cum in huiuſmodi.* Secundò illud ampliat, & ꝓbat ibi: *quod etiam.* Et ibi, *nam.* ¶ Expone literam. *Spiritualibus.* puta eccſijs, de decimis, mortuarijs & ſimilibus. vt.c.tribus pręceden. Idem de annexis ſpũalibus. de re.permu.q̃ſitum. vbi de hoc Hoſti. niſi forte ſpũale veniret in pactũ ꝑmutationis. de re.ꝑmu.ad q̃ones Inn. *Omnes.* j.q.ij.q̃pio Inno. *De alijs.* ſ.conuentibus. Inno. *Vergunt.* j̃.de iureiur.ſi verò.Inno. *In huiuſmodi.* ſpũalibus, vel annexis. *Pactio.* ſpãlis. & qd ſequitur de cõuentione intelligitur de generali. Nã cõuentionis verbũ generale eſt. ff.de pact.l.j.§ ij. Cõuentionis aũt tres ſunt ſpẽs. ff.e.l.cõuẽtionũ. Goſ. *Omnino.* vt nec tacitè hoc agatur. Quod dic, vt not.de ſimo.c.ſi.Hoſti. *Quòd etiam.* ſ.ꝙ nulli° ſint momẽti. *Detrimentum.* ſupp.ſcdm cano. Nec mirũ.nã & iuxta &c. quod ſic cõtinuatur. Hoſti. *Turpe.* licet non ſit de re turpi: ſed eſt turpe, quia turpiter factũ: vt quia interuenit dolus, vel ſimonia. ff.de pact.l.iure gẽtium.§ dolo.C.de inuti.ſtipu.l.dolo.Inn. Vel eſt pactũ rei turpis, vt verbum ſonat: vt cũ ꝓmitto interficere hominẽ. Inn. Pactum turpe, quãdo id qd ꝓmittitur, licitũ eſt: ſed conditio adiecta facit illud illicitũ: vt promitto.x.hoc licitum: ſi hominem interfeceris, hoc illicitum, vel pactũ turpe in ſe: vt in primo exemplo. vel propter rem turpem: vt in ſcdo. Hoſti. *De iure.* publico. Nam priuato poſſet quis renunciare in ſui præiudiciũ tantum. C.e.tit.l.penul. Ad quod facit quod not.ſ.c.proxi. Allegat Innoc. pro concord. text. ff.de pact.l.iure gentium.§ prætor. & exemplificat, vt quòd conſanguineam ducat in vxorem. *De facto.* de reg.iur.impoſſibiliũ. vt quòd cęlum pedibus corporis aſcendet. Inn.

¶ PRIMO opponitur, videtur enim ꝙ pactio, ſeu cõuentio in ſpũalibus valere poſſit. j̃.de re.ꝑmu.ad q̃ones. de elec. ſignificaſti. de ſeruis nõ or.eo libentius. de pręben.ſignificatum. xxiij.diſt.quãquã. xviij.q.ij. Eleuterius. de condi.appo. verum. de iur.pa.pręterea.
2 ¶ † Sol. Cõuentio inhoneſta, & de re tẽporali facta in ſpũalibus eſt prohibita, vt hîc: ſed honeſta & de re ſpirituali, & aſs licita apponi põt: vt in cõtrariũ ſcdm Hoſt. & Nouellam. Sed qũo cognoſcã quòd ſit huiuſmodi de re ſpũali honeſta, & aſs licita, aut inhoneſta, vel aliàs illicita hoc non dicunt. & ita relinquũt totum dubiũ quaſi in tanta ꝑplexitate & difficultate ſicut ante erat. Præterea i hoc qd ſubdũt de licita, vel illicita. honeſta, vel inhoneſta, ipſi incidunt in mẽbrũ aliud pacti inualidi. j̃.ſequens. Videamus hoc ergo ſolùm, videlicet qualiter ea ſola ratiõe, quia ſuper re ſpũali facta ſic pactio dicatur infecta à iure. & Ber. hîc. Dico igitur tibi, ꝙ hîc ponitur regula, videlicet ꝙ pro ſpãlibus obtinẽdis, omnis pactio, omniſq; conuẽtio ceſſare debet: & ſi iteruenerit nulli° eſt momẽti. Patet de collatione beneficij. ſ.eo.c.accepimus. & c.ſeq. & de renun.ſ.e.cum pridem. Et idem intelligo de receptiõe, acceptatione, ſeu conſenſu: vt ſi cõueniretur cũ electo de pecunia ſibi dãda: vt electioni cõſentiret, ſaluo eo, quod ſcripſi.ſ.eo. vt clerici.in.ij.q. Nam ita conſiſtit ſpiritualitas in acceptando vacationem, ſicut in ipſa vacatione. arg. j̃.de pręben.ſi tibi abſenti.lib.vj. ¶ Fallẽtiæ tamen poni poſſunt. Prima eſt enim cum inter eccleſias de re ſpũali agitur, ſicut de tẽporali, vel ꝓphana: vtpote: tanquã de proprietate: vt videlicet, cũ eſt quæſtio inter duas eccleſias ad quam ſepultura, vel decima certa pertineat, paciſci poſſunt ſuper ea: vt. j̃.eo.c.pactum. lib.vj. Et hoc modo de huiuſmodi ſpiritulibus inuicem poſſunt permutationes fieri inter ipſas: vt. j̃.de ret.permu.c.ad quæſtiões. Et hoc modo dicerẽ, ꝙ ſi eſſet qõ inter eccleſiã & alios clericos, vel laicos, an deberent ſibi decimam ſoluere, aut i ipſa ſepeliri eccleſia: aut ab ipſa recipere alia eccleſiaſtica ſacramẽta ſeu eius ſpirituali iuriſditiõi ſubeſſe: de hoc paciſci poſſet ex cauſa iuris ſolennitate ſeruatã, ex identitate rationis. Secundo fallit, vbi ineſſet actui geſto ex natura ſua, aut ab ipſius inſtitutione, vel ex iuris communis ſtatutis ſeu conſuetudinis diſpoſitione conditio in conuentione deducta: aliâs tamen non improbata à iure. Quod proſequere vt latè deduxi poſt Innoc.ſ.de elect.ſignificaſti in tribus quæſtionib° primis, vbi videas not. ſuper hoc p Henr. Et ita procedũt.c.ſignificaſti. & c.ſignificatũ alleg. Et p hoc deciduntur multæ q̃ſtiones tactę. j̃.de ſimo.nobis ſint. Quas ibi ꝓſequere in diſtinctione Henri. Et hoc intellige etiã ſi diceret paciſcentes, ſe inuicem aliàs hoc fuiſſe facturos, etiã ſi ne pactione pręḋicta. Quod ꝓſequere vt Henri. poſt Nouellã. in dicto.c nobis. ¶ Item fallit in ſacramento matrimonij, in quo interuenit conditio. & cõuẽtio etiã tẽporalis: dũmodo non ſint cõtra ſubſtãtiã cõiugij: aut alias turpes, vel impoſſibiles. j̃.de cõdi.appo.c.ſi. & p totũ. ¶ Item fallit vbi authoritas, vel approbatio ſuperioris ad hoc poteſtatẽ habẽtis, omne viciũ purgans interueniret. Quod dic, vt legit & no.de ꝓb.niſi eſſent. vbi de hoc dicã. ¶ Item fallit generaliter in ſpũalib°, quæ nõ p pſonas, ſed per eccleſias obtinẽtur, & nõ pſonis, ſed eccleſijs imediatè cõferunt: ſicut ſunt decimæ &c. eccleſiarũ iura: vt hîc in verbo obtinẽdis à cõtrario, & dicto.c.pactũ. vnde relinquere poſſem eccleſię totũ patrimoniũ meũ, aut vnã vel duas ipſius decimas cum certis conditionib° & modis etiã ſpũalitatẽ directè cõcernẽtibus: vtputa, ꝙ eccleſia ꝓ aĩabus mei & parentũ meorũ, ſingulis ãnis ꝑpetuo faceret certum officiũ celebrari. ar. ff.de pact. l.in traditionibus. & d.c.ſignificatũ. ¶ Itẽ fallit in ſepultura: quia ſecũdũ quoſdã recipit cõditionẽ: ſed nõ propter hoc recipit conuentionem pręcedentem. vt. j̃.de ſepul.c.aĩarũ.li.vj. Et clemen.j.e.ti. & clem.cupiẽtes.de pœ. Sed ille loquit de conuentione expreſſa electiua ad electionẽ ſepulturę, nõ de tacita, quæ ex acceptatione conditionis per eligentem ſepulturã appoſitæ oriretur. quod decidã in.c.animarum alleg. Qualiter autem infecta pactio inficiat actum ſpũalẽ, cui adijcitur dicam. j̃.de ſimo.c.nobis ſint. & c.ſi.e.ti. & iunge quod ſcripſi. j̃.ti.j.ſtatuimus. in prima oppoſitione.

¶ SECVNDO opponitur, quia hîc videtur innui à cõtrario ſenſu literę ꝙ pactũ ſup alia, q̃ ſpirituali re interpoſitũ, qd nõ vergit in aĩę detrimẽtũ: nec eſt turpe: vel rei turpis: aut impoſſibile de iure, vel de facto: ſemper ſeruãdũ eſt contra quod videtur, quia tale etiam pactum ſi tamen ſit cõtra naturam contractus, non eſt ſeruandum. ff.de preca.l.cum precario. j̃.de preca.c.ſi. vbi de hoc. Et idem ſi ſit cõtra naturam rei: vt. ff.de vſu. & ha.l.p ſeruũ.§ j. & . j̃.de conditio.appoſi.c.ſi.allegatu. ¶ Solutio. dic quòd in contrarijs ſunt etiã alię exceptiones, in quibus nõ habet locũ argumentum à contrario ſenſu, pro eo, ꝙ in cõtrariũ ſunt tex. expreſſi allegati. ar. ei° quod not. Cyn°. C.de epiſco. & cler.l.conuẽticulã. & Nouel.ſ.de elect.publicato. Sed qd dixi de cõtrario & cõtractus, intellige ſi ſit cõtra eſſentialia ſeu formã eſſentialẽ ipſius cõtractus: vt.l.cũ precar. & c.ſi.alle. Secus ſi cõtra accidẽtalia ſeu formã accidẽtalẽ ipſius cõtractus: vt. ff.de pac.l.paciſci.ꝓ ſo.l.verũ.§ j.de re iudi.ſi cõuenerit. Et quod dixi de pac.cõtra naturã rei, intellige cũ ex interuallo adijcitur: vt.l.p ſeruũ.§ j. Aut ſi in ipſo cõtractu adijcit tñ ipi rei in eſſentialib° ſuis cõtrarium eſt. vt.d.l.p ſeruum.§ j.ſ.ij.rñ. Sed ſi in accidentalibus contrarietur, vitiatur. ſed non vitiat contractum: vt. ff.ſi vſuſ pe.l.vti frui.§ j. ſecũdum Henri. hîc poſt Ia.de ra. Pe.de bel.pert. & Cy. C.de iur.emphi.l.ij.ad ſi.iij. quæſtionis. quos ſequitur Bar. ff.de do.cau.mor l.vbi. & plenius dicam. j̃.de con.app.c.ſi.

¶ TERTIO & quaſi eodẽ modo ad idem opponitur. Nam ſi tecũ paciſcor quòd alteri dabis.x. hoc pactũ non eſt hîc damnatũ: & tñ nihilominus nõ valet: vt. ff.de ver.obli.

l.ſtipulatio

l.ſtipulatio iſta §.alteri.&.§ ſi qs alij.Sed ſolue vt ſolui ad op
poſitionẽ ꝓximè ꝑcedentẽ,videlicet ꝙ etiã fallit ibi regula:
pacta ſeruabo.pro eo,ꝙ non valet pactũ,niſi paciſcẽtis in
terſit:vt in cõtrarijs legitur & notatur.Et dic de hoc,vt ſcri
pſi.ſ.eo.c.j.in.iij.q.¶ Et hic poſſes ad materiã iungere quæ
ſtionem do.Raynerij de ſorliuio,quæ incipit:Quidam Ba-
ro.quæ eſt in lib.meo quæſtionũ & repetitionũ in ꝑgame-
no,fo.cij.quam quia nimis vagatur extra materiã & nimis
eſt prolixa etiam,cauſa breuitatis omitto.
¶ QVARTO ad idem opponitur,quaſi etiam eodem
modo.Nam pactũ per quod iuri futuro renunciatur nõ eſt
ſpecialiter hîc damnatũ:& tamen nõ videtur quòd valeat:
vt.ff.quorũ leg.l.j.§.quod ait pretor.in fi.cum multis cõcor.
ibi ſignatis.¶ Solui poteſt vt alia duo proximè pręcedẽtia.
vel dic & melius,quòd in contrarijs nõ loquitur de pacto,
ſed de ſimplici vnius conſenſu repudiatione,aut renũciatio
ne.Et ideò ſi quęras qualiter iuri futuro põt renũciari?dicit
glo.C.de pact.l.j.quòd per pactum renunciari põt iuri futu
ro:vt ibi probatur,ſed non per ſimplicem renunciationem
ſine pacto:vt in contrario.&.ff.de leg.ij.l.ſi ita ſit ſcriptum.
§.ſi ſub cõditione.Et hanc ſequitur Dy.& Bart.in.d.§.ſi ſub
conditione.& eſt arg.j.de ſimo.c.ſi.Et eſt ratio diuerſitatis,
quia pactum nititur conſenſu duorũ, renunciatio cõſenſu
vnius tantũ.ideò maioris valoris eſt pactum,vt not.gloſ.in
d.l.j.Ex quo ſequitur quòd pactum cõtra voluntatẽ defun-
cti fieri non poſſet coniungendo ibi gloſ.cũ tex.quod tamẽ
non ꝓcederet ſi pactum eſſet prohibitũ per defunctum ali
cuius fauore.Nã tunc illo volẽte valeret.C.de fideiuſ.l.quo-
ties.vt no.Ber.in.d.l.j.¶ Verum quod dicit glo.per repudia
tionem,ſeu renũciationẽ ſimplicẽ ſine pacto poſſe tolli ius
futurũ,intelligit Iaco.de Are.cũ ſimpliciter quis renunciat
iuri futuro,abſente aduerſario.Nã ſi eo præſẽte renũciaret,
haberet vim pacti & valeret:vt.ff.de pact.l.tale pactũ.Et ita
intelligit.ff.de cura.bo.dan.l.j.Sed Pe.de Bel.ꝑti.dicit,ꝙ cũ
eſt tale ius in cuius acquiſitione interuenit volũtas duorũ,
ſicut qui agunt inter viuos tũc,ſiue ſit ius pñs,ſiue futurũ,
requiritur conſenſus vtriuſq; in diſſoluendo,ſicut in con-
trahendo:vt.ff.de re.iur.nihil tam naturale.Sed ſi vnius ſo-
lùm voluntate nitatur,ſicut in vltima volũtate eſt:tunc iu-
ri præſenti renũciari poteſt:vt.ff.ad leg.aqui.l.proinde. Sed
ſi futurum eſt illud extra iudiciũ ſimplici renũciatione,nõ
tollitur:vt.§.ſi ſub cõditione.Secus ſi in iudicio:vt.ff.de ac-
qui.here.l.in prelium.ad finẽ.& no.e.ti.is qui.ff.de cura.bo.
a dan.l.j.¶ †Placet tamen Cy.C.de pact.l.j.qui ibi pręmiſſa
recitat in oppoſitione ſecunda,ꝙ ſimplex renũciatio facta
pręſente parte,habeat vim pacti,& futurum ius tollat:quia
tacita voluntas pro expreſſa habetur,cum de ſuo cõmodo
tractetur.ar.ff.man.qui patitur.inducens notã.j.de re.iur.
qui tacet.lib.vj.&.C.e.l.penul.Cui ſatis aſſentit Iaco.de Bu
trig.quia cùm de fauore tractatur,ſi nõ valet,vt ago.valeat
vt valere põt.ff.de accept.an vtilis.Ideò & dicit,quòd ideò
renunciatio ſimplex operatur de natura ſua ſuper iure pręſ-
ſenti,& non ſuper iure futuro:quia renunciare eſt aliquid à
ſe abdicare,quod habuiſſe pręſupponit.ar.ff.de condi.& de
mon.l.Titio vſuſfructus.Et quia in futuro nõ cadit velle:&
ꝑ cõſequẽs nec nolle.ar.ff.de re.iur.eius eſt velle. Item,quia
verba ꝓlata ſcdm pręſens tẽpus operãtur ſcdm illud ſi poſ-
ſunt.& ſi nõ poſſunt:nõ operãtur ſcdm aliud.Et hinc eſt,ꝙ
verbum pręſentis temporis non porrigitur ad futurum.vt
ff.de au.& arg.leg.l.ſi quis ita.de ver.obl.ſi à colono.de ver.
ſig.verbum erit.Modo verbum renũciationis ſonat in pręſ-
ſens,& verbum pacti in futurum.igitur ſecus in renuncia-
tione ſicut in pacto.¶ Item circa dictum Pet.de iure quæſi
to conſenſu duorũ.dicit But.quòd illud intelligitur de iu-
re reſidente apud duos,quod non ponitur,niſi conſenſu am
borum,ſubaudi directè.& ita non per renunciationem,ſed
per pactum ſolòm,directè tamen:vt dixi:vt.l.Pompo.ſcri-
bit.&.l.ſeq.ff.de neg.geſt.ſed bene per indirectum tollitur
conſenſu vnius ſolùm:vt.ff.de ſolu.l.ſolutione.Sed ſi nõ rę

ſidet apud duos,ſed apud vnum tantum,ſicut dominiũ,illi*
ſolius conſenſu applicari poteſt:vt.ff.pro derelic.per totũ.
Certum eſt autẽ de eo,quod ab vnius ſolius voluntate pro-
greditur,& in vnius ſolius perſona reſidet,illius repudiatio
ſola tollit,ſi præſens ſit.Patet in legato,quod non depẽdet,
niſi à volũtate teſtatoris.ff.de leg.ij.l.cum ꝓpater.§.ſurdo.&
reſidet ſolum in legatario.Nec obſt.§.quod ait pretor.quia
ibi ratio eſt.ne conſenſus ante aditam hereditatem pariat
materiam delinquendi.Nam ſi heres poſteà non adiret,re-
periretur legatarius rem aliená ꝓpria authoritate apprehẽ
diſſe:& ſic delinquiſſe,ſcdm But.Verũ in.d.§.quod ait pręte-
tor.dicit Bar.aliter ad dictũ.§.ſolui poſſe quia verba edicti
illius,requirunt ꝙ ad eum , qui conſentit res pertineat pro
eo,quòd non eſt ibi renunciatio vera,ſed patiẽtia ſimplex
vel conſenſus non habẽs vim renũciationis in eo,ad quem
res pertinet.Item ad.§.quod ait.Aliter ſoluit Iaco.de ra.d.ꝙ
ibi non cõſenſus eſt animo paciſcendi,ſeu ſe obligãdi.Dyn.
verò & Ioã.fa.dicunt.quòd ibi loquitur de tacito pacto,qd
ad talem repudiationẽ non ſufficit.Sed iſtud obuiat nimis
prædictę deciſioni Iaco.de Are.& Iaco.de But.qui volunt
renũciari poſſe iuri futuro,pręſente parte in vim taciti pa-
cti.Ideò ſta cũ ſolutione But.Dicit hîc Collec.eſſe expreſ-
ſum de iure iſto,quòd renũciari põt iuri futuro.de renũ.c.
ſanè.&.c.veniens.de reſcrip.ad audientiã.Fa.quia ius futu-
rũ cõcedi põt.de conceſ.præb.c.ij.de re iudi.Abbate.li.vj.
Gof.& renunciari.j.de reg.iur.c.j.¶ Item probat per hoc,
quia ſi in abſentia debitoris mei faciam pactũ,vel promit-
tam,quòd non petam debitum,quod ex tali cauſa mihi de-
betur,valet:vt patet ex lectis.& not.ſ.eo.c.j.Ergo multò
fortius iuri competituro renunciatur abſente parte:quia fa
cilius impediuntur contrahenda,&c.de iureiur.quẽadmo-
dum.¶ Dicebat Io.Rolandi tunc licenciatus Aurelianeñ.
legẽs dictũ.§.quod ait.nunc verò doctor & Eps Ambianeñ.
dans pro regula,quòd ſuper futuro iure poſſum actum ge-
rere pro nunc,vt tunc teneat,& mihi pręiudicet:cũ futurũ
factum fuerit pręſens.Et ſic loquitur.l.ſi fundus.§.alienam.
ff.de pig.act.& de verbo.obli.l.ſi rem meam.&.C.de pact.
l.j.Sed ſi volo facere actum ſuper iure futuro,vt pronũc te-
neat:nec mihi nunc præiudicat:nec tunc recõualeſcet.Sub-
audi ſi ſolum proceſſit ex ſimplici volũtate.Sic loquitur.ff.
quod cum eo.l.pe.Nec ſufficit hoc caſu cõſenſus duorum,
ſeu vni* repudiatio facta præſente altero,quicquid dixerit
Iaco.de Are.& Butri.pro eo,quòd pactum requirit animũ
paciſcendi vltra conſenſum ambarũ partiũ ſcdm eum. Sed
licet dicta iſtius dñi aures mulceant,tamen nil ſecurũ effe-
ctualiter agunt.Regulę enim datę ꝑ eum,relinquũt intactũ
id,de quo ſolum principaliter dubitatur,videlicet per quẽ
modũ poſſum ſuper iure ſic actum de pręſenti gerere,ꝙ va
leat î effectu,dũ futurũ factũ erit pñs:an videlicet ꝑ renũcia
tionẽ,ſeu repudiationẽ ſimplicẽ fieri hoc poſſit ſine pacto.
¶ Præterea id in quo diſcedit à Ia.de Are & But.nõ placet:
qa renũcians ꝑnte illo,cui ex ipſa renũciatiõe vtilitas prin-
cipaliter quæri debet:videt renũciare velle in fauorẽ ei*,&
aio illi donationẽ faciẽdi.ar.ff.de re.iur.cui* ꝑ errorẽ.iũcta
l.ſi mulier.ff.de condi.ob cau.iunctis his,quæ ſcripſi.ſ.eo.
cum pridẽ.in.ij.oppoſitione,quæ bonus repetans hîc reci-
tare haberet.Quid ergo dicẽdũ?finaliter dico,ꝙ aut loqui-
mur de pacto,aut de ſimplici renũciatione ſeu repudiatiõe
ſiue pacto. Si loqmur de pacto,aut loqmur de pacto ſpẽli,
aut de pacto gñali.Si de ſpẽli:tũc aut in pactũ deducit renũ
ciatio vt pronũc valeat.& tunc nec valet,nec poſtea recõua
leſcit:quia ſup illo,qđ nõ eſt,fundari non põt aliqua diſpoſi
tio de pſenti.Nec anteq̃ res eſſe incipiat,deſinere põt:vt.d.
l.Titio vſuſfructus.&.ff.de iniuſto irri.rup teſta.l.v.§.j.cum
concor.Nec hîc eſt diſtinguendum de præſentia,vel abſen-
tia:quia de natura omnium factorũ eſt,quòd requirũt præ
ſentiam veram,vel fictam,vt dixi.ſ.e.cum pridem.oppoſi-
tione.ij.Aut vt pro tunc valeat:& tunc ſecus.Et ſic proce-
dit.C.de pactis.l.ij.& Collect.x.ſi de feud.mi.controuer.

ſu.c.moribus.Et ita in hoc ſequor dictū Io.Rolādi.Si verò.
loquimur de pacto generali,tunc aut ex cā anteriori cōpe-
tat ius aliquod,ſiue ſpes de pñti ad illud futurū in diē cer-
tum,vel incertū,aut ſub cōditione qualibet cōſequēdi:aut
ad illud non competebat aliquod tale ius,ſiue ſpes ex cauſa
anteriori.& primo caſu cōprehendi poſsit ſub pacti genera
litate renūciationē generalē continēte,tale ius,ſiue ſpes.&
per cōſequens præiudicare in iure ſuturo.Secūdo verò caſu
ſecus.pro quo.ff.de trāſact.l.qui cū tutoribus.§ fi.ſcdm vnū
intellectū.&.ff.de libe.lega.l.poſt emācipationē.Et iſtā do-
ctrinam poſuit Bar.ff.de ver.obl.l.qui Romæ.§ duo fratres.
in ſolutione primi cōtrarij.& in.vj.q.ff.de cōdi.ob cau.l.qd
ſeruus.in fi.Pro quo ar.ff.de ſta.lib.l.j.&.ij.&.ff.de pac.l.tres
fratres. ¶ Si verò de ſimplici renūciatione ſeu repudiatiōe
loquimur:tunc poteſt etiā fieri diſtinctio.ī.proxima: quia
tunc ſi tale ius ſit eſt oīno futurū,ꝙ ex cā anteriori ad illud
nō cōpetit ſpes,ſeu ius aliquod de pñti,nō valet ſimplex re-
nūciatio ſeu repudiatio illius iuris ꝑ prædicta.& in hoc ſa-
tis concordāt oēs.Sed ſi ſit tale ius futurū ad quod etiam de
præſenti ex cauſa anteriori competat aliquod ius iam for
matum,ſeu aliqua ſpes:& tunc aut renūciatur,ſeu repudiaſ
illud ius futurū,& nō pōt,vt.§ ſi ſub cōditione.alleg.Aut re
nunciatur illi ſpei ſiue iuri ad rem,quod ex cā anteriori cō-
petit iam ad illud ius futurū:& tunc valet & præiudicat in
iure ſuturo,ſi contigerit caſum futurū deduci in pñs.& ſic
procedūt,q̄ ſcripſit hic Collec.& q̄ legiſ & not.de elec.ſi ele
ctio.li.vj.& de reſcrip.grā.in cle.ſpes enim hoī cedi & dona
ri pōt:vt.C.de dona.l.ſpē.vide etiā q̄ ſcribā.ĩ.e.c.quāuis.lib.
vj.in.ij.q.principali.&.ĩ.ti.j.c.j.in prima oppoſitione.

¶ QVINTO opponitur ad idē,& eodē modo:quia pa
ctū cōtinens pœnalē ſtipulationē hic non dānatā,vt videſ,
nō valet,vt.ff.de ver.obl.l.hoc modo.&.l.ſi homo mortuus.
¶ Sol.ibi principalis cōuentio,ſeu principale pactum erat
reprobatum à lege:quia impoſsibile de natura,vel de iure.
& ideo nō valebat.vnde nec mirū ſi nec acceſſoriū.i.pœnæ
adiectio ibi erat inutilis.ar.C.de legi.l.nō dubiū.&.ff.de re.
iur.cū princip.&.c.acceſſoriū.eo.tit.lib.vj.Alter autē vale-
ret pœnalis ſtipulatio etiā ſi principalis cōuētio nō valeret,
pro eo ſolū,quia eſſet præter legē.i.omni legis auxilio deſti
tuta:vt inſti.de inuti.ſtipu.§ alteri.Et fortius ſi vtrūq; eſſet
ſecūdū legem,vt.ff.e.l.reſcriptū.§ ſi pacto.ar.ff.de ver.obli.l.
ſi ex legati.& de pact.l.vlt.cum ibi alleg.& ſcripſi.ſ.c.proxi-
mo.in.ij.notab.poſt Inno.Et hoc verū,qn̄ ſtipulatio pœna-
lis incipit à præcedēti cōuentione,ſed ſi inciperet à cōditio
ne:tunc ſi affirmatiua & impoſsibilis idē.ar.ff.de ver.obli.l.
impoſſibilis.j.rñ.Sed ſi negatiua talis,cuiꝰ affirmatiua eſſet
impoſſibilis ſecꝰ:quia tūc cōditio negatiua eſſet neceſſaria,
quæ reddit actū purū.vt.d.l.impoſſibilis.ij.rñ.&.e.ti.l.in il-
la ſtipulatione.Niſi eſſet talis conditio ꝓpter quā inuitareſ
qs ad delinquendū,vt.l.ſtipſo hoc modo.&.l.ſi homo mor-
tuus.alleg.ar.ff.de cōdi.inſti.l.ſi quis ſub cōditiōe.§ ſed ſi ſub
iuriſiur.cōditiōe.licet añt cōditio neceſſaria ſaciat,vt dixi,
actum cui inſeriſ purū.ff.ſi cer.pet.l.cū ad præſens.cū.l.ſeq.
Hoc verū quoad obligationē:differtur tamē in cōtractibꝰ
executio vſq; in diem euenītē,ſi tēpus habet annexū:vt.ff.
de noua.l.ſi pupillus.§ ſi ſub cōditiōe.cū ibi no.&.d.l.in illa.
j.rñ.ff.de ver.obli.Sed ſi tp̄s nō habet annexū:tunc eſt pura
etiam quoad exactionē:vt.d.l.in illa.in fi.&.l.impoſſibilis.
In inſtitutione verò hæredis,ſi non habet tempus annexū,
pura eſt in totū:vt.ff.de hæred.inſti.l.ſeruū meum.§ j.Et idē
ſi habet tempus certū annexum:quia tunc detrahitur adie-
ctio temporis.ff.de hære.inſtit.l.hæreditas.& inſti.de hęre.
inſti.§ hęres.Fallit tamē in milite.vt.ff.de mili.teſta.l.miles
ita.&.l.in fraudē.§ pen.&.C.de teſta.mili.l.certi.Sed ſi tem-
pus adiectū eſt incertū,æquiparatur cōditioni,& expecta-
tur,vt.ff.de cōdi.& demon.l.dies incertus.Et ideò nō con-
ferſ in diem certum:quia arguitur de tēpore ad res.ff.de mi-
li.teſta.l.miles ita.Sed pro parte bonorū ſolùm quis nō pōt
decedere inteſtatus:vt legitur & not.ff.de hære.inſti.l.j.§ ex
fundo.&.l.quoties.§ ſi duo.&.l.ex facto.&.C.de hære.inſti.
l.quoties. Ergo pari ratione in tp̄e.Sed dies incertus æqui-
paratur conditioni: vt dixi.Et eius exiſtētia retrotrahiſ.&
ſic inſpecto retrotractu ſemꝑ videſ fuiſſe hæres.vt.ff.de te-
ſta.mili.l.quod diciſ.in prin.& de acqui.hær.l.hæres.In lega
tis autē pōt idē dici,quod in cōtractibꝰ per iura alleg.Hen-
ri.quę nūc nō ex aīo,quia pręſentē materiā nimis excedunt.

3 ¶ † SEXTO opponitur quia videtur,quòd pactum tur
pe ſit ſeruādū:vt.ĩ.de iureiur.c.debitores. ¶ Sol.cùm quæri-
tur,vtrum pactum turpe ſit ſeruandum,dic quòd ſi eſt tur-
pe turpitudine indecentiæ reſpectu perſonæ,non tamē re-
ſpectu boni moris:vt pactū de curādo cloacas,vel portādis
ſtercoribus in agro meo:bene valet ſcdm Hoſti.hic.Aſs au-
tem tunc ſi ex parte ſtipulātis,ſeu recipientis tantum turpe
ſit,nec interuenit iuramētum,licet valeat ipſo iure,tamen
nō eſt de neceſſitate ſeruandū:quia obſtat exceptio.ĩ.de iu
reiuran.debitores.j.rñ.C.de inuti.ſti.l.dolo.ff.ſol.mat.l.alia
cauſa.§ elegāter.iuncta.ff.de re.iudi.l.nō tantū.& quod no.
Hoſti.e.de ſolu.Odoar.in fi.Sic intelligitur quod ſcripſit hic
Hoſti.dicens,quòd vbi id quod promittitur eſt in ſe hone-
ſtum,& honeſtè promiſſum,quāuis turpiter & inhoneſtè
exigatur,valet.ĩ.quod me.cau.c.pe.de cōuer.cōn.veniēs.&
c.dudū.niſi iniquatum alij præiudicat.ſ.c.proximo.&.ĩ.de
arbi.c.cū tp̄e.Sed ſi interuenit iuramētum ex parte promittē-
tis,ſeruādum eſt:ſed competit poſt repetitio:vt.d.c.ſi debi-
tores.§ ſi verò.&.ĩ.quod me.cau.ad aures.&.c.ad audientiā.
Niſi ſuperior ſuper hoc diſpenſet:vt legitur & not.ĩ.de iu-
reiur.c.j.&.c.debitores.Quod pōt & Eps,vt no.Inno.& Ho
ſti.in.c.debitores.Pro quo.xv.q.vj.c.j.&.ij.licet Specula.vi-
deatur tenere contrarium tit.de legato.§ nunc oſtendendū.
ver.xxiiij.vltra dimidiam col.Sed ſi iuraſſet ſolus ſtipulans,
non ligat debitorem.per.c.debitores.§ ſi verò à contrario.
ar.ĩ.de pręſump.nōt.in e.cum ibi alleg.Et quia iuramentum
eſt perſonale,& non ligat niſi iurantem.ĩ.de iureiur.verita
tis. ¶ Iuramētum verò turpe ex parte vtriuſq; nullo modo
eſt ſeruādum,vt hîc,&.ĩ.eo.tit.j.cōſtitutus.Et hoc ſiue dicatur
turpe,quia ſuper re turpi:vt.ff.de ver.obli.l.ſi ſtipuler.&.l.
gñalr.&.l.ſeq.& de pact.l.iuregētiū.§ ſi paciſcar.Siue,qa ob
turpem cauſam interponitur ſcdm Accur.& Dyn.vt.ff.de
ver.obli.l.ſi plagij.licet Iac.de Ra.& Pet.de Bel.ptī.teneant,
ꝙ valet hoc caſu vltimo pactum ipſo iure,licet obſtet exce-
ptio per.l.ij.§ ſi quis.ff.de doli excep.Et quod dicit lex alleg.
ſi plagij.ab initio non valet:exponunt ipſi,verum eſt cum
effectu.Sed Dy.exponit ipſo iure:& melius:vt videtur Hen
ri.Pro opinione Iaco.& Pet.ta.ff.de condi.ob turp.cau.l.pe-
nul.tamen Barto.in.d.l.ſi plagij.tenet opinionem Dyn.vbi
vide:quia magis placet:quia magis amica videtur canoni-
bus:licet Cy.videatur ſequi opinionem Pet.C.de condi.ob
cau.tur.in rubrica vbi de hoc per glo.

4 ¶ † SEPTIMO opponitur,quia videtur,ꝙ pactū im
poſſibile teneat:vt.ff.de verb.obli.l.inter ſtipulantē.§ ſacrā.
& inſti.de le.§ qui res aliena.Ecce,ſi loqueris de impoſſibili-
tate.ſ.perpetua:tunc non valet:vt Inſti.de inuti.ſtipu.§ j.&
ff.de verb.obli.l.ſi ſtipuler.& de reg.iur.l.impoſſibilium.Se
cus tamē ſi temporalis:ſed tunc expectatur euentus poſſibi
litatis:vt in cōtrariū,niſi ſit contra bonos mores:vt.d.l.ſi ſti
puler.&.ĩ.de vo.qd ſuper his.Si verò eſt impoſſibile de iu-
re:tūc nō valet,vt hîc &.ff.de ver.obli.l.gñaliter.&.l.veluti.
Et hoc certū,cū eſt cōtra legem naturalē,vel diuinā,vt iu-
ribꝰ allegatis.&.ff.de pact.iura ſanguinis.&.xxij.q.v.iurauit.
&.c.in malis promiſſis.&.c.non ſemper.cum ibi not.Et idē
ſi contra ius canonicum vel ciuile,ſi publicum ſit,& indu-
ctum in fauorem totius vniuerſi.vt.ff.de pactis.l.ius publi-
cum.&.l.iuregētium.§ ſi paciſcar.cum ibi notatis.Sed ſi cō-
cerneret iura ſingularū perſonarū,& tamen prohiberetur
interponi per legem,adhuc idem:vt.C.de vſur.l.eos.&.§ j.l.
vlti.C.de pactis.Aliter autem valeret,licet contra legem pa
ctum tamen non prohibentem: vt.ff.de pactis.l.paciſci.&
C.loc.l.circa locationes.vbi de hoc.& quod notat gloſſ.&
Pet.&

Pe.& Cyn.C.de iure emphyte.Secus tamẽ in reſcrip.q͞a nõ
valent contra legem.C.de preci.impera.offe.l. reſcripta. Et
eſt ratio:quia quantum ad reſcripta,lex habet clauſulã dero
gatoriã:vt.d.l.reſcripta.&.xxv.q.ij.reſcripta.Sed quoad pa-
cta habent clauſulas pmiſſorias.C.e.l.penul.¶ Qñ aũt pa-
ctũ dicatur turpe,vel res turpis,vel impoſſibile de iure,vel
de facto,de quo hic per Ber. & Hoſti.vide plenius in ſum-
ma.e.ti.§ quæ ſint diuiſiones pactorũ.& de cõdi.appo.§ quę
conditio.Henri.¶ Hoc aũt(qualiter impoſſibilitas,vel dif-
ficultas impediat actũ in contractibus,vel vltimis volunta
tibus)habet altiorẽ indagationem:de quo tñ per Bar.ſatis ple
nè notatur.ff.de verb.obli.l.continuus.§ illud.Et aliquid ẽt
per eũ.ff.de cõdi.inſti.l.j.& de leg.j.l.ſi mihi.§ ſi quis ſeruos.
& per gl.ff.de ſta.lib.l.cũ hęres.§ j.& inſti.de hęre.inſti.§ im
poſſibilis.vbi de hoc per Io.fabri.& per Ber.de cõdi.appo.
c.fi.& per ſcriben.alios.ff.de verb.obli.l.impoſſibilis.& per
Dy.de re.iuris.nemo põt.li.vj.vbi hoc decidã.Et vide etiã
quo ad hoc quod legiẽ & notaẽ.ff.de hære.inſti.l. ſi Titius.
vnde in dicta regula,nemo poteſt.decidam id q͞d tangit hic
Collec.an vitiũ taliũ conditionũ turpiũ & impoſſibiliũ vi
tiet actum.Quod tñ placet hic Collec.Sed dicit fallere in
matrimonio carnali,vbi in fauorẽ matrimonij pro nõ ad-
iectis habentur.de condi.appo.c.fi.Dicit tñ,ꝙ matrimoniũ
ſpirituale,vt electionẽ & collationẽ vitiare:ot.de electione.
c.in electione.li.vj.Sed cõditiones ſubintellectæ ibi nõ vi-
tiant:vt ibi no.Compoſtel.ar.de pręſump.dudũ.& de præſ.
ſignificatũ.¶ Quid tñ in ingreſſu religionis,remittit ipſe
ad no.de condi.appo.cũ ſit propriũ, & materiã extrauagã-
do etiã quærit vtrũ per pactũ de nõ petendo tollaẽ obliga-
tio naturalis ipſo iure. quod tenet Card.j̃.de lit.cõteſt.c.j.
li.vj.vbi de hoc dicã.de quo per Cy.C.e.l.pacta,quę in prin.
vbi de pactorũ viribus tractatũ inſerit.De quo per Io.de cõ
ſecra.di.iiij.c.ij.dicã j̃.de lit.cõteſt.c.exceptionis tractatu pri
mo.q.ix.&.x. ¶ Sup.gloſſ.in gl.j.ibi:*iacte*.Pe.exẽplificat per
decretalẽ cũ ad noſtrã.&.c.ſe.ſ̃.de elec.in gloſ.ij.in fi.&.j̃.de
re.iuris nemo poteſt.li.vj.

De tranſactionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Lis ſi oriatur inter legitimũ ac ſcriptum hæredem,ac deinde tranſ*
actione finiatur, an hæreditarij debitores cõueniri debeant?
Et quid ſi dubitetur,habeat ne lo.um teſtati cauſa,an inteſtati?nu.ſeq.

Ontinuata eſt hæc rubrica p id q͞d
dixi. ſ̃.in proxima.Ad
materiam fa.l.iiij.diſ.generalis.j.q.ũ·.eã,quę.
v.q.ij.ſi primates. xvj q.vij.decimas,q̃s.xxiij.
q.iiij.ſi illic.Cõuenit rubric de off.dele.ſi qñ.
de collu.audiuimus.de pcu.qui ad agendum.& de lit.cõteſt.
a c.j.li.vj.Nouella.Nunc ſ̃ collocare poſſum.q.Iaco.de Bello-
uiſu,quæ incipit:Cõtrouerſia.Si inter hæredem ſcriptũ &
legitimũ lis orta eſt,& tranſactione finita,à quo debitores
hæreditarij debeant cõueniri,iuxta.l.cõtrouerſia.ff.e. vnde
dic,ꝙ ſi legitimus dicebat teſtamentũ rũpendum,& tranſ-
egit,quia nõ eſt deducta cauſa ad inteſtatum:certum eſt,ꝙ
ſcripto & in ſcriptum hęredem cõpetunt actiones,& econ
tra,ſi ſcriptus à legitimo petens pro re tranſegit ſingulari le
gitimo & in legitimum &c. quia ſequuntur vniuerſalem
ſucceſſorẽ.ff.ad Trebel.l.j.§ ſi hæres.C.de ſen.pa. ſi debitor.
inſti.de fideicõ.hære.§ ſi qs vna.& vbi quiſq; per tranſactio
nẽ habuiſſet de hæreditate,habuiſſet certã quotã,cuilibet,
2 & in quẽlibet pro rata.&c.vt.l.cõtrouerſia allegata. ¶ † Et
cũ dubitatur an locum habeat cauſa teſtati,vel inteſtati:di
cit æquũ,ꝙ pro rata debitor hæreditarius conueniatur ab
vtroq;.ar.d.l.cõtrouerſia.Cuiꝰ rõ gualis eſt,licet ſolũ de cre
ditore habeãt verba legis,de rigore tñ dicit,ꝙ debitor nulli
in tali dubio reſpõdere teneẽ.ff.de vſuf.l.ſed & ſi quis ſtipu-
leẽ.in fi.de arbi.non diſtinguemus.§ ſumma.Nõ em̃ reſpon-
debit reus actori non plenè ſuam intentionẽ fundanti.C.de
proba.l.actor.Licet enim quis nõ poſſit decedere pro parte
teſtatus,& pro parte inteſtatus,dubitari tñ poteſt,an teſta-
tus,vel inteſtatꝰ deceſſerit.Et potuit eſſe quęſtio inter ſcri
ptum & legitimum,tñſactione ſopita,& adhuc dubiũ re-
manere.& ſic de æquitate quilibet ꝑ parte admittaẽ benefi
cio.d.l.cõtrouerſia.Et ſic recitat Io.and.in addit ſ̃ oibꝰ Spec.
e.ti.poſt pi in.Sed vide quod not.in.d.l.cõtrouerſia.per glo.
But.Bar.& Nicotũ:quia etiam optime eſt gloſſata.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactiones ſalubres.Et tranſact.deciſionem appellari.*
2 *Tranſactione,an legis beneficio renũciari poſſit?Item & priuilegio*
3 *Renunciatio,ſeu tranſactio generalis,an prætextu inſtrumẽtorũ poſt-*
eà repertorum,impediatur,vt reſtringatur?& nu.5.
4 *Confirmatio Papæ,quid præſtet?& nu.10.*
6 *Tranſigẽs generaliter,an dolum remittere dicatur?Et quid ſi obli*
gationem remiſerim,cum rem meam poſſideres?& nu.7.
8 *Tutor, an pupilli nomine iniuriam patri factam gratis remittere*
queat?
9 *Pacta nouiſſima num prioribus derogent?Et ibidem in hoc ſubdi-*
tur regula.

¶ CAP. I.

Icut graue.¶ Atteode,quia ſubſcri
ptio *Grego*. ix. falſa eſt
fuit ergo.xj.vel citerior:quia octauus ſecutus
fuit Alexandrũ tertiũ,cuiꝰ ſunt capl'a ſeq.ſe-
cundũ Nouel.quã vide poſt Hoſti.de collu.
detegẽ.c.crimina.ſup illa gl.¶ Caſ.Inſtrã & alia iura partiũ
contraria trãſactione tollũtur. Et prima pars decernit:ſcda
ſupplet,ibi:*&* *ſi quid*.¶ Expone literã.*deciſionem*.i.trãſactio
nẽ.*inſtrumenta*.largè cõprehẽdit etiã atteſtatiões.de teſti.co.
puenit.*præſcriptione* hoc intendit,ꝙ nõ obſtabit pſcriptio.
Pactorum.trãſactionaliũ:vt faciat ad titulũ.*Nunc habitorum*.
putat Hoſti.ꝙ longo tpe litigarẽt partes ſup diuerſis articu
lis,& diuerſæ iniæ latæ,& diuerſæ cõpoſitiones factę.ita ꝙ
cõfuſum & multũ intricatũ erat negotiũ. Vnde olno nunc
negotio volũt finẽ imponere:vnde caſſanẽ oĩa pręterita:&
huic ſoli trãſactioni ſtari mãdatur.vnde Pet.& Abb.ponũt
exemplũ in Epo qui à monaſterio vẽdicabat ep̃alia iura.cõ-
tra quẽ Abb.allegabat pſcriptionẽ & priuilegiũ exẽptionis
in totũ,vel ſup certis iuribꝰ.*Cur*.ſ.trãſactioni,vel ipſiꝰ pagi
nę.*Incuria*.i.minus bona cura,vel negligẽtia.& hoc reſpicit
factũ.*Imperitia* quo ad ſolẽnitatẽ:imo etiã quo ad ſubſtãtia-
1 lia,ſcdm Inn.dicã poſteà. ¶ † Primo no.ibi,*ſalubrẽ*.ſalubres
eſſe trãſactiones p quas litibꝰ fines imponũtur:quia litis pẽ
dẽtia interdũ pendere facit,interdũ impedit ſalutẽ alæ. Et
ideo prætor cõmẽdat laudabile votũ execrãntiũ lites.ff.de
alie.mu.iudi.cau.fac.l.iiij.§ põt.Hoſti. ¶ Secũdo no.ibi: *deci*
ſionem.tranſactionẽ deciſionẽ appellari:nec mirũ,quia,trãſ-
actione interueniẽte,in his oibꝰ ceſſant auxilia ſequẽtia.&
a ideo impedit lit.cõteſtationẽ.de lit.cõte.c.j.li.vj.¶ † Tertio
no.ibi:*lege*.poſſe renũciari p tranſactionẽ beneficio legis:vt
puta falcidię q̃ promittit hæredi inſtituto deducere quartã
de ſingulis legatis.vñ ſi hîc inſtituta erat eccl'ia,ceſſabit hęc
lex:vel.l.ſi quis argentũ.C.de dona.aut alteriꝰ ſimilis,ſcdm
Inno.vel intellige de lege diœceſana ſecũdũ Pet.vel de iure
cõi,ſcdm Ber.in gl.j.quod plus placet,Hoſti. ¶ Quarto no.
ibi:*priuilegio*.p trãſactionẽ poſſe renũciari priuilegio.quod
intelligit Innoc.ſiue priuilegiũ ſit in corpore iuris clauſum
ſicut illud quod præſtatur vxori i tacitis hypothecis.C.qui.
po.in pig.hab.l.aſſiduis.vel ꝙ nõ valet alienatio rei eccleſia
ſticę immobilis,forma nõ ſeruata.x.q.ij.c.ea em̃.§ hoc ius:ſi
ne nõ ſit clauſum,ſcdm Hoſti.de quo tñ nõ iudicaẽ,nõ vi-
3 ſo ipſiꝰ tenore.de priui.porro.¶ † Quinto,no.ibi:*ſit vacuũ*.
ꝙ ptextu inſtrorũ poſteà reptorũ nõ impediẽ nec reſtringiẽ,
ſed gñaliter in oibꝰ obtinet.& præiudicat trãſigẽti renũcia
tio,ſeu tranſactio gñalis:vt in ſcda glo.Ber.¶ Sexto no.ibi,
nunc habitorum. nouiſſima pacta duntaxat valere:vt in.iij.
gloſſ.Bern. ¶ Septimo not.ibi:*obtineat*. qualiter tranſactio

debet obtinere perpetuum robur.de quo in.iiij.gloſ. Ber.
4 ¶ †Octauo not.in fi.q̃ confirmatio Papæ validat ea,quæ
ſunt ipſo iure nulla.de quo in vltima gl.Ber.
¶ PRIMO opp.contra quintum notabile,de.l.licet.C.de
5 iud.&.l.ſi de certa.C.de trāſa.† Ecce ꝑ diſſolutiōe iſti⁹ oppo
ſitionis & expeditionis materiæ gl.icdæ.Ber.& gl.priç Inn.
& gl.iij.Hoſt.cū q̃ritur,qualr gñalis trāſactio ꝓiudicat, ſunt
diſcutiēdi quinq; caſ⁹.Prim⁹ eſt cū petitio & trāſactio ſpāles
ſunt.Secūdus,cū petitio eſt generalis,& trāſactio ſpecialis.
Tertius eſt,cùm petitio eſt ſpecialis,& tranſactio generalis.
Quartus caſus eſt,cùm petitio & tranſactio generales ſunt,
ſed proſecutio eſt ſpecialis.Quintus caſus eſt cū petitio,trāſ
actio,& ꝓſecutio generales ſunt.& in primis vide quæ ſcri
pſi.ſ̃.ti.j.c.fi.in.iij.oppoſitione & eo.ti.c.quãuis.li.vj.in.ij.
q.principali.¶ Quo ad primū caſū cōcordant omnes,q̃ nō
præiudicat,niſi in expreſſis per dictam.l.ſi de certa.&.ff.de
pact.l.ſi vnus.§.in ſumma.&.C.e.l.age cū Geminiano.&.l.ſi
ex falſis.Et in hoc concordant Accur.& doc.in Cy.C.e.l.ſi
ſub prætextu ſpecierū:& hic Ber.Inno.& Hoſti.¶ Iuxta qđ
pone:peto à te Stichū actione ex ſtipulatu : non probo ſti-
pulationem : ideò tranſigo tecum pro quinque.Poſt repe-
rio illum mihi deberi ex alia cauſa:& ex illa peto : nunquid
obſtat trāſactio?& dic,q̃ nō,ſi primò egi cauſa expreſſa : vt
ff.de excep.rei iud.cum quęrit.Sec⁹ ſi egiſſem cā non expreſ
ſa.C.de anna.excep.l.vlt.Quod intellige,vt dicā de reb⁹.j̃.
circa tertiū caſum poſt Pet.& But.& huic cōcordat qđ no.
Inno.de offi.or.c.cōquerēte.in.gl.fi.¶ Sed quid ſi egi & trāſ-
egi primò generalr,& poſteà orta fuit noua cā? dic tūc trāſ
actionē nō obſtare:vt quia nomina illorū debitorū in lib.
rationum non erant:vt.l.Luci⁹.§.tutor.quod hic placet No
uellæ:quæ ꝓſequere latius,vt in Cy.in dicta.l.ſi de certa.ſa.
j̃.de excep.paſtoralis.cū concordant.¶ Quo ad ſecundū vi-
delicet,cùm petitio eſt generalis,& tranſactio ſpecialis : &
tunc ſcdm omnes etiam in ſola ſpecie in tranſactione dedu
cta præiudicat:vt.ff.e.vt.d.l.age.&.C.e.l.penul.Et in hoc cō-
cordant Accur.& doc.in.Cy.in.d.l.ſi ſub prætextu .& hic
Ber.Inno.& Hoſti.Quod intellige etiā ipſo iure.Quod ꝓ-
ſequere,vt in Cy.in.d.l.age.licet Accur.ibi contra.Gñalitas
eīn deducta ad ſpeciē pro ſpecie hr̃.ſ̃.de reſcrip.c.paſtoralis.
in fi.cū concordā.¶ Quo ad tertium,videlicet vbi petitio
eſt ſpecialis,& tranſactio generalis:& tūc ad idē ſecundum
Ber.Inno.& Hoſti.hic.ar.ff.e.l.qui cū tutoribus.§.vlti.&.d.
l.ſi de certa.vbi idē no.Accur.&.l.age . allegata.Et hoc verū
quando virtus & ratio recti ſermonis hoc patitur.Sed vbi
ratio & virtus recti ſermonis nō pateretur , qñ generalitas
tranſactionis generaliter ſeruaretur:tūc nō reſtringeret ad
ſpecificata in petitione.ſed obſtaret in oībus quęſtionibus,
vtpote,cū peteres à me equum:dixi:tota die me inquietas
dabo tibi decem vt ab omnibus obligationibus me quit-
tes . hoc enim caſu in omnibus liberabor.argumen . ff . de-
leg.in.l.non aliter.Sec⁹ ſi ratio recti ſermonis hoc pati poſ-
ſet:vt ecce:petis à me equū:dixi ego dabo tibi.x.vt amplius
à me nō petas.Tūc enim ſi amplius petis equum,obſtat trāſ
actio ſed alias res bene petere potes:vt.d.l.ſi de certa.ſecun-
dum Pet.in.d.l.ſi ſub prætextu . & in hoc concordat Iaco.
But.effectualiter.in.l.ſi de certa.d.q̃ non præiudicat tranſ-
actio generalis ſequens petitionē ſpecialē:niſi in re petita,
qñ tranſactio fuit indefinita & ſimplex.Secus ſi fuit vniuer
ſalis & effuſa.patent exempla.ſ̃.Sed dicit,q̃ tunc tranſactio
non iure tranſactionis,ſed iure pacti ꝓiudicat tunc in non
petitis:quia ſuper illis non pendebat lis.ar.ff.e.l.j . Et quod
dixi in rebus,idem putat in petendis cauſis,quāquam aliter
gl.notauerit.in.l.ſi de certa.inducit.C.ad Velle . l . iubemus.
¶ Et per hoc apparet intellectus ad id,quod no.Inno.de of
fi.or.cōquerente.in gl.fi.in fi.d.q̃ in liberatione,vt ſit plena,
ſufficiunt verba generalia:vt.l.emptor.§.fi.Sed in tranſactio
ne ſecus:quia reſtringitur tantum ad ea,de quib⁹ actum eſt.
Hoc enim vltimum intelligo quo ad hoc,vt iure tranſactio
nis valeat:ſed vt valeat iure pacti aliter eſſe poteſt:vt proxi-
mè dixi.In dubio referrem verba ad naturā propriam trāſ-
actionis ipſius ar.ff.loca.l.ſi vno.& ita ſaluarē dictum Inno.
¶ Iuxta quod pone.Quidam adminiſtrator rerum mearū
cōputauit mecum ſuper vno capitulo:hoc facto,dixi:facio
tibi quittationem de omnibus,quibus mihi teneris vſq; ad
hunc diem:nūquid videtur eſſe facta quittatio de omnib⁹,
vel tantū de cōcernentibus iſtud capl'in.dic q̃ de omnibus.
Nec obſtant præmiſſa.Nam aliud in facto , aliud in tranſ-
actione:vt no.ff.de pact.l.emptor.§ Lucius.Ratio diuerſita-
tis eſt,quia tranſactio non fit,niſi ſuper lite mota & re du-
bia:ſed liberatio & quittatio fit ſuper re nō dubia & lite nō
mota,ſecundū Pe.in.d.l.ſub prætextu.¶ Sed Gul . de Cug.
tenet contrarium in dicto.§.Lucius.d . verba illa generalia
de omnibus,quibus mihi teneris vſq; ad hunc diem referri
ad intereſſe,acceſſiones,& pignora,non ad alia.Nec ob.glo.
§ Lucius.quia loquitur,non quādo ſuper re certa,vel actio-
ne certæ rei fiebat remiſſio generalis:ideò non debebat re-
ſtringi.& hoc videt̃ innuere ibi gl.dum dicit,niſi aliud ap-
pareat.& in.d.§ aliud apparebat:quia etiam non fuit ibi ta-
cta mentio de menſa.ar.ff.de leg.iij.l.quæſitū.§ j.& de libe.
lega.l.Aureli⁹ §.Sticho.Super quo omnino vide quæ ſcripſi.
j̃.de pact.c.quãuis.li.vj.in.ij.principali.q.& per illa iſta mo-
difica.¶ Quo ad quartum videlicet , cùm petitio & tranſ
actio generales ſunt,ſed proſecutio ſpecialis:& tunc nō prę
iudicat,niſi in ſpecie ꝓſecuta,ſaltim in effectu.vt . d.l.licet.
Licet enim obſtet exceptio,dabot replicatio:vt ibi ſcdm Pe.
in.l.ſub prætextu allegata.Et idem videntur tenere hic Ber.
Inno.& Hoſti.dicunt enim,quòd generalis tranſactio de ri-
gore iuris tenet:ſed doli replicatiōe reſtringitur.ff.de pact.
l.tres fratres.ff.de admini.tut.l.Lucius.§.tutor . licet Accur.
in.l.ſi de certa.&.l.licet.ponat differentiam inter ſniam &
tranſactionem,& malè.Nec obſtat.q̃ ibi loquitur in ſenten
tia:quia idem in tranſactione ex identitate rationis.ar.ff.ad
le.Aquil.l.illud.ſecundū Pe.in.d.l.licet.quicquid Accur.ali-
ter ibi notauerit.Et eſt ratio huius,quia licet propter gene-
ralitatem petitionis & ſniæ,ſeu tranſactionis generale affe
ratur præiudicium.ipſo iure:maxime,quia prima facie de
omnibus præſumitur ꝓſecutio facta.Tñ veritate conſide-
rata:quia non fuit proſecutio facta,niſi in certis,non debet
obſtare effectualiter,niſi in illis.viij.diſt.veritate.Nec obſt.
q̃ ſnia debet eſſe cōformis,nō ꝓſecutiōi ſed petitōi.ff.cōi.di
ui.vt fundus.Nam etiam nō debet ferri,niſi ſuper cognitis
plenariè:vt.ff.de iudi.de qua re.&.C.de iudi.l.iudices.Idem
But.in.l.ſi de certa.pro eo,q̃ non niſi de re deducta in litem
poteſt tranſigi:vt.ff.e.l.j.Quod intellige,niſi petitor ſcien-
ter omiſiſſet proſequi alia capitula:quia tunc ceſſante æqui
tate,ceſſaret replicatio doli.argu.ff.de excep.do.l.qui æqui-
tate.Fa.ff.de arbit.l.de rebus.ſecundum Pet.in.l.licet alleg.
¶ Quo ad quintum videlicet,cum petitio tranſactio,& ꝓ-
ſecutio generales ſunt:& hoc caſu ſcdm omnes in omnibus
obſtat tranſactio.vt.d.l.ſub prætextu.& hic.Quod intellige
ſecundum Inno.quo ad rem,de qua tranſactum eſt tantum.
Item quo ad tranſigentem,& non quo ad alios . Item dolo
ceſſante.ff.de pact.tres fratres.& in.iij.gl.Ber.Item ſeruan-
te fidem alij parti.C.de pact.cū ꝓponas.& de iureiur.c . iij.
Et ita intelligo hæc vera,vbi ab vtraq; parte eſt perfecta cō
poſitio:aliás vtetur inſtrumentis:vt.d.l.cū ꝓponas.Item cū
non prohibetur trāſactio:vt patet ex lectis & no.j̃.e . ſuper
6 eo.Et ſaluis his,quæ ſcripſi.in.c.quamuis.q.ij.alleg.¶ †Iu-
xta quod pone:Aliquis tranſigit generaliter:nūquid videt̃
dolum remittere?ecce dolus commiſſus circa tranſactionem
non videtur remiſſus:vt.C.e.l.ſub prętextu.&.l.actione.Sed
circa adminiſtrationem,ſi illū tranſigens ignorabat,adhuc
idem.ff.de inoffi.teſta.l.mater.ſed ſciebat in omnibus:tunc
in omnibus ſecus,ſi ſpecialem doli mentionē faciebat.ar.ff.
de condi.& demon.l.ſi iā.& de mili.teſta.l.ſi hoc iure.Sed ſi
non feciſſet mentionem doli,non eſſet remiſſus:vt.ff.de li-
be.lega.l.ab Aurelio.Et idem ſi ignoraſſet in aliquibus capi
tulis dolum:quia tunc tantum cogitata viderentur eſſe re-
miſſa.ar.

miſſa.ar.l.mater.ſcdm Iaco.de Ra.in.l.ſub prætextu ſpecie-
rum allegata.Sed Pe.ibi dicit indiſtinctè dolum adminiſtra
tionis etiam incogitatum remitti:vt hîc & in.d.l.ſub præ-
textu.Nec ob.ꝙ conſenſus ex quo procedit trāſactio nō eſt
circa incogitata.ff.e.l.cū Aquiliana.&.l.cū tutoribus.quia
hoc vnū de cōſenſu ſpāli:ſed nō de generali,ſeu vniuerſali,
vbi ſufficit gn̄aliter cogitare ar.ff.de teſta.mili.l.qui iure.iū
cta.l.ſicut.eo.ti.C.Et hoc dictum eſt perpetuò menti tenen-
dum,quod hîc ſatis probari videtur.Quod tamē intelligit
Iaco.But.in.l.ſi de certa.ſi certum eſſet,ꝙ ſenſiſſet de omni
bus:aut dubitaref de hoc per.l.emptor.§ Lucius.ff.de pact.
Sed ſi certum eſſet de aliquibus,ꝙ de illis nō cogitaſſet:tūc
non extenderetur ad illa trāſactio:vt.l.cū Aquiliana.ſcdm
eum.Quod intelligo verum ita demum,ſi videlicet eſt ve-
riſimile,quò ſi ſi cogitaſſet de illis minimè ſuper illis tranſ-
igere voluiſſet Aliâs ſtarē generalitati ſcdm dictum Pet.&
in illis ar.eius,quod habef de offi.vica.c.ſi.li.vj.& de pœni.
c.ij.& de re.iuris.e.li.c.in generali.cū ibi.no.per Card. Nec
ob.l.ab Aurelio.quæ turbauit ſpiritus multorum:quia illa
in vltimis volūtatibus:nos in cōtractibus & inter viuos.In
teſtamentis enim nō verbis,ſed volūtati ſtare debem⁹.ff.de
cōdi.& demō.l.de his.quæ nō præſumūf:quia legatū fit ob
meritum.ff.pro ſo.nec adiecit.ſed in cōtractibus inter vi-
uos ſequimur verba,nō voluntatē coniecturatā.ff.de pact.
ſi vnus.§ idem de leg.præſtan.contra tabu.l.j.§ generaliter.ſe
7 cundū Pe.in.l.ſub prætextu ſpecierū. allegata.¶ † Sed quid
ſi remiſi tibi obligationem,cum rem meam poſsideres:nū-
quid de illa videris quittat⁹?dic,ꝙ ſic,ſi agebam cōtra te ta
li actione,in qua res illa cōprehendi poterat:vt dicta.l.ſub
prætextu Aliâs nō:vt.l.ſi de certa.allegata ſcdm Pe.in.l. ſub
4 ¶ †TERTIO quæritur qualiter religioſi poſſunt poſtulare.& primò quid de ſimplicibus monachis,aut prioribus manualibus ſub Abbatis obediētia cōſtitutis quæras:& de iſtis licet Io.& Lambertus. xvj.q.j.de præſentium. & Vin.j. ne cleri.vel mo.ne magno.& Iaco & Phil. en. tit.c. penul.& viij.Pe.de Sanſona,& Ab.hic dicāt,ꝙ poſſunt poſtulare pro miſerabilibus perſonis:quia opus miſericordiæ eis iniungitur vt.lxxxvij.diſt.peruenit.Tu tamen generaliter dicas, ꝙ nec pro miſerabilib⁹,nec pro cōiunctis pſonis:nec pro alijs quibuſcunq; poſſunt poſtulare : niſi duobus interuenientibus.ſ.Abbate imperāte,& vtilitate monaſterij ſuadēte.ſic,ꝙ alterum non ſufficeret. Et probat.c.j.proximũ cum textus ibi copulatiuè loquatur.ar.eius quod legiſ & notatur de reſcript.inter cæteras ſecundum Tan & Hoſti.j.c.prox.Idem ſentit Gof.in ſumma.e.tit.§ repelluntur.verſ.monachi autē. & Spec.tit.de aduocatis.§.j.ver. ſed nunquid religioſi. & Io. xvj.q.j.de præſentium.vbi dicit,ꝙ monachus nō poteſt eſſe iudex.vel aduocatus,aut procurator ſine arbiter ſiue licentia ſui Abbatis,etiam ſecundum Archid.ibi vtilitate monaſterij ſuadente:vt.j.c.proxi.&.xvj.q.j. monachi. Et hoc hic credit Henri.tutius & verius. verum in hoc an ſit, vel non ſit vtilitas monaſterij creditur Abbati : vt no.Inno.j.de re iudi cum.I.&.A.in glo.j.& Archid.in.c.monachi.ij.alleg. ſuper verbo,Imperante.vbi de hoc de quo ꝑ Nouel.in regula,

5 in argumentũ.¶ Vbi quærit,an bonus aduocatus in vtroq; foro nunc fuerit monachus monaſterij multùm ęre alieno grauati,de mandato vel licētia Abbatis poſſit poſtulare in vtroq; foro vt de lucro eius monaſterium releuetur à debitis,& ſoluere poſſit.& dicit,ꝙ non,per.c.de præſentiũ.alleg. xvj.q.j.vbi dicitur monacho competere quies,oratio, & labor manuũ:quibus contraria ſunt cauſarũ ſtrepitus, & publica litigia.Cui optimè conuenit quod not.glo.de ſta.mo-

na.ne in agro.§.quia verò.glo.de offi.or.in cle.Et bene facit
regula in argu.alleg.per quam patet,ꝙ ſi contra prohibitio-
nem iuris aliquid ex neceſſitate conceditur.de illo non licet
arguere ad alios caſus, etiam in quibus vigeret ſimilis ratio
vt regula,quæ à iure.eo.tit. Illa enim argumento côueniret
ijs,quæ côueniunt iuri cômuni.probatur hoc dictum.ȷ̃.de
regu.conſtitutionum.j.reſpon.lib.vj. & ibi notatur in vlti.
glo.de pœn.rationab. de hæreti.ſtatutum.in fi.j.reſpô.e.lib.
Reſtat ergo,ꝙ cum prohibitio,de qua loquimur,ſit genera-
ralis,& habebat caſum exceptum,exceptio ad alium caſum
extendenda non eſt.Neceſt verum,ꝙ exceptio includat ca-
ſum, de quo loquimur , qui intelligitur de vtilitate directa
ex cauſa,in qua patrocinatur pro conſeruâda libertate mo-
naſterij vel alijs ipſius rebus in iudicio defendendis, vel re-
cuperandis.vnde.c.monachi.ij.xvj.q.j.non ſimpliciter dicit
monaſterij poſcat vtilitas,ſed dicit,expoſcat:quaſi deſiderâ
ter & directè poſcat. Conſtat autem ꝙ cauſæ , cui patroci-
natur pro lucro ad clientulum non,ad ipſum monaſterium
ſpectat vtilitas. Et fa.ȷ̃.de priuile.c.authoritate. in fi.lib.vj.
&.c.le.j.in fi.de decit.
6 ¶ †QVARTO quæritur, quid de Abbatibus, ſeu prio-
ribus ſuperiorem Abbatem non habentibus? Super quo di
cit Io.in.c.de præſentium.alleg. ꝙ Abbas poteſt eſſe iudex,
procurator,aduocatus, vel arbiter ſine licentia ſuperioris.
Et in hoc côcordat Hoſti.de cenſi.ſopitæ.ſuper verbo. pri-
curatori.in fi.vbi dicit,ꝙ cum Abbas habeat adminiſtratio
nem videtur ꝙ ſicut quibus alius poſſit fieri procurator.ar.
in eo,quod legiſ & notatur.ȷ̃.de procura.requiſiſti.§.fi.Inn.
verò ibi notat in.j.gl. ꝙ in caſu cômuni ſibi & alijs pôt eſſe
procura.Et idem Abbas ibi poſt eum.Henri.verò hic dicit
ſic:Ego credo,ꝙ non poteſt aduocare ſine licentia ſuperio-
ris:niſi in caſibus,in quibus poſſunt ſeculares exiſtêtes in ſa
cris,beneficiati.Sed nec pro côiunctis perſonis poſſunt po-
ſtulare,cum quoad mundum mortui reputenſ.C. de Epi.&
7 clerici.l.Deo nobis,& notatur.s̃.c.proxi. ¶ †Sed nunquid
conſuetudo in hoc excuſet? dic,ꝙ non excuſat conſuetudo
illos videlicet clericos & religioſos,qui prohibentur aduo-
care.Et eſt ratio,quia ſtatus eccleſiæ ex hoc lęditur,& diui-
num officium retardatur.ar.s̃.de conſue.c.j.& de offi.or.ir-
refragabili.Et hoc not.Hoſti.in ſumma. eo.tit.§ quid perti-
net.verſ. illos autem. Sed contra, quia officium aduocatio-
nis honorabile laudabile & meritorium eſt. C.de aduo.di-
uerſ.iudi.l.laudabile.& per totum.Solu. propter aliqua,quæ
taceo ab eo tutius eſt abſtinere. vnde Th.didimus ad Ale-
xand.artem bene loquendi non didicimus, nec facundię re
thoris, oratoriſq; operam damus, cuius officium eſt blâdis
ſermonibus figmentare mendacia,& Innocentię fidem con
ferre criminibus, ac parricidij reos aſſignare pijſſimos, qui
dum putant ſe alienæ laudis fructum per iniquam victoriâ
rapuiſſe, neſciunt ſe munimenta ſuæ conſcientię perdidiſ-
ſe.Et recitat Nouel..ȷ̃.de conſeſ.ſtatuimus.lib. vj.
8 ¶ †QVINTO quęritur,qualiter in cauſis criminalibus,
in quibus de pœna ſanguinis agitur,licet clericis ſecularib⁹
poſtulare? Et hic ſunt duæ difficultates. Prima eſt,nunquid
clerici in talib⁹ cauſis poſſint,abſq; metû irregularitatis po
ſtulare.Secûda difficultas eſt,nûquid à poſtulâdo abſq; me-
tu irregularitatis poſſint exceptione ab aduerſario obiecta
repelli. ¶ Circa primam difficultatem inter accuſatorem
& accuſatum,eſt differentia facienda.Et primò circa accu-
ſatorem dico,ꝙ abſq; metu irregularitatis clerici pro accu-
ſatore in huiuſmodi cauſis intereſſe nô poſſunt:quia ſi hoc
facerent,& pœna ſanguinis inferretur irregulares eſſent.ȷ̃.
ne clerici vel mona.c.ſententiâ ſanguinis.xxiij.q.vlti. his à
9 quibus. ¶ †Circa reum verò criminaliter accuſatû.& tunc
dic, ꝙ ſi taliter coram rei ducant poſtulando, ꝙ non poſſit
eis aliquid malitiæ,vel ignorantiæ imputari eis,non poteſt
pœna irregularitatię adſcribi, etiam ſi effundatur ſanguis.
ar.s̃.de ætate.& quali.ad aures.&.ȷ̃.de homicidio.decæte-
rò.&.c.tua nos.&.c.poſtulaſti.&.c.Ioannes.Qualiter tamen
ad eorum ſecuritatem facere , & proteſtari debeant, vide
Hoſti.& Henri.de homic. ad audientiam. Sed ſi talibus po-
teſt aliquid maliciæ, ignorantiæ,culpæ,vel negligentię im-
putari:vt quia propter imperitiam ſuam accuſatus ſubcum
bit:& propter hoc decapitatur.vel quia accuſatus propter
maliciam, & cauilloſas poſitiones & allegationes aduocati
obtinet,& abſoluitur:& accuſator,qui ſe ſubſcripſit ad pœ-
nam talionis damnatur.Tales enim ſunt irregulares. arg.iu-
rium prædictorum. Et adeò, quia lingua de facili labitur,
vt.ff.ad leg.Iul.maie.l.famoſi.prericuloſum eſt quibuſcunq;
clericis talibus intereſſe ſecundum Hoſtien.hic.¶ Circa ſe-
cundam verò difficultatem dic,vt in caſibus ciuilibus eſt
10 prædictum. ¶ Sed quid in cauſis criminalibus, in quibus
de pœna ſanguinis nô agitur:vt in crimine ſtellionatus vel
leg.Iul.de vi priua.vel public.vt.ff.de crimina. ſtellion. per
totum.& Inſti.de pub. iudi.§.item lege Iuliani.& ſimilibus:
quia de omni crimine, in quo agitur de re familiari, po-
teſt agi etiam ciuiliter & criminaliter.ff.de fur.l.fina.&.C.
quando acti.ciuil.crimina.pręiu.l.vna.& not.Specu. rubric.
de fur.verſ. ſed nunquid ex eodem crimine. & hoc caſu dic
idem,ſicut ſupra in cauſis ciuilibus dixi.
11 ¶ †SEXTO ſubijcio hic vnâ qônem Hoſti. Ecce : por-
ro:clericus,vel præsb.iuriſperitus fratrem ſuum criminali-
ter accuſatum ſuo patrocinio iuuit, ita ꝙ fuit abſolutus, &
accuſator decapitatus:quæriſ,an homini clericus,vel pręſ-
byter ſit irregularis.Et primò arguit Hoſti.ꝙ non : quia nô
intendebat ad illius pœnam,ſed ad iſtius abſolutionê. Nam
ſi eccleſia etiam extraneos reos ſanguinis defendit:vt in .l.
diſt.c.j.& in Spec.de aduocat.c.j.ver.in.cauſa. xxiij.q.v.reos.
de immunitate eccle.inter.ſa.C. de epi.aud.l. addictos. Foe-
tius iſte fratrem defendere potuit.Ad hoc.ȷ̃.eo.c.fi.de iure-
iur.petitio.de preſump.afferte.&.c.literas.ff.de recep.l.ij. Et
imputet accuſator ſuæ malitię, & duriciæ ſi talionê paſſus
eſt : vt.d.c.tua nos. &.c.poſtulaſti.de homici.Et hoc debuit
pręſcire poſſe euenire.Item,qa nec ſemper de facto imponi
tur pœna talionis accuſatori deficiêti.Nam quâdoq; prece,
vel precio remittitur:vel in pœnam aliam cômutatur. ff.de
his, qui no.infa.l.quid ergo.§.pœna grauior. C.eo.& ſi ſeue-
rior.s̃.ti.j.c.fi.& de hoc in ſumma de pœnis.§.fi.¶ In contra
rium arguit , quia in hoc exercet clericus rem illicitam &
prohibitam:vt hic.&.ȷ̃.ne clerici vel monachi.ſententiam.
Et accuſatori prębet proximam cauſam mortis.Ergo quic-
quid intendat eſt irregularis.de homi.decæterò.&.eo.ti.is,
qui.lib.vj.Cum lex promotionis in facto conſiſtat, non in
volûtate.xv.q.j.c.ſi.Ergo cum ex hmôi exercitio ſit homici
dium ſubſequitur , fateri oportet illum irregularem. l.di.ſi
quis viduam.de cle.pug.in duel.Henricus. Nec ob. ꝙ eccle-
ſia defendit reos ſanguinis:quia illud nô facit ſic,ꝙ ex defen
ſione ſequatur ſanguinis effuſio:ſed recipiendo, vel precan-
do,de immunit.eccle. inter dilectos. de verb. ſig. nouimus.
Nec ob.coniunctio perſonæ &.ȷ̃.eo.c.fina. quia illud in ci-
uilibus. Nec valet, quia accuſator ſcire debuit hoc eueni-
re poſſe : quia & aduocatus hoc ſcire debuit. & ſic eſt pro.
Nec obſ.quòd quandoq; parcitur : quia illud raró.ff.de le-
gi.nam ad ea. ¶ Demum Hoſtien. de homicid.c.ad audien
tiam.vbi hanc quæſtionem diſputat,recitans ad partem ne
gatiuam opinionem Bar.Et ad iſtam affirmatiuam contra-
riam opinionem Hug. notatam in dicto.c.j.lj. diſt. dicit ſe
hanc ſecundam opinionem , ſcilicet, ꝙ ſit irregularis. & ꝙ
non poſſit eſſe pro reo ſecurus.Et hanc etiam tenet in ſum-
ma. de obligat. ad ratiocinia.§ quid ſi quis obligatus. verſ.
quid de curialibus.& hoc titulo.§ quid pertinet.verſ.illud ta
mê.& de homi.c.qua pœna.verſ. illud aût certum eſt.Et fa-
cit etiam ſecundum eum : quia etiam in ciuilibus vbi non
poſſumus vnum iuuare , quin alter lædatur, abſtinendum
eſt.xiiij.q.v.deniq;.Et fortius in criminali Sed hæc vera ſe-
cundum eum, quando ex aduocatione , vel ſententia, vel
teſtimunio,vel ſcriptura notarij,mors ſequuta eſt. Aut trû
catio membri : quia talia poſt baptiſmum exercens , non
promoue-

promouetur.lj. diſtin.c.j. &.c.ſi quis poſt acceptum. Sicut
enim ex facto naſcitur irregularitas: ita ſine facto non ori-
tur. Si igitur ex facto, vel verbo aduocati mors ſequuta
non eſt, nil facit ad factum irregularitatis aduocatio talis.
12 ¶ † Sed quæritur, quale poteſt dari conſilium ne ſic irregu
laritas homini incurratur. Ecce Hoſti. ad hoc dat quatuor
conſilia. Primum conſilium eſt, ꝙ quamuis fingat & commi
netur ad retrahendum accuſatorem ſe velle reum defende-
re, hoc tamen officiũ non aſſumat ſibi per canones interdi
ctũ, qd ſi fecerit puniri poterit. de ma.& ob.c.ij.licet tamẽ
per ſolam aſſumptionem officij non efficiatur irregularis.
¶ Secundum conſilium eſt, quòd ſi nullo modo vult abſti-
nere à patrocinio rei, quibus modis poteſt, laboret, vt accu
ſator deſiſtat ante inſcriptionem quod poteſt. de accuſa. li-
cet. ¶ Tertium conſilium: vt cumprimùm venerit coram
iudice, proteſtetur ꝙ ad pœnam accuſatoris non intendit:
ſed ſolùm ad defenſionem accuſati: vnde ſi datur libellus ſi-
ne inſcriptione non petat inſcribi: poſſit tamen forſan ex
cipere ſe non teneri tali libello reſpondere. Item ſi iudex
hoc ſuppleat ex officio, poterit dicere ꝙ de eo ſe non intro
mittit, & conſulit proteſtationem repeti. & nihil fieri, vel
dici per quod illi renuncietur. ſ. de conſti. cum. M. ferrar.
Vnde nec accuſatoris calumniã arguat, vbi abſtinere poſſit
ſalua defenſione accuſati. & hoc obſeruans, cum non videa
tur directè in mortem accuſatoris tendere licet indirectè
ad hoc tendat, tutus ab irregularitate videtur. Ad hoc de
homi.c.ij.lib.vj. Vel ſaltem eſſet talis diſpenſabilis. Dicebat
ergo ꝙ abſoluitur re⁹: qa actor nihil probauit, vel probauit
per falſos teſtes de hoc conuictos, videtur potius ex ſua ca-
lumnia, quã ex facto aduocati ipſius rei damnari. ¶ Quartũ
conſilium, cũ reus abſoluitur pro toto poſſe laboret aduo-
catus rei pœnam ſanguinis imponendam actori cõmutari
in carcerem exilium, pecuniariam, vel ſimilem. Et ſi poſſet
à principio ſibi ſuper hoc per clientulum & iudicem caue-
ri, bonum eſſet, etiam ſi ſibi poſteà cautio frangeretur. Ad
hoc de homi. Petr⁹. & de immunita.eccle.inter. Sed ſi ab ini-
tio ſibi non cauit, vel cauere non potuit: ſi poſt ſentẽtiam
hoc obtinet, ſatis eſt. Cum ex verbo, vel facto mors ſequu-
ta non ſit. Item etiam ſecurus eſſet, vbi iudex in criminali-
bus ex officio inquirendo procederet contra infamatum,
quem ſtudio ſuæ aduocationis obtineret abſolui: qui tamẽ
aliàs de capitãdus fuiſſet. Hic enim dici non poſſet aduoca-
tum irregularem. Et his cauſibus ſaluari poſſet opinio Bar.
pro qua facit: quia ſi armis poſſum ſociũ defendere de ſen.
exc.dilecto.lib.vj. Fortius verbo. Fac.de app.dilecti. Itẽ, qa ſi
pro bono & licito aliquid facimus, abſit &c. xxiij.q.iiij.de
occidendis ¶ Porrò, ſi conſtat reum culpabilẽ, & aduoca-
tus ſuus falſis probationibus, vel allegationibus illum obti-
nuit abſolui: vel aliàs directè & ſine proteſtatione: vel con
tra proteſtationem ſuam veniens calumniam accuſatoris
arguit, propter quod fuit mortuis hic ſit vera opinio Hug.
& Io. & irregularis eſt iſte. In dubio dicit Hoſti. aduocatum
ſuæ conſcientiæ relinquendum de homi.petitio. ¶ Subiun
git, ꝙ licet ſic magiſtraliter & ad ſtudentiũ exercitium ſcri-
pſerit, huius tamen dubium ſolutionem Papæ reſeruat, ad
quem talia dubia declarari ſpectat. Alleg. qui ſi. ſunt legi. per
venerabilem §. rationibus. De hoc autem, ſi quid addẽdum
ſit dicam in.c. ad audientiam allegato.
13 ¶ † SEPTIMO ad Collect. quæſtiones accedo, & quæ-
ro primò, nunquid maximè ſacris ordinibus & beneficio
carens poſſit eſſe conſiliarius? credit de ſimplici clauſtrali,
quòd non: maximè ſi propter hoc liberet exire clauſtrum.
ar.xvj.q.j.placuit. Sed ſi eſſet prior, aut clauſtralis, de licen-
tia tamen Abbatis extra clauſtrũ exiſtens, hoc bene poſſet,
ſecundum eum arg. de elec. ne pro defectu. Sicut dicitur de
muliere, quæ vbi non poteſt dari tutrix in teſtamento, po-
teſt dari conſiliatrix. ff. de admi. tuto. l. quidam decedens.
14 & not Hoſtien. de appellationibus.c. ex parte. ¶ † Secun-
dò nunquid aduocatus cauſa finita poteſt eſſe partis aduerſæ
aduocatus? ſic, ſed non debet eſſe ſecundum Cynum. C. eo-
dẽ. l. iuuitus. in fin. Et ad hoc vide collecta ſua. de elec. quæ-
relam. ¶ Tertiò, Pone, religioſus in caſu non conceſſo
aduocat, & ſallarium recipit, qualiter punitur? videtur ꝙ
tanquàm vſurarius. xv.q.ij.c.j. ille tamen textus non loqui-
tur magis de religioſis, quàm de alijs. Nec loquitur hoc ca-
ſu, vt ibi legitur, & not. ſed loquitur in iudice eccleſiaſtico
de quo de vi. & hone. clerico. cùm ab omni. ¶ Quartò,
nunquid poteſt aduocatus pro vtraque parte allegare. Ioan.
not. xlv. diſtin. diſciplina. quòd ſic, per illud quod ibi legi-
tur in.c. qui emendat. Sed illa iura non loquũtur de aduoca-
to, ſed de vicario iudicis. ſi Moyſe. ¶ Quintò, quid ſi ad-
uocatus dedit fidem clienculo, nunquid poteſt eſſe contra
eum, & ipſum dimittere? dic, quòd nõ, ſi dedit fidem pro
tota cauſa, & clientulus vult ſatisfacere. & hoc in aduoca-
to priuatæ perſonæ: quia in aduocato fiſci ſecus. Nam ex
quo ſemel aduocatus fuit in ſua cauſa, ſiue velit ſatisfacere
ſiue non, illa cauſa contra eum eſſe non poteſt. C. de aduo.
15 fiſ. l. cum te. vbi hoc not. Cyn. ¶ † Sextò, quid ſi aduocatus
prohibitus eſt poſtulare, & appellat in cauſa: nunquid pen
dente appellatione poterit poſtulare? quidam ꝙ non. Sed
Petrus contra, quia appellatio extinguit pronunciatum.
not. Cyn. C. eo. l. j. Sic videtur intelligendum, quod habe-
16 tur. iij.q.vij. infames §. quamuis. ¶ † Septimò, nunquid
aduocatus poteſt paciſci cum clientulo de habenda certa
parte litis? ſic, ſecundum glo. C. eo. l. ſi qui aduoc. citra me-
dietatẽ. Sed Petrus & Cyn. contra: videlicet ꝙ de nulla par-
te poteſt paciſci eadem ratione: quia de facili moueretur
ad calumniã. Et hoc videtur clarè probari in dicto §. ſunt au
tem. verſ. Item pro ijs. vbi hoc prohibetur indiſtinctè. & ita
not. ibi Io. ¶ Octauò, nunquid de alia re aliqua re certa põt
paciſci? glo. in dicta. l. ſi qui. videtur notare, quòd ſic. Sed in
Cyn. contra. Sed opi. Accur. tenet Io. vbi. ſ. quia textus non
prohibet, niſi de parte negociorum, quæ tuenda in ſe ſuſci-
17 pit aduocatus. ¶ † Nonò, nunquid lite pendente, poteſt
aduocatus paciſci de ſallario? Ioan. dicit, ꝙ ſic. C. eo. l. quiſ-
quis. arg. illius legis, quia non videtur in fide ſua recepiſſe,
donec de ſalario conueniatur. ar. inſti. de rerum di. § vendi-
tæ. & ar. literę dictæ. l. quiſquis. Sed Petrus de Bella Perti. ibi
videtur dicere, quòd aut tunc, cum aduocationem ſuſcepit,
conuenerit de ſalario: & tunc põt, vt dicta. l. quiſquis. Aut
poſt ea: vt quia dixit, bene fiet de ſalario. & ſic cauſam cœ-
pit. & poſteà vult conuenire, & non poteſt. Et ſic intelligit
dictam. l. quiſquis. ar. ff. de publicia. in rem act. l. de precio. &
ita videtur notare Ioã. vbi. ſ. vnde ratio eſt, quare non licet
lite penden. paciſci: videtur eſſe, quia incœpta cauſa per ad-
uocatum, vel circa per medicum clientulus, vel infirmus, ci-
tius daret quicquid habet, quàm ꝙ medicum, vel aduoca-
18 tum amittere. ¶ † Decimò, nunquid eſt verum indiſtin-
ctè, ꝙ in ſacris, vel beneficiatus in foro ſeculari aduocatus
eſſe non poſſit: niſi vt hic dicitur? dicunt quidam, quòd
hic dicitur intelligi dum generaliter & in omnibus cauſis
vult patrocinari. Dicunt tamen, ꝙ in vna cauſa, bene poſ-
ſet. & pro hoc inducunt, quod notat Innoc. de oblig. ad ra
tioci. c. vno. in fi. Sed Collec. ſentit contrarium. cum hoc hic
prohibeatur ſimpliciter: niſi prout continetur hic. Et quia
eadem eſt ratio de vna cauſa, & de pluribus: vt videtur. Et
ad hoc de pœ. diſtin. iij. § quòd autem multos. Super quo
vide Archid. lxxxvj. diſtin. peruenit. Fa. quia aduocatus iu-
rare debet ſecundum illa, quæ ipſe collegit. de iureiur. cæ-
terũ. Quod iſti facere non debent ſine licentia Epiſcopi.
19 j. tit. proximo. in noſtra. cum ibi not. ¶ † Vndecimò, nun-
quid penſio promiſſa aduocato reuocari poteſt. Gul. de re.
eccle. non alie. c. j. in clemen. notat quòd non, ſi pro patro-
cinio præſtito ſit conceſſa, & de hoc conſtet legitimè non
per literam penſionis: quia ſecundum eum lex dicit, quòd
propter colorem penſionis apponi præſumitur. C. de ſacro
ſanct. eccle. l. iubemus § ſcientes. Ad hoc. xvj. quæſtio. j. poſ-
ſeſsiones. de præsb. c. ſi. Sed ſi pro præſtando patrocinio, ſeu

ſeruitio fuit promiſſum, poteſt reuocari ſatisfactio de præſtito, ſeu impenſo. arg. de appel. cum ceſſante. ¶ Supp. glo. in glo. j. ibi: *aduocati.* an debeat maternis verbis loqui, ſic ꝙ aduerſarius intelligat, not. xxviij. q. j. ſic enim. ad finem. Et eſt quæſtio dominicalis: clericus quidam. & in Spec. de aduoc. §. nunc de exordijs. in fi. Et ibi: *non debent.* etiam ex parte rei. De hoc lj. diſt. c. j. & in Spec. de aduoc. §. j. verſ. in cauſa. vnde dicebat hîc Hoſtien. quòd licet quidam dicant quemlibet etiam clericum poſſe defendere accuſatum. ar. xxiij. q. v. reos. de immunit. eccle. c. inter. Tutius tamen eſt, ꝙ abſtineat. Quid enim ſi propter maliciam vel cauillationes ſuas abſolnatur reus, & accuſator patiatur talionem? planum eſt, ꝙ eſt irregularis. Et ideò, quia lingua facilè labitur. ff. ad leg. Iul. maie. famoſi. ante finem. periculoſum eſt quibuſcunque clericis talibus intereſſe licet ſecundum eum talis ſecurus eſſet, ſi nõ poſſet ſibi aliquid imputari. de æta. & quali. ad aures. de homi. decætero. & c. tua nos. Remittens ad plenius not. per eundem. de homi. ad audientiam. Et ibi: *cum ſecundum.* tamen ſi de facto egeant, & eccleſia bonis ſuſtentari non poſſint, licebit eis ex tali officio ſibi victum quærere etiam coram ſeculari. xcj. diſt. clericus. C. de patr. qui fi. diſt. l. j. & ij. ꝟ. de obſer. le. conſilium. §. fi. xv. q. ij. c. j. Et hîc. loquitur in ſic non egente. Hoſtien. Et in fin. de hoc. xv. quæſtio. prima in Summa.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi, non ſaltem pro coniunctis perſonis poſtulare queant? Et num exceptio de qua hîc aduerſus eoſdem obijci queant? nu. 1.*
2 *Aduocatus cauſa: ſi excommunicatus fuerit, an ſententia retractabitur?*

¶ CAP II.

EX parte. ¶ Caſus. Monachi & regulares canonici poſtulare nõ debent: niſi pro vtilitate monaſterij. & tunc de pręcepto prælati. Communis diuiſio. Secunda ibi: *vnde.* & erat olim hæc decretalis ſub titulo, ne clerici, vel mo. & de materia eius vide, quod ſcripſi. ſ. c. proxi. in quęſtio. iij. & iiij. ¶ Expone literam: *forenſibus.* i. ſecularibus. Eis regularib⁹ canonicis. *Suſceptores.* id eſt aduocati. Innoc. *Executores.* id eſt procuratores. Inn. vel ſecũdum Hoſti. generaliter intelligant hæc verba, ſicut generaliter ſunt prolata. per quod videtur, ꝙ religioſus non poſſit effici delegatus. de quo remittit Hoſti. ad ſummam de offi. deleg. §. cui poſſit. ver. ſed nunquid religioſo. Et de hoc de priule. cum olim. ij. poſt primũ. *Vtilitas.* propter cauſam, in qua poſtulat, non propter lucrum quod ex poſtula. conſequi poſſet, etiam ſi monaſterium debitis grauatum ſit, ſecundum dominum meum: qui ſic diſputauit vt dicam in Mercuriali ſuper regula, in arg. de reg. iuris. lib. vj. Nouel. *Ipſi.* regulares canonici. *Inſolentiam.* Idem verbum de ſupp. negl. præla. c. ij. *Capitulum.* xvj. q. j. monachi. *Adſupradicta.* in eſu carnium, habitu, & multis alijs differunt, & regulæ ſeruiunt laxiori: vt in fi. vlti. glo.

1 ¶ † PRIMO quæritur, vtrum religioſi ſaltem pro coniunctis perſonis poſſint poſtulare? Ber. hîc in glo. ij. tenet, quòd non. Et idem Io. Vinc. Goſ. & Phil. vnde quoad agendum & poſtulandum, officium pro alijs exercendum, non cenſentur religioſi habere cognitos. Et ita intellige authen. quæ dicit cognatio eorum eſt in cælis. in auth. hæc conſtitutio interpretatur priorem cõſtitutioné in princ. collat. vj. Nam quoad hoc, quoad mundum mortui reputatur. C. de Epiſ. & cleric. l. Deo nobis. ij. q. vi. placuit. licet Inno. videatur aliud notare. ꝟ. de re iudi. cum. I. & A. in princ. verũ quoad ſucceſſorem ſecus: quia cognatis, ſeu propinquis eorum ſuccedit monaſterium. Nam prætextu religionis tales exhęredari non poſſunt. l. Deo nobis. alleg. & in auth. de ſanctiſ. Epiſ. § nullam. xviij. q. j. c. vno. xix. q. iij. c. vlti. ſecũdum Goſ. Hoſtien. & Nouel. hîc. Fallit in feudis, in quibus non ſuccedũt. Imò ſi quę habent ante, perdunt. in auth. de vaſ. mil. qui ar. bel. depo. c. vno. ſi de feud. contro. fue. qui clericus. Aut mutus, vel aliter imperfectus. c. vno. de benef. ſorm. c. vno. in fi. collec. x. Licet glo. ibi dicat, quòd poteſt ſeruire per ſubſtitutum. arg. ff. de recep. arbi. l. ſi arbiter. in fi. C. de Epiſ & cleri. l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinem. Tamen Io. de Bel. viſu tenet contrarium & fortè melius. Si de feu. cõtro. fu. c. ſi quis deceſſerit. vbi notat de iſta materia. Et in ijs cõcordãt Hoſti. & Nouel. de Iudęis. c. Iudęis. Licet Aſtenſis de immunita. ar. vj. dicat, ꝙ in feudo paterno conſueto ſeruiri per alium ſuccedit religioſus, per § nullam. in auth. de ſanctiſ. Epiſ. Collat ix. qui § parum facit. ¶ Secundò Fallit in religioſis mendicantibus: quia tales nõ ſuccedunt: vt patet de ver. ſig. c. exijt, qui ſeminat. lib. vj. & in clem. exiuit. de paradiſo. § quis igitur. Et ſatis expræſsè innuit Nouel. ꝟ. de pœnit. & remiſ. officijs. ſuper verbo, ſatisfactio. vbi in fi. de hoc aliquid per Henri. Cui etiam hic prædicta placere videntur. & ibi dicam. Et adde circa hoc, quod ſcripſit Cyn. in d. l. Deo nobis. in duabus vlti. quæſtionibus. & Butri. in quæſtione, quæ incipit. Item quæro: quid ſi ſtatutum. quæ non proſequor: quia materiam præſentem excedunt.

2 ¶ † SECVNDO deſcendo ad quæſtiões Collec. & quæro primò ibi: *niſi forte.* nunquid contra religioſum poſtulãtem poteſt opponi, ꝙ hoc non concernit vtilitatem monaſterij: & ſic repelli monachus ab agendo, vel poſtulando? Innoc. not. ꝟ. de re iudi. cum. I. & A. ꝙ non: niſi per illos de ſuo monaſterio. ſ. Abbaté & conuentum. Not. Pau. in cle. ſi religioſus. ꝟ. tit. proxi. Quod credit Collec. vbi apparet, ꝙ de mandato Abbatis interuenit. & ſic loquitur Innoc. quia hoc caſu non habent quærere extranei, vtrũ interſit monaſterij, vel non ar. ij. q. vj. non ſolent. Secus crederet ſi interueniret ſiue mandato. Hoc enim caſu iudex ex officio cum repellere poſſet, & deberet propter animæ periculum. ar. illorum, quæ leguntur & no. de excep. exceptionem. & de elec. cum nobis. Ad quod vide de iudi. intelleximus. & collecta ſua. ꝟ. tit. proxi. in noſtra. vbi melius ſecundum eum. Dic tamen quòd Land. in clemen. ij. de reb. eccle. recitans dicta Innoc. alleg. dicit quòd de vtilitate non oportet, ꝙ fiat fides parti: ſed ſufficit, quòd Abbas hoc dicat. Sic intellige notata Specu. de aduoca. in princ. vbi dicitur, quòd contra aduocatum opponi poteſt, quòd eſt monachus. Item, ꝙ eſt minor. xxv. annis. vt. iij. quæſtio. vij. c. infamis. §. tria.

3 ¶ † Sed nunquid retractabitur ſententia, ſi aduocatus cauſæ fuerit excommunicatus? Specu. vbi. ſ. not. ꝙ non: ſecus ſi teſtis, vel iudex ſecundum Vincen. de hæreti. vergentis. Sed hoc non credit Collecta. de teſte. ſi per alios probatum ſuit. Et ad hoc inducit quod legitur & notatur de proba. licet. de re. iudi. cum. I. & A. ¶ Super gloſſ. in glo. prima. ibi: *de præſentium*: vbi not. Ioan. ac. Laurent. & Vincen. in. c. non magno. Nec nõ & Iacobus ac Phili. ipſo titulo ne clerici, vel monachi. c. finali. Et etiam Petrus & Abbas ſupra. c. proximo quòd pro miſerabilibus, & pauperibus poſtulare poſſunt. Quod Gulielmus intelligit de Abbatis imperio: vt notatur in Speculatore de aduocato. § j. in principio. In glo. ſecunda ibi: *priuatorum.* vide hic quod ſcripſi ſupra in quæſtione prima. In glo. vltima. ibi: *ſuper Specula.* quod dic, vt eodem titulo. c. j. libro ſexto ſic ex certis capitibus legis Aquiliæ verbum rupti, extenditur ad ſciſſum, colliſum, effuſum, vel aliquod modo partitum, ſeu deterioratum. Inſtitutionum ciuilium libro tertio de lege Aquilia. § Item in omnibus. ſecundum Ioannem vbi textus eſt ad hoc apertiſſimus. Lex autem Aquilia habet tria capita, quorum ſecundum in deſuetudinem abijt, vt Inſtituta eodem titulo. In actione autẽ legis Aquil. fit æſtimatio quanti plurimi. Et in fi. glo. ſecundum Ioan. adde quod notatur de tranſla. Epiſcopi inter corporalia in glo. quod dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Nomine ſacerdotis venit omnis ſacer ordo.*
2 *Sacerdotem poſtulare prohiberi.*

Cum ſacer-

¶ C A P. III.

Vm ſacerdotis. ¶ Se ſummat, & partes patēt. Secundò ibi: *clericus*. Dicit Hoſtien. & fortè
9 non bene: vt. ĩ. dicam, ꝙ † nomen ſacerdotis comprehendit hîc omnem ordinem ſacrum. de cohabi. cleric. & mul. c. ij. & minores ordines habentes cum bñficio. ſ. e. c. j. Et forti⁹ Epm, qui corã ſeculari iudice nullo modo debet aduocare. v. q. iij. quia Epus. quia reuerētiam, quē facere debet aduocat⁹. ſ. ſtando. C. e. l. quiſquis. indecens eſſet per ipſum fieri alicui ſeculari. Quod intelligit Hoſt. Niſi ſit dominus ſuus à quo feudum teneat. Tunc enim multoties neceſſitas ipſum cogit ad illum venire & res ſuas repetere, & tunc ne dignitatem Epalem cõfundat proponat cum humilitate non ſtando, ſed ſedendo de maio. & obed. ſolitæ. verſi. quod autem. ff. de offi. Præſi. l. obſeruandum. in fi. in eccleſiaſtico verò foro optionem habet Epus, an ſit in iudicio per ſe, vel alium de iuramēto calum. c. ſi. remittit demum ad ſummam. eo. tit. §. fi. §. quis verò. ¶ Expone literam, *nocere*. vnde Tullius lib. j. de officijs videndum eſt, vt ea liberalitate vtamur, quę proſit amicis, & nemini noceat. Et vt dicit Inno. noceret aduocati. Primò ad credulitatem hominum. vnde per illud officium vulneratur charitas. Aliâs tamen de iure non noceet. vnde filius patroni aduocatus contra libertum non perdit bonorum poſſeſſionem. ff. de bo. liber. l. qui cum maior. §. penult. & vlt. ſecundum Vin. *coniunctis*: idem de alijs qui habentur. ff. e. l. j. & v. ll. ſequentibus. *Miſerabilibus*: quos etiam Epi. iuuare tenentur. lxxxvij. diſt. c. j. & c. ij. *Poſtulare*. etiam coram eccleſiaſtico iudice, ſecundum Phil. Pe. Ab. & Inno. & Gul. in Spec. de aduoc. ver. ſacerdos. ſecundum Io. Cal. in additione qui dicũt alios non probiberi. Aliâs quid adderet quo ad hoc decretalis iſta: cum omnibus conſtitutis in ſacris coram ſeculari ſit prohibitum poſtulare. ſ. c. j. Sed Hoſti. dicit poſtulare coram indice ſeculari. ĩ. ne clerici, vel monachi. c. j. ver. in placitis. vel etiam corã eccleſiaſtico cum perceptione ſalarij. de hoc. ſ. c. j. ſatis putat Nouel. ꝙ aliquid ſpeciale
6 voluit hæc decretalis inducere in ſacerdote: vt † ex ordine prohibeatur à poſtulando: niſi in ijs caſibus: ſicut ſolo ordine prohibetur à ſacris prohibitis. ĩ. ne clerici, vel mona. c. ſi. Et adde quod not. Nouel. ĩ. tit. j. in noſtra. & de præb. ei. cui, lib. vj. ac ſi dicere velit, quòd non ſit regulariter prohibitō. Aliàs eccleſiaſticis in ſacris ordinibus conſtitutis, vel beneficiatis in foro eccleſiaſtico poſtulare. Quod placet Ioannide Ligniano.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus beneficiatus in iudicio contra eccleſiã in qua beneficiatus ſit conſiſtens qualiter pebeat beneficio, quod in ea obtinet ſpoliari.*

2 *Clericus beneficiatus in diuerſis eccleſijs nun pro vna aduerſus aliã poſtulare poterit?*

3 *Poſtulare, quid eſt. Et ibidem qui dicantur poſtulartores?*

4 *Poſtulare quis poſſit? Et an quis inuitus poſtulare compellatur? nume. ſequenti.*

6 *Aduocato de ſalario paciſci qualiter liceat, & idipſum petere? Et qua actione?*

7 *Aduocato ſalarium ſolui quando debeat?*

8 *Aduocatus ab eodem in tres cauſas aſſumptus, hac lege, vt ſi in ipſis ſuperior abiret, certum amplius palmarij nomine referret: an ſi partim obtineat, partim ſuccumbat, illud plus habere debeat? Et quid in tranſactionis euentum? numero ſeq.*

10 *Aduocatus nun pro eodem ſalario poſtulare teneatur, ſi cauſa de vna in aliam transferatur.*

11 *Poſtulare, qui prohibiti dicantur? remiſſiuè.*

12 *Aduocati officio, quenam competere dicantur. Et quid aduocatus agere debeat, dum clientis cauſam malam deprehendit?*

13 *Sacerdos aduerſus Decretal. cum ſacerdot. poſtulans, nun ad ſalarij reſtitutionem teneatur? Et quid ſi neceſſitas immineat, nec aquè bonus reperiatur? numero. ſeq.*

15 *Sententia aduocati falſis allegationibus lata nun ſit ipſo iure nulla?*

16 *Aduocatus cauſæ victoriam, ſicut nec medicus ſanitatem promittere non debet.*

S. Clericus. Et pars. ij. *Beneficium*. ſupp. gratuitum. Nam ſi non eſſet gratuitum, ſed datum ratione ſeruitij iam impenſi: non poſſet iſta ratione illo priuati. vnde tunc in perſona, non in ſecularibus diſtinguitur in. xvj. q. vj. illud ſecundum Vin. & Ab. Et vide in Spec. de aduo. §. j. verſ. ſed nunquid poteſt. *Optinet*. nunquid idem in patria: vt quis non poſſit contra patriam poſtulare. Et quid ſi pater cum ea litem habet. vide in Spec. de adooc. §. j. verſ. ſed nunquid clericus. vnde dicit Hoſti. ꝙ banc pœnam non incurrit poſtulans contra eccleſiam pro cõiunctis perſonis ſtrictè ſumptis: vel pro miſerabilibus ſi neceſſitas imminet. ad hoc. ſ. j. reſpõ. & c. ſ. c. j. & de iureiur. petitio. *Præfuerit*. iij. q. j. nulli. xvj. diſt. ſi imperator. j. q. vij. c. j. C. loca. l. milites. Et hoc verũ, niſi neceſſario officio fungatur, vt tutor. ff. de poſtu. l. puto. & l. fi. vel Pylatus eccleſię, qui multò magis, quàm tutor poteſt agere pro Prælatura contra aliam eccleſiã à qua beneficiũ tenet. Item pro priori eccleſia poteſt etiam agere contra ſecundam. ar. ĩ. de iureiur. petitio. & c. tua. & c. intellecto. Inn. De teſte vide, quod not. de teſti. veniens. ij. in fi. vlt. glo. *Maximè*. intendit hoc comparatiuũ, ꝙ ſi aliâs habet beneficiũ ab eccleſia, licet non ſit ipſius clericus, vel etiam ſi talis ſit laicus, locus eſt huic pœnæ, & priuabitur beneficio, ſecundum Inn. Vnde dicũt Pet. & Ab. aliquos beneficiatos ab eccleſia, qui ſunt de eccleſia, & aliquos de eccleſia tantùm, qui ſunt de eccleſia: quod ponit etiam Gul. in Spec. de aduo. §. j. in fi. iij. colũ. *Spoliati*. in bona parte cum concor. vide de hoc de reſtitu. ſpo. conquerente. Et dicit Hoſti. ꝙ vti hoc verbo quaſi propter ingratitudinem ſit de iure priuatus, & de facto ſubtrahatur.

5 ¶ † P R I M O quæritur qualiter clericus beneficiatus exiſtens in iudicio contra eccleſiam, in qua eſt beneficiatus poteſt & debet beneficio, quod obtinet in illa eccleſia ſpoliari, Et hîc diſtingue: quia aut intereſt, vt teſtis: & tunc qa ferre teſtimonium eſt onus neceſſarium, dic vt legitur, & notatur ĩ. de teſti. c. veniens. ij. in fi. Aut vt aduocatus, vel procurator. & tunc habet locum iſtud. c. ¶ *Sed hîc* diſtingue: quia aut quęritur, nunquid poſſit eſſe contra eccleſiam, in qua eſt beneficiatus in propria cauſa, vel parentum, ſeu propinquorum ſuorum: & dic, ꝙ ſic: vt not. Ioã. xvj. diſt. ſi imperator. Quod intelligit Vin. licentia prius obtēta, quando eſt contra eam in cauſa parentum, vel propinquorũ ſuorum, alias perderet beneficium ſuum. Sed in cauſa propria poſſet venia non obtenta: quia charitas ordinata incępit à ſeipſo de pœ. diſt. iij. qui vult. C. de ſeruitu. l. præſes. Aut in cauſis extraneorum, vel etiam aliorum cõiunctorum: & tunc non poteſt, quin beneficio ſuo priuet: quia non debet plus diligere ſanguineum ſuum, quàm eccleſiam, quę ipſum domino ſociauit. ĩ. de pœ. c. ij. Et idem intelligas ſi ſit beneficiatus ab eccleſia non tamen in ea. & ſunt illi, qui habēt beneficia in diœceſi. Et hoc dicit iſte text⁹ ibi: *contra eccleſiam à qua beneficium obtinet*. Et de hoc in Sepec. de aduoc. §. j. verſ. ſuper hoc autem ſcias. ¶ Fallit ſecundum Hoſti. in ſumma eo. tit. § vlti. verſ. ſed nũquid cogi. in miſerabilibus perſonis, pro quibus poteſt cogi, clericus, vt ſit contra eccleſiam à qua beneficium habet, ſi alius haberi nõ poteſt: dummodò eccleſia habeat alium ita bonum, qui foueat iuſticiam eius. ar. ĩ. de teſta. cum in officijs. Et in hoc concordat Aſtenſ. eo. tit. & dicit quòd appellatione eccleſiæ continetur. principaliter Epiſcopus: cum ſit & tanquam caput. vij. q. j. ſcire & ſecundò Capitulum: non tamē canonici ſingulares. ĩ. de verb. ſig. cum clerici placēt. ſecundum Hoſti. & Ber. hîc. Et hoc intellige de eccleſia, in qua, vel à qua eſt beneficiat⁹. ſed ſi eſſet prælatus ipſius eccleſiæ, Nemenſis contra ipſam iuuare poſſet: Imò haberet eam iuuare contra omnes. ff. e. l. puto. & l. ſi. iij. q. vij. c. infamis. §. item ſi cõtra patrē. & not. Spe. tit. de aduo. §. j. verſ. ſed nunquid clericus &c. Henricus.

2 ¶ †SECVNDO quæritur, nunquid beneficiatus pluribus, eccleſijs pro vna earum contra aliã poterit aduocare. & pro qua dic, ꝙ ſi in vna earum eſt intitulatus, vt prælatus. Et in alia, ſeu alijs non ſed vt ſimplex canonicus tunc pro illa, in qua eſt prȩlatus: dummodò nõ repugnet cõſcientia, ſemper ſtabit: vt hic in gl. & hoc ſiue primò, ſiue vltimò recepit prælaturã. ar. ff. de iu rus vo. l. quæſitũ. ff. e. l. puto. & l. ſi. iij. q. vij. § item ſi contra patrem. j. de iureiur. veniens. & c. ea. te. ſecundum Hoſti. hic, & in ſumma e. ti. § quid pertinet. ver. illud. & Io. & Arch. xvj. diſt. ſi impator. & Spec. ti. de aduocato § j. verſ. quid ſi habet. Sed ſi nõ eſt intitulatus: vt prȩlat⁹ in aliqua ipſarum, ſed ſimpliciter beneficiat⁹, vt canonicus in vtraq; Et tunc pro illa, in qua fuit prius beneficiatus, ſtabit contra ſecundã. ar. j. de iureiur. tua nos. & c. intellecto. ſecundũ Io. Inno. & Hoſti. hũc. & Goſ. hic & in Goſ. ſua. e. ti. Et idem Arch. xvj. diſt. ſi imperator. vel dic ſi placet: vt not. Bar. Brix. in q̃one ſua dominicali, quȩ incipit, aduocat⁹ quidam. vbi dicit de aduocato. ꝙ ſi ſcit primam eccleſiã fouere malam, & iniquam cauſam, non iuuabit eam, ſed alteram. Si autẽ hoc ignoret, iuuabit primã: & alij ſecundȩ mittet perſonam idoneam. quæ ipſam ſecundã iuuabit contra primã. Et hanc opinionem recitat Archid. in. d. c. ſi Imperator. glo. adde, dicas ergo. &. vij. q. j. Ep̃m. glo. ſi. & de hoc no. j. q. vij. c. j. in ſi. ¶ Sed ſi ſunt duæ eccleſiæ, quibus ȩqualiter tenetur: tunc conſulit Hoſt. ꝙ nõ aſſumat partes aduocati. ſed mediatoris. ar. j. de teſta. relatũ. in § ſi. Et iſta o[~]ia intellige in caſu dubij. Nam ſi cõſtaret ſibi aliquã iſtarũ eccleſiarũ habere, iniquã cãm ipſam cõtra cõſcientiã & iuſticiã iuuare nõ deberet, aliâs ȩdificaret ad gehennã. j. de reſti. ſpo. literas. Et de ſimo. Mattheus. Et qa iuramentũ, ſiquo ei aſtringit̃, etiã non debet eſſe vinculũ iniquitatis. j. de iureiur. quãto & e. tit. c. j. li. vj. & de hoc in Spe. ti. de aduoc. § j. verſ. qd ſi habet. Henri.

3 ¶ †TERTIO aggrediendo materiã per modum Sũmæ, quȩrere poſſem: quid eſt poſtulare. Sed dic vt in. iij. gl. & qd ſcripſit Bar. ff. de vari. & extraor. cog. l. j. § aduocatus. verſ. Itẽ quȩro. Alibi ꝓcur. pro petitiõe cautionis dãni infecti. ff. de dam. infecto. l. iij. § hoc aũt iudiciũ & ſi. Sed aliter accipit̃. ſ. d poſtu. Prȩla. & j. de iudi. paſtoralis, ſed poſtulatores dicũtur patres, & aduoc. ff. de var. & extra. cog. l. j. § aduocatos Alibi. dicit̃ patron⁹, vel aduocat⁹, qui habet ius rep̃ſentãdi in eccl̃ia. j. de iur. patro. in ſum. & p totum ſcd̃m Hoſt. in ſum. e. § j.

4 ¶ †QVARTO quæritur, quis poſtulare poteſt? & dic, ꝙ quilibet, cui nõ prohibetur: quia hoc ȩdictũ prohitoriũ eſt: ſicut illud de procura. ff. de procura. l. mutus, & de teſtibus. ff. de teſti. l. j. Dummodò ingenuus, & hoc ſiue ſit literatus, ſiue illiteratus: dũmodò ſaltem ex conſuetudine habeat experientiã cauſarum. C. e. l. nec cȩterorũ. & e. l. prouidendũ. in priu. & de iudi. l. certi iuris. In auth. de iudi. j. reſpõ. ibi: nos igitur, &c. De hoc tamen vide plenius per glo. & Bar. ff. de vari. & extraor. cogni. l. j. § aduocatos. Et ibi vide p Bar. qua-
5 liter quis cenſetur aduocati officiũ exercere. ¶ †Circa hoc quæro primò, nunquid quis inuitus cõpellatur poſtulare? videtur ꝙ ſic: quia ait prȩtor. ſi nõ habent aduocatũ, ego dabo. ff. e. l. j. § ait prȩtor. Sed hoc intellige de ijs, qui illum per ſe habere non poſſunt. vel propter paupertatẽ, vel propter potẽtiam partis aduerſȩ. ff. de offi. procõſul. l. nec quicquã § ſi. Et aduocato neganti parere ſine cauſa, ſi ſubiectus eſt iudex in pœna põt perpetuò interdicere aduocationem. C. e. l. ꝓuidendũ. Et debet hoc expediri de plano: vt dixi de offi. iudi. c. j. & in ſumma Hoſti. Quod intelligit Azo, ſi cõpetens ſalariũ ſibi conſtituat̃ pro facundia ſua. ff. de var. & extraor. cog. l. j. § in honorarijs. Nemo enim proprijs ſtipendijs & c. j. ti. ij. c. vnico de prȩſcrip. cũ ex officij. ad ſi. Qd verũ eſt ſi cliẽtulus eſt diues, ſed ꝓpter potentã aduerſarij &c. Sed ſi paup eſſet, gratis aduocet, ſaltẽ ſi cleric⁹ eſt. & adeò expectet remunerationẽ ſpũalem à quo iam recepit pro ſalario donũ ſciẽtiȩ. ar. j. de magiſt. c. iij. Sed hi, qui pro ſe habere poſſunt, nõ puto dandũ aduocatũ per iudicẽ, quibus ſibi per ſe, & cũ pecunia ſua prouideant. ar. ff. de reb. eorũ. magis puto § in primis. Ideò expone, ſi non habẽt. i. ſi habere nõ poſſunt. Simile. ff. de aqua plu. ar. l. Labeo. Hoſti.

6 ¶ †QVINTO quærit̃, qualiter licet aduocato de ſalario paciſci, & illud petere Ecce: non licet ſibi paciſci de certa quota litis. C. e. l. ſi qui. etiam citra dimidiam. vt ibi no. in Cyn. Nec vltra modũ legitimũ. i. centũ aureorũ. vt § in honorarijs. alleg. & § licẽtia. e. l. Quorũ. lxxij. faciunt librã. C. de ſuſcep. & ar. l. quocũq; li. x. Et hoc intellige, ꝙ non licet paciſci vltra centũ de tota cã. i. de o[~]ibus capitulis ipſius cauſæ: licet aliqui aduocati referãt hoc ad ſingula capitula & malè contra mentẽ § in honorarijs. vt ibi no. Bar. Hodie aũt aduocatis Romanæ curiȩ, taxatũ eſt p Io. xxij. ſum. xxx. florenorũ camerȩ pro prima inſtatia. & xx. pro ſcd̃a: & xv. p tertia: licet q̃nq; excedant. Poteſt & palmarij. i. victoriȩ no[~]ie aliquid paciſci. ff. de Bar. & extraor. cog. l. j. § ſed & ſi no[~]ie palmarij. & cũ certũ quid pact⁹ illud petit certi cõdict. generali. & ſi incertũ: tunc actiõe ex ſtipulatu: vt. ff. ſi cert. pe. l. certi. in prin. ſi ſtipulatio interuenit, ſi non cõdictiõe ex lege. l. vna. C. de ſuffrag. vt no. gl. in. l. vna alleg. Et eſt ſp̃ale ſecundũ lign. qa hic agit̃ ex pacto nudo. & incerta ſalarij pollicitatione. Si enim nihil certũ pactum eſt, põt implorari officiũ iudicis pro modo facundiȩ, ſciẽtiȩ, & cõſuetudine fori, ac quãtitatem cãȩ, & qualitate negocij: dummõ non excedat legitimum modũ vt § in honorarijs. alleg. Simile in ſum. Hoſti. de procura. § qs ſit effectus. verſ. tenet̃ etiam dñs. Et ſi quis. l. ij. C. de ſport. vbi ſolid⁹ pro aureo ponit̃, videat, & diligẽter inueſtiget, reperiet, ꝙ aduocat⁹ ſecundũ tp̃a antiquorũ legum ſepties decies plus, & quater vltra pcipere poterat pro ſalario: quã maior iudex pro ſportulis recipere poſſet. Sed hodie p conſuetudinẽ ſeu prauum abuſum, iudices hoc nõ ſeruant: imò eis additum eſt, & detractũ aduocationis. & iũge qd notat̃ j. de iudi. ſub rub. de ſeruis iudi. verſ. ſed cuius monetȩ. Hoſ. ¶ Aduerte Cyn. poſt Ia. de ra. & Pe. in. l. vna. C. de ſuffra. alleg. prȩdicta valde impugnat. d. ꝙ lex. vna alleg. non loquit̃ in pacto nudo: qa dicit ꝓmiſſa. Et qa dicit conſtrinxerint. & qa dicit, reſtituat, q̃ denotant efficaciã & vinculũ obligationis efficacis. Itẽ illud ꝙ ſalariũ non ꝓmiſſum petat̃ officio iudicis. p. § in honorarijs. qa ibi loquit̃ ſecundũ iura antiqua, qñ aduocati habebãt ſalariũ à publico. Ideò cũ eo non cõtrahebat cliẽtulus: nec p conſequẽs actio ibi poterat naſci aduocato: ſed voluit legis benignitas, ꝙ vltra ſalariũ publicũ daret̃ ſibi poſt victoriã cãȩ quedã remuneratio q erat quedã curialitas. Ad qd officiũ iudicis ꝑſtabat ſuũ vigorẽ, ſed ꝙ ſalariũ peteret̃ officio iudicis, nõ dicit̃ ibi. vñ cum hodie aduocat⁹ nihil de publico recipiẽs. nõ conuenit de ſalario ſibi nõ ſuccurrere p illã leg. ¶ Sed nunqd per actionẽ locati peti põt ſalariũ gl. in. d. l. vna. dicit ꝙ nõ. Nam ꝓpter nobilitatẽ officij aduocationis nõ cadit locatio in op̃is aduocati: ſicut nec ĩ agrimẽſore: vt. ff. ſi mẽſ. fal. mẽſ. di. xlj. § cũ aũt. Sed hoc dictũ Doc. reprȩhendũt pro hodie ſatent̃ bene tñ de tp̃e § in honorarijs. qa ad id tenebat̃ rõne publici officij, non ꝓpter nobilit. officij. Et patet, qa hȩc ratio ceſſat in mẽſore. verũ, qa hodie oẽs ſic põt aduocati locare op̃as, ſicut cõtinuò locãt, & iõ ex quo ſic cõſueuerũt ꝓſumit̃ tacita cõuẽtio. Item cũ quȩrit̃, qa actiõe petit̃ ſalariũ aduocati. Doc. ſic diſtingũt. qa aut aduocat⁹ nõ cõuenit de ſalario. & tũc ſi cõſueuit gratis aduocare, vt ſcholares nouicij: & tũc nihil petit. ff. de pig. act. l. vel vniuer. dele. i. ſi ſeru⁹ plur. in ſi. Sed ſi cõſueuit recipe, tunc p̃ſcriptis verbis aget ad ſalariũ ſcd̃m circũſtãtias de qb⁹. ſ. ar. ff. de p̃ſcrip. ver. l. ſi certũ. & arg. de vſu, & habitat. l. plenũ. § ȩquitij. Aut cõuenit de ſalario: & tũc ſi cõtraxit locatione agit actionẽ locati: vt. ff. lo. l. q opas. Aliâs aũt ſi p ſimplex pactũ agit̃ prȩſcript. verb. vt. ſ. ar. C. de rerũ pmut. ex placito. Sed ſi p ſtipulationẽ ad certũ, aget certi cõdic. ex ſtipulatu. Aut ad incertũ: & tunc licet gl. dicat agi ex ſtipulatu dicendũ eſt certi cõdic. ex ſtipulatu: qa videt̃ ſalariũ promiſſũ ſcd̃um facundiã & cõſuetudinẽ fori, quẽadmodũ dicit̃ de intereſſe. ff. de re. cre. l. certi & no. Cyn. C. de ſen. q̃ pro eo, qd inter. l. vna. ¶ Verũ aliter videt̃ notare Brut i. l.

vna

vna.de ſuffra.alleg.innitẽs magis gl.quę ibi vide:ſed dic vt.ſ.

7 ¶ † T E R T I O quæritur circa hoc, quando debet ſolui aduocato ſalariũ: dicũt quidam ꝙ poſt patrocinium pręſtitum.argu.ff.de act.emp.l.Iul.§.offerri. But.in.l.vna.alle.dicit hoc poſſe ſeruari.dicit tamen, ꝙ de conſuetudine ſoluitur in tribus terminis. Primò tempore formationis libelli Secundò tempore formationis articulorum ſeu capitulorum. Tertiò tempore allegationis ſciendæ in cauſa.quę cõſuetudo ſeruanda eſt.C.loc.l.certa. Sed de iure, ſi aduocatus vult,& petit ſalarium, debet impleſſe. Aut clientulus petit patrocinium ſibi præſtari.& debet præſtare ſalarium: vt.§.offerri.&.§.in honorarijs.alle.ſcdm eũ. Sed de hoc vide multò pleni⁹ per Bar.in.d.l.j.§.diu⁹ circa prin.pe.col.vſq; ad fi.

8 ¶ † Q V A R T O quæritur, pone: aduocatus receptus ſimili ab eodem clientulo in tribus cauſis, cõuenit, ꝙ ſi vinceret in cauſis iſtis haberet cẽtum plus nomine palmarij ſiue victoriæ. Accidit poſteà, ꝙ in quibuſdam obtinuit & in quibuſdam ſuccubuit. quęritur an illud plus habere debeat in totum, vel in partem? dicit glo.in dicta.l.vna, ꝙ fortè habebit totum: quia verum eſt indefinitè ipſum viciſſe. Butr. verò ibi dicit, ꝙ imò non eſt verum ſumẽdo rationem indefinitam, quæ æquiparari poſſet vniuerſali:vt.l.ſi is qui.ff. de re.du.& de leg.ij.ſi ex pluribus. & ideò tutius videtur ꝙ pro rata conſequatur.ar.l.qui ſolidum.§.cum poſt mortem. ff.de leg.ij. Et idem not.glo.in ſimili.C.de iure iutan.l.generaliter.& de tranſa.l.ſi ex falſis. ſecundum eum. Et hoc placet Iaco.de Ra.Pet.& Cyn.de æquitate in.d.l.vna.

9 ¶ † Q V I N T O quæritur retento eodem themate pone, ꝙ eſt tranſactum: nunquid aduocatus viciſſe videtur, vt petere poſsit promiſſum ſibi nomine palmarij. Iſta quæſtio eſt Sabbatina in qua dicit glo.in.d.l.vna, ꝙ ſic: quia trãſigere.eſt vincere.ff.man.l.ſi. Sed illa lex nihil facit.licet But. ibi ſtet cum glo. Vinc.Iaco.de Ra.diſtingunt ſic. Aut clientulus tranſigit cum conſilio & conſenſu aduocati: aut tranſigit aduocato contradicente. aut aduocato nihil dicẽte. Primo caſu nihil habebit ratiõe victorię ſcdo caſu, ſi aduocat⁹ poteſt ſecundo oſtendere, ꝙ clientulus habebat bonam cauſam.& ꝙ obtinuiſſet, niſi tranſegiſſet: tunc petere potuit: qa licet ſit dubius litis euentus tamen præſumendum eſt, ꝙ faciet iudex iuſtitiam.argu.ff.de pec.l.eo tempore. Aut non ꝓbat hoc,& tunc ſecus:vt.ff.de condi.& demon.l.quibus.§ ſi. Si verò tranſigit in tertio caſu.ſ.aduocato tacẽte & nihil dicente. Idem ꝙ primo caſu: quia tacendo conſenſiſſe videtur: qa officiũ ſuũ non eſt tacere.arg.C.ad vele.l.ſi ſiuė. Et qa debuit reſiſtere trãſigenti.ar.C.de app.l.qui nec põt dicere aduocat⁹, per me nõ ſtat:vt.ff.de re.iur.l.iure ciuili: qa illud verũ eſt in cõditionibus poteſtatiuis, ſec⁹ in caſualib⁹, ſicut eſt hîc.cum dubij ſint litis euẽtus:vt.ff.de pecu.l.quod debeſ.

10 ¶ † S E X T O quæriſ, quid ſi cauſa transferatur de vna cauſa ad aliam: an teneatur aduocatus pro eodẽ ſalario poſtulari? glo.dicit, ꝙ non in.d.l.vna. Quod fatetur Butrig.in multùm remota prouincia: ſecus in propinqua, ſeu nõ multùm remota, quod de propinqua, ſeu non multùm remota fatetur Iaco.de Ra.ſi de illa debuit cogitare.ar.ff.de euict.ſi fundum.loc.ſi domum. Aliâs ſecus: vt cum Papa in alia prouincia committit cauſam appellationis puta in Anglia.tũc enim remotio prouinciæ,& quantitas pecuniæ inſpici debent.ar.ff.de an.leg.l. Mæuia.§. ſi. Et tunc demũ ire tenetur debet hoc eſſe expen.clientuli: quia nemo cogitur militare ſuis expen.vt dixi.ſ.& tamen patroni cauſarum militãt.ar. C.de teſti.quoniam liberi & de appel.eos §.ſi quid.ſecundũ dictos doc.in Cyn.in.d.l.vna. Et vide in procuratore nota. Cyn.C.de procurato.l.inuitus:

11 ¶ † Q V I N T O principaliter quæritur, qui dicantur prohibiti ab officio poſtulandi.ſed de hoc dic, vt.ff.eod.l.j. ij.iij.iiij.&.v.& prout in illis legitur,& notatur. Et de clericis ſecularibus & religioſis ac beneficiatis, vt hîc,& duobus c.proxi.præcedentibus plenè ſcripſi. Alius caſus.C.de offic. acceſ.l.ſi.& alius caſus.C.eod.l.prouidendum. Et alius caſus C.eo.l.ſi qui aduoca. Et alius caſus.C.e.l.nemo.& de pœ.di. j.l.nemo.&.ĩ.de hære.excommunicamus.§.prętereà. Et ali⁹ xj.q.iij.cum excõmunicatis.ĩ.de excep.exceptionẽ. &.ĩ. de pœ.in quibuſdam. Et alius.ff.ad.l.Iul.repet.l.ead. Et alius.ff. eo.l.puto.&.l.ſe. Et alius.ĩ.de priui. ſuper ſpecula.& ne cler. vel mo.ſuper ſpecula.&.c. non magno.in ſi. ſuper quo vide Hoſti.in ſumma, ne cleri.vel mo.§ ſi. verſi. vt religioſi.& ſequentibus & hoc proſequêre latius: vt in ſumma Hoſtien. hoc ti.§.pe.& adde, quod ſcripſi.ſ.eo.ſupra.Rubr.ad finem.

12 ¶ † S E X T O principaliter quæritur, quid pertinet ad officium aduocati? certè hoc principaliter.ſ.ea quæ ad cauſam ſui clientuli faciunt de iure, vel de facto curialiter proponere ſine opprobrijs: vt.C.eo.l.quiſquis. Et ita poteſt poſitiões formare,& eis reſpõdere: vt.ff.de adul.l.ſi poſtulauerit.§.qõnem.&.ff.de procu.l.non ſolùm.j.rñ. Sed de hoc plenè dicam.ĩ.de iudi.paſtoralis. Licet hoc hîc proſequatur latè Hoſti.in ſumma.§ ſi.in prin.vſq; ad verſi.Item ad officiũ.

¶ Et hic primò quæritur, qualiter debet facere aduocatus, dum videt cauſam clientuli ſui malam. Ecce, ab initio hoc aduertens, eam nullo modo debet recipere & hoc ex poſtfacto cognoſcẽs: ab ea debet omnino recedere & ſalarium qd inde receperat reſtituere alioquin doloſus eſt.ar.ff. de exce. dol.l.ij.§ item queritur ſi quis.in ſi.Goſ. Sed de reſtitutione non dicit illa lex: quia ſi laborem iam ſubijt bona fide ꝓ illo poterit competens ſalarium retinere.de quo dicam in opere ſequenti ver.ſubditq; etiam & ad prædicta olim ſacramentu adſtringebatur.ſed hodie nõ ſeruatur, ſecundũ Bar. C.de iudi.rem non nouam.§ patroni. Peccat tamen hodie ſi contra faciat,& ędificat ad gehenuam.ſ.de ſcruti. in or. fa. c.vno.de ſimo. Matthæus. vbi nil prodeſt vniuerſum mundum lucrari,&c.& non minus peccatum linguæ, ꝙ ſanguinis.xj.q.iij.quiſquis.§.j. iuxta illud Pſalmi: Quorum maledictiõe & amaritudine plenum eſt.fa.C.de admi.tu.l.ſi bona. & eodem titulo .ff.l. quoties.§ ſicut igitur. Tamen bonã fidem: vt ibi,&.ff.man.l.quintus. vnde aduocatus in tali caſu tenetur ad intereſſe clientulo.ar.C.de admi.tu.l. nõ eſt ignotum. Quod dic, vt no.Hoſti.in ſumma de cõſuetu.§ de virtute.ver.generaliſsim⁹. Tenetur & de imperitia & de negligentia ar.ff.ad leg.aqui.idem iuris &.ff.loca. cũ in plures. § locator.& de offi.præſi.illicitas.§.ſicuti &.ſ.de æta.ad aures. Et forti⁹ ſi cãm ꝑdit.ff.de pœ.ſi quis aliquid.§. ſi quis iuſtã.ad leg.Cor.de fal.l.j.§ is, qui.& de extra.crimi.ſacularij.§. j. Et qualitercunq; vicio ſuo cauſam amittat.ar.ff.de euic.ſi ideo.C.de eui.l.raptor.de tabu.exh.l.locũ § cõdemnatio. tenetur eñ ꝑti de ſuo malo conſilio.ĩ.de iniu.c.ſi.Col. Secus ſi ex qualitatę cauſę, vel ob defectũ ꝓbationis, quia vicium eſt materię, nõ artificis vt.ff.ad leg.aqui.l.ſi ſeruus.§ ſi calicẽ. & lo.Itẽ quæriſ.§ ſi gẽma ſecũdũ Hoſti.remittit Col.ad no. de pœ.di.j.c.magna in prin Hoſti.añt occaſiõe illa, qa aduocati officiũ eſt ſtare nõ ſedere.C.e.l.quiſqs tractat hoc ti. in ſumma.§ ſi.valde latè, qualiter clerici & religioſi poſſunt poſtulare. Sed iſta eſt materia horũ triũ capitulorũ, quã in eis pleniùs explicaui. Sed ſi vis, vide ibi Hoſtien.de longo.

13 ¶ † S E P T I M O accedo ad aliquas qões Coll. Et primò quęro, ſi ſacerdos cõtra hãc decretalẽ poſtulet, an ad ſalarij reſtitutionẽ teneaſ? dicit Hoſti.notaſſe, ꝙ ſic in ſumma de pœnitẽ.§ qbus & qualiter verſi.qd de aduocatis.& ſe.& idẽ not.vbi aduocatus eſt excõicatus: vt dicit notari per Hoſti. de exce. pia. Timet tamẽ Col.ne nimis dura ſit hęc opinio: quia magis exercet meretrix actũ damnatũ, quæ retinet.ar. notatorũ de deci.extrãſmiſſa.ſa.qd habeſ.ff.de cõdi.ob tur.
14 cãm.l.idẽ,& ſi ob turpiñ.§. ſed & qd meretrici. ¶ † Scdo q̃rit, qd ſi interueniat neceſsitas vt qa forte nõ repio ęquè bonũ aduocatũ, ſicut ſacerdotem? dicit Spe.notare ꝙ hoc caſu poſtulare põt.dicit tñ ꝙ hoc nõ bñ patiſ hęc lr̃a, q̃ nõ cõcedit hoc etiã ꝓ cõiũctis, vel miſerabilib⁹ ꝑſonis: niſi ĩ caſu neceſsitatis. Et multas aliâs qões Spe.hîc recitat quas cã bre-
15 nitatis omitto. ¶ † Subdit etiã qõnem de ſententia lata per corruptas & falſas allegatiões aduocati, an ſit ipſo iure nulla

Et recitat dicta Cyn. C. de aduoc. di. iudi. l. ſi patronum. in iiij. oppoſitione. Et de hoc dic, vt ibi dicam. ῑ. de in integ. reſti. c. j. lib. vj. vbi videtur de hoc caſus ſecundum Collect. ¶ Subditq́ etiam Collect. id, quod habes in Cyn. C. de iudi. rem non nouam. in. iiij. q. De quo aliquid tetigi poſt Hoſti. ſ. in prin. proxi. q̃onis. Pone, aduocatus ſuſcepit cauſam ſub certo ſalario, deinde inuenit cauſam malam, & dimittat eam. nunquid nihilominus debet habere integrum ſalarium diſtinguit Cy. aut aduocatus deſerit cauſam propter vitium antiquum: aut propter vitium nouum. Si propter vicium antiquum: aut percipere potuit, & non habebit. ar. ff. lo. l. ſi quis fundum. § ſi colonis. Aut percipere nõ potuit & tunc habebit vt. d. l. rem non nouam. & ff. de var. & extraor. cogni. l. j. § diuus. Si verò nouum eſt diſtingue, vt legitur & notatur in. d. § diuus. Ecce de hoc qualiter dum vnus operã, & alius ſalariũ debet, impedita opera per caſum, vel factum, aut mortem alterutri⁹ debetur ſalarium pro toto, vel pro parte ex contractu inter viuos, vel ex vltima voluntate. Et de pluribus alijs q̃onibus contangentibus valde vtilibus, vide plenè per Bar. in. d. § diuus. quaſi per vnum foliũ cum dimidio, quæ cauſa breuitatis de præſenti omitto.

16 ¶ † Conſulit quoq; Collect. aduocato, ꝙ non promittat clientulo victoriam cauſæ. & ſicut nec medicus debet infirmo promittere ſanitatẽ. lxxxviij. diſt. palea, eijciens. quia victoria non eſt in eo. ij. q. iij. inſanies. § notandum. verſi. nam facti q̃ð. de poe. di. j. hoc idem. Alia quædam tangit. ſ. expedita & alia de dictis Speculatoris de quibus. ſ. remiſi generaliter. & aliqua tangit Ioan. And. in addi. Spe. maximè in titulo de aduocato. quæ etiam ibi vide quia illa etiam cauſa breuitatis omitto. ¶ Sup. gloſſ. in gloſ. j. ibi: *deniq;*. & ibi: *hæc glo*. Et ibi: *non hoc verum*. & ῑ. de re. iur. locupletari lib. vj. In glo. ij. ibi: *& pro quibus*. ibi ponitur generaliter duplex ordo nõ poſtulantium, qui habetur. ff. eo. l. j. De triplici verò ordine clericorum non poſtulantium, vide in Specula. de aduoca. § j. verſicu. item, ꝙ eſt clericus. Et ibi: *euſdem eccleſiæ*. argu. ſ. de offi. delega. cum R.ñ. Et fortè de amico intimo fraterna charitate dilecto arg. ff. de hæredi. inſti. nemo dubitat. § qui frater. ff. de ver. ſig. l. latæ. § amicos Quod ſatis admitti poteſt: dummodò hoc non pecunia, ſed dei charitas operetur. quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Matthæi. xij. in fi. *In glo. in fi*. &. ff. eo. l. j. § j. *In glo. vlti*. ibi: *nulli*. in his omnibus Deo. Et ibi: *contra aliam*. ſecundum Ioan. Gof. & Inno. de quo dixi. ſ. vide Mercurial. regula, contractus. Et ibi: *Prelatus*. ſupple alterius eccleſiæ.

De procuratoribus. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quis dicatur, & qualiter cõſtituatur, item quis procuratorem dare poſſit, & quis dari? Remiſſiuè.*

2 *Procurator, & nuntius quot modis differant? remiſſiuè.*

HEc rubri. continuata eſt in rubrica præcedenti. & de materia huius habetur. v. q. iij. per totum. iij. q. vij. c. j. de recri. nõnulli. ad fi. & c. ex parte decani. de ele. quia propter. § prohibemus. & c. pe. eo ti. lib. vj. de offi. dele. cum olim. j. Et repetitur in. vj. & in Cle. ¶ Item fa. ad materiam. ſ. ti. j. c. fi. ῑ. de reſti. in integ. c. ij. de arbi. per tuas. de teſti. inſuper. de appel. ſignificauit. vt lit. non conte. c. j. in fi. de reſti. ſpo. ex parte. de Iudi. c. vlti. li. vj. de eo, qui mitti. in poſ. c. fi. ῑ. de proba. poſt ceſsionem. de appel. ſignificante. de cenſi. c. olim. de accu. veniens. & c. ſuper his. in fin. de elect. c. j. & c. cupiẽtes. § ꝙ ſi ei. § ad hoc & § cæterum. in fi. & c. procurator. & c. indemnitatibus. § ſed cum eas. & c. ſi compromiſſarius. j. & . ij. & c. auariciæ. lib. vj. & de iura. cal. c. ij. ij. rñ. cum c. vltimo. de confeſ. c. ij. de teſta. c. vlti. de iur. iur. c. vlti. in fin. de ſta. monacho. c. vno. § verũm. & § ſeq. eo. li. & cle. cauſam. 3 de elect. ¶ † Quis autem dicatur procurator, & qualiter cõſtituatur, dicetur. ῑ. c. petitio. in. iiij. q. & c. cum pro cauſa. in prima oppoſitione & . ij. q. Et quis dare poſsit procuratorẽ. ῑ. eo. quia in cauſis. in. iij. q. & remiſsionibus ibi datis. Et qui dari poſsit procurator. ῑ. eod. non iniuſtè. in prima oppoſitio & in prima quæſtione, ſed non plenè. Et ad quid teneatur. ῑ. eo. non iniuſtè in. x. q̃ó. Et qualiter mandatum procuratoris firmatur. ῑ. eod. c. mandato. in prima oppoſitione & remiſsionibus ibi datis. Et quod ſit officium procuratoris 4 dicam. ῑ. eo. c. conſtitutis. in. vj. q̃ó. † Et de multis differentijs inter procuratorem, & nuncium, vide plenè in Spe. eo. titu. § vt autem ſcripta. verſi. & not. ꝙ. Scias tamen, ꝙ quidã dicunt procuratori deputato ad agendum & exigẽdum nõ ideò poſſe ſolui. argu. C. ſolu. matri. l. j. & . ij. in fi. & . ff. eo. non ſolũm. & de ſolut. hoc iure & de pact. ſed ſi tantum. Sed alij dicunt ei poſſe ſolui. argu. ff. de lega. iij. l. fideicommiſſa. § ſi rem. C. de ſolu. l. inductam. recitat Spec. eo. titu. § vt autem. verſi. notabiliter. Secundum placet Alb. Gul. cui videtur caſus. ff. de pigno. actio. l. ſolutum. § ſolutam. ibi: vel procuratori. induxit. ff. de nego. geſt. ſoluendo. cum ſua gloſſ. & . ff. de ſolutio. ſi quis ſeruo. in princip. Hoc placet Ioan. And. in additione Specu. vbi. ſ. in procuratore ad negotia, vel miſſo ad cauſas & negotia. de quo loquitur formaliter Spe. vbi. ſ. Et in procuratore ad lites tantũm procedunt contraria. ff. ſ. inducta. Et ad. l. ij. C. ſolu. matri. in fi. quę innuit, ꝙ exigere & accipere ſunt diuerſa: hoc fatetur Ioan. ſtrictè loquendo: quia exigitur ab inuito, & recipitur à volente. de cenſi. exigit. lib. vj. Et vt diuerſa cenſentur in procuratore litis tantũm. De procuratore autem in rem ſuam, vide in Specu. eo titu. § ſequitur videre. & per Ioan. And. in additio. ſuis. De quo ſcripſi aliquid. ῑ. c. j. in. ij. oppoſi. De coniuncta autem perſona etiam vide in Specul. ſub iſta rubricella cum additionibus Ioan. Et de defenſore & excuſatore vide ibi in duabus rubricis ſequentibus. Et de reliquis recurre ad ſententiam Hoſti. & Gof. in eo iſto titu. & ad ea, quæ dicam in ſingulis ca. huius ti. hic & in. vj. & cle. Et quia materia huius titu. vtilis & quotidiana eſt, ſerioſiùs & ſtudioſiùs eſt tractanda. ff. de liberis lega. l. legaui.

SVMMARIVM.

1 *Ægidius quo tempore in hanc Decret. primũ, de procuratoribus. & vbinam ſcripſit. Et quis ipſius ſcutifer fuerit, & quo tempore idem obierit.*

2 *Procuratorium quam ſolennitatem in ſe requirat? Et an procuratorium, iudicis interlocutoria interueniente, firmetur? numero. 3. Et an huiuſmodi interlocutoria domino ſcienti, non contradicenti, nec appellanti præiudicet? numero. 4.*

5 *Geſta, de quibus hic, quæ dicantur?*

6 *Cautioni de rato, quando locus ſit?*

7 *Procurator actoris & rei, cur variè caueant.*

8 *Mandatum procuratoris, qualiter in dubium venire queat? Et num ad mandatum per teſtes probandum admitti poſſit? nu. 9.*

10 *Cautio per quæ interponi debet?*

11 *Procurator cum cautione ad agendum admiſſus, qui obtinuit, num vigore primæ cautionis exigere queat? Et de materia cautionis & ſatiſdationis procuratoriæ, ſub hoc remittitur numero. 12.*

13 *Cautio rati in criminibus ciuiliter agitatis in quibus procurator interceſſerit, num locum habeat?*

14 *Procurator generalis ſiue ſpeciali mandato, num de crimine ciuiliter agere queat? Et de multis alijs quæſtionib. hic ordine remiſſiuè traditur?*

15 *Procurator, de cuius mandato dubitatur, num præſtando cautionem ſub qua hic, admitti debeat.*

16 *Procurationis quis ſit effectus?*

Alia quidem

¶ CAP. I.

ALia quidem. ¶ Caſus. Procurans in iudicio cauſam ecclesiæ collegiatæ, debet habere ſufficiẽs mádatum prælati & capituli. Et primo præmittit motiuum ſecundò ſubmittit mandatum ibi: *quia ergo.* ¶ Expone literam. *ad cauſam.* agendam, vel defendendam. *Non miſeris.* i. procuratores non cõſtitueris, qui tamen procuratores ſe fingebant. Innoc. *Et ideo.* ſ. quia miſerat eos. *Subſiſtere.* quia cum falſo procuratore lis nulla, iudicium nullum. C. eo. l. licet. ĩ. eo. ex inſinuatione. *Non debere.* fuerant iſti admiſſi, quia fortè erãt noti in curia, ꝙ fuerint familiares Epiſcopi. Pet. & Abb. *Sed & te.* hic forte erat nũcius Papæ. Inno. Et ſi dicas hic credi vni teſti: dicit Abb. ꝙ eius teſtimonium literarum adminiculo fulciebatur. *dictis.* i. mandatum. Vel propriè. Et dic hoc quod . ſ. ꝙ prædictos viros ad cauſam non miſerat. *Portitoribus.* qui hoc idem dicebant, oſtendentes tale mandatum. *Simuliter dicitur.* ſ. quòd non fuerint procuratores ad cauſam miſſi. *Inſtructum.* de inſtructoribus hodie. ĩ. de elect. cupientes. *Præsbiterorum.* Repete quæ diximus. ſ. de reſc. edoceri. Inno. *Diaconorum.* Non putat AEgidius conuerſos ad hoc requiri debere pro & contra de ele. ex eo, ꝙ in fi. lib. vj. Et vide de ſyndico in Spe. verſi. quid de conuerſis. *Teſtium.* nota ꝙ licet capitulum conſtituat procuratorem, tamen ſubſcribi debent teſtes. *Roborato* mandato. ſ. quod præmiſit. *Ex more.* i. iuxta morem. *Indicto.* i. habente ſuperioris authoritatem vt ſic ea habita ac ſolenniter acta inter geſta publica computentur, ſecundum Innocẽ. ¶ Opponitur ibi: *Præſbiterorum, ſeu diaconorum.* de. c. edoceri. ſ. de reſcrip. Super quo vide Ber. hic in glo. vltima. ad quem ſemper recurritur. Inno. verò dicens hic repetenda, quæ ipſe ſcripſit in. d. c. edoceri. Subdit ꝙ hi præsbyteri & diaconi nõ preſtiterãt hic authoritatẽ procuratori: ſed tãquã teſtes fidẽ faciunt inſtrumento. Et ſic non obſt. c. edoceri. Et hęc ſolutio per Moderniores communiter approbatur vel dic ſecundum eum, ꝙ illud magnum negotium erat vnde cum conſilio ſui capituli facere debuit. ĩ. de his qui fi. à præla. quãtò. & c. nouit. &. ſ. de maio. & obedi. humilis. Innocen. & maximè in his, quæ communiter eos tangunt: vt d. c. humilis. Sed de hoc dic prout ſcripſi in. c. humilis. in verſi. oppoſitione hoc ſolùm addito. de præſenti, videlicet hoc bene notandum, quod hîc manifeſtè probatur, ꝙ in cauſa eccleſiæ ſolus Prelatus procuratorem conſtituit. Sic. ĩ. de dila. c. expoſuit & de iura. calum. cum cauſam. Licet enim ad cautelam maiorem hic Papa requiſierit in ipſa conſtitutione ſolennitatem ſingularem ſubſcriptionis preſbiterorum & diaconorum: tamen non requirit, ꝙ prælatus & capitulũ inſimul, vel prælatus, de vel cum conſenſu, aut conſilio capituli conſtitueret. Et eſt bene aduertendum iudicio meo, quod non requirebat hîc Papa, ꝙ præsbiter, vel diaconi eccleſiæ ſe ſubſcribentes eſſent canonici eccleſiæ: aut in capitulo vocem haberent. Nec etiam caſu, quo canonici. eccleſiæ fuiſſent, non requirebat Papa, ꝙ omnes canonici ipſi, vel maior pars eorum. Nec etiam, ꝙ collegialiter ſe ſubſcriberent: ſed ſolùm, ꝙ aliqui præſbiteri, vel diaconi eccleſiæ canonici vel non canonici in procuratorio ipſo ad cautelã, & ad tollendum falſitatis ſuſpicionem ibi ſubſcriberent ſe ſicut in teſtamentis hoc requirit lex. C. de teſta. hac conſultiſsima Pluralis enim locutio binario numero eſt contenta. ff. de teſtib. l. vbi numerus. Et maximè, quia vt. ĩ. dicetur hæc ſolennitas eſt cõtra ius commune ex cauſa ſingulari in caſu iſto ſpecialiter adinuẽta. & per conſequens non amarè contra, ſed ſecundum ius interpretanda: & vt quãtùm fieri poteſt, minus recedatur à iure communi. de conſue. cum dilectus. C. de teſti. l. ſi quando. cum ſi. Ex quibus infertur, ꝙ licet Prælatus ſolus alienare non poſsit extraiudiciũ vel etiã tranſigere in iudicio: ſolus tamen poteſt ius eccleſiæ in iudicium deducere. ¶ Quorum occaſiõe propoſueram hîc tractare qualiter Prælatus, vel capitulum, aut alius quiuis ius eccleſiæ, ſeu Prælaturæ vel capituli aut commune, vel diuiſum eorum agendo, vel defendendo nomine ſuo, vel eccleſiæ, aut Prælaturæ, vel capituli cõmuniter vel diuiſim põt in iudicium deducere. Et qualiter ſi deduceretur, præiudicaret ſentẽtia eccleſiæ capitulo, vel Prælato ſciẽti, vel ignoranti, communiter, vel diuiſim. Et qualiter rõne huius præiudicij competere poſſet eccleſiæ, Prælato, vel capitulo, aut quibuſuis alijs ius agendi ad reuocationem ſentẽtiæ, vel ꝓceſſus &c. per viam nullitatis, vel reſtitutionis, aut aliàs. Et qualiter in his vnus agens tenetur requirere conſenſum, vel conſilium aliorum. Et quomodo & quãdo, & in quibus caſibus & an defectus huius requiſitionis annullet ipſo iure ꝓceſſum vel reddat per ſententiã anullandum. quę ſunt bene diſcutienda propter gloſ. vltimam verſi. ſatis bene hîc cadere

1 poſſet. Verũ † quia propter maximam calorem aeris, ac peſtis & mortalitatis intemperiem, quæ hoc menſe Iulij anno domini M. ccc. lxxxiiij. hîc in Auinione valde vigẽt: quo menſe die mercurij. xix. menſis eiuſdem, Laurentius de porta ſcutiſer meus, & ſcriptor hui⁹ operis obijt hac peſte: quem Deus habeat, laborem mitigans, & requiem quærẽs remitto de hoc ad. c. auditis. de præſcrip. vbi de hoc per Inno. vide tamen, quæ de his interim fortè dicam de iudi. cauſam quæ. & de iura. cal. cum cauſam & de arbi. cum tempore. & c. expoſuit alle. etiã de teſti. c. cũ olim vbi de hoc etiã per Inno. in. iij. not. & q. j. &. ĩ. de teſtib. cum olim. in prima ſecunda oppoſitionibus & in prima. qõ. & in quæſtionibus ſequen. & de hoc etiã aliquid legi & not. ĩ. de cõfirmat. c. cũ dilecta & c. ſi quis præsbyterum. de rebus eccle. non alie. Et vide quæ dicam. ĩ. eo. quia in cauſis. in. iij. q. §. quæritur. ver. in communibus verò. & remiſsionibus ibi datis. & quę ſcripſi. c. edoceri. de reſcri. & de ma. & obe. c. ſi. &. ĩ. e. petitio. in expoſitione ſuper verbo, conſtituit.

2 ¶ † PRIMO queritur ibi: legaliter facto. qualiter hoc intelligitur. dicit glo. ꝙ litera ſequens exponit hoc verbum. Sed Hoſti. reſiſtit. d. ꝙ lex ſolẽnitatẽ, de qua hîc ſequitur in procuratorio nõ requirit: ſed ſuffieit, ꝙ litera procuratorij contineat id, quod notatur. ĩ. eo. mandato in princi. primę glo. & quod habetur. ff. e. l. procurator. & C. de ſatiſdando. l. vna. Et ſufficit ꝙ de hoc fiat fides iudicij. ff. rem ra. ha. ne ſatiſda. ff. de proba l. quinquaginta. C. de condi. ob tur. cau. l. j. ij. q. vij. pleriq; vel ſecũdũ Hoſti. dicit mandatũ factũ legaliter ad inſtar decreti, qd ſcdm legẽ appo. in alienatiõe rei eccleſię facta ſolẽniter in quo requirit. clericorũ cõſenſus, ipſorũ ſubſcriptionib⁹ roboratus, de quo. x. q. ij. c. eo enĩ. §. hoc ius. & xij. q. ij. ſiue quaſi ſcdm eum Papa voluerit hanc cautelã adhibere, ne poſſet ſecũdò vel tertiò eludi.

3 ¶ † SECVNDO premiſſorũ occaſione, quęritur qd ſi ſuper ꝓcuratorio fecerit prętenſus ꝓcurator iudicem interloqui ſe eſſe ꝓcuratorẽ, cũ nõ eſſet: nũquid per hoc firmat ꝓcuratoriũ qd aliâs nõ valebat, ſi de ipſo dubitetur. ar. ꝙ ſic, etiam ſi fuiſſet falſum. ff. qd cũ fal. tu. l. j. §. pe. ff. qd met. cau. l. fi. in fi. de pig. act. l. fi. ad fi. ¶ Sed cõtra. ff. de collu. dete. l. cum non iuſto. & hanc ſcdam partẽ tenet Iaco. de Are. etiã ſi iudex ſe ratum habiturum dicat, quod cum eo fieret Non obſt. ff. quod cum fal. l. j. § pe. quę incip. idem Pomponius. qa non eſt iudicis dare, vel creare procuratorem, ſicut eſt dare tutorem, vel curatorem. Et hoc quidam alij Moderni tenẽt. Sed ſi propoſitu omnibus exceptionibus contra procuratorem, iudex pronunciat, ꝙ his non obſtantibus, admittatur, videtur ꝙ pręiudicet ſententia arg. C. ſi ex fal. inſtru. l. j. Et hęc eſt quędam cautela, quam faciũt aduocati: vt refert Speculator ſecundum Hoſtien. C. eodem. l. licet. ¶ Verùm hoc paſſu hîc dicit Hoſti. ſi dominus ſciat interlocutoriam latam, & non contradicat, nec appellet intra decem dies, pręcluſa eſt ſibi via. de electio. cum dilecti. ad finem. & de hoc de offi. delega. cum olim Abb. Sed ſi contradixerit, vel appellans tutus erit: vt in contrario. Et fa. quod ſcripſit Nouel. de reſcri. ſup literis. ĩ gl. ma. & quã in fi. poſuit circa med.

verſi.ſecus. Et de hoc per Spec.de reſcrip.preſenta.§.j verſi. vlti.& de ſyndico.§.j.verſi.quid ſi iudex. De hoc not.C. de eo,qui pro tuto.nego.geſsit.l.ſi.vbi videtur,ꝙ quamuis iudex pronunciauerit,non valent geſta per eum: iuncta gloſ. cum textu,quæ dicit,ſi à iudice. Licet poſsit reſponderi ꝙ ibi nõ pronunciauit ſe ratum habiturum: Imò ſimpliciter adminiſtrationem iniunxit, inter quę eſt differẽtia. Vel poteſt reſpondери,quòd ibi iudex qui non habebat poteſtaté, vel iuriſditionem in tutorem approbauit eum pro tutore, vt ibi in glo. Idem habes de prælato,de quo ibi per Modernos. Et ibi habes etiam,quòd exceptio falſi tutoris poteſt opponi poſt litem conteſtatam ad exemplum falſi procuratoris.& per quæ Bartolus determinauit quæſtionem. Ecce, quidem fuit condemnatus tanquàm tutor alicuius ex eo,ꝙ negocia malè geſsit:nec fuit in cauſa probatum iſtum eſſe tutorem. Agitur contra certum poſſeſſorem bonorũ ipſius tutoris. Ille opponit,quòd ille tutor non erat:an illa ſententia probet? Bartolus dixit quòd non,licet.§.idem Pomponius. allegatus in contrarium facere videatur. Iac.verò Butriga in dicta.l.licet.dicit ſic: quòd ſi domino veniente ad cauſam fuit pronunciatum procuratorem legitimum. nocet domino:aliâs non:quia cum domin⁹ non venit ad cauſam,iſte articulus an ille ſit procurator, non agitur tanquã cum procuratore,ſed tanquàm cum priuato procuratorem ſe dicẽte ſecundum eum. Et ita videtur quoad hoc,res inter alios acta:quæ alij præiudicare non debet.j.de re iudi.cum ſuper.in fi.cum ſi. Quid dicendũ? ecce,ſicut ſcripſi io.c.ſup literis.allegato in quæſtione,quæ incipit:ſed pone, ecce ſententia compoſt.ibi tenet,ꝙ ſi per verum iudicem falſus ꝓcurator pronuncietur verus,& vigore illius,cum huiuſmodi falſo procuratore:iudex ille verus proceſſerit,& ſententiã tulerit:non valebit ſententia,nec proceſſus in præiudicium domini abſentis:niſi ratum habuerit:vt.l.licet. allegata &.ff.de iudi.l.licet. Quia & ſi iuriſditionem habebit contra abſentem:tunc contra non contumacem non poteſt valere proceſſus,niſi ratificet:vt de offi.delega.cum olim.ff.rẽ ra.haberi.l.iij.§.falſus. Nec ob.ff.quod cum fal.tu.l.j.§.j.&.ff. de offic.prætoris.l.Barbarius.quia loquitur in habentibus legitimam adminiſtrationem:& propter rempublicam introductum eſt.at in alijs ſecus. Ioan.Andræ. in additionib⁹ Spe.de ſyndico.§.j.verſi.quid ſi iudex.allegato in additione quę incipit.iſte finis.reprobat opinionem quę habet,quòd ſi iudex ſit interloquendo decreuerit ſe ratum habiturum, quicquid erit factum per talem,valet. per.§.idem Pomponius ſolutiones ad illum.§.vt.ſ.tetigi. Videlicet,quia ad dominum,& nõ ad iudicem pertinet dare procuratorem ita, quòd iudex non poteſt parti dare procuratorem, ſicut pupillo tutorem. Inducit etiam ibi:quia certi ſunt caſus,quib⁹ ſentẽtia facit ius,de ſta.ho.l.ingenuũ.& quod not.j.de re iudica.c.cum inter.inter quos iſte non eſt. Item inducit, quia ſicut iſte non potuit,vt procurator repñtare dñm in cauſa principali ita nec in iſto articulo an ſit verus illius procurator. Et hanc partem ſimpliciter tenui Romæ tempore domini ſancti Gregorij,in conſilijs domini Cardinalis Angeli vltra præmiſſa inducebam,quòd ſententia lata cum non iuſto contradictore vim & nomen rei iudicatæ non habet nec aliâs poteſt præiudicare.maximè quod principaliter tãgit:vt.l.cum non iuſto allegata. Sed talis nomine procuratoris,incedẽs,vt talis non poteſt dici legitimus contradictor, quia ſupponitur quòd re vera talis non eſt. Item cui denegatur terminus & via.ff.de ſponſa.l. oratio. Et quia talis in hoc articulo non videtur agere nomine domini ſicut nec beneficiatus agens de titulo non videtur agere nomine be-

4 neficij.not.Inno.de reſti.ſpolia.in literis. ¶ † Sed nunquid procedit dictum Hoſti.quòd præiudicetur domino ſcienti & non contradicenti nec appellanti.intra.x.dies? videtur quòd non:quia ſcit ius ſuum durare,&c.ff.quib.mo.pig.vel hypothe.ſol.l.ſicut.§.non videtur. Item,quia talis interlocutoria quæ reſpectu domini nulla eſt ipſo iure,& in qua nomine domini non eſt actum, non videtur poſſe per talem taciturnitatem domini vt queat reconualeſcere ipſo iure, per ea quæ notantur in reg.rati.& reg.ratum.& reg. nõ firmatur.lib.vj. Et ſcripſi poſt Inno.de offi.dele. prudentiã. in prin.in.v.q. Nec ob.ſi iuxta.§.falſus.alle.& not.Inn.de appel. dilecto. Dicas,ꝙ quia ſententia tenet reſpectu falſi procuratoris.& in prę iudicium illius,licet non teneret reſpectu domini,ſeu in præiudicium eius,per conſenſum ipſius domini ſubſequentem ratificari poteſt. Et hoc primo, quia ibi.§. falſus.& glo.Inno.non loquuntur de taciturnitate, quæ in onerofis non operatur conſenſum:vt.ff.de fur.l.qui vas.§.vetare.& not.Dy.in reg.qui tacet.li.vj.& Cyn.C.eo.l.inuitus. ſed in approbatione facti expreſsi. Item ibi agitur de approbatione ſententiæ latæ contra dominum in perſonam falſi procuratoris nomine domini interuenientis:hîc verò loquitur de interlocutoria non lata contra dominum:nec in perſonam pro eo interuenientem:vt dixi.dico tamẽ, quòd quicquid ſit de interlocutoria ipſa à tempore,quo domin⁹ ſciuit procuratorem agere,& non contradicit & donec videlicet cõtradicat,tenet proceſſus & ſententia,ſi feratur & præiudicat domino:quia ſic patiendo mandare videtur:vt ff.manda.l.qui patitur.& quia ex voluntate ſua videtur agere,ex quo potuit prohibere,& non prohibuit:ne iudicium ſit deluſorium.ff.de re iudi.l.ſæpe.& contra eum mandabitur ſententia executiõi.ff.de re iudi.l.iiij.quia debuit proteſtari,cumprimũ ſciuit ꝙ ſibi diſplicebat.C.de fil.fa.l.ij.arg. bonum.j.vt li.non conte.c.j. Et ita not. Inno.de reſcrip.ex parte decani.vt ibi ſcripſi in.ij.oppoſitione.

5 ¶ † TERTIO quæritur ibi:*geſtis*.quæ dicuntur iſta geſta? dicit Inno.geſta quoq; dicuntur aliqua facta,quæ nullo modo ſcripta ſunt.ſed ſicut geſta ſunt,ſunt in mente hominum.& hæc geſta aliquando publicantur:vt.j.de teſti.ſignificauit &.c.Albericus.& vt lit.non conte.quoniam.§ ſunt & alij.&.C.de re iud.l.geſta.&.C.de teſta.l.publici. Quandoq; dicuntur etiam geſta quædam facta in ſcriptis redacta: vel potius ipſę ſcripturæ,in quib⁹ geſta referunt,& iſtę ſcripturæ apud ſedem apoſtolicam dicuntur regeſtra. Et iſta geſta ſunt bene cuſtodita:vt inueniantur in archiuis authenticarum perſonarum:puta earum,quæ habent poteſtatem authenticas ſcripturas faciendi fidem,faciunt vt hîc, &.j. de præſcrip.ad audientiam.cum ſuis concor.quę ibi notantur Si autem non eſſent bene cuſtodita vel perſonæ non eſſent authenticę non crederem eis,arg.prędictę decretalis Inno. ¶ Dicit Hoſti.quòd ipſi Reges,Principes, & duces habent etiam ſigilla authentica de probati.c.j.de fide inſtrumẽ.c.ij. &.c.cum dilectus. Vel ſecundum Hoſtiẽ.geſta vocat ſcripta manu tabellionis.& ſpecialiter autho. iudicis, quæ vocantur iudicialia acta.& fidem faciunt.de probatio.quoniam. Et exponit,*geſtis*.i.apud geſta,vel acta. Allegat authen. hoc ius.C.de ſacroſan.eccle.&.C.de ſatiſda.l.vna.& vide qđ not.

6 de re iudi.l.cum inter.in vlti.glo. ¶ † Quartò quia licet iſtorum portitorum mandatarium dubium videtur, tamen, nõ fuerunt hîc etiam cum cautione admiſsi, iuxta.l.primã C.eo. Vel fortè,quia non fuit hoc petitum:vel quia conſtabat mandatum inſufficiens:vt in glo.vel propter præcedẽtem deluſionem,vel quia cauſa adeò grauis erat,ꝙ per cautioné ei non poterat ſufficienti modo ſuccurri. Et quia glo. prima intrat materiam huiuſmodi cautionis,& dictæ leg. j.C.eo. Collec.& Lignanus illam ſeriosè proſequuntur hîc. Ideò ne gloſſ. & doctores prædictos contemnere videar, Quæro,quando locus eſt huiuſmodi cautioni? Circa quod in procuratore actoris & rei diſtingue: vt in gloſſ. prima. Cui concordat in effectu Cyn.C.eo.l.prima in princip. Ad l.Pomponius.§.rati.ff. eodem dicitur, quòd ibi petebatur cautio de rato, lite iam conteſtata. Nec obſtat quòd dominus hodie habet iurare de calumnia vt not. in dicto.§.rati. & infra de iuramento calumniæ.capitulo primò.libro ſextò. Nec obſtat.l. de pupillo.§. qui procuratorio.ff.de operis noui nunciatione. quia ſecundum Dyn. & Iacobum

& Are.

de Are.ff.eodem.l.non ſolùm.§.qui alieno.ille §.intelligitur in caſu dubij,& cætera.Nec ob.ff.ad Treb.l.qui ita.§.j. quia ibi ſpeciale propter fragilitatem cautionis & illa fortè fuit ratio huius decre.vt dixi.ſ.Nec obſtat.l.exigendi.&.l.ſed & hæ.quia loquuntur in coniunctis.

7 ¶ † QVINTO quæritur,quia procurator dum certum eſt de eius mandato, non cauet de rato: & tamen procurator rei, etiam tunc cauet de iudicato ſoluendo quæ eſt ratio diuerſitatis glo.in dicto.§.qui alieno. ponit duas rationes,quas ibi vide,dicunt Pet.de Bel.Per.& Cyn. in dicta.l.j.qõ.j.quòd facilius litigat habens ſayſinam ſiue tenutam.i. retentionem,quam non habens.vnde reus,quando procurator habet mandatum,ſayſitus eo ſecurius litigat: quia ſecuri⁹ eſt de retentione debiti.& habens retentionem,ſayſitus & fretus partibus defenſoris,facilius & ſecurius ſe tuetur ſemper:ſed non ita ex parte actoris,qui proſequitur qđ non tenet,& quod non habet,ſed habere debet. Nam cum veniet contra reum & eius bona,fortè reus inficiabitur mã datum & oportebit actorem iterum probare: quia probatio inter eum & procuratorem non præiudicat reo, qui eſt alia perſona:vt dixi.ſ.in qõ.ij. vnde non eſt ita cautum actori:nec litigat ita ſecurus.Et ideò ſibi cauetur de iudic. ſoluendo. Et hæc fuit ratio,quàm conſiderauit legiſlator,ſecundum Pe.Et licet illa cautio tres contineat.ſ.de defendẽdo quòd dolus abſit,& de iudicato ſoluendo vt.ff.iudi.ſo.l. iudicatum ſolui.Tamẽ hoc eſt,quia veriſimiliter actor ſemper proſequitur,& reus ſemper fugit, & dolum committit ar.C.de ſatiſda.l.vna.& quod ibi notabil.ſcripſit Cyn. in.v. quæſtio.Quam rationem hîc approbant Collect.& Ligna.

8 ¶ † SEXTO quæritur.quia dicitur.C.eod.l.j.& hic not. in prima glo.quòd quando dubium eſt de mandato procuratoris actoris debet cauere de rato:quæritur, qualiter põt eſſe dubium de mandato? Et licet Accurſius.C.eo.l.j. & hîc Bernar. & Goſ.& Ber.de offi.delega.coram.teneant, ꝙ per ſolã negationem.Tamen ſecundum Iacob.de Ra.C.eodẽ.l.j. & Cardi.de offici.delega.c.j.lib.vj.& Collect.& Ligna. hîc oportet, vt res dicatur dubia: quòd talis procurator aſſertus doceat de mandato ſemiplenè,vel per aliquam præſumptionem probabilem.Quod latius proſequêre:vt Cy.C.e. l.j.in.ij.quæſti.Et ſi procurator actoris primò plenè docuit de mandato & pro parte rei poſt ſemiplenè doctũ fuerit de reuocatione mandati:licet Iaco.dicat. procuratorem actoris tunc ſine cautione admittendũ.quia plenè probat & potiora iſta habet:tamen Pe.tenet contrarium:quia media ꝓbatio rei tollit mediam probationem actoris.argu.ff.de adminiſtra.tuto.l.quod vulgò.quod proſequêre:vt in Cyn.in dicta.l.j.qõ.iij.& placet hîc Colle.Subdit tamen, quòd vbi probatio actoris & rei circa vnũ cõcurrunt,ſeruaſ bene de facto,quòd fundata intentione actoris reus condemnatur niſi melius,vel æqualiter probet.de proba.ex literis.cum ſi. verũ cum actor ſuper principali plenè probat,ſed ſuper exceptione de ſoluto,probat reus ſemiplenè ſecundum præmiſſa: tunc ſemiplena probatio rei tolli mediam probationem actoris.Sed dicit Collec.quod imò ſuper eodem produci videntur:quia ſuper incidenti probat reus. argu.j. de ordi. cogni.c.j. Et ita ſeruatur ſecundum eum. & ideò reus ſubcumbit hoc caſu.argu.j.de iureiur.c.fi.& de proba.c. licet.Et hanc tenet Per.C.ſi cer.peta.l.in bona fidei.in vlti.q. quod latius proſequere:vt ibi,& dicam de iureiurando.c.fi. & cuius ſit electio de quo hîc in fi.glo.Iſtæ licet ſint hîc opiniones tamen ſecundum Pet.verius eſt,quòd hic non cadit electio:cum non ſit hic debitum, ſed procuratoris facultas quod proſequère vt in Cyno.vbi.ſ.in.iij.qõ. ¶ Verũ procuratori actoris non dabitur dilatio ad probandum mandatum,quod negatur:ſed vel ſtatim plenè probet, vel caueat de rato,ſi dubium eſt.argu.inſti.de excep.§.fi.C.de dilatio.l.ſi quando.canoniſta.ij.qõ.iij.c.ei autem vt habes lati⁹ in Cyn.C.eo.l.j. in.vj.qõ. Fa. quod not. de dila.c.ij. & concordat in hoc Cald.in additione.vide omnino, quæ ſcripſi in Cle.prima.j.eodem in prima quæſtio.

9 ¶ † SEPTIMO quæritur:nunquid procurator admittatur ad probandum mãdatum per teſtes? hîc ſunt opiniones quas habes in Cy.C.eo.l.prima.in.vj.quæ.Iacob. de Ra. dicit,quòd ſic:dummodò ſint omni exceptione maiores & parati ſtatim deponere:aliâs ſecus. Pet. dicit ſimpliciter ꝙ talis probatio non eſt recipienda:quia non eſt probatio ꝓbata.& quia huiuſmodi acceſsiones fidem non facerent contra dominum.Sed Gul.de Cug.recitat & Cyn.in additione vbi.ſ.debent,quòd imò talis probatio teſtium hîc admittitur.argu.ff.eod. ſi procuratorem. cum ibi notatis. & quia per nuncium,&c.ff.eodem.l.prima §.j.non enim magis præiudicant domino abſenti inſtrumẽta:quàm teſtes: cum ita poſsit arguere inſtrumenta de falſo. dicunt etiam quòd abſenti domino præiudicat vtraq; probatio inſtrumentorũ & teſtium:niſi probet contrarium:non obſtat ſui abſentia: quia hoc caſu ad eſſe negotij requiriſ eius abſentia: quia ſi præſens eſſet,non eſſet neceſſe probare mandatum.ff.eod.l. præſens.argu.ff.de arbi.l.ſed & ſi interpellaſ.§.arbiter.Finaliter tamen Cyn.dubitat pro eo,quòd non bene videtur ſibi,quòd talis probatio ſit probata,cum contra eam obijci poſsit:maximè cum regu.ſit: quòd res inter alios acta, &c. Nec iſte caſus ſit inter exceptos.Pro quo.j. de teſti. conſtitutis.&.c.veniens. Ecce Ber.hîc & Gul.eo.titu.c.j.in Cle.videtur tenere,quòd ſufficit hîc probatio teſtiũ. Et dicit hic Lign.quòd iſta eſt communis opinio dicit hic Colle.quòd probabilius videtur,quòd nõ ſufficiat: niſi per cautionem iuuetur:ſed cum cautiõe bene:quia probatio teſtium,ſaltẽ facit rem dubiam. Vnde cum ſufficiat probatio teſtium,videtur ſupponere Spe.in prima parte.eu.titu.§.ratione autẽ formę.verſi.porro,vbi quis. Et idem Huber. & Ioã. de Deo vt ibi nota Ioan.Andr.in additione & Azo.in ſumma huius.titu.vltra medium ver.eſt aliud.Super quo vide in Spe. de ſatiſda.§.viſo.in prin.Ipſe autem Ioan. And.in dicto ver. porro.dicit quòd iudiciorum conſuetudo non recipit talẽ probationem:maximè ex parte actoris pronocãtis.Ex parte autem rei ad excuſandam eius contumaciam & impediendam,miſsionem,vel excommunicationem contra dominum ſatis congruum eſſet talem probationem admitti ſi talia erant in fieri& ſolùm ad illum finem, non ad proſecutionem litis.Et maximè ſi dicant inſtrumentum ſtatim portãdum:quia feſtiuè præuenerunt. Aliàs autem via parata eſſet reo fugienti protelandi litem,ordinando quòd aliquis dicens ſe procuratorem ſuum petere dilationem ad producẽdum teſtes ſuper mandato ſuo.& illos produceret,quos fortè reprobari contingeret.& ſic haberet lõgiorem tractum articulus iſte,quàm negotium principe. Ad materiam fa. quod notatur.j.de proba.§.videndum.verſ.ſed nunquid delegatus.licet fateatur, ꝙ rationes Pet. poſitæ in dicta.vj. quæſt.ſibi nõ concludunt.ibi vide.Gul.Anglici dabat cautelam,quòd iudex interloquatur probationem hanc per teſtes fieri poſſe. & redigatur in actis. Et ſic valebit probatio.Dicebat etiam diſtingui poſſe,an fiat probatio in ciuitate vel in rure: vt in primo caſu requiratur inſtrumentum vel litera.Secundò ſufficiant teſtes ſicut alibi diſtinguiſ.C. ſi cer. pe.authẽ.nouo.de fide inſtrumen.authen.at ſi contractus.de teſtibus.l.fi.Ipſe verò Ioan.And.in dicto verſi. porro.dicit ſic.fateor durum eſſe detrahere probationi teſtiũ, ne æquaretur inſtrumento contra textum vtriuſq; iuris. Sed econtra fateri oportet aliqua melius probari per inſtrumentum vt not.j.de proba.c.tertio.& eſſe certos caſus,quibus ſcriptura requiritur.de quibus in Specu. de fide inſtrumentorum.§.reſtat.& de cenſi. Romana libr.vj. Nec iniquè iſtud illis adiungeretur.quis enim teſtis bene rememoraretur quis,quem,ad quid, coram quo procuratorem conſtituerit: & cum qua poteſtate, vel limitatione, ſeu relatione, & ſi generalis clauſula præcedebat ante ſpecialem, & his ſimilia, quæ faciliter in inſtrumento clareſcunt. Placet ergo conſuetudo iudiciorũ, quæ talem probationẽ

non recipit. Pro qua fa. Cle. prima. eodem titulo in princi.
& in fine. Quod tamen commendo quo ad lites proſequen
das, ſi tãtùm de præterito ageretur an talis fuerit ꝓcurator
reſponſiones prædictæ nõ vrgerẽt. Et meritò probatio ad
mitteretur, ſiue quæſtio foret inter procuratorem & dñm
ſiue inter alterum eorum & tertium: ſiue inter duos tertios.
10 ¶ † OCTAVO quæritur, per quæ debet interponi cau
tio. Super quo vide Cyn. C. eod. l. j. io. vij. q. vbi ipſe recitat
opiniones vnde Odof. dicit, ꝙ debet ꝓmittere per iſta ver
ba: promitto me facturum & curaturum, ꝙ ille ratum habe
bit. ne aliter videatur factum alienum promittere: vt. l. ſti-
pulatio iſta. cum ſi. notatur in Spec. ſ. ſub rub. de ſatiſd. ¶ Sed
Iac. de Ra. dicit, ꝙ ſufficit, ſi promittat dñm ratum habitu-
rum. ff. rem ra. habe. l. procurator vbi Bar. iſtam ſequitur. &
l. ſi ſine. § in ſtipulatione. Et idem Dy. Pe. ſtat cum Odofre.
quod proſequere latius, vt in. d. vij. qõ. cuius verba hîc reci-
tat Collec. Opinio Iaco. & Dy. concors eſt. & illam ſequun
tur gloſſæ. & tenetur in iudicijs. Ideò non inſiſto.
11 ¶ † NONO quæritur, nunquid procurator cum cautio
ne ad agendum admiſſus, qui obtinuit, poſſit ex vi primæ
cautionis exigere dic ꝙ nõ ſecundum Cy. C. eo. l. j. in. viij. q.
per. l. ex bne iure. ff. de ſolu. Sed nunquid procurator volẽs
exigere, ad hoc producens mandatum dubium. volens caue
re de rato, audiendus eſt, & ſibi ſoluendum? videtur ꝙ ſic,
per dictam. l. j. indiſtinctè loquentem fa. quia dum dubita-
tur de mandato ſpeciali in caſibus in quibus cautio huiuſ-
modi admittitur vt. C. de anno. l. ꝙ ſi de ſpeciali. Et expreſsè
fa. ff. ad Terbel. l. qui ita. Sed contrarium eſt verum: quia nec
coniunctæ perſonæ fit ſolutio etiam cum cautione: vt. ff. vt
lega. no. ca. l. ij. & notatur. ff. de ſolu. l. verò. Et eſt expreſſum,
in authen. de colla. § eis autem. col. ix. Maius eſt periculum
in exigendo, vt in quæſtione præſenti, quàm in agendo: vt
d. l. j. vel verbaliter reſtituendo: vt. d. l. qui ita. Secus enim in
reali. ar. eo. ti. l. facta. ſecundum Dy. Pet. & Cyn. in. d. l. j. q. ix.
Quod intelligo etiam in procuratore in rem ſuã, cum du-
bia eſt ceſſio. Si enĩ procurator talis detur ad exigẽdum. ff.
eo. ſi procurator. § vlt. plenè debet probare ceſſionem. ar. ff.
de nego. geſt. ſi pupilli. § videamus. ſecundum Cy. vbi. ſ. in
12 x. q. ¶ † De materia cautionis & ſatiſdationis procuratoriæ
vide aliqua nobilia dicta Ioan. An. in Spec. eo. ti. § vt autem
additione, quæ incipit. ſecũdo & hîc proſequitur, quod hîc
continuat. Ægid. & § ratione autẽ cauſæ. additione, quæ in
cipit: dubitant autem, an reus.
13 ¶ † DECIMO quæritur: nunquid in criminalibus ciui
liter agitatis in quibus interuenit procurator. ĩ. eo. tit. ha-
bet locum iſta cautio videtur, ꝙ non: cum cautio iſta reſpi-
ciat intereſſe quod in his taxari non poteſt. ff. rem ra. ha. l. ſi
commiſſa. Sed dic cõtra quia obligabit ſe ad certam pœnã:
vt eo. ti. l. ſi procurator. ſecundum Cyn. vbi. ſ. in. xj. q. ¶ Sed
caue, quia licet aliqui doctores dicant cautionem de rato
admittendam eſſe ſub conditione illa, ſi non apparuerit il-
lum habere mandatum vt. ff. de dam. infect. l. prætor ait. cir
ca prin. Tamen non placet hoc Petro de Bel. perti. quia tũc
non eſſet ita tutus actor, ſicut ſi cum dño ageret quo ad ex-
penſas in probatione mandati. Quod proſequere, vt in Ca
no. vbi. ſ. in. xij. q. Qualiter autem dicta ſtipulatio commit
tatur, notatur. ff. de iureiurã. l. iuſiurandum, quod. § procu-
14 rator. ¶ † Quærit hic Collec. nunquid generalis procura-
tor poteſt agere de crimine ciuiliter, ſine ſpeciali mandato
de quo per Archi. ĩ. eo. generaliter & ibi dicam. Item quæ-
rit, ſi procurator inducit inſtrumentum per ſe confectum
ad probandum nunquid facit fidem: de quo per Nouellam
in mercurialibus ſuper reg. cum quid vna via. libr. vj. & ibi
dicam. ¶ Poſteà quærit nunquid procurator rei videns par
tem aduerſam paratã ad impugnandum procuratorem poſ
ſit defendere dñm tanquam infirmũ vel aliàs? & dic, ꝙ ſic
ſecundum Pet. & Cyn. quod proſequere: vt in Cyn. C. eod.
l. maritus. in. q. fina. ¶ Rurſus quærit de procuratore conſti-
tuto, pro quo dominus promiſit ſe ratum habiturum quic
quid cum eo legitimè factum erit: nunquid valet & recipi
debet procurator? & dic, ꝙ non. Nota Specul. eodem titu. §
ratione. & Archidia. xxj. quæſtio. ij. relatio vbi idẽ not. Ioã.
¶ Sed quid ſi conſtituitur ſaluis exceptiõibus domino cõ-
petentibus ad omnia, quæ dominus in reſpondendo & de-
fendendo eſſet facturus: aliter tamen plenè generaliter di-
cta clauſula ſalua. Archi. dicit, vbi. ſ. ꝙ Hugol. dicit, ꝙ valet.
Et ſubdit, ꝙ hoc eſt contra Goffre. ibi vide latius, & per Ho
ſtien. ĩ. de dilatio. c. fin. ¶ Vlterius quærit, an procurator da
tus ad cauſam matrimonij eſt ſufficiens ad cauſam dotis? vi
de Nouel. de offi. dele. cum cauſam olim. cuius dicta hîc re-
15 citat Collect. ¶ † Sed nunquid procurator, de cuius man-
dato dubitatur admitti debet præſtando cautionem ſub il-
la conditione, ſi non apparebit eum habere mandatum? di-
cunt aliqui, quòd ſic, inducentes. ff. de dãno infect. l. prætor
ait. circa principi. Et erit vtilitas propter expenſas vt. ff. rem
ratam haberi. l. non ſolùm. & l. ſi ſine. § cum autem. Sed Pet.
de Bel. perti. dicit contrarium & probat ſic. Et primò per
argumentum ſophiſticum, quia cautio de rato eſt prætoria:
& prætorijs ſtipulationibus nihil eſt addendum vel detra-
hendum: vt. ff de prætori. ſtipula. l. j. in fin. Secundò probat
fortius: oportet procuratorem eſſe talem, cum quo æquè
poſſit procedi ſecurè, ſicut cum domino. Sed ſi minus ſuffi-
ciens eſſet, non deberet cum eo procedi. argumentum. ff. ex
quibus cauſis in poſſeſſione eatur. l. ij. & ff. eodem. l. minor
vigintiquinq; anõs. § vltimo. cum. l. ſequen. & argumentũ.
eodem titulo. l. ſed & hæ. §. defendere. Sed ſi reus cum
domino ageret & obtineret, ſi iteratò ageret contra eum,
haberet exceptionem, & peteret expenſ. per regulam victus
victori, &c. Sed ſi cum procuratore ſic ſub conditione pro-
mittente rato ageretur, non poſſet poſteà reus domino
agente conſequi expenſas factas in probatione mandati. de
quibus expenſis loquitur. § cum autem. Cuius dicto concor-
dat Oldradus & Cyn. C. eodem. l. j. quæſtio. vlti. & Ioan. An
dre. in additio. Specula. eodem titulo. § ratione igitur cauſæ
additione quæ incipit: ad literam fuit iſte verius. dicens
quòd ſine dubio in caſu quo mandatum, de quo conſtitit,
dicitur reuocatum. Maior ratio ſuadet talem formam cau-
tionis admitti, quàm à principio. Tunc enim ſic à iure gra-
tia procuratori, ꝙ admittatur: hîc verò ſic ab homine gra-
tia opponenti, ꝙ caueatur ſibi, cui incumbit onus probandi
reuocationem, vel certiorationem ſibi de hoc factam. vbi
ergo ne fiat proceſſus tardatio talem cautionem communẽ
offert. Facit ad quod nõ tenetur: maliciosè ergo recuſatur,
cui obuiare debet iudex, præſumens malitiam opponentis,
nec recipere volentis cautionem: nec offerre volentis pro-
bationem. procedat ergo in principali. In princip. ſi verò ta
lem formam aduerſarius acceptat, bene quidem. ff. de noui
operis nunciatio. l. j. § & poſt. Aliter expectet probationem
mandati. & tunc procedet lis ſine cautione rati: aut ſi feſti-
nare vult, purè caueat, vt tenetur: & tunc procedit dictum
Petri, quòd in prætorijs ſtipulationibus nihil debet addi,
vel detrahi. Sed dicta alia ratio Pe. non placet. Ioan. Andre.
16 vbi ſuprà. ¶ Vndecimò occaſione præmiſſorum, & eius
quod dicitur hîc in fine decretalis quæto, quis eſt effectus
procurationis? de quo per Hoſtien. in ſumma eodem titu-
lo. § quis ſit effectus. & Bernard. vt ibi dicit Hoſtien. Effe-
ctus huius eſt, quòd quicquid fecerit in iudicio ex quo ap-
paret de mandato eius legaliter facto, omnino ratum ſit: vt
hîc in fine vbi præcepitur, quòd Epiſcopus debeat mittere
procuratorem cum ſubſcriptione præsbiterorum & diaco
norum. Cuius occaſione Hoſtien. in dicto. § quis ſit effe-
ctus. Primò tractat materiam gloſſæ fina. hîc poſitę Secun-
dò quærit, nunquid confeſſio à procuratore facta nocet do
mino. & illud ibi latè proſequitur, de quo per Innocen. ĩ. vt
lite non conteſtata. c. j. & ibi dicam. Tertiò pertractat qua-
liter dominus procuratori tenetur ad expenſas quod expe-
diam. ĩ. eodem cum pro cauſa. ¶ Supple. gloſſ. in prima gloſ
ſa ibi: *actoris*. de procuratore rei dicitur infra eodem.
mandato.

mandato.in prima glo.Et ibi:*an dubitatur*. pone exemplum ſ.de offi.delega.coram.& vide in Spec.eo.ti.§.iij.circa prin. & de ſatiſdatione.§.iij.poſt princi.¶ Et ibi:*communicla*.vel con ſors eiuſdem litis,qui etiam admittitur poſt litem conteſt. cum cautione.de hoc.ſ.de conſtit.cum M.ferra.in prima glo.Et ibi:*ad ſatiſdationem*.ar.à contrario.l. exigendi. C.e.vt ibi notatur in gloſſ.cum ſit.&c.*Facere velit*.ar.l.j.allegatæ.& l.ſi is aquo.ff.vt in poſt.leg. ca.§.ſi procurator.Et ibi:*Azo. dicebat*.& dicit Hoſti.quod in hoc omnes moderni conue-niunt.Et ibi:*ſi quis ſeruum*.&c.j.de reg.iuris.in alternatiuis. libro ſexto.Et ibi:*non liceat*.& de rebus eccle.non alienan. ſi quis.& de teſti.cum olim.in glo.ij.de conceſ.præben. ex parte.in glo.j.Et ibi:*defendendo*.niſi dominus extra iudicium vel in procuratorio pro eo ſatiſdederit iudicatum ſolui.Inſti.de ſatiſdatione.§.ſi verò.& ſeq.Et quid contineat clauſula,& quoſdam caſus,quibus procurator cauet & de rato & de iudicato.not.hic Hoſti.quod videas.j.c.mandatum.in prima gloſſ.Et in fine. quære hanc gloſſam per Accur.ff.e. non ſolum.§.j.& in Specul.de ſatiſdatione.§.tertio. in prima columna.vbi etiam notatur.an cautio rati præſtetur in arbitrijs.¶ In gloſſ.ſecunda.in fine.vbi de hoc.In glo.vlt. ibi:*vbi de hoc*.& per ibi notata reprehendit Hoſti.hanc glo. quaſi ſuperfluam.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem conſtituere,vtrū ac quādo abſens teneatur? Et in hoc effectus tres.*

2 *Defenſus nullo modo,aut id quidem ſed minus legitimè,quilibet citra reſtitutionis beneficium iure communi abs tempore ſententiæ intra dies decem appellare poteſt.Et quid ſi legitime defenſus?*

3 *Reſtitutio aduerſus ſententiam interlocutoriam,num dari poſſit?*

4 *Cauſæ graues quaenam dicantur?*

5 *Reus in citatione prima non cōparens,an ſit in expenſis condēnandus*

6 *Procuratorem ne quis in cauſis grauibus conſtituat,qualiter excuſari poſſit?*

¶ CAP. II.

QVerelam. Caſ. reuocatur ſententia, qua condemnatus fuerat in expenſis ex iuſta cauſa abſens legitimè excuſatus, quæ in ardua cauſa procuratorem cōſtituere noluit.Et prima ponit deciſē ptis querelam.Secūda dat iudicē.ibi*Mandamus quatenus*.¶ Expone literam,*alia*.ſimplex relatio *niſi*.impropriè ponitur.& eſt ſimile.ij.q.j.notan.& viij.q.iij.c.ſi.Hoſti.*Quis cogi*.ſi per ſe in iudicio ſtare poſſit.Aliâs.ſoc*.de iudi.intellexinus.xj.q.j.te quidē.vj.q.iij.quia epiſcopus.ſecūdum Goſ.& intelligas textum de temporali impedimento:vt no.de dolo & contu. cum dilecti.in glo.ex hoc.in fi.*Grauibus*.de hoc no.ſ.de reſcrip.ſedes.Aliqui tamen dicunt graues cauſas.i.intrincatas Innoc.*Præsbiterum*.idem ſi deſtinaſſet alium.Factum enim recitat Goſ.*Abſoluere*.reuocando primam ſententiam de facili,& ſine grandi cauſę cognitione,& quaſi interlocutoriè. ff.de arbi.l. qualem.Aliàs incipit.l.dicere.§.ſi pluribus.Nec eſt neceſſe in integrum reſtitutionem petere,ſed ſolùm ſufficit implorare officium iudicis deſeruiens actioni:vt eam reuocet.ff.de re iudi.l.quod iuſsit.ſ.de offi.vica.c.ſecundo. Vel petatur de plano reſtitutio.ff.de iudicijs.l.ſi prætor. Aliâs incipit,ſi per dolum.ad finem.C.de procura.l.iij.Inno. *ſententia*.condemnationis expenſarum.¶ Primo opponitur ibi:*cogi non poſſit*.de le. Papi.ff.de mino. vbi dicitur, quòd ſi ſit in loco,vnde non poſsit agere vtpotè in exilio:tamē ſi facultatem habuit agendi per procuratorem,currunt ei tē pora petendi in integ.reſti.¶ So.ibi loquitur in minoribus cauſis,in quibus quis cogitur per procuratorem litigare. Secus in grauibus vt hic.vel illud eſt:quia propter delictū fuit miſſus in exilium.& delictum nō debet ei parare immunitatem.Inno.ar.ff.de interdi.& rele.l.relegatorū.in fi.&.j.de dona.inter vi.&vxo.& ſi neceſſe Hoſti.vel aliter diſtingue: aut quæris de actore quoad effectum interrumpendi præſcriptionem & ille impeditus tenetur mittere procuratorē vt.ff.de diuer.& tempo.præſcri.l.j.Aut ex parte rei: & tunc ſi eſt abſens,vel impeditus ex cauſa neceſſaria & non probabili:vt quia propter culpam ſuam in illam incidit. & tūc tenetur mittere procuratorē:vt.d.l.Pompo.&.ff.ex quib.cau. ma.l.ſed & ſi per procuratorem.§.j.&.§.aduerſus.ar.j. de dona.inter vi.& vxo.& ſi neceſſe ſecūdum Ioan.Cal.Aut cum neceſſaria& probabili:& tunc non tenetur mittere: vt hîc. &.ff.ſi quis cau.l.ij.& de re iudic.l.quæſitum.vt not.in.d.l.j. ¶ Secundò opponitur contra vltimum membrum dictæ diſtinctionis:quia legatio eſt cauſa neceſſaria & probabilis. & ſic opponitur de.l.eandē.ff.de leg.vbi legatus,qui nō poteſt venire,procuratorem tenetur mittere. Fa.ff. eum, qui appel.l.j.¶ Solu.impeditus impedimento modico tempore duraturo ex cauſa probabili & neceſſaria non tenetur procuratorem mittere:vt.ff.de re iudi.l.quæſitum. &.ff. ſi quis cau.l.ij.§.ſed & ſi quis.Et ſic intelligitur dictū vltimū membrum quod intelligit Ioan. Calde. ſi cauſa ardua non eſt.ar. c.ſi ęgrotans.Sed ſi cauſa eſſet ardua,tunc ſecus, ſecundum eum,vt hîc etiam ſi iudex id mandaret.de re.iur.indultum. lib.vj.ſecundum eum.Sed impeditus impedito longo etiā ex cauſa neceſſaria & probabili,tenetur procuratorem mittere:vt in contrario.& ibi no.quia aliàs periret inſtātia aut ius actoris,contra omnia iura.xxiij.q.iiij.eſt iniuſta. de ma. & obe.inter quatuor.in fi.de offi.or.ſi ſacerdos.Cal.Et ꝙ ſit gum,vel modicū arbitrio iudicis relinquitur. ar.ff. de effra. l.j.§.expilatores.ſecundum Pe.& Cyn.C. de reſti. mili.l.j.in ij.oppoſitio.¶ Vnde Gul.in.d.§.ſed & ſi quis.in hoc diuerſificat à Petro.Sed Bar.in.d.l.j.ff. de diuer. præſcri. Satis quo ad hoc videtur ſtare cum Petro, ꝙ tenetur procuratorem mittere actor impeditus quoad præſcriptionem interrumpendam.ff.de diuer.& tempo.præſcri.l.j. Et reus quoad cō tumaciā excuſandam impeditus in perpetuum ex priuilegio dignitatis:vt.C.de procura.l. vlti. Aut impeditus propter aliam cauſam,voluntariam tamē.ff. eum qui appel. in prouin.defen.l.j.& de le.l.euidēter.Aut neceſſariam, ſed nō probabilē.ff.quib.cau.ma.l.ſed & ſi per procuratorem.§.j.& §.aduerſus.Vel neceſſariam & probabilē,ſi eſt impedimentum multo tempore duraturum:dummodò poſt lit. conte. contigerit illud,vt patet.ff.de lega.l.eandē.§.j.Sed ècōtrario non tenetur mittere procuratorem ad excuſandam contumaciam reus impeditus ad tempus tantùm ex priuilegio dignitatis:vt.ff.de iud.l.pars literarum.Nec etiam ex cauſa neceſſaria & probabili impeditus impedimento non durabili:vt.ff.ſi quis cau.l.ij.§.ſed & ſi quis.Nec etiam dum eſt impedimentum durabile,ſi euenit illud impedimentum ante litem conte.vt patet in.d.l.eandem.§.j.¶ Tertiò opponitur de capi.cum dilecti.j.de dolo & contu.refert Innocē.quoſdam dicere obtinere hoc,quando eſt ſimpliciter citatus,vt reſpondeat:ſecus ſi citatus eſſet,vt reſponderet per ſe, vel per procuratorem:vt in contrario.Sed dicit Inno.ꝙ hæc litera videtur ſonare contrarium,quæ dicit, ꝙ non cogitur conſtituere procuratorem.Ergo nec citari: vt per procuratorem reſpōdeat in grauibus cauſis.& idcirco poteſt reſpōderi ad decre.cum dilecti ꝙ eſt ibi ſpeciale propter periculum vacationis eccleſiarum.ar.j.vt lite non conte.qm̄.&.ſ. de elect.bonæ memoriæ.Vel ibi non habebat iuſtam cauſam abſentiæ.Et idem dicendum videtur ſecundum eum,ſi abſens diuturno & incurabili morbo laboret: bene tamen fatetur,ꝙ ſi ſimpliciter citatus ſit,& nō poteſt per ſe comparere quòd per procuratorem comparere debet;dummodò non ſit cauſa grauis. ¶ Ac ſi velit dicere Innocen. breuius, quàm ſupra quòd aut eſt morbo incurabili: & ſuppleo ego ex identitate rationis,ſeu impedimento alio inceſſabili, vel ad longum tempus durabili, quæ pro eodem in iure haberentur in authentico de aliena. & emphyteo. in princip.&.§.primo &.C. de rebus eccleſiæ non alienand. l.fina. Et tunc tenetur procuratorem mittere: quia aliter cauſa exitum habere non poſſet. Fallit in cauſis arduis, vt

videtur per hanc decre. Aut eſt morb⁹ curabilis, vel aliud impedimentum nõ multo tempore durabile: & tunc tenetur mittere allegationes ſuas .ſ. ſuper quo vide quod ſcripſi.
1 j.eo.c.nõ poteſt.in cle. ad finem notabiliũ. ¶ † Ad diſſolutionem autem dictorũ cõtrariorũ videamus bene de hoc vtrũ, & quãdo abſens impeditus teneatur cõſtituere procuratorem. ¶ Et hic cõſidera tres principales effectus. Primus effectus eſt in actore, vt dies vtiles nõ currant contra eum. & quantum ad hoc oportet procuratorẽ conſtituere, aliâs currerẽt etiam iuſtiſsimè impedito vt. ff. de diuerſis pręſcriptionibus. l. j. & dixi. ſ. licet reſtitui poſsit. C. de in integ. reſti. mili. l. j. Aliâs nõ compellitur actor. C. nemo inuitus agere &c. per totum: licet quãdoq; expediat ad expellendũ iuridicè poſſeſſorẽ: dum actor impeditus eſt agere per ſe ſecundum Cal. in additione. ¶ Secũdus effectus in reo, vt nõ fiat miſsio in poſſeſsionẽ contra eum. & tunc idem: vt. ff. de in inte. reſti. mili. l. ignorare. ſcdm Inn. & Hoſti. hic & de officio dele. conſu. ¶ Tertius effectus & in reo, ne procedatur contra eum ertatum ad cauſam, tanquã contra contumacẽ: & tunc quo ad cauſas beneficiales dicit hîc Ioan. Cal. in additio. ſimpliciter ꝙ in illis reus impeditus cogitur cõſtituere procuratorem. de elect. c. ſtatuimus. & c. cupientes. lib. vj. ſ. inſuper. ar. de appel. oblatę. in fi. Et ſic poteſt intelligi ſecũdum eum de dolo. cum dilecti. de appel. conſtitutis. de elec. bonæ. j. Sed illud reſtringe per modũ fallentiæ ſpecialis ad ſingulares caſus. c. ſtatuimus. & verſi. inſuper. alle. vt dicam. j. in. iij. q. verſi. ſed non video. Aliâs autem dic ſecundum eũdem Calde. ꝙ reus non impeditus, tenetur procuratorem conſtituere, ſi non vult perſonaliter comparere. de maio. & obedi. c. ſi. de dolo. c. ſi. ¶ Vel aliter dic, ꝙ ſi ex cauſa voluntaria: dic vt. ſ. ſecundum Iaco. de Ra. ff. de diuerſis præſcrip. l. j. & Henricum hic. Alleg. ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. in prin. licet gloſ. teneat cõtrarium in abſente ex cauſa probabili voluntaria: puta ſtudiorum in. d. l. nec non. Fallit tamen quando eſt cauſa grauis & voluntaria probabilis tamen: vt not. Hoſti. j. eo. cum dilectus: Quod intellige dummodò ſit in breui reuerſurus: aliâs contra, vt. ff. ex quibus. cau. maio. l. item hi, qui. & l. ſequẽ. De abſente verò ex cauſa neceſſaria ſed nõ probabili: vt. ſ. ſed de abſente ex neceſſaria probabili ſuper quo vide quod ſcripſi. j. eo. accedens. in. vj. q. Et hîc dicit Henri. ꝙ ſi tractet de lucro captando, tenetur procuratorem mittere: vt. ff. ad Tertul. l. ij. §. confeſtim. Sed ſi de dãno vitando tractet, vt eſt caſus non admittens procuratorem, ſed requirens comparitionem perſonalem: tunc idem. j. de elec. cupientes. §. inſuper. vt ibi no. Cardi. ſuper verbo, procurator. Sed Hoſtiẽ. in hoc contra. j. de voto, magnæ. §. verum. in gloſ. contrarium &c. quẽ ibi vide: licet eius verba hîc recitet Henric. dicens poſſe dici ſpeciale eſſe in. §. verũ. propter naturam voti perſonalitatem requirentis: vt not. Inno. eo. tit. licet nota ꝙ ſecus in. §. inſuper vbi perſonalitas requiritur. ex inſtitutione eccleſię ſiue Papę & in. §. vetum. agitur cum deo: & eſt præfixum certum tempus. Secus in §. inſuper. vbi agitur cũ homine. Mitius autem agitur cũ deo quã cum homine: vt not. Hoſtiẽ. de conuer. coniug. c. pe. & Henri. de iudi. c. j. ¶ Si verò agatur de caſu, in quo ceſſante impedimento abſens non tenetur perſonaliter comparere: ſed procuratorem mittendo excuſatur. Tunc ſi impedimẽtum eſt perpetuum, vel nimis longum, tenetur, vt dixi, procuratorẽ mittere. v. q. v. ſi ęgrotans. Et hoc ſi poteſt. Aliâs excuſatur ſecundum Hoſtien. vt. d. c. cum dilecti. quicquid illa glo. dicat. Vadat ergo iudex, vel mittat ad eum delegatum. de teſti. cogen. c. ij. & de plano, ſine ſtrepitu decidat cauſam in authẽ. de man. prin. §. ſit tibi. Quod facile fiet in ciuilibus per ceſſionem. de ſolu. Odoardus. Simile not. Abb. de eo, qui mit. in poſ. c. ſi. ¶ Temporaliter autem impeditus in grauibus & arduis non tenetur procuratorem conſtituere vt hîc ſecundum Tan. Ber. Inno. Hoſti. & Abb. etiam citatus ad comparendum per ſe, vel procuratorem. Faciunt notata Hoſti. de appel. ex parte. & Laudi in cle. cauſam. de elec. & cle. vna. de fo. compe. Nam veriſimiliter procurator non eſt ita diligens, ſicut dñs, vt hîc, & ff. de carboni. edic. l. j. §. ſi. verſi. cum verò. Fallit in cauſis electionum: quia propter periculum vacationis eccleſiarum requirunt accelerationem: vt lite non conte. qñ §. porro. de appel. oblatæ. §. fi. ſecundũ Inno. hic, & Laud. in cle. non poteſt. j. c. Fa. j. de elect. ſtatuimus. & c. cupientes. Licet Spec. e. ti. §. ij. diſtinguat, an dilatio afferat periculum, vel nõ: & an cauſa ſit grauis & ardua, vel non. Laud. verò in. d. cle. non poteſt. tenet induſtinctè, ꝙ in non ardua tenetur mittere vt hîc à cõtrario. ¶ Hic verò in hoc vltimo membro ſubdiſtinguit Henri. inter cauſas inchoatas per litis cõteſtationem, in quibus oportet mittere, ſi fieri poteſt aliâs nõ. Patet i abſente cauſa rei publicę, qua nullus priuilegiatior: vt. l. eadem. §. j. allegata. Et nõ ſic in nõ inchoatis, in quibus ſecus: vt. d. §. j. & ſi quis caut. l. ij. §. j. ſecũdum Pet. & Cyn. C. de reſti. mili. l. j. ¶ Diſtinguit tamen Ic. in. c. ſi ęgrotans. & Laud. Dama. Phil. & Gof. hîc & Goſ. in ſumma huius ti. §. idem opponitur. & Vin. & Gof. in. c. cum dilecti. vtrum quis ſit citatus ſimpliciter, vel vt compareat per ſe, vel per procuratorem: vt in primo caſu nõ teneatur conſtituere procuratorem. In ſecũdò ſic, per. c. cum dilecti. Sed hoc non videtur bene dictũ. Nam licet citatio emanãs à prĩcipe. qui eſt ſuprà ius, vt à Papa vel Imperatore poſsit arctare impeditum ad comparẽdum per procuratorem in caſu: cum per ſe comparere non poſſet: vt ibi. inferiores tamen iudices, qui ſunt miniſtri iuris cõtra, vel ſupra ius hoc facere non poſſent: quia indultum à iure &c. vt regul. indultum. Et quia idem eſt citare ſimpliciter illo modo, ibi procurator poteſt eſſe. ſ. e. l. j. & c. cũ dilecti. Ergo expreſsio nihil operatur. ar. ff. de leg. ij. l. ſi ita relictum. §. illi. ſi volet. ſecũdum Henri. ¶ Ego autem, Deo duce, decidã iſtum articulum in. d. c. cum dilecti vbi de hoc eſt optima gloſſ. Ber. Et aliqua fortè dicã in. d. Cle. nõ põt. vide omnino quæ ſcripſi. j. de dolo & contu. c. finẽ. in. vj. q. ad finem verſi. xiij. quæritur. ¶ Quartò opponitur ibi: *deſtinauerit*. quia videt quòd huiuſmodi nuncij deſtinatio nihil facit ad factum: qa hoc non obſtante contumax excommunicaretur. iij. qõ. v. c. j. & c. ſi ęgrotans. allegato. & non contumax condemnatus reſtituetur. de ſent. & re iudi. cum Bertholdus. ¶ Sol. dicit Innocen. in quarta glo. ꝙ nuncij miſsio & excuſatio ad hoc facit: quia niſi nũcius iret & offerret ſe probaturum legitimam cauſam abſentiæ, & ad hoc haberet ſufficiens mandatum, poſſet excommunicari, & in expen. condemnari cum iuſtè poſsit pręſumi contumax: vt. c. j. & c. ſi ęgrotans. proximè allegatis. Sed non eſt de neceſsitate hæc miſsio ad excuſandũ quantũ ad hoc, ne procedatur in principali cauſa, ſecundũ eum. Nam vt ipſe dicit in ſeq. glo. poſteà. re patefacta reuocabitur condemnatio in principali & expẽ. per modum reſtitutionis etiam diffinitiuę, ſecundum opiniones diuerſas. vij. q. j. præſentum. ff. de re iudi. quæſitum. & d. c. cum Bertholdus. Eoſdẽ modo ſi promiſiſſet ſub pœna ſtare in iudicio & impeditus etiã nunciũ non miſiſſet: re tamen patefacta daretur ſibi exceptio. ff. ſi quis cau. l. ij. ff. de recep. ar. ſi cũ dies. §. ſi quis ex litigatoribus. licet aliqui in aliquibus cõtra, ſecundum eum. de quo aliquid ſtatim tangã. ¶ Subdit tamẽ Inno. in fi. quartę glo. hoc autem videtur, ꝙ ſi probauerit iuſtas cauſas abſentiæ. Subaudi, nuncius miſſus. vel poſteà ipſe abſens nihilominus ſit miſsio in poſſeſsionem: cum etiam fiat cõtra abſentem rei publicæ cauſa. C. de reſti. mili. l. ignorare. & ff. quib. ex cau. in poſ. ea. l. hoc autem. in prin. Fatetur tamen, ꝙ tunc videlicet cũ de cauſa iuſta abſentiæ conſtet, iudex feſtinare non debet ad faciẽdũ. huiuſmodi miſsionẽ: vt. ff. de dam. infect. ſi finita. §. ſi fortè. nec debet ꝓcedere ad venditionem. & de hoc notatur ſecundum eum. j. de eo, q mitti. in poſ. c. ſi. ¶ Subdit & alium effectum miſsionis nuncij. dic. ꝙ ſi vocatur quis ad cõſilium, vel ad electionem, aut ad capitulum, debet mittere excuſatorem. Et niſi mittat ad conſilium, tenet excommunicatio conſilij lata in eum & ſi nõ mittat ad electionem, vel ad capitulum habebit robur, quod præſen-

quod præſentes fecerint, etiam ſi iuſtam cauſam abſentiæ habet.argu.optimũ.xviij.diſt.placuit.lxv.diſtin.c. vlti.ſ. de elec.bonę memorię.ſecundum Inno.¶ Sed quo ad electionẽ & capitulũ nihil videtur facere miſsio nuncij ſolam excuſationem allegãtis:quia illi, qui intereſſe nolunt, vel non poſſunt, non debẽt in numero computari.de ele.quia propter.§.Sed bene faceret miſsio procuratoris eo modo, quo legitur & nota.eo.c.quia propter.§ illud aũt.& eo.tit.lib.vj. c.ſi quis iuſto. Et de huiuſmodi nuncij miſsione & eius effectu, vide per eundem Inno.bona gloſ.j. de accuſa. veniens. in gl.ij.¶ Quintò opponit:in fi.ibi.abſoluere quia videtur ꝙ ſtatim, ꝙ ipſe ſciuit ſe condemnatum in expen.debuit appellare:alioquin, ſententia in rem tranſiuerit iudicatam.qa ex quo ſcinit ſe condenatum in expen.non appellauit:vt.C. quomodo & quando iudex.l.iij.&.j.de re iudi.ꝙ ad conſultationem.¶ Sol.dicit Inno.in magna gloſ.non obſtat: quia hic loquitur quando ex probabili cauſa, neceſſariò abfuit. & ideò minus legitimè defenſus ad totam cauſam reſtituitur. Lex verò contraria loquitur dum nullo modo defenſus aberat ex probabili cauſa tantum & fuerat citatus legitimè ad domum ſuam. Ideò niſi infra.x.dies à tẽpore quo ſciuit ſententiam contra ſe latam computandos non appellauerit vel non contradixerit petendo reſtitui ad appellandũ

2 tunc eum ſtabitur ſententiæ:vt in contrario.¶ † Subdit tamen Inno.quod alij dicunt, & melius:ꝙ quilibet nullo modo, vel min⁹ legitime defenſus ſine bñficio reſtitutionis, cõmuni iure appellat infra.x. dies à tempore ſententiæ. Et ſic intelligitur .l.iij. quomodo & quando iudex allegata & .ff. quando appella.fit.l.j.§.vlti.&.ff.ex quibus cau.ma.l. necnõ. Et ſubaudit:niſi appellauerit infra .x. dies à tempore notitiæ non poterit poſteà contrauenire ſententię:niſi fortè in cam, in quo nullum potuerit procuratorem relinquere vel in quo procuratorem reliquerit, & mortuus eſt. Tunc enim reſtitueretur in totum & non tantùm ad appellandum ſiue pronunciatum ſit contrarium contra eum, ſiue iuri, ſiue actione ipſius præſcriptum. Et hoc innuit.d.l.necnon.&.j. de in integ.reſti.c.ij.§.ad hoc fuit reſponſum. Et habent quidam in glo. Inno.vnum quod non habeo, videlicet in hoc requiri veram contumaciam, quam non inducit citatio ad domum, quæ perſonam non appræhendit. de quo plenè in cle.ſi ante de do.& contu.Subdit tamen Inno.ꝙ ſi legitimè defenſus eſſet, fruſtra reſtitueretur. Et idem dicit ſi tantum neceſſaria cauſa abſit:puta ratione delicti in carcerem, vel in exilium miſſus:quia non reſtituitur, ſi condemnatur, vel eius iuribus, ſeu actionibus præſcribatur:niſi cum non potuit procuratorem relinquere vel reliquit, & mortuus eſt. ff.ex quib.cau.ma.l.ſed & ſi.§ j.& de mino.l.Papinianus.allegat. ¶ De abſente verò ex voluntaria cauſa ſiue per contumaciam, dicit Inno.ꝙ ille nullo modo reſtituitur, niſi venerit iudice adhuc pro tribunali ſedente: quia tunc fortè de æquitate reſtituetur ad appellandum: aut iure communi appellabit:vt.ff.de reſti.in integ l.j.¶ De illo autem, qui ꝓbabili & neceſſaria cauſa detinetur:de quo loquiẗ iſta decreta.dicit Inno.ꝙ ſi fuit defenſus legitimè reſtituitur ad appellandum. Si autem fuit minus legitimè defenſus, aut nullo modo defenſus, reſtituitur ad totam cauſam:vt hic, &.ff. de reſti.in integ.l.vlti.&.ff.de iudi.ſi prætor.& ex quib. cau. ma.in integ.reſti.l.ab hoſtibus.j.rñ.& eo.titu.C.l.vlti.&.C. de procu.l.iiij.Subditꝙ qualiter contra iura, vel actiones ta

3 lium præſcribatur, notatur in.d.c.cum Bertholdus.¶ † Ecce.aduerſus diffinitiuã ſententiam datur prædictis reſtitutio vt dictum eſt:quæritur, nunquid etiam aduerſus interlocutoriam:vt puta ſuper expenſis latam, datur etiam prædictis reſtitutio? reſpondet Inno.ad hoc notandum eſſe, ꝙ ſic Doct.hic, &.iiij.qõ.v.c.j. Vel dic ſecundum eum, ꝙ imò in interlocutoria non habet locum hæc diſtinctio vt notatur.i.de ſent.excom.ſacro.c.ſi. Et eſt verum hoc, vbi petitur reuocatio coram eodem iudice, qui tulit interlocutoriam: quia ille idem, qui tulit reuocare poteſt.ff.de re iudi.l.quod iuſsit.j.de appel.cum ceſſante. Sed ſi coram alio peteretur reuocatio, bene haberet locum reſtitutio. Et ſunt hæc vera vbi abſens legitimè eſt citatus. Nam ſi non præceſsiſſet legitima citatio, eſſet nulla.ff.quæ ſen.ſinè appel.reſcin.l.j.§. item cum ex edicto ſecundum Inno. Quod intellige de diffinitiua: ſecus tamen de interlocutoria: puta de expenſis quia illa tenet, etiam ſi ordo non ſeruetur:niſi fuerit appellatum j.de teſti.ſignificauerunt:vt not.Inno.j.eod.auditis. Sed & per officium iudicis reuocatur.argu.j.de offi.iudi.c.ſi.&.j. de in integ.reſti.coram.¶ Sed contra prædicta opponit Inno.de.c.ſi aduerſus.ij. qõ.vj. & eodem modo opponitur de l.j.in fi.ff.quand.appel.ſit quia vtrobiq; dicitur, ꝙ vbi quis per procuratorem agit, & defenſus eſt, difficilè auditur appellans. Soluit Inno.dicens ꝙ verè difficilè auditur: quia nõ auditur niſi in prædictis caſibus, quos.ſ. notauimus. ¶ Sed pone, ꝙ dolo alicuius factum eſt, quominus quis compareret, & fertur ſententia contra ipſum: quæritur quid remedium ſibi dabitur:reſpondet Inno.dicens ꝙ ſi ſit cauſa, quæ non recipit intereſſe, datur ſibi reſtitutio ad id quod occaſiõe abſentię ſuæ amiſit:vt.j.de in inte.re.ex literis. Sed vbi eſſet cauſa, quæ ęſtimationem reciperet, tantùm, contra doloſum daretur ſibi actio ex illo edicto, quod habes.ff.de eo, per quem fa.erit.l.vltima ſecundum Inno.& Hoſtien. fa.de do.l.& eleganter. Et ex prælibatis dictis Inno.& per Hoſti. recitatis formauit Ber.vnam additionem, quam hic habẽt aliqui pro gloſ.vltima ſecundum Nouellam.

4 ¶ † PRIMO quæritur ibi. grauibus. Quæ dicantur cauſę graues, refert Inno.quoſdam dicere cauſas graues, cauſas intricatas. Sed Hoſti.dicit graues, grandes, periculoſas & maiores:vt matrimoniales de conſang. & affi.c.j. Et liberales.j.eo.tuæ.cum quis vendicetur in ſeruum.liiij.diſtin.frequens.C.de aſſert.toll.l.vna, in princi. Secus tamen ſecundũ Goſ.vbi proclamat quis in libertatem.ij.qõ.vj.ſi quando. Itẽ dicitur grauis ſi agatur de reuocatione Prælati. de accuſat. qualiter.ij. Item cum agitur de toto patrimonio, vel maiori eius parte.ff.de excuſa.l.propter litem.de reſt.ſpo.frequens. libro.vj. Item vbi vertitur periculum animæ.argu.xij.qõ.j. præcipimus.C.de ſacroſan.eccle.l.ſancimus.i.ſ.de tranſact. c.inter.&.j.de ſymo.Matthæus. Item ſi eſt cauſa inducendi infamiam.vj.qõ.j.ex merito.ff.de pœ.l.in ſeruorum.in fine. vnde dicit lex:Maior eſt amiſsio famæ, quàm oculorum.C. de decurio.l.infamia.lib.x.ſecundum Goſ.& Hoſti. Nouellam & Hẽri.hic.& Arch.in.d.c.ſi ęgrotans. Sed nunquid in tali cauſa graui infamiam irrogante admittitur procurator? dic, ꝙ ſic cum ſpeciali mandato:vt.ff.eodẽm .l. non ſolũm.§.ſi.ff.an cau.appel.per ali.expedi.poſ.l.j.§.planè. Et expedit reo ad infamiam euitandam, ꝙ conſtituat procuratorem.ff.de his qui notan.infami.l. furti .§. ſi quis ex aliena & ſa.quod notatur de reſcrip.ſedes.§.pe.Hoſti.

5 ¶ † SECVNDO quæritur, nunquid reus non veniens in prima citatione condemnari debet in expenſas? de quo hic per Ber.qui in glo.in dicit, ꝙ ſic. Ad hoc de teſti.cogen.c.ij.per quam decretalem videtur hoc vetũ habere etiã ſi tres termini in vna citatione ponantur. Quod placet hic Abb.& Spec.de cita.§ viſo.verſi.quid ſi tres. Hoſti.remittit ad ſummam de dolo. ſub rubrica de contuma.§ qualiter.j. reſponſo & ſub.§. Item ter. Et patet in prædicto.§ quid ſi tres. Quorundam autem fuit opinio, ꝙ non veniens in primo, vel ſecundo termino non ſit condemnandus, quaſi de licentia iudicis abſtinuiſſe dicatur. Ex ſa.regul. in alternatiuis.de re.iuris lib.vj.& poſſet illa opinio eſſe vera de expen. citationis. Quæ cum ſit vnica ſatis eſt, ꝙ in vltima comparuerit. Item poſſet eſſe vera in præceptis de parendo, quæ faciunt executores præcipientes ſub pœna aliquem recipi infra tres terminos vbi enim aliud non exprimitur ſolùm poſt vltimum terminum locus erit pœnæ. ¶ In præceptis autem de veniendo conſtat de intereſſe:quod intereſt partis, quæ venit in primo termino aduerſarium. tunc veniſſe illius ergo intereſſe, licet venit in vltimo, habebitur ratio.

Et ſic intelligo quod prius dixi ſecundum Nouellã. Et pro hoc vltimo & gloſ. Bern. allegat Collec. de ſen. excom. venerabilis § idem. & quod notatur. iiij. qõ. v. in ſumma. & in. c. actor. hic allegato & per Hoſtien. de dilatio. c. j. & quod habetur de in integ. reſti. ex literis. & de dona. cum dilecti de appella. reprehenſibilis. & c. ex ratione & Innocen. vt lite non conteſta. c. j. qui tenet, ibi id quod Bern. hîc. & Hoſtien. de do. c. ſi. & quod legitur & notatur de pre. calumniam de do. finem. & omnino vide quod de hoc notat Henric. de do. & contu. c. cum venerabilis. & ibi dicam.

6 ¶ † TERTIO quæritur, qualiter in cauſis grauibus quis à procuratoris conſtitutione excuſatur. Dicit hîc Collec. quoſdam dicere ꝙ non excuſaretur, ſi impedimentum, vel cauſa abſentiæ longo tempore durare deberet per notata ĩ. eo. dilectus. Dicit tamen ſe credere, ꝙ ſemper debet haberi ratio impedimenti etiam non mittentis procuratorem: niſi citetur: vt per ſe vel per procuratorem compareat. ¶ Hîc aduerte: & primò exclude caſus indubios, videlicet primò de abſente voluntariè: quia ille non poteſt dici propriè impeditus. Poteſt enim, qui poteſt facere, vt poſſit. ff. de regul. iuris. l. vt poteſt. Et idem de abſente ex cauſa neceſſaria & probabili tamẽ, vt quia propter delictum ſuũ incidit in illam. Ratione enim culpæ ſuæ hoc ſibi, & non aduerſario imputandum eſt. de don. inter virum & vxorem & ſi neceſſe. ff. de regu. iuris. l. damnum quod quis. & eo. ti. li. vj. c. damnum. certum eſt enim his caſibus, quòd tenetur procuratorem mittere, ſi poteſt: vt dixi. ŝ. in tribus primis oppoſitionibus & ſi non poteſt, excuſatur: quia nemo ad impoſsibile obligatur de regu. iuris nemo poteſt. libro. vj. Et ſi eſt ex neceſſaria cauſa atq; probabili impeditus non in perpetuum, ſed ad tempus & non ad tempus multum longum ſed modicum. Et hîc licet dictum longum indiſtinctè videatur velle, ꝙ non teneatur procuratorem mittere, vt ſcripſi. ŝ. in ſecunda oppoſitione. tamen Canoniſta iudicio meo, cui concordat Cal. vt dixi. ŝ. in ſecũda oppoſitio. per iſtam. decreta. hîc diſtinguere inter cauſas arduas, & non arduas: quia in arduis non tenetur ad hoc. Et iſte eſt intellectus huius decreta. ¶ Fallit primò vbi eſſet arctatus per principẽ ad comparendum per ſe, vel per procuratorem: vt. ĩ. de dol. & contumacia cum dilecti. Ad quod non poſſet arctare inferior contra iſtam decretalem, quam tollere non poteſt alius: niſi Papa: vt cle. ne Romani. de electio. & quia ſolius Principis eſt auferre ius alterius: vt not. gloſſ. Ioan. Andr. de elect. qui religio. lib. vj. argu. xvj. qõ. vij inuentum. cum ſimilibus. ¶ *Secundò* fallit cum ex abſentia etiam legitimè cauſa probabili & neceſſaria aperitur præſentibus liborum ius expediendi per ſe ſolos ex diſpoſitione iuris id, qđ cum abſente aliâs expedire habebant. Et ſic procedit. c. qua propter § illud. de electin. ¶ Tertio fallit, vt dicit Ligna. in citatione iuris. vt. ĩ. de elec. cupientes § inſuper. Sed non video inter citationem iuris & hominis diuerſitatis rationẽ. & videtur hoc contra rationem: quia mitius deberet agi cum lege, quàm cum miniſtro legis: vt. ff. de arbitris. l. Celſus. vnde puto, ſaluo omni iudicio meliori, ꝙ quicqd dicat Lignanus § Inſuper. non ponit regulam, ſed fallentiam. & placet hîc Nouellæ vt dicam. ĩ. in ſuppletione glo. Et eſt ratio ibi ſpecialitatis pro euitando periculo diutinæ vacationis. Super quo vide quod ſcripſi poſt Henri. ŝ. eod. c. in tertia oppoſitione. ¶ Si verò impedimentum eſſet perpetuũ, vel multum longum: tunc non habet locum iſta decretalis: quia hoc caſu tenetur quis procuratorem mittere, etiam in arduis cauſis, quicquid Collect. dicat vt ſcripſi. ŝ. in tertia oppoſitione: quia aliâs ſequeretur, quòd ex caſu neceſſario & probabiliter impediti ius alterius nimium læderetur quod naturali aduerſaretur æquitati. C. de inofficio. teſtamen. l. ſi quis in ſuo. in fine. & ĩ. de regu. iuris non debet. libro. vj. Et licet lex, eadem § j. ff. de adimen. legat. videatur loqui lite iam conteſtata & c. qui caſus maiori & clariori æquitate fouetur: tamen per prædictam rationem etiam lite non conteſtata puto idem. Et pro hoc bene facit: quia in impedimento facti videtur eadem ratio, quæ in impedimẽto iuris. Ergo idem ius de tranſl. epiſco. c. ij. cum ſi. & tamen in impedimento iuris. dicimus indiſtinctè ꝙ ita impeditus tenetur procuratorem mittere: vt dixi poſt Bartolum. ŝ. in oppoſitione. ij. per l. vltimam. C. de procurat. ¶ Prætereà, quia vbi adeſſe poteſt ordinarium auxilium, iuſtum nõ eſt, quòd ad extraordinarium recurratur. ff. de minorib⁹. l. in cauſæ la ij. Et tamen ſi nec defenderẽtur, nec eſſet ſpes, quòd defendi poſſent bona, inſtantibus creditoribus illis bonis curator eſſet dandus cum quo creditores ipſi expedire valerent vt. ff. de curato. boñ. dando per totum. Igitur iuſtius, & æquius eſt, quòd dominus eo caſu per procuratorẽ ſe defendat. Et ita poteſt clarè caſum colligere. in quo patet effectus iſtius decretal. quia, videlicet ſolùm cum quæritur de abſente ex probabili & neceſſaria cauſa ad tempus, videlicet nõ multum longũ: & nõ puto quòd in hoc addat ad leges: ſed potius declarat caſum eſſe diſtinguendum, quàm domini legum indiſtinctè ponebãt. Et præmiſſa intellige quo ad euitandum contumacias, & earum pœnas: quę pœnæ aliæ ſunt ante litem conteſtatam: & aliæ poſt. Quoad alios effectus, vide quod ſcripſi in tertia oppoſitione. & ſi alia occurrant, dicam in. c. cum dilecti. ¶ Supple gloſ. ¶ In gloſſ. ij. ibi: Epiſcopi. Ineptè loquitur: quia ipſe Epiſcopus aduerſarius erat. In glo. iij. ibi: *fuit*. excuſat etiam eam infirmitas ſuorum. xxiiij. diſtin. communis filius. vbi de hoc. Et de quibuſdam alijs iuſtis cauſis, vide exempla notata. xviij. diſtin. peruenit. Et ibi: *quidam*. Ioan. v. qõ. iij. ſi ęgrotans. vbi plene de hoc Lan. Dama. Philip. Goffre. hîc, & in ſumma huius tituli. § Item opponitur. Ibi: *cum dilecti*. vbi de hoc. Et ibi: *non credo*. Idem Tan. Inno. & Hoſtien. Goſ. Gul. diſtinguit an dilatio afferat periculum. in Specu. eo. titu. § ij. in fine. Et ibi: cõdemnatus. & ĩ. de regu. iuris indultum. lib. vj. Et ibi: *de contumacia condemnetur*. & eſt ſpeciale in electo, ꝙ ſi non poteſt venire, tenetur procuratorem mittere, quàmuis ardua ſit cauſa: vt dicto § inſuper. Idem in caſu de iudic. c. ij. lib. vj. ſecundum Nouel. de quo dixi ſupra in. iij. qõ. Et ibi: *Papinianus*. in hac lege dicitur, quòd exiſtenti in exilio currant tempora petendæ reſtitutionis in integrum. Sed ſolue: vt ſcripſi. ŝ. e. c. in tertia oppoſitione. ¶ *In glo ſi enim*. ibi: *dico*. Idem notatur. lxxiiij. diſtin. honoratus. & iij. qõ. v. in ſumma. Sic intellige, quòd vna citatio remaneat gratuita, ſit prima, vel vltima. Et ibi: *contumacia*. de hoc dixi ſupra in. ij. qõ. ¶ In gloſ. vltima in fine, vide quod dixi ſupra. eodẽ. c. in. v. oppoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia cum procuratore reuocato lata non teneat? Et cui ſatis ſit reuocationem denunciare?*

2 *Procurator ad domini voluntatem reuocatur.*

3 *Teſti vni ac parti in propria cauſa credi.*

4 *Sententiam nullam executioni mandandam, antequam de eius nullitate agatur.*

5 *Poſſeſſor cum titulo colorato, &c. de quibus hîc, qualiter condemnandus?*

6 *Exceptiones partis legitimas in omni principis mandato, conſeruari.*

7 *Cauſam proprietatis in reſtitutionem non tangendam. & cæter.*

8 *Poſſeſſor in beneficiali cauſa, quid probare debeat? Et quid in ſpoliato?*

9 *Inſtitutionem ſuam probare, qualiter quis teneatur? Et quid ſi canonicam quis probare nequeat, qualiter iudex eum pronunciabit.*

10 *Canonicorum vnus ſi petat electionem confirmari, vel eandem irritari, & ſuccubuerit, alius autem deinde idem petat, vtrum nõ ſit audiendus?*

¶ CAP. III.

EX inſinuatione. ¶ Caſus. Sententia lata cũ procuratore reuocato, & de hoc certificato, nõ tenet. ¶ Et prima pars ponit partis nouationem, ſuper qua dat iudices, ibi: cæterum. Expone li-

¶ Expone literam *duobus*. ſi iſti veniréṫ, per eos probari poſ
ſet. de teſtib. licet. de ſenten. excommu. ſacro. ipſe procura-
tor. *Reportauerit*. innuit, ꝙ formata fuit ſententia in perſonã
ipſius, quod fieri debuit. de hoc ſupra de elect. querelam. *Cle
ricis*. coram quibus facta fuit inhibitio. *Sententiam*. etiam
fuit executioni mandata, ſicut ex ſequentibus apparet, vel
dic, quòd etiam in prima cauſa. Et modò Archidiaconus
petebat reſtitutionem eccleſiæ nec fuit per ſententiam. ſpo
liatus. Innocen. *poſſeſsionem*. hic innuit, quòd poſſeſſorio tã-
tùm eſſet actum. vel dic, quòd prouiſio eſt vt infra dicam,
ſecundum Hoſtié. *perceptis*. ſubſtituit de percipiendis: quia
titulus ſententiæ ab illis excuſat, ſecundum Gofred. & dixi
de hoc ſecundum eum. s̃. de officio delega. tam in cauſa. in
ſecundo notabili. *Authoritate noſtra*. quaſi de gratia ſpeciali
ſecundum Hoſtien. ſecundum quem ſorſan conuenerunt
coram Papa vt diſpendia prolixi litigij euitarent. Allegat
de officio Archidi. c. fi. & § fi. & quod notatur de officio de-
lega. cum. R. canonicus & quod legi. & nota. de elect. ſcriptũ
§ & ſi partes. *Ipſam ratam*. Si verò non poterit probare cano
nicam, iudex pronunciabit illam non canonicam. & non
1 debet haberi rata, ſecundum Hoſtien. ¶ Primò nota, quòd
lata ſententia cum procuratore reuocato, &c. vt in ſumma
rio. ¶ Secundò not. quòd ſufficit reuocationem ipſi procu
2 ratori intimare. ¶ † Tertiò, quòd licet quandocunq; procu
ratorem reuocare pro libito voluntatis. de quo in prima
3 glo. ¶ † Quartò nota qualiter credatur vni teſti & parti in
cauſa propria de quo in gloſ. iij. vel melius not. & menti te-
ne, ꝙ in cauſa magna, & vbi agitur de magno præiudicio. ſ.
de annullatione ſententiæ, quæ aliâs in rem tranſijſſe dici-
tur iudicatam, ſuper cauſa ipſius annullationis creditur vni
teſti & iuramento partis. Cuius materiam habes. j̃. de iure
iuran. c. fina. vbi de hoc dicam: niſi dicas cauſam hic modi-
cam: quia remanet ius ſaluum actori in negotio principali
& recurſus contra procuratorem falſum. ff. de procuratori.
l. plautius. Et hæc verior, & menti tenenda. Ne obſtent no-
tata in. c. fina. alle. § ſanè. ſuper verſi. cauſæ. in Nouel. & place
re videtur hic Collecta. videlicet, quòd reuocatio mandati
probetur per vnum teſtem cum iuramento partis. iuxta le-
cta & not. j̃. c. proxi. & vt eccleſia. benefi. c. vno. Et idem di-
cit de mandato procuratoris probando per no. Nouellæ. j̃.
eo. cùm pro cauſa. ibi dicam. ¶ Quintò not. quòd non præ-
ſtat &c. vt in regula non præſtat. j̃. de regulis iuris libro. vj.
4 ¶ † Sextò not. quòd ſententia nulla eſt executioni mandan
da antequã de eius nullitate agatur: de quo vide legit qd, &
notatur. j̃. de re iudi. vt Camp. in cle. ¶ Septimò not. quòd
ſublato principali tollitur acceſſorium de quo per Cyn. C.
5 de lui. pign. l. intelligere. ¶ † Octauo not. quòd poſſeſſor cũ
titulo colorato: puta ſententiæ de cuius non iure poſteà cõ
ſtat, condemnandus eſt in fructibus, nedum à tempore mo
tæ litis, vel exſtantibus, ſed ſimpliciter in perceptis. ſuper
quo vide quod notatur & legitur. j̃. de reſtitu. ſpolia. grauis.
vbi de hoc dicam. Et quod ſcripſi de offi. delega. cum cauſa.
in. iij. notabi. allegato. Et quod ſcripſit Henricus de hoc. j̃.
de iure patro. cum dilectus. in quarta diſtinctione & quod
dicam in princi. c. grauis. in prima quæſtione, & in pluribus
6 quæſtionibus ſequentibus. ¶ † Nonò notes ibi: *aliud canoni-
cum non obſiſtat*. de mente principis. in mandato partis exce-
ptiones legitimas præſeruari. de reſcrip. ex parte. Et peten-
tem reſtitutionem per obiectum canonicum poſſe repelli.
ſuper quo vide lecta & notata de reſtitu. ſpoliat. Item cum
7 quis. & c. in literis. ¶ † Decimò notes, ibi: *reſtitutione verò fa
ctis*. &c. quòd cauſa proprietatis non eſt tangenda in cauſa
reſtitutionis ſed vſq; poſt reſtitutionem differenda pro quo
j̃. de ordi. cog. c. cum dilectus. & c. ſi ſuper. de cauſa poſſeſ. c.
8 paſtoralis. ¶ † Vndecimò notes, quòd poſſeſſor tenetur in
cauſa beneficiali probare ſuam inſtitutionem canonicam
de quo hic latè in gloſ. fi. ¶ Et duodecimò notabis à cõtra-
rio ſenſu, quòd in cauſa reſtitutionis ſpoliatus petens re-
ſtitui, non habet neceſſe docere de titulo ſuo. Super quo vi

de quæ ſcripſi de filijs præsbiterorum. conſtitutus. ¶ Op-
ponitur ibi: *præſentibus*. quia non videtur hoc ſufficere, niſi
aduerſario notificetur: vt. ff. de procuratori. & de inſtitor. l.
ſed & ſi § primo & ſecundo. & melius. j̃. eod. mandato. Nec
aliàs ſufficeret etiam publicè reuocare, per nota. Inno. de re
ſcriptis dicens ſecundum Collect. hic. Sol. ſupplet hic Inno.
etiam aduerſario fuiſſe notificatum. Sed hoc diuinare eſt.
dicit tamen, quòd antequã procurator conſtitutus agere in
cipiat, ſufficit reuocatio ſola etiam ſi illa non ſignificetur
iudici, vel aduerſario. Et not. ſecundum eam. j̃. eo. c. proxi-
mo. Et iſte eſſet clarus intellectus iſtius decre. ſi procederet.
Quem etiam tangit Bartolus. ff. eodé. l. ſi procuratorem. in
fi. Sed Inno. videtur aliter ſentire. j̃. ca. proximo vt ibi dicã
in oppoſitione ſecunda verſu, vel dic ſecundum eum. Dicã
in dicto. c. mandato in. iij. oppoſitione. ¶ Secundo contra
quartum notabile opponitur vt in. iij. glo. Et ſolue vt ibi: qa
huic concordat Inno. ſaluis ſuppletionibus quas infra dabo
ad illam. ¶ Tertiò opponitur: quia inductus in poſſeſsioné
authore prætore, non dicitur ſpoliator: nec dicitur ſpolia-
tus cui poſſeſsio per iudicem eſt ablata. ff. de acqui. poſ. l. iu-
ſtè. argu. C. vnde vi. l. ſi quis à contrario. Solutio, dic ſecun-
dum Ber. hic in glo. quarta & Inno. illud verum, cum ſenté-
tia iudicis per quam auſertur poſſeſsio, non eſt: ſed hic nul-
la erat: quia cum non procuratore lata fuit. Quæ nullitas de
duci poteſt replicando in iudicio reſtitutorio aduerſus ex-
ceptionem de dicta oppoſitione formatam: aut etiam agen
do principaliter ad declarationem nullitatis ipſius ſenten-
tiæ & poſſeſsionis inde ſequutæ: quia ſententia pronunciata
nulla, irrita eſt poſſeſsio & quicquid ſequutum eſt ex illa.
arg. j̃. cap. proxi. & c. auditis. & C. de legib. non dubium. Et
ſimilem petitionem habes. s̃. de maio. & obe. c. ſi. ff. de ferijs
l. j. & ad hoc competit officium iudi. ¶ Vel aliter dic, ꝙ hoc
non dicit reſtitutionem petendam immediatè poſt ſenten
tiam primam, quæ hic ſupponitur eſſe nulla. Sed dicitur
hic, quòd poſt illam lata alia ſententia ſuper caſſatione pro
ceſſus, & dictæ ſententiæ primæ reſtituitur. illi poſſeſsio,
quam petit, ſi ei nihil de iure obſtat. ¶ Sed hæc ſolutio non
placet. Nam ſententia non præiudicat abſentibus. ff. de mi-
nori. l. etiam § fina. licet ſententia contra eum lata fortè ſibi
præiudicet quo ad omnes: vt not. j̃. de fo. compe. poſtulaſti.
& de accuſa. qualiter. Sed hæc ratio non eſt vera: quia fuit
præſens, & habuit copiam ſe defendendi. vt. j̃. de accuſa. ſu-
per his. Inno. ¶ Et fortè vult. primo dicere Inno. quòd ſen-
tentia caſſationis fuiſſet lata poſſeſſore abſente, ſibi non ob
eſſet, Ideò ab hoc poſſeſsio ſibi tunc auſerri non deberet.
Sed quid dum poſſeſſore præſente, & copiam ſuæ defen-
ſiõis habente, ferretur præiudicare ſibi etiam quoad omnes
& ideò poſſeſsio tunc ſine alio proceſſu ordinario ſibi au-
ferri poſſet. Et ſic fortè poſſet intelligi iſta decretalis. & eſ-
ſet notabilis intellectus. ¶ Sed fortè periculoſus eſt: quia &
ex alia cauſa poſſet forte habere ius, vel cauſam poſſeſsio-
nem retinendi. argumentum. j̃. de præben. licet Epiſcopus.
¶ Tene igitur primum intellectum Innocé. videlicet quòd
hic fuit actum poſſeſſorio reſtitutorio & aduerſus exce-
ptionem de ſententia & authoritate iudicis, replicatum de
nullitate ſententiæ & proceſſus ex defectu procuratorij. Et
iſte intellectus eſt ſine ſcrupulo. ¶ Quartò opponitur con-
tra. xj. notabile de. l. actor. C. de probation. & aliâs vt in glo.
fina. quam vide: quia ibi reperies duas primas ſolutiones,
quas Innocen. primo ponit: quas tamen ambas reprobat
gloſſa & bene, vt credo: quia prima diuinatiua & ſecunda
contra textum. Tertiam quam recitat Innocen. quòd age-
batur hic petitorio contra Archidiaconum poſſeſſorem:
reprobat hic Innocen. & reprobationem inſerit Bernard.
in dicta gloſſa finali. Nnam ex quo eſt in poſſeſsione Archi
diaconus, non remouebitur, niſi contra eum probatum fue
rit crimen. Aut quòd non ſit canonicè inſtitutus. de conceſ
ſione præbendæ. quia diuerſitatem. lvj. diſtinctio. ſatis. xvj.
quæſtione fina. inuentam. Nec enim titulum. & c. C. de peti.

hęredita.l.cogi. ¶ Quartam ſolutionem ponit Innocen. dicens, quòd hîc cogitur idcirco probare: quia petebat ſuam inſtitutionem ratam decerni: vt expreſsè in litera dicitur. ¶ Subdit tamen Innocen. notabile dictum, videlicet, quòd ſi quis probaret ad ſe pertinere collationem beneficij, & ſe eſſe in poſſeſsione: & alius illud beneficium poſsideret, bene deberet poſsidens probare ſe canonicè inſtitutum per eum ad quem pertinet. argumen. xij. quæſtio. prima, legum. ĩ. vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. capitu. vt noſtrum. niſi tacitè viſus fuiſſet conſenſiſſe in eum. ĩ. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, capi. ex ore. ¶ Subdit tamen aliud etiam bene notabile dictum quòd & ſi conſenſit tacitè, vel expreſsè, poteſt tamen ille ad quem pertinet, ſi vult probare inſtitutionem contra ius factam. argumen. ĩ. de præben. dilecto. aliâs dilectus. Ita quòd ſecundum hoc ille conſenſus transfert onus probandi, ſed non aufert. Hoſtien. de hoc remittit ad not. de ſimo. licet Hely. & infra ad not. de regu. iuris. c. primo libro. vj. vbi poſt Dy. ipſa ponit caſum conuerſum. ſcilicet, quando prouiſus vult agere contra prouiſorem. & ibi dicam. ¶ Hoſtien. tamen videtur plus placere, quòd de quadam prouiſione proceſſerint hæc: vt ſupra reuocaretur Archidiaconus in probatione releuationis. & hîc grauaretur in iuſtificatione inſtitutionis. Nouella more ſuo tranſit ſicco pede, & nil eligit. ¶ Sed non placet vltimum dictum Hoſtien. quia non videtur bene dictum, quòd Papa hîc in onere probandi exonerare vel grauare voluit vnum in præiudicium alterius: nec in vno iudicio nec in altero. argumentum. C. vnde vi. l. meminerint. C. de iudic. vi. tol. l. prima. in fine ¶ Quid ergo dicendum? certè ego puto, quòd iſte ſit verus intellectus huius decretalis videlicet; quòd fuit hîc primo actum in iudicio petitorio contra procuratorem reuocatum Archidiaconatum poſſeſſoris. Quod patet: quia cum poſſeſſor erat, vt hîc textus aperit. nec appareat, quòd alium ſpoliaſſet, in dubio dicere hoc oportet. argumento. C. de rei vendicat. l. fina. & quòd actor probauit plenè intentionem ſuam in petitorio, videlicet præbendam Lexouienſem ad ſe pertinere. & ideò fuit ſibi adiudicatum: & poſſeſsio ſibi data vt aperit hîc textus: quia aliâs hæc non fuiſſent facta, vel facta fieri non debuiſſent. vt dicta. l. fina. & tamen præſumitur in dubio etiam ritè facta. de renuncia. in præſentia. vnde Papa hoc attendens atq; conſiderans præſumptionem, contra dictum originalem actorem inde inſurgentem: & quòd veriſimile ſatis erat, quòd probationes primi repeterentur in ſecundo quoq; dicto originali actore in iſto vltimo iudicio ſic plenè probante ſuam inſtitutionem eſſe canonicam oportebat Archidiaconum ad præbendæ reſtitutionem finaliter condemnari: niſi ſuam inſtitutionem probaret eſſe canonicã. inſti. de exceptio. §. primo. ff. de excep. l. ſecunda. & ff. de probatio. l. in exceptionibus. in prin. ideò mãdauit ſub iſta forma, quæ eſt in textu. ¶ Vel dic abſq; aliqua diuinatione, quòd cum iſtud reſcriptum fuerit impetratum pro parte Archidiaconi & contra dictum actorem originarium, eſt veriſimile, quòd de voluntate ipſius Archidiaconi volentis ad purgationem ſuæ bonæ famæ, & ſuam ſecuritatem perpetuam canonizari ſuam inſtitutionem, fuit in reſcripto appoſita talis forma. argumentũ. C. arbitriũ tute. l. finali. ibi neq; enim ſic homo ſimplex, &c. ¶ Sed pone, quòd talis Archidiaconus videns in progreſſu cauſæ vtriuſq; partis iura obſcura etiam ſe de iure à parte alterius in petitione ratione ſuæ poſſeſsionis abſoluendum: nunquid tunc obmiſſa forma tali poterit petere ſe abſolui? & puto quòd ſic: quia clauſula appoſita in ſui fauorem, non debet in læſionem ipſius retorqueri. C. de legib. l. quod fauore. ¶ Sed contra videtur: quia qui de vno dicit, de contrario denegare videtur. ff. de iudicijs. ſi prætor. C. de procurator. ſi maritus. ĩ. de præſump. nonne. cum concordantijs ibi ſignatis. Sed reſpondeo quòd illud argumentum ſicut & argumentum quod dicitur à contrario ſenſu, non tenet, vbi de oppoſito eſt diſpoſitum expreſsè in iure: vt ſcripſi de electio. puto in prima quæſtione, verſu, venio ad ſecundum. ibi: reſpondeo, quòd argumentũ. &c. vnde vbicunq; reperietur, quòd ſenſus contrarius eſſet contra legem, vel rationem legis, non habet locum argumentum à contrario ſenſu: vt ſcripſit Cyn. C. de Epiſcopis & clericis. l. conuenticulam. argumentum illius. l. licet in illo dicto finaliter non inſiſtat. Malè etiam notatur hîc, quòd compellatur quis probare titulum ſuæ poſſeſsionis niſi dicas compelli ſolum cauſatiuè ſi vult, quòd pronuncietur ſuam inſtitutionem eſſe canonicam. ¶ Sed contra præmiſſa facit: quia interpretatio mandati non eſt extenſibilis, ſed reſtringibilis. de præben. ei cui. libro ſextò. & de reſcrip. ſuſceptum. eodem libro. Modò hîc mandatur ſolùm canonizari ſub certa forma: & nil mandatur de pronunciando ſuper petitione aduerſarij: vel de abſoluendo ab illa. Solutio, dic eo ipſo, quòd mandatur pronunciari ſuper petitione vnius partis, videtur mãdari pronunciari ſuper cõtraria petitione partis alterius: quia commiſsiones debent eſſe communes. de mutu. peti. prudentiam cum concordã. & ſaltem in modum reconuentionis eſt indubitatũ. C. quomodo & quando iudex. authen. & conſequenter. Et ſi poteſt pronunciari pro illa parte ſuper petitione ſua, ergo & pro alia ſuper abſolutione ab illa. argumen. notat. Innocen. de officio delegati. c. cum contingat.

9 ¶ † IVXTA præmiſſa quæritur de duobus. & primò qualiter quis tenetur probare ſuam inſtitutionem canonicam in beneficio. Et in primis certum eſt de actore, qui beneficium curatum non poſsidet, & iudicio petitorio beneficium vendicat: quòd ad hoc tenetur, vt. l. actor. de quo dicam latius poſt Innocen. ĩ. de præſcrip. aliud. Sed ſi ageret poſſeſſorio reſtitutorio tunc ſecus. de reſtitu. ſpolia. in literis. ſaluis, quæ ſcripſi. ĩ. de filijs præsbiterorũ. c. conſtitutus. ¶ Si verò eſt reus, & poſsidet, regulariter ad hoc non tenetur. vt. l. actor. & l. qui accuſare. cum concordan. colligitur ex not. Compoſtel. ſ. de reſcri. c. capitulũ ſanctæ crucis. glo. quia quæſtiones, ſed hoc cui incumbit. & per glo. c. diſt. contra morem. & Zenzel. in extraua. ſuſcepti. dicam forte aliquid in dicta regula prima. libro ſexto. ¶ Fallit tamen in duobus caſibus. & primò ſi petit ſuam inſtitutionem canonicam decerni. vt hîc Et ita not. Innocen. & Hoſtien. hic, & infra de confir. vti. probaf. C. de proba. l. matrem. ſecũdũ vnum intellectum. ¶ Secundò fallit vbi conuenitur per prælatum ex ſuo officio agentem, & hoc maximè, ſi poſsidet plura beneficia incompatibilia de iure communi. quod dic, vt plenè ſcripſi de officio ordinarij. c. ordinarij. libr. vj. ¶ Et idem etiam hoc ceſſante regulariter. argumen. ſecunda quæſtione prima, legum, & de inſtituti. ex frequentibus. cum not. per Innocen. Hoſtien. & Nouellam hîc, & ibi & gloſſa in. c. contra morem. & eo quod dicam in regula allegata, & compoſ. in gloſſa prædicta. Fallit tamen hoc vltimum dictum in duobus caſibus. & primò, ſi prælatus fecit aliqd, per quod videtur eum in beneficio approbare: puta illum ad titulum illius beneficij ordinando: vt not. Innocen. de filijs præsbite. veniens. Quod dic tamen prout ibi examinatè ſcripſi vel procurationes ab eo recipiendo. argumento. ĩ. de præben. dilecto & quod ſcripſi quo ad hoc poſt Innocen. ſupra in proxima oppoſitione. ¶ Fallit ſecundò ſi poſſeſsio ſua non eſt recens, ſed antiqua. argumentum. ĩ. de frigi. c. primo. nam tũc propter difficultatẽ probationis, videtur ſtandum iuramento poſſeſſoris, etiam propter culpam prælati tandiu tacentis. argumento dicti capituli primi. & C. de teſtamentis. l. hac conſultiſsima. § ſed cum humana. Not. Hoſtien. de ſimonia. c. licet Hely. & Innocen. de accuſationibus. c. ſuper his. in fine magnæ gloſſæ & Innocentius, & Hoſtienſis de eo, qui furtim ordi. ſuſcep. c. fina. & Hoſtiẽ. de præſump. c. illud. licet Innocen. ibi in caſu quo beneficiatus eſſet actor, videatur Et idem in ſimili contra gloſſ. in. c. contra morem. & Cardi. de ſententia excommuni. ſi iudex. libro. vj.

libro.vj.& quæ dicatur antiqua vel recens eſt arbitrarium argumentum.ff.de iure deliberan.lib.j.in fi. de officio delegati de cauſis.ſemper tamen admittitur in caſibus prædictis ordinarius volens probare contrarium videlicet inſtitutionem non eſſe canonicam argumen.de præben.dilecto Sed fortè aliquid de hoc plenius dicam in dicta regula prima.libro ſextò.

24 ¶ † DECIMOQVINTO quæritur, nunquid ad media cauſæ criminalis, vel ſaltem ad certum articulum cauſæ criminalis, &c. poteſt interuenire procurator. hic repete, quæ circa hoc ſcripſi. s̃. eo. c. in. vj. quæſtione. verſ. ſeptimus caſus indubius. de quo in Spe. e. ti. § ratione igitur cauſæ. verſi. ſed nunquid media. vbi Io. ſuper verbo, ſed hoc non approbo. in addit. dicit, ꝙ Rofredus in libellis iuris titul. canonici qualiter procedatur in accuſatione neutro contumace. dicens quoſdam tenere, ꝙ ſic. Dicit contrarium tuti⁹ & ſecuriꝰ. Pro quo videtur tex. C. vt omnes tam ciuil. quã mili. l. j. ad fi. ibi: accuſatione verò per quam etiam Abb. gallic. hoc tenet. e. ti. verſi. vltimo per eum allegato. in dicto verſi. Sed nunquid media. quæ omnino hic repetas. Et quia aliquo prohibito, omne id per quod ad illud peruenitur, intelligitur eſſe prohibitum. ff. de ſpõſalibus. l. oratio. Item, quia ſi ſpeciale eſt in quibuſdam, qui dant procuratores ad media tantùm, non tamen ad ſententiam: vt. C. de iniurijs. l. fi. in contrarium eſt ius commune. ff. ad municip. l. j. in fi. & l. ij. C. de accuſatio. noo loquitur io procuratore, ſed in domino defendente ſeruum ſuum, & cauſam proſequẽte. ſed primam partem tenet Accurſius. in. § ad crimen. & Guido de ſuza in quæſtionibus ſtatutorum. & pleniꝰ Gandinus magnus practicus nominatus in ſua rubrica. xxj. dicens Odofred. Romę idem tenuiſſe. ponit tamen caſum in carcerato propter illud crimen. Et eſt eorum ratio: quia ad certã ſpeciem datur procurator. ff. e. l. j. item, quia in ciuilibus licet, & in criminalibus non eſt prohibitum. igitur ar. ff. de proba. ab ea parte. Ad. l. ij. ff. de cuſto. reo. quę dicit, quòd in vinculis debet reus cauſam dicere: reſpondent, quòd loquitur de lit. conteſt. ad quam faciendã reus cum cuſtodia iudici pręſentatur. In alijs autem non certum, quòd medium cauſæ præſopponit principium. Si ergo incœpta eſt cauſa per cõteſtationem, & reus maneat in carceribus, cuſtodia, vel cõpedibus iudicis, ita ꝙ ſi expedit facilè ab ipſo veritas etiam de medijs haberi poterit, ſi expediat etiam per tormẽta, nõ videt. Io. in addit. prædicta. quare per procuratorem nõ poſſit producere, vel nominare teſtes, & impugnare teſtes accuſatoris, & his ſimilia. Nã ibi neceſſariò ipſe reus remaneat, & in vinculis ipſius cauſa tractetur, ſatiſfactum videtur illis duabus. ll. maximè, cum hic non fit in procuratorem talem ferenda ſentẽtia: ceſſatq; io caſu iſto timor fugæ. Et reuera illa eſt opinio Bartoli quam recitaui in dicto verſi. Septimus caſus indubius, quæ mihi placet. dico tamen etiam vt ibi dixi, ꝙ ſalua diſtinctione, quam ibi poſui, ſi reus non eſſet in carceribus, cuſtodia, vel compedibus, reus ipſe, ad media cauſæ, vel ad certum articulum diſcuſsionem maximè requirentem, per procuratorem non deberet admitti: tum per rationes ſuprà ad hoc adductas: tum quia ad peremptorias exceptiones proſequẽdas, quę dicũtur cauſæ, & non cauſæ abſentiæ, non admittitur procurator. vt. l. abſentem. § adoerſus. & l. j. ao per alium. & § publicè. alleg. ſecundum vnum intellectum. Et facit bene quod ſcripſi ſupra eo. c. in xiij. q. Sed proponere exceptionem peremptoriam, & eam proſequi: eſt proponere, & proſequi certum articulum. Igitur. &c. vide. j̃. in vigeſima quæſtione.

25 ¶ † DECIMOSEXTO quæritur de illo brocardico quod hic notatur, videlicet, ꝙ cũ ꝓhibef aliquid, prohibef etiam omne id, per quod peruenitur ad illud prohibitum, qualiter de iure procedit. ¶ Circa quod diſtinguit Cyn. C. ſi rector prouin. l. vna. quam diſtinctionem ponit hic Hoſtien. non recitans Cy. & Collec. recitans tamen illum: quia ſi eſt tale per quod peruenitur ordinatè, & eſt eadem ratio ꝓhibendi, vtrũq; arg. ꝓcedit: vt ecce ꝓhibef ſenator ducere in vxorem libertam: vt honeſtas ſeruetur patrono. ff. de rit. nup. l. ſemper. eadem ratio in ſponſalibus. Ideò etiam ꝓhibitę ſunt. ff. de ſponſalibus. l. oratio. Ad idem. xxxij. di. hoſpitiolum. & j̃. de cohab. cleri. & mulier. per. c. j. & per totũ. Secus ſi non eſt eadem ratio: vt ſi propter potentiam præſidis prohibetur nubere cum ſubdita: quia nuptiæ non poſſunt diſſolui: vt dicta. l. vna. Secus in ſponſalibus: quia diſſolui poſſunt. vt. ff. de ritu nup. l. ſi quis officium. ¶ Si verò eſt tale, per quod deuenitur de neceſsitate, & eſt prohibitio iuris communis procedit argumentum, vt. ff. de pact. l. quod dictum. Et idem ſi de iure ſpeciali, ſi prohibitio eſt in rem: vt. C. de viur. rei iudi. l. fi. Sed ſecus, ſi in perſonam. ff. pro ſocio. l. verum. & ſol. mat. l. ſi fideiuſſor. De materia tamen legum vltimò allegatarum, videlicet qualiter exceptio competens reo, competit fideiuſſori. vide plenè per Cy. C. de nõ numer. pecu. l. tam mandatori. ¶ Fallit ſecundum Henricũ hic fauore libertatis. vnde pater non poteſt filium priuare quarta ſibi debita iure naturæ: & tamen poteſt dare libertates, per quas minuit quartam: vt. ff. de inoffi. teſta. l. papinianus contra veterem § quoniam autem quarta. ¶ Dicit autem Collecta. quòd licet hęc, & ſimiles diſtinctiones ſint neceſſariæ apud legiſtas ad diſſoluendas mirabiles caſuum, legum contrarietates: Canoniſtæ tamen tot diuerſitates caſuum non ſunt inuoluti, leuius ſe exponunt, vt patet. s̃. de conſti. nam concupiſcentiam. dicam in reg. cum quid prohibetur. de regu. iuris. li. vj. & vide, quod ſcripſi de offic. deleg. præterea. in. vj. primis quæſtio. & præſertim in quarta.

26 ¶ † DECIMOSEPTIMO quæritur de alio brocardico & hic notato, videlicet, qualiter prohibitum directò, ſeu vna via, non debet concedi per obliquum, ſeu alia via videtur dicendum, ꝙ ſi eſt eadẽ ratio ꝓhibitionis vtriuſq;, obtinet argumentum aliàs non: vt ſcripſit Pet. de Bellapertica & Gauffridus. ff. de tu. & curatoribus dat. ab his. l. ſcire oportet § ſi mater. quos ibi vide. Quod hic latè ꝓſequitur Henricus recitans Mercurialem, quam poſuit Nouella in regula, cum quid vna via. j̃. de reg. iuris li. vj. Quod expediã in regula allegata, cum quid vna via.

27 ¶ † Expedito ſecundo articulo principali accedo ad tertium, & quæro. xviij. in ordine quia ſupra tactum eſt cauſam, in qua ciuiliter de crimine agitur, non eſſe cenſendam criminalem: & hic probabiliter quęritur, nunquid iudex appellationis ſuper cauſis criminalibus deputatus poſsit cognoſcere appellatione interpoſita à ſententia lata in cauſa criminali, in qua agebatur ciuiliter ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam, & non ad pœnam corporalẽ. Refert Bernardus de boſqueto quondam auditor cauſarum palatij Apoſtolici, omnes auditores tenuiſſe in rota, quòd non: quia tunc non cenſetur cauſa criminalis, vt dixi: ſed potius ciuilis. Et quia terminus analogus, ſi per ſe ſumatur, recipitur pro ſignificato primario. Et ideò intelligitur de criminalib⁹ criminaliter agitatis. de ſimo. c. per tuas. Et hoc probat iſtud. c. coniunctum cum § ad crimen. alleg. fa. ff. de iudi. l. ſolemnis § latrũculator. ¶ Sed qd ſi agatur criminaliter, ſed ſentẽtia lata eſt ciuilis: puta quia iudex ex cauſa commutauit pœnam corporalem in pecuniariam ad hoc dicunt quidã, vt refert dictus Bernar. in cõ-

filijs Rotæ inſpici potius genus ſententiæ, quæ eſt ciuilis & ad finem ciuilem, quàm genus illati criminis: vt talis iudex nequeat cognoſcere. ar. ff. de pœ. l. quod ad ſtatũ. facit ꝓ hoc quod ſcripſi ſupra eo. in. xj. quæſtione, verſu, ſecundò quæritur quoad hoc. & verſu, quid ſi non alternatiuè. poteſt dici, ꝙ ſi ſolùm appellauit delatus, cõdemnatus ex ea ſola cauſa, quia dicit, quòd non debuit etiam in pœna pecuniaria condemnari procedat: quod proximè dixi: quia tunc iudex appellationis, vt videlicet non habet facere aliud, niſi inquirere de facto iudicis à quo. ſ. an in hoc grauarit delatum. ar. ff. de minori. l. præfecti. Aut appellauit procurator fiſcalis, vel etiam accuſator: quia iuxta formam petitionis, & qualitatem delicti non condemnauit iudex primus in pœna corporali: & tunc cognoſcere, qa ſic videt adhuc remanſiſſe cauſa criminalis: quia ex parte actoris ius metimur. vt. ff. ſi pars hæredi. pe. l. j. Et idem fortè dicerem, ſi pars, vel procurator fiſcalis peteret coram iudice appellationis informari ſentẽtiam, & reum ad pœnam corporalem condẽnari: quod poſſet virtute appellationis ipſius delati: vt. C. quando prouo. non eſt neceſſe. l. fin. Et hoc maximè, ſi eſſet clarum, ſi eſſent duo iudices appellationum quorum vnus de ciuilibus, alter de criminalibus ſolùm cognoſceret.

28 ¶ † DECIMONONO quęritur, vtrum ſi aliquis obtinuit cõmiſsionem cũ poteſtate citandi perſonaliter, & in eius virtute fecit aduerſarium citari perſonaliter, teneatur ipſe actor impetrans commiſsionem perſonaliter comparere, ita quòd aliâs reus non comparens in termino perſonaliter non poſsit contumax reputari: niſi etiam actor tunc perſonaliter compareat. Et ſuppoſito, quòd ageretur aliter, quia ſi criminaliter, actor, qui tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, tenetur ſine dubio perſonaliter cõparere. Sed cũ agitur ciuiliter, & actor ex ſpeciali gratia obtinuit, ꝙ aduerſarius poſſet citari perſonaliter, eſt quęſtio fortis, quę fuit in rota tempore dicti Bernardi, vbi ſecundum quod ipſe refert dicebant quidam quod non tenetur actor tunc perſonaliter comparere, ex quo cauſæ natura hoc non requirit: nec aliâs per iudicem, vel ſuperiorem ad hoc expreſſè eſt arctatus. Et quia, quod ſibi ex ſpeciali priuilegio contra aduerſarium conceſſum eſt, ſibi in læſionem redũdaret. ar. l. quod fauore. Dic tamen, quòd multi dicebant contrariũ: vt ſit paritas in iudicio. ar. C. de fruc. & lit. expen. & C. de reſcin. ven. l. ratas. & ĩ. de mu. pe. c. ij. & C. de tempori. in integrum reſti. l. petendæ. & argu. ęquitatis illius edicti. ff. quod quiſq; iuris. & ĩ. de cõſti. cum omnes. Nam intereſſe poteſt aduerſarij ipſum debere perſonaliter comparere: quia ſuper defenſionibus ſuis ſciet forſan per eum melius, quàm per procuratorem, veritatem. & hoc mihi placet.

29 ¶ † VIGESIMO quærit: pone: habet lex municipalis, ꝙ bannitus non cancellatus de banno ciuitatis poteſt impunè occidi: ſed cancellatus nequaquã. quoq; ſi iudice maleficiorum contra occiſorem de homicidio cognoſcente opponitur per occiſorem de banno. & oppoſitione facta de banno, dicitur bannum non fuiſſe factum, vel nõ fuiſſe bene factum, vel occiſum fuiſſe ante occiſorem de bãno cãcellatum. & dicitur per aliam partẽ cancellationem nõ fuiſſe rectè factam. de hoc habet cognoſcere vicari⁹ loci, & interim iudex maleficiorũ ſuperſedere. Hoc ſuppoſito, quęritur vtrum ſuper iſto articulo incidenti coram vicario pro occiſore ſit admittendus procurator. pro & contra faciunt ea, quæ ſcripſi ſuprà in. xj. q. Hanc quæſtionem diſputauit Ia. de butrig. & incipit quidam rauagereñ. & tenuit quòd ſic. Et primò, quia hoc caſu non reperitur lege cautum, ꝙ fallat regula. l. j. ff. de ꝓcor. igitur ſtãdum eſt regulæ. ar. ff. de fundo inſtruc. quæſitum § idem reſpondit. & ff. de legi. l. in bis. Nam hic non agitur de crimine ꝓſequendo, vel defendendo, ſed ſolùm de hoc articulo an rectè fuerit bannitus, vel cancellatus. & ideò non videtur iudicium criminale: qa ceſſant hic accuſatio & cõdemnatio, & criminis etiam defenſio: quia imò talis quaſi fateri videatur crimen: nec ad aliquam pœnam hic tenditur. Inducunt, quia in abſentem poteſt ſuper hoc interloqui: cũ non agatur de pœnæ irrogatione, per. l. abſentem. Et quia ex interlocutoria tali non impeditur ſententia iudicis maleficiorum: Nec ob. quòd ad allegandam exceptionem peremptoriam defenſoriam criminis nõ admittitur procurator: quia dicit hoc verum coram iudice principali ipſius maleficij. quia per hoc ad ſententiam & capitalis pœnæ impoſitionem, vel abſolutionem tenderetur. Sed ſecus coram alio iudice, qui non habet cognoſcere, niſi de vno tali articulo. Et iſta latiſsimè proſeqtur in quæſtione prædicta: quæ cauſa breuitatis omittens ad illam quæſtionẽ te remitto. ¶ Quid dicẽdum? verè pars contraria magis mihi placet: quia res eſt iudicanda ſecundũ effectũ, & nõ curatur de modo. ff. de adi. leg. l. iij. § conditio. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. l. iij. Ita, ꝙ vbi eſt effectus rei, ibi eſt denominatio eius. C. de ferijs. l. à nullo. argu. Inſti. de donat. § eſt aliud. Et vbi ratio iuris, ibi ipſum ius. ff. ad legem Aquil. l. illud. Modò fatetur Butrig. & prædictum eſt ſupra in. xv. quæſtione ad hunc articulum, ſi coram principali iudice maleficij vteretur, non admitteretur ꝓcurator & tamen hoc caſu eſt idem effectus, & eadem ratio re ipſa cõſiderãda in ſeipſa facit ꝙ id, qđ nõ fit propter ſe: ſed propter aliud ab illo ꝓpter quod fit. denominationem totam, recipere. ff. ſo. ma. l. ſi verò § itẽ quidquid. cũ concor. ibi ſignatis, de condi. & demon. l. filio. de iure dot. Profectitia. § j. ꝓ dona. l. fi. de ſolut. l. ſi enim. cũ ſi. Modo iſte articul⁹ propter ſe nec proponitur, nec diſcutitur: ſed propter cauſam criminalem, & eius exitum. Igitur illius naturam ſequi debet: ſicut dicimus, ꝙ conſtitutio ſtatutum. § j. de reſcrip. li. vj. ordinans, ꝙ cauſa non poſsit per ſedem Apoſtolicam, vel legatum nõ poſsit committi: niſi certis perſonis, intelligitur de vno principali articulo alteri cõmiſſo: vt patet. c. ex literis, & no. in cle. vna. de offi. deleg. ¶ Supple gloſſas. In gloſ. j. ibi: *gaudemus*. vbi pleniùs de hoc. Et ibi: *vxor virum*. dixi ſuprà in. iij. quæſtione. ¶ In gloſſa. ij. i. *iure mariti*. in quibus conſiſtat hoc ius notatur. iiij. q. iiij. alij. ¶ In gl. iij. *inſi*. de hoc ibi. de teſta. c. ij. ¶ In gl. *ſanum*. i. accuſationis quid in denunciatione inquiſitione. & exceptione. vide Nouellã de purg. cano. c. fi. ¶ In gloſſa ꝙ eſſet. ibi: *nolunt*. de hoc in Spe. de adult. poſt principium vbi etiam videre potes aliqua hic notata per Pe. & Abb. Et in fin. & j. q. ij. quàm pio. de teſta. ad hoc. de cogna. ſpiri. tua. de iureiurando. quemadmodum. Primũ regulare. de regul. iur. cum quid. li. vj. In gl. vlt. ibi. § j. Et quia quandoq; quæritur de crimine cauſa ingratitudinis commiſſæ, in auth. vt cum. de ap. cogni. § aliud. coll. viij. & ideò interdum vocatur accuſatio. C. de inoffi. teſta. l. parentibus. & l. cum Arethuſa. interdum querela.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris an gratuitum eſſe debeat? Et quid requiratur, vt quis repetere queat, quod in alieno negotio impendit?*

2 *Procurator in caſu, de quo hic, nun impenſas repetat? Et qualiter dominus procuratori ad expenſas teneatur? nu. 3.*

4 *Salarium procuratori debitum quantum eſſe poſsit? Et quid ſi ſalariũ promiſſum non ſit, an procurator, vt ſibi conſtituatur, agere poſſit? Et quid in caſu ſequenti. nu. 5.*

6 *Procuratores quali eſſe poſsint eccleſiaſtici?*

CAP VI.

CVm pro cauſa. Caſ. Qui de mãdato dñi cauſam ꝓcurauit, poteſt ab ipſo recuperare expenſas ꝓpter hoc factas. ¶ Et pars prima ponit deciſam partis querelã: & ſecunda dat iudices, ibi: *diſcretioni tuæ*. Et pars huius eſt ĩ. de ſent. exc. cõ ꝓ cã. ¶ Expone literam *quæ inter*. G. Iſte. G. erat procurator capituli contra. F. Archidiaconum. qui. F. Archidiaconus petebat expẽſas à capitulo, quas dicebat ſe feciſſe in negocijs, quæ de mandato capituli egerat, ſecundum Inno. qui exponit verbum, & propter quod. ĩ. ſequitur. i. pro negocijs. quę tractanda receperat. Nam ſi aliquis conſtitutus eſt procurator in

tor in aliquo negocio, & in illo negocio appellarit, & in cauſa appellationis expenſas fecerit, etiam illas expenſas repetet, vt hîc. Vel dic ſecundum eũ, ꝙ hîc appellauerat Archi. quia ſententia lata erat contra eum ſuper expẽſas. ſ. quia abſolutum erat capitulum. Modo hîc mandatur iudicibus appellationis quòd condemnent capitulum Archidiaconi ad expenſas, ſecundum eum. Hoſtié. verò exponit: *quæ inter. G.* pro capitulo. & eccleſia ex parte vna. & F. contra eccleſiam, ex parte altera. Erat enĩ iſte. G. ꝓcurator capituli. contra. F. Archidiaconũ qui Archidiaconus dicebat ſe feciſſe expenſas in negocijs, ſiue cauſas, quas de mandato capituli egerat, quas repetebat; poſteà ponit alia verba Inn. & cõſequẽter ſubdit: Tu dicas, quòd prior intellectus verior eſt: quia ipſe. G. dicebat ſe miſſum fuiſſe ad curiam à capitulo, propter quædam negocia promouenda contra. F. archidiaconum contra quem etiam obtinuit: vt patet in dicto. c. cum ꝓ cauſa. Et quia expenſas, quas ibi fecerat, capitulum nolebat ſoluere, huic recurſum ad Papam, & tunc Papa cauſam expenſarum commiſit ſub certa forma diffiniendam, ꝓut ſequitur Hoſti. ¶ Sed Ab. dicit, quòd forſan iuit ad curiam vt impetraret confirmari conſtitutiones capituli. Et infrà cõtinet ſuper quo erat cauſa. *Si legitimè.* probari debet ergo mãdatum & itineratio propter hoc facta ad curiam. Et de mandato fortè fiet fides: puta per duos teſtes, vel vnum electum cum delatiõe iuramẽti: quod dic, vt no. ſupra. c. ex inſinuatione. Sed expenſæ præmiſſa taxatione probabuntur per proprium iuramentum. argu. C. de ali. pup. præſtan. l. ij. ad fi. legitur, & notatur. ĩ. e. c. ij. & c. conſtitutis. ſecundum Hoſti. propter hoc. i. propter prædicta negocia ꝓmouẽda.

1 ¶ † Nota hîc, quòd mandatũ procuratoris non debet eſſe gratuitum. No. ꝙ ad hoc, quòd impendens in alienis negocijs poſsit expenſas repetere, oportet, quòd duo probet, videlicet quòd mandatum receperit de illis negocijs gerẽdis. Secundo, quòd illa negocia fecerit, ſeu tractauerit, prout ſibi mandatum fuit. Sic. c. vt præteritę, hîc alleg. de accu. ex parte. & c. olim. §. fi. Goff. ¶ Opponitur contra primum ſecundum Collect. quia imò officium procuratoris debet eſſe gratuitum: vt. C. e. ti. l. litem. ¶ Soluit Cy. in l. cõtraria. d. quòd officium procuratoris debet eſſe gratuitum à conuẽtione illicita: vt in l. litem. tamen eſt neceſſe, quòd ſit gratuitum à remuneratione licita: vt. ff. mand. l. ſi remunerandi, nec à conuentiõe honeſta: vt. ff. mand. l. ſalarium. & ff. de pręſcrip. ver. l. naturalis. §. pe. Et hãc approbat Io. in additionibus Spe. e. ti. §. j. circa prin. vt videtur. vide etiam no. ff. eo. l. j. in prima gl. licet enĩ remuneref, vel certo ſalario, vel viciſsitudine quadam, vt præallegatis legibus. Remunerari tamen non poteſt, in quota litis, vt dicta. l. litem. quia per fas & nefas conaretur ad victoriam: vt. ff. de pac. do. l. conuenire. & C. de poſtulã. l. ſi quo. Et eodem modo non valeret ſecundum Pe. de Bellapertica, ſi quæreret aliquid ſibi dari in euentum victoriæ. ar. dictæ. l. conuenire. Modo hîc non eſt conuentio illicita. & ita ſoluerunt Collect. & Lignan⁹ hîc Et dicit Collect. quòd hæc ſolutio notatur per Archidiaconum, & Io. an. de foro compe. romana. libro ſexto. Et per hoc quod dixi de promiſſo in euentum victoriæ, dicit Collect. videnda eſſe notata de elec. c. vt pręteritę. ¶ Sed aduerte, quia ſalua pace iſtorum dominorum, iſtud contrarium non meruit hîc ſignari: quia hîc non agitur de ſalario, vel remuneratione procuratoris per ipſum à domino exigenda; ſed agitur ſolùm de expenſis per procuratorem in negocijs domini expoſitis ab ipſo domino per procuratorẽ huiuſmodi recuperandis. Prædicta tamen inducit Collect. ad hoc, quòd ſi coniuncta perſona agat ſine mandato, & ſubcumbat, ꝙ non poſsit agere ad expenſas. Quod verum eſt ſecundum eum. Et facit quod hîc notat Ber. in gl. fi. verſu, ſed ſi egit. Factum enim coniunctæ perſonæ poteſt proficere abſenti: non tamen obeſſe, niſi abſens ratum habeat tacitè, vel expreſſè. No. Inn. ĩ. de re iudi. quamuis. in. iij. columna. imò talis defenſor tenetur parti, nõ dominus. Ad quod vide, qui filij ſunt legitimi. cauſam. per Inn. & quæ no. ĩ. eo. conſtitutis. & adde ad hoc, quę colliguntur. ĩ. e. mandato. in fi. ¶ Secundò opponitur contra ſecundum notabile: quia ex hoc ſequi videť, ꝙ negotia aliena gerens ſine mandato vtiliter, & neceſſariam expenſam in illis faciens, illa actione negotiorum geſtorum recuperare non poſſet contra totum titulum. ff. & C. de nego. geſtis. ¶ Sol. diſtingue, aut expendens probat expenſam & vtilitatem expenſæ: & tunc non oportet, quòd mandatum probet: vt in contrario. Aut licet probet expenſam, non probat vtilitatem expenſæ: & tunc oportet, ꝙ mandatum probet: vt hîc, & patet ex notatis hîc in gloſſa finali.

2 ¶ † PRIMO quærunt Phil. Nouella, & Collect. nunquid ſi ꝓcurator ducẽdo negocium domini, incidat in latrones, & ſpolietur, illas expenſas poterit petere. Et eſt argu. quòd non. ff. man. l. inter cauſas. §. non omnia. ſecus in ſocietate: vt ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. quidam. ſecundum Phi. & Io. An. & remittit Collecta. ad collecta ſua pleniora. ĩ. de iureiuran. c. ſicut. De hoc fuit hoc anno in rota maxima quæſtio. dicã in. c. ſicut. Et de hoc vide plenè in cõſil. noſtro. lvij.

3 ¶ † SECVNDO quæritur qualiter dominus tenetur procuratori ad expenſas: de quo per Hoſti. e. ti. in ſumma. §. pe. verſu, & illud no. & hîc in gl. ſed dic, vt hîc per Ber. in gl. fi. & qualiter ad ſalarium. Super quo dicit Hoſtié. in dicto. §. pe. verſu, tenetur etiam dominus. quòd ſecundum leges & dominos legum, ſuper hoc ſic diſtinguiť: quia aut fuit promiſſum per ſtipulationem certum ſalarium. & tunc agitur condictione certi. inſti. de verb. oblig. in princip. & ff. ſi cer. pe. l. certi condictio. & l. ſi quis certum. Aut nudo pacto in ipſo mandato, vel ante, vel poſt incontinenti: & ſic veſtitur pactum nudum cohærentia contractus. C. de pac. in bonæfidei. ſecundum doctrinam traditam per eundem Hoſti. in ſumma de pactis. ſub. §. ſupereſt. verſu, Idem à parte agitur actiõe mandati. C. mandati. l. j. ad finem. ¶ Sed hoc dictum non placet Pe. & Cy. C. e. l. j. quia tunc competit actio informata: cum eſt relatio pacti ad pactum: vt plenè deduxerunt in. l. in bonæfidei. Sed hîc non eſt talis relatio. ff. manda. l. j. ideò tunc petitur extra ordinem: vt in proximo membro. Aut nudo pacto, & ex interuallo: & tunc agitur officio iudicis. Sic intellige. l. ſalarium. ff. manda. alleg. Aut ſalarium fuit promiſſum incertum re, & genere: puta, quia dixit dominus: bene remunerabo te. & tunc nullo iure peti poteſt. tit. mandati. l. ſalarium. & ff. mand. l. qui mutuam. §. pe. Aut fuit incertum re, ſed certum genere: puta, quia dixit dabo tibi equum. ſed non dixit quem. Vel, faciam te militem, ſed nõ dixit qualiter, vel quãtum daret pro militia: & tunc agitur præſcriptis verbis. & redigitur ad arbitrium boni viri. vt. ff. de præſcriptis verbis. l. ſi tibi polienda. & pro ſocio. l. ſi ſocietatem. & ff. de leg. ij. l. j. in fin. & de leg. iij. l. ſi filię. & notat ipſe Hoſti. in ſum. de poſtulan. §. quis poſtulare. verſu, & illud notandum. & ſe. de ſimili materia. Et hoc verum cum ſalarium eſt licitum: quia ſecus, ſi illicitum. C. mand. l. ſi contra. ff. mand. l. ſalarium. Item hoc verum ſi eſt propriè ſalarium: quia ſi non eſſet propriè ſalarium, ſed merces conſiſteret in pecunia numerata, ageretur actione locati: vt. ff. mand. l. j. in fin. Et ſi in alio contractus eſt innominatus, & agitur præſcriptis verbis: vt. l. naturalis. §. at cum do. Et dicitur propriè ſalarium vbi dominus illud ꝓmittit ei, qui tamen erat aliàs facturus: vt. ff. manda. l. j. Sed vbi non erat aľs facturus: tunc eſt merces: vt. e. l. j. in fi. Et prædicta collegerunt Pe. & Cy. ex dictis gloſſarum in d. l. j. §. mandatũ. Super quo vide quę ſcripſi. ſ. e. ti. c. primo. in. xj. quęſtione.

4 ¶ † Sed nunquid ſalarium debitum procuratori, poteſt excedere centum aureos. glo. C. manda. l. prima. dicit quòd non. Sed Ia. de Ra. dicit, quòd imò poteſt: quia aduocatus habet ſalarium de publico, ſed non procurator vt. ſcripſit Cyn. in dicta. l. j. C. mand. quæſtione ſecunda. Certum eſt autem, ꝙ hodie habet locum glo. in procuratoribus palatij Apoſtolici, quia oĩs eſt aſsignatum certum ſalarium pro qualibet cau-

ſa:quod non licet excedere per conſtitutionem Ioan.Papæ. xxij.¶ Sed nunquid de ſalario non promiſſo? pôt agere ꝓcurator,vt ſibi conſtituatur,videtur ꝙ non:vt.C.de procuratoribus.l.litem.&c.ff.mand.l.qui mutuam.§.ſalarium. Videtur contra,quia aduocato conſtituitur ſalarium.Et ad hoc agere poteſt.& tamen aduocatus eſt omnis,qui quoquõ liti patrocinatur:vt.ff.de var.& extraord.cog.l.j.§.aduocatos. Et hoc tenet Ia.de Arena.non ob.l.litem . quia mandatum eſt gratuitum.i.gratiam confert . Et ideò meretur habere gratiam.Non obſtat.§.ſalarium.quia non agitur actione mãdati vt conſtituatur,ſed officio iudicis petitur conſtitutũ, ſecundum eum.Et ita quod.ſ.dictum eſt.ſ.non valere,quando promittitur,interdum verum eſt:vt per viam actionis agatur.Et ita ipſe intelligit.vt refert Cy.C.mand.l.j.in fin. Et vt ſcripſit Butr.C.man.l.j.quoad hoc inter aduocatum, & procuratorem eſt iſta differentia.Et primò,quia ſalariũ omninò incertum aduocato ꝓmiſſum,debetur:quia & ſine pacto debet:vt.ff.de varijs & extraordinarijs cognitionibus.l.j.§.in honorarijs.& ſecus in ꝓcuratore,vt dictum eſt. Ratio,quia lex iuuat fortiùs inualidum.C.de rei vxo.ac.l. vna.in principio.Item,quia aduocatus aliâs non facturus, nihilominus non petet,vt mercedem,ſed vt honorarium, ſicut & menſor .ff.ſi menſor falſam menſuram dixerit . l.j.§. ſed & ſi mercedem.Secus tamen in procuratore:vt dixi.

5 ¶ †TERTIO propter vnum dictum,quod poſui ſuprà quæro,pone:mercenarius,qui conſueuit ire cũ literis ſcholarium,venit ad me,& dixit:mandabitis aliquid ad partes veſtras? dico ego ſic:porta literas, & ego ſatisfaciam tibi.Ille portat literas,& non deſert pecuniam : petit tamen poſt ſibi ſatisfieri.Ego nolo,quid iuris dicendum videtur,quòd ex quo non erat aliâs facturus,arbitrio iudicis præſcrip.verbis tenebor ſibi.ar.Inſti.loc.in principio.& . ff.de præſcrip. verbis.l.ſi tibi.Ita ſcripſit Cy.C.mand.l.prima.in quæſtione prima.

6 ¶ †QVARTO ibi:*de mandato*.cum iſte Archidiaconus procurator capituli eſſet clericus,arg.de reſcrip. cum adeò. & de æta.& quali.c.j.quæro qualiter eccleſiaſtici poſſunt eſſe procuratores ? Super quo Henricus hîc diſtinguit hoc modo:quia aut quæris in cauſis ſanguinis:& dic,quòd non abſq; periculo irregularitatis,per no.& lect.ne cleri.vel monach.c.clericis.&.c.ſententiam ſanguinis.In alijs verò cauſis:aut quæris de religioſis,& hi de iure ciuili indiſtinctè prohibentur eſſe procuratores etiam pro eccleſia ſua:vt in authen.de ſanctiſsimis Epiſcopis.§.Deo amabiles . coll.ix. de iure canonico verò ſimplices religioſi,& etiam priores ſub obedientia ſui ſuperioris religioſi conſtituti non poſſunt etiam procuratores eſſe:niſi duobus interuenientibus quibus tamen interuenientibus,bene ꝓcuratores eſſe poſſunt,videlicet quòd Abbas,ſeu alius ſuperior inuitis imperet,& quòd vtilitas monaſterij id ſuadeat.ĵ.de teſti.c.inſuper.xvj.qõ.j.monachi . ij . cum ibi notatis . Et præſumitur vtilitas monaſterij,ex quo ſuperioris ſui licẽtia interuenit: vt not.Inno.de re iudi.cum.I.&.A.Super quo vide zenz.in cle.ſi religioſus.ĵ.eo.qui dicit ibi:quòd etiam eo caſu poteſt eſſe procurator etiam religioſi,nedum ſuæ imò etiam alterius religionis:licet Land.in hoc ibi cõtra:Aliâs verò quàm de licentia ſuperioris hoc non poteſt.vt dicta cle.ſi religioſus.Fallit in conſorte eiuſdem litis pro quo poteſt eſſe procurator.ĵ.de cenſi.ſopitę.Quod dic.vt ibi,& dicto .c.cum.I. &.A.legitur,& notatur in principio.Et de accuſatio. olim. &.c.ex parte.& cle.ſi religioſus.alleg.Abbates verò,ſeu priores ſuperiorem religioſum non habentes,poſſunt etiam ſine licentia ſuperioris eſſe procuratores:vt no.Io.xvj.q.j . de præſentium.& Hoſtiẽ.in.c.ſopitæ.Facit ſupra de tranſact. contingit.¶ Fallit in cauſis ſecularibus,in quibus non poſſunt eſſe procuratores:vt dicto . c.de præſentium . Et hoc notat ibi:Io.&.ĵ .ne cleri.vel monach.relatum.Niſi pro miſerabilibus perſonis:vt.lxxxvj.diſtinctione.c.fi.¶ Aut de ſecularibus:& ſi non ſunt in ſacris,nec beneficiati , quia tales non teuentur de neceſsitate ſeruire eccleſiæ , poſſunt eſſe procuratores vbiq; tam in foro eccleſiaſtico,quàm in ſeculari:quia tunc ceſſat ratio leg.ar.ff.de iur.pat.adigere.§.quãuis.de iureiur.& ſi Chriſtus.de appell.cum ceſſante . Sed ſi ſunt bñficiati,qui beneficio ſeruire tenentur,nõ poſſunt eſſe procuratores,niſi in cauſa collegij:vt . C . de Epiſcopis & clericis.l.placet.&.l.omnes,qui vbiq;.§.primo.& hîc. Vel niſi fortè in cauſis ſuorum conſanguineorum.argu.C.de Epiſcopis & cleri.authen.præsbiteros.vbi dicitur , quòd poſſunt tutelam ſuſcipere cognatorum : cum eadem ſit ratio. Niſi dicas,quòd ſic ibi ſpeciale fauore minorum . Henricus.Miror,quia hîc Henricus contra morem ſuum loquitur diminutè,quia omittit membrum clericis non beneficiatis,in ſacris tamen ordinibus conſtitutis:& de beneficiatis,qui non tenentur ſeruire per ſeipſos beneficijs ſuis, ſecundum no.Inno.ĵ.de cleri.non reſiden.c.fina.¶ Et fortè videtur vincere eadem ratio in procuratoris officio , Sicut in officio aduocati:de quo plenè dixi ſuprà de poſtuland. c.primo.in quinq; primis quæſtionibus.& per conſequens eodem iure vtendũ. arg.ff.de verb.oblig.l.à Titio.in fi.vnũ caſum valde dubium tangit cum modico miniſterio ipſe Henricus,videlicet in priore habente ſuperiorem Abbatem:an ſine licentia illius ſpeciali poſsit eſſe procurator.de quo dicam in dicta clemen.& fortè hanc materiam latiùs ibi expediam.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem,an conſtituat vniuerſitas.Et an dicatur domina?*
2 *Iure communi quod cõceditur,ſpeciali iure non debet cõcedi.Et ibidem,quòd cancellaria literas gratioſas non concedit,pro eo quod iure communi competat.& quas tum concedat?*
3 *Vniuerſitatem,in ſtudio,quinam conſtituant?*
4 *Procurator conſtitutus ab vniuerſitate,an de calumnia iuret?*
5 *Procuratorem,quinam conſtituere poſſint? & an?*
6 *Procurator ad negocia,vel iudicia,an alium procuratorem dare poſſit,& quando?*
7 *Epiſcopi,& alij eccleſiarum prælati procurat.an conſtituant? Et an iurabit huiuſmodi procurator de calumnia?*
8 *Procuratorem an quis inuitus dare poſsit? & an dari queat? Remiſsiuè .*

¶ *CAP. VII.*

QVia in cauſis, ¶ Caſ· Vniuerſitas ad agendum,& defendendum procuratorem conſtituere poteſt.¶ In prima petitio,in ſecũda petitionis admiſsio.ibi:licet ergo.¶ Expone literã.*vniuerſitas*.& ſic nõ loquiẽ de qõnib⁹ ſingulariñ,de quib⁹nõ dubitabaẽ. *Cõmodè*.& videbanẽ nõ poſſe.de elec.qa ꝓpter . in princi.Hoſtien.*procuratorem*.propriè ſecundum Hoſtien.*Super his*.ſcilicet cauſis quæ pro vobis,vel contra vos mouenẽ.

5 ¶ †Opponitur:hîc dicitur,quòd vniuerſitas conſtituit ꝓcuratorem.ĵ.de proba.c.tertio.& infrà eo.c.fi.Contra quod videtur , quia procurator conſtituitur à domino : ideò vniuerſitas,quæ propriè non dicitur domina , non conſtituit procuratorem,ſed actorem cum decreto:vt not.ſecunda quæſtione ſeptima.ſi quis erga.vbi vide.& infrà de iuramento calumniæ.Imperatores.& ſupra de obliga.ad ratiocinia.c.vno.vide hîc Ber.in prima glo.quæ ſoluendo contrarium,ponit rationem dubitandi, & decidendi ad hanc decretalem cui quantùm ad hoc concordat Inno.¶ Aduerte,Ia.de Ra.dicit & refert Cyn.eod.titu.C.l.neq;.in quarta quæſtione:quòd collegium,ſeu vniuerſitas conſtituit procuratorem:nec exigitur decretum ſuperioris: quia ipſum collegium, ſeu vniuerſitas conſtituit procuratorem : quia ipſum collegium dominus eſt,& perſona repręſentata,quę procuratorem facere poteſt:vt.C.de ſacroſan.eccle.l . iubemus.in fi.

mus.in fi.& ff.de fideiuſſo.l.mortuo.in fi.Et eſt expreſſum
hic. ff.de re.di.l.intantum.§.j.de acqui.poſſeſſ.l.j.§.fi.& l.ſeq.
Nec eſt verum ſecundum eum.& Pe.de bellapertica, quòd
ſit hodie ſublata effectualis diuerſitas inter actorem,ſyndi
cum,& procuratorem.Licet enim nomina ſint ſublata. j̃.
co.petitio.modus tamen conſtituendi non eſt ſublatus. &
ideò ſi alius,quàm collegium,qui non habeat ius in re,pro
collegio conſtituat,non poteſt conſtituere procuratorem:
ſed habet conſtituere cum decreto:vt.d.l.neq;.quocunque
nomine conſtitutus appelletur:vt dicto.c.petitio.Et idem
videtur ſentire gl.in.l.neq;.Idem ſenſerunt Inno.& Hoſti.
j̃.de iura.ca.dicẽtes quòd vniuerſitas in re propria bene po
teſt conſtituere procuratorem.Sed non in aliena, niſi cum
decreto:quia plus cõceditur in re propria,quàm in aliena:
vt.C.e.ita demum.ſa.notata Inno.& Hoſti.infra.e.cõſulti.
Etiam apparet,quòd quicquid dicat Cy.vbi ſuprà,re vera
non eſt differentia quantùm ad hoc inter legiſtas,& Cano
niſtas & placet Collectario. ¶ Et pro præmiſſis,videlicet
quòd idem fit ſecundum leges,ſicut hîc dicitur ſecundum
canoniſtas,allegatur tex.in auth.de ſanctiſſimis Epiſcopis.
§.ſi quando colla.ix.vbi dicitur cauſam monaſterij tractari
per procuratorem,licet gloſſa dicat ibi procuratorem ſuũ
pro ſyndico,vel pro procuratore dato a ſyndico poſt litem
conteſtatam.iuncto infrà de donat.c.ſecundo.Et idem no-
tatur.C.e.l.neq;.inducit Raymũd⁹ de ſargijs,quia quaſi do
minus ſcilicet tutor lite conteſtata procuratorẽ conſtituit,
qui quaſi dominus eſt.ff.pro empt.l.qui fundum.§.ſi tutor.
C.e.l.neq;.Allegat etiam caſum.C.de iuramento calumniæ.
l.ſecunda.§.hoc etiam.quia ille.§.de actore loqui nõ poteſt.
Nam ille bene iuraret:vt.e.l.§.quod obſeruari.Nõ enim pla
cet ſibi expoſitio gl.ꝓcurator.i.ſyndicus.quia de talib⁹ ſub
tilitatibus nominum non curant Canoniſtæ,cum nullum
importent effectum.C.de dona.l.fi.de conſtituta pecunia.
l.ſecunda.de teſtibus.l.quoniam.ſi minor ab hæreditate ſe
abſti.l.j.C.de teſti.l.qm̃.&.l.ſi numerus.cõia de leg.l.om-
ne verbum.in principio.de for.l.prima & ſecunda.qui pot.
in pig.ha.l.ſicuti.§.ſi debitor.C.de eman.lib.l.fi.vide,quæ di
2 cam intra eo.petitio.& de iura.calum.c.penult. ¶ † Secun-
dò opponitur quia hîc de ſpeciali conceditur,quod com-
petit de iure communi.Contra quod videtur.C.de theſau-
ris.l.vna.libro decimo.& contra id,quod notatur duodeci-
ma quæſtione ſecunda.c.Auguſtino.&.c.diſt.contra mino-
rem.Et ideò cancellaria nunquam concedit gratioſas lite-
ras ſuper eo,quod competit de iure communi:ſed bene cõ-
cedit literas de iuſtitia.& non ſuper,quia ſi aliquis impetra
uit reſcriptum Apoſtolicum & appelletur,& pendente ap-
pellatione moritur impetrans,cancellaria non admittit hæ
redem vniuerſalem,niſi per viam ſupplicationis ad proſe-
quutionem illius cauſæ,licet ſibi competat de iure commu
ni,ſecundum Collect. ¶ Solutio.Dico, quòd non fuit ne-
ceſſe impetrari:vt in.l.vna.pro contraria allegata.Sed ad ſa-
tisfaciendum zelo ſupplicantium & tollendum occaſionẽ
dubitandi,potuit ex abundanti concedi.argu.ff.de iureiu-
ran.l.item apud Labeonem.§.ait prætor. ¶ Et hoc multũ
facit contra vnum ſtyllum multùm durum,qui eſt in pœ-
nitentiaria domini Papæ. Nam pœnitentiarius maior in
caſibus dubijs nunquàm vult vti diſpenſatione ad cautelã
ipſius pœnitentis,niſi primò declaret contra eum:ſed ſem
per vel declarat pro eo,& non diſpenſat,vel declarat con-
tra eum:& tunc quandoque diſpenſat,quod durum eſt: qa
obtinens pro ſe declarationem in caſu multùm dubio, re-
cedit adhuc cum aliquali ſcrupulo conſciẽtiæ ſuæ:quia po
teſt eſſe declaratio erronea,vel defectuoſa proper aliquid
tacitum,vel omiſſum incautè etiam ſine dolo. Et fortè ſic
ſeruatum fuit hactenus quia pœnitentiarij maiores circa
ſuam poteſtatem diſpenſandi,ſemper conſueuerunt dubi
tare,& eam in dubio reſtringere, propter periculum ani-
marum,Et adhuc hodie dubitat Reuerendiſſimus in Chri
ſto pater dominus Cardinalis Ebre.primarius hodiernus,
prout ipſe mihi dixit.vnde optarem & ſalubriùs videretur
quòd dominus noſter Papa dediſſet poteſtatem primario
maiori in omni caſu,qui ſibi probabiliter dubi⁹ videretur
diſpenſandi cum pœnitente ad cautelam,ſicut iura permit
tunt abſolui ab excommunicatione ad cautelam.j̃.de ſentẽ.
excom.per tuas.&.c.venerabilibus.&.c.ſolet.e.libro.vj. Et
quòd vltra ordinaret, quòd tanta circumſtantiarum omiſ-
ſio facta ſine dolo,effectum diſpenſationis minimè impe-
diret:vt tolerentur multi ſcrupuli, illaqueationes.& pericu
la quamplurima animarum quibus eſt per eccleſiam obuiã
dum.de conſti.c.ij.libro ſexto.
3 ¶ † PRIMO quæritur,qui ſunt illi,qui in ſtudio vniuer-
ſitatem conſtituunt?dicit Accur.C.de iuriſdi.omnium iu-
dicum.l.vlt.quòd ſcholares non exercent profeſsionem:ſed
ſub exercentibus ſunt diſcipuli:ſicut nec diſcipuli pellipa-
riorum ſecundum Azo.vnde magiſtri,ſeu doctores ſunt il
li,qui vniuerſitatem repræſentant:& illi poſſunt eligere ꝓ-
curatorem.& expedire facta vniuerſitatis: quia profeſsio-
nem exercent,& ſic fit Pariſijs. ¶ Sed Hoſti.dicit,quòd fuit
dubitatio huius decretalis:quia aliqui,vt Azo.& Ia.Bal.te-
nebant,quòd vniuerſitas non poterat procuratorem con-
ſtituere:ſed Huguo.contra cuius hîc approbatur opinio.
4 ¶ † SECVNDO quæritur de procuratore vniuerſita-
tis,an iuret de calumnia,habes gloſſam hic,& decretalem j̃.
de iuramento calũ.cãm. Ecce procurator vniuerſitatis iu-
rat:vt.c.cauſam.Sed procurator alterius ſimplicis priuati,
non iurat:vt hîc in gl.quæ eſt ratio diuerſitatis?Collect.re-
mittit ad Collect.ſua de iura.calum.c.primo.per quæ dicit
intelligenda hîc notata in gl.fi.& qđ dixi procuratorem pri
uati domino non iurare:intellige niſi habeat ſpeciale man-
datum à domino iurandi.de iura.c.fin.libro ſexto.Hoſtien.
autẽ dicit hîc,quòd hæc eſt ratio diuerſitatis inter prædi-
cta:quia,qui melius præſumitur ſcire veritatem,iurare de-
bet.C.eo.l.fi. j̃.de iura.calum.c.iij.Sed vniuerſitas ſenſu ca-
ret,& eius negotium negligi ſolet.ſicut id quod communi-
ter poſsidetur:vt.C.quando,& quibus quarta pars.l.j.lib. x.
ideò ſyndicum iurare oportet.Sed priuatus melius nego-
tium ſuum ſcire poteſt,& præſumitur, quàm procurator.
& ipſe ſenſum habet,& iurare valet. igitur &c.Qualiter au
tem ſcholares poſſunt habere rectores, & conſules ſuos,
de quo hîc per Ber.in fine gloſſæ fin. remittit Nouella ad
notata ſua de offi.or.cum ab eccleſiarum.ſuper prima gloſ-
5 ſa:quod ſcripſi ibi in tertia quæſtione. ¶ † Tertiò generali-
ter quæro,qui procuratorem conſtituere poſſunt.quod tra
ctat Hoſti.generaliter.e.titu.in Summa.§.tertio Et breuiter
dicas,quòd quilibet non prohibitus.vt.ff.e.l.Mutus. ¶ Cir-
ca quod quæro de multis.primò de excommunicato,dic,ꝙ
non poteſt conſtituere ſi ſit actor. j̃.e.c.conſulti.Nec conſti
tui. j̃.de proba.poſt ceſsionem.Sed reus bene conſtitueret.
j̃.de iudi.intelleximus De quibus dicemus pleniùs in capi
tulis allegatis. ¶ Secundò quæritur quid de ꝓcuratore?dic,
quòd ſi eſt procurator ad negotia, ad illa bene conſtituit
etiam ante litem conteſtatam:vt.ff.mand. l. ſi procurato-
rem.§.primo.Imò & à procuratore huiuſmodi datus.& ſic
in infinitũ alium ad negotia dare poteſt.& tenebitur vnus
alteri.Sed lis tantùm æſtimatur, quãti intereſt domini prin
cipalis primo cõſtituẽtis:vt.ff.de nego l.ſi quis mandato.§.
6 Titij. ¶ † Sed qualiter procurator ad negotia vel ad iudicia
conſtitutus poteſt alium procuratorem dare?dic, quòd nõ
ante litem conteſtatam.ſed bene poſt,vt.C. e.l.neque.Et idẽ
de tutore,& de quolibet rei alienæ adminiſtratore: vt ibi
legitur,& notatur. Et quæ ſit ratio diuerſitatis, & quid ſi
datur procuratori poteſtas ſubſtituendi:& quid ſi ille, cui
datur ſubſtituendi, poteſtas eſt inhabilis:vide pulchrè no-
tata per Cy.poſt Pe.C.e.l.quod quis.quæ pro nunc cã breui
tatis omitto:nec admitteretur datus à procuratore:vel tu-
tore,vel curatore etiam datus:vt defenſor vigore mandati
ſine ſatiſdatione ante litem conteſtatam.vt.ff. de cura. bo.
dand.l.ſecunda.tertio reſponſo.licet aliàs admitti poſſet.In-

ſti.de ſatiſda.in principio.poſſet tamen minor cum authoritate tutorum facere procuratorem, etiam ante litis conteſtationem,arg.dictæ.l.neq;.& de tut.l.quod dicitur.Quę ꝓſequere,vt in Cy.in.l.neq;.alleg.in duab⁹ vltimis q̃onib⁹.

7 ¶ †TERTIO quæritur,quid de epiſcopis, & alijs eccleſiarum pręlatis?videtur,quòd ſaltem ad negotia procuratorem conſtituant.cum ſint ꝓcuratores ad negotia generaliter dati.j.q.tertia.ſaluator.ad fi.de dona.c.ſecundo.Sed hoc non eſſet tunc,niſi poſt litis conteſtationem per prædicta, & ante non conſtituerent,niſi actorem, œconomum, vel ſyndicum.& ſic exponunt quidam omnes textus de eorum procuratoribus loquentes.Et hoc tenere videtur gloſſa.Sed & omnes doctores in dicta.l.neq;.&.ff.e.l.prima.&.l.neceſſitatis.alij contra,& veriùs ſecundum Hoſti.quia etiam ante litem conteſtatam poſſunt iſti, & quiuis ſacerdotes nomine ſuæ eccleſiæ,vel ſui beneficij,& etiam nomine ſuo,& etiam ante litem conteſtatam conſtituere ita,quòd procurator iurabit de calumnia: & prælatus erit teſtis in cauſa: quia non dicitur ſua,ſed eccleſiæ.imò nec debet agere ſine procuratore hæc probantur.j̃.de reſti.ſpo.olim.in principio.& in fine.& de fide inſtrumento.inter dilectos.in principio.& in fi.& de iuramento calumniæ.c.primo,ſecundo, & tertio.&.c.cum cauſam.de teſti.inſuper.& .c.cum nuncius.xiiij.quæſtione ſecunda.ſemper prudentia.v.q.iij.quia Eṗs.Ad authēticam.& ſi principales.dic: quòd corrigitur per leg.Henri.textus eſt j̃.de iuramento calumnię.c.j.Et ſaluatur ſolùm in alijs.& licet minor iuret,hoc eſt,quia cauſa eſt ſua:iſta verò eſt eccleſiæ.Nec eſt ſimile de tutore & curatore:quia hi nihil iuris habent in rebus pupilli:nec de illis veſtire,vel paſcere ſe poſſunt.Nec aliquid donare . C . de admini.tu.l.lex quę.Secus in ṕlato,maximè,ſi ſua ſibi nō ſufficiant.xij.q.j.ex his.de pręben.cū ſcdm de dona.cœterū.Et ius habet in eis.xvj.q.vij.c.j.xij.q.ij.nulli.&.q.j.Eṗs.Si enim non poſſet conſtituere actorem,& ita non niſi cum decreto ſuperioris.ff.quod cuiuſq; vni.not . l.nulli.& .l.item.§.ſi decuriones . ſic ſine ſuperioris authoritate in iudicio eſſe non poſſet, ſecundum.G.nazonis.videtur tex.j̃ .de iura.cal.c.vlti.Quod dic,vt notatur in Summa . ſuprà de reſcri.§.quę poſſunt obijci.verſu.xxix.& hoc ti.in Summa.§.j.verſu,ſed ſecundum iura noſtra.In proprijs autem negotijs ꝓcuratorem conſtituunt abſq; dubio.j̃.eo.petitio . Et ſuper hoc vide,quod ſcripſi poſt zenzel.infra.e.c.procuratorem.in primo notabili in Cle.¶ In quibus verò ſibi & capitulis ſuis,ſeu conuentibus cum illorum conſenſu.j̃.eo.c.fin.ſicut econtra.j̃.de iudi.cauſam.& hæc tam in agendo , quàm in defendendo.Nec obſtat quòd prælatus ex officio ſuo tenetur,& poteſt defendere eccleſiam ſuam in cauſa communi.ſuprà de reſcriptis,edoceri.& vt no.in Summa de tranſact.§.quis poteſt.verſu,ſed quęritur & ſequentibus.ergo poteſt dare procuratorem in cauſa eadem ſine conſenſu capituli, & conuentus.Dicere enim forſan poſſes,quòd conſequentia non tenet:quia procurator ad agendum,qui mandatum ſuſcepit,poteſt & tenetur agere ex officio ſuo.& tamen nō poteſt conſtituere procuratorem ante litem cōteſtatam.vt l.neq;.C.e.& .ff.man.l.ſi procurator.Niſi datus eſſet in rem ſuam.C.de dona.l.illam.ſecundū Goſ.ſed dic,vt no.in Summa de reſcrip.§.quæ poſſunt obij.verſu . xxix.in diſtinctione quæ incipit.cum quæritur.vtrum prælatus.Hoſtien.Sed circa hoc vltimum tene,quod ſcripſi de maio . c.humilis.in quinta oppoſitione.& ſupra.e.c.in prima oppoſitione.Dictam autem opinionem,videlicet quòd Epiſcopi poſſunt procuratores conſtituere,moderni domini legum.ſ.Iaco.de Ra.&.Pe.de Bellapertica.& Cyn.in dicta.l.neq;.q.ſecunda.quia pręlati habent non ſolùm adminiſtrationem.Sed plus quia ſunt vſuarij & vſufructuarij.& ſic ſunt domini , non ratione adminiſtrationis , ſicut tutores : ſed ratione iuris, vſusfructus & vſus,ſicut pater in bonis filij,ratione vſusfructus,vt dicunt probari.C.de bo.ma.l.j.licet gloſſa ibi aliter intelligat.Et idem Gul.de cugno.& Bar.ff.e.l.j.& canoniſtę infra eo.petitio.

¶ †QVARTO quid de vniuerſitate?Sed dic , vt ſcripſi ſupra eo.c.in prima oppoſitione. Certum enim eſt , quòd ipſa conſtituit procuratorem hic,& ſuprà de reſcrip.ex parte.& ſecundum Hoſti.œconomum.j̃.de iura.ca.c.ij . & de religi.do.conſtitutus.& duobus.c.ſequentibus.

8 ¶ †QVINTO qualiter inuitus dat procuratorem , vel datur procurator de quo per Hoſtiē.vbi ſupra dicam.infra c.accedens.

9 ¶ †SEXTO quales perſonæ priuatæ procuratorem cōſtituunt?dic.quòd paterfamil.& filiusfami.quādoq; , videlicet ſi habet peculium caſtrenſe,vel quaſi,vel aduentitium: & pater eius ſit abſens , & patris procurator etiam abſens.ff.e.l.filiusfamil.de iudi.ſi lōgiùs.& de inine. ſed & ſi vnius.§.filin.Itē liber homo,ſeruus nō.niſi ſit in quaſi poſſeſſione libertatis : & moueatur ei quæſtio ſtatus:vel ipſe moueat.alleg.ff.e.l.ſeruum.j.reſponſo.&.§.primo.&.ff.de liber. cauſa.l.ordinata.C.de aſſertin.tol.j.Item maior viginti quinq; annis:cum authoritate tutoris,vel curatoris . Sed bene tutor,vel curator poſt lit.conteſtatam dat procuratorem , & ante actorem cum decreto:vt dicta.l.neq;.Fallit in caſibus, in quibus minor pro maiore habetur.de quibus dicam . j̃.e.non iniuſtè.

SVMMARIVM.

1 *Principali collapſo,acceſſorium non conſiſtere.Et non referre, an quid non fiat,an tarde fiat?*
2 *Procuratorem poſt concluſionem reuocari non poſſe.*
3 *Sententiam ferri contra abſentem,nec vocatum.*
4 *Condemnatio expenſarum futurarum,& ante litem conteſtatam procedat?*
5 *Iudex ſuper dubio pronuntiare, vel incertam ſententiam ferre,qualiter poſſit?*
6 *Expenſæ cōtumaciæ,an directè peti poſſint & in contumaciam veniant?Et an huiuſmodi expenſas reſtituat is,quo abſente proceditur,aut procedi poteſt?*
7 *Confitens duo,quorum vnum eſt pro ſe,alterum contra,ſi aduerſarium habeat,an poſſit aduerſarius confeſſionē huiuſmodi in partem pro ſe facientem,recipere,& alteram reijcere.*
8 *Procurator reuocatus,ſi procedat,an domino noceat?Et quid de aduerſario?*
9 *Procurator,ſi in contentionem venit,an reuocatus eſſet,aut quòd procurator non eſſet,an ſi tandem admiſſus cum cautione de rato fuerit,poſſit deinceps de reuocatione,aut de nō procuratione per aduerſarium impeti?*
10 *Ratihabitio,an aduerſario noceat,vbi de iure communi opponi, vel excipi poſſit,ſi dñs ratum habet factum,aut proceſſum geſtum cum falſo procuratore?Et quid ſi,dominus videt falſum procuratorem,aut reuocatum cauſam ſuam tractare,nec contradicat,id quę aduerſarius ſciat,nec id obijciat?*
11 *Procuratorij literas circumferēs,an procurator præſumi debeat,ſi talis negetur?*
12 *Sententia pro futuro,an ferri poſſit?*

¶ CAP. VIII.

AVditis & intellectis. ¶ Caſ. Si poſt cōcluſionem cauſę,procurator reuocatur,nihilominus fertur ſententia.vel aliter , vt per inferiora patebit.Et de hoc facto loquit̃ de proba.cum cauſam.Nouella dicit ꝙ ſolet ponere literalem caſum ſic,ꝙ tempore ferendę ſententię fuerit oſtenſa reuocatio.& quare hoc j̃.videbis.¶ Et primò fert ſententiā ſuper proceſſibus,& ſoluit obſtaculum.Secundò in expenſis cōdēnat.ibi:*cæterum.*¶ Expone literam *propoſuit* . hic in curia. *Mandati.*quod ei fecerat de litigando coram Papa.In *n.concluſum.*maximè,ſecundum Vinc.quia contumax fuit nō in reuocando procurator qui non videbatur ſibi bonus . Sed in nō mittendo aliū procuratorem qn̄ reuocauit illum . vnde procedi potuit in cauſa proceſſuum.Et ſi quæras,quare vlteri⁹ expectatur?tn̄ſio,ꝙ iſta eſt alia cauſa,quā prima. Vinc.

Procu a:erat

Procur.uerat. hoc aggrauat ipſius culpam. *Contempta.* nõ fuit
contemptus Papa, vel diſpendium partis, non quia reuoca-
uit: ſed quia alium non conſtituit. Nouella *Diſpendio.* i. gra-
uamine, vel damno. de conſtitu. cognoſcentes. *à tempore.* ex
tunc non incipit eſſe contumax. *Peruenerint.* hoc dicit quia
ſimul peruenerunt ad eum, & iudicem, vel partem: & ſimul
lata ſententia, vel ipſius tempore. Vnde pono caſum, quòd
vocatis partibus ad ſententiam audiendam & exiſtentibus
in termino, venit curſor. & portauit literas reuocatorias
procuratorij: quas cum ꝓcurator Papæ, & aduerſario oſtẽ-
diſſet, propterea nihilominus ſuper proceſsibus diffiniuit
& ſubiunxit, quod hic dicitur. Aliâs ſi diceres, quòd reuoca
tio peruenit ad iudicem. vel partem Calend. Aprilis. & de-
mum ſuper proceſsibus pronuntiatum eſt Calen. Maij, nõ
intereſt Epiſcopi Col. recuperare expenſas factas per ſe de
menſe Aprilis: cum abſentia Colubrieñ. Epiſcopi, & reuo
catio procuratoris non impediuerint proceſſum, & diffini-
tionem proceſſuum. Sed modo expedito articulo proceſ-
ſuum, ſi Epiſcopus Colubrieñ. per ſe, vel procuratorem in
curia procedere vellet in principali: tunc inciperet inutili-
ter eſſe. & ſic eius intereſt recuperare expenſas illas. Et hoc
eſt quare puto, quòd tempore ſententiæ peruenit reuo-
1 catio. Nouella. *Negotiorum.* limitationis diœceſis. ¶ † Pri-
mò nota qualiter caſſato principali &c. vt in glo. ij. de quo
plenè per Henricum. j. de fide inſtru. inter dilectos. §. cum
igitur. dicam de boc. j. de regulis iuris. acceſſorium. libro ſe-
xto. ¶ Secundò not. ſecundum Goſ. ibi: *cauſa antequam.* non
referre aliquid non fieri, vel tardè fieri. Ad idem. ff. de euic.
l. ſi rem. §. fi. vbi non ſufficit poſt concluſionem denunciare
venditori, quòd defendat. Ad idem. C. de temp. appellatio-
num. l. nemo. & de iudi. l. properandum. §. & ſi quidem. Etiã
propè finem termini, quo conuenit pœnam committi agi
poteſt ad pœnam. ff. de verb. oblig. l. cum ſtipulat⁹. Sed hoc
falſum: vt. j. de elec. commiſſa. primo reſponſo. libro ſexto.
vbi vide Item ſcias, quòd licet vno reſpectu ſumatur illud
argumentum Goff. alio tamen reſpectu ſumitur contrariũ:
quia ſi procurator non fuiſſet reuocatus licet tardè, proceſ
ſum fuiſſet cum eo in principali, & valuiſſet proceſſus: &
2 ceſſat condemnatio expenſarum Nouella. ¶ † Nota tertiò
quòd poſt concluſionem non poteſt reuocari procurator
in præiudicium aduerſarij. & quòd reuocatio cedit ad con-
temptum iudicis: quòdq; eius pœna cõdemnatio expẽſarũ
3 ratione retardati proceſſus. ¶ † Quarto not. ibi: *irrita iudi-
caſſe.* ſententiam huiuſmodi latam fuiſſe ſuper irritatione
horum proceſſuum contra partem abſentem ad huiuſmo-
di irritationem non vocatam.

¶ OPPONITVR intrando glo. magnã Inn. cõtra quar-
tum notabile de. l. ea, quæ. C. quomodo, & quando iudex. &
l. j. §. item cum ex edictu. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin. Solutio,
contraria loquuntur in ſententijs diffinitiuis, quæ tantùm
partibus præſentibus, vel p contumaciã abſentibus, & cum
multis ſolennitatibus ferri debent. & ſi aliter feraſ ſentẽtia,
non tenet. C. de iud. l. properandum. §. j. ij. & iij. & authẽ. ibi
poſita. ¶ Nos autem hic loquimur in ſentẽtijs interloqu-
torijs, quæ poſſunt ferri etiam partibus non præſenti-
bus, & etiam non abſentibus per contumaciam. licet ab eis
poſsit appellari vt quidam dicunt: vt hîc, &. ff. de re iudi. l.
quod iuſsit. ſecundum Inno. ¶ Et placet hæc ſolutio Hoſti.
& Henri. & probatur ſecundum eos hæc diſtinctio. ff. de ar
bi. l. qualem. §. dicere. Potes etiam addere huic ſolutioni, ſeu
potius alio modo ſoluere, ſecundum Inn. quòd hîc conſta-
bat iudici, vt iudici, & quòd procedebatur contra partem
abſentem per contumaciam. Non enim poterat ſe à contu-
macia excuſare Colubrieñ. Epiſcopus: quia citatus ad cau-
ſam per ſe, vel alium, vel per procuratorem perſeuerare de-
bebat vſq; in finẽ. Plus dicit, quòd imò & in definitiuis di-
ceret ipſe idem. i. vbi pars contra quam ꝓcederetur, modo
prædicto abſens eſſet per cõtumaciã. Et iſta ſolutio vr̃ me-
lior, quoad intellectum iſtius decretalis. Nam prima ſolu-
tio ſupponit ſententiam latam hic ſuper proceſsibus fuiſſe
interlocutoriam: & tamen vt dicit hic Inno. ſatis poteſt di-
ci diffinitiua. Quod intelligo, ſi fuit petita iſta reuocatio
principaliter: quia ſi incidenter petita fuiſſet, nõ poſſet di-
ci diffinitiua ſed potius interlocutoria. arg. ſ. de offi. iudi. c.
ij. Et eius quod no. gl in Cle. ad compẽſandas. de ſequeſtra.
in gl. quinta. quæ incipit: interlocutoria ergo vnde Inn. pre-
miſſa magis declarãs quaſi p modũ cõnis generalis, ſic ſub-
infert. Dicimus ergo, quòd ex quo Colubrieñ Epiſcopo ge-
neraliter mandatum fuerat, quòd ad cauſam ſuam agendã
veniret, ſi per ſe, vel procuratorem ſuum ad cauſam non ve
nit: vel ſi venit aliquando, ſed receſsit illicentiatus, ſicut hîc
fecit reuocando procuratorem, & nullum alium cõſtituen
do etiam ad ſententiam diffinitiuam procederetur: vt hîc,
& xj. q. iij. certũ. &. j. de do. & cõtu. c. iij. ſecundum Inn. & cõ
cordat etiam Hoſtien.

¶ SECVNDO opponitur ſuppoſita ſolutione ſecunda
præcedẽtis oppoſitionis in qua Inn. perſiſtit, vt videtur de
c. conſuluit. ſuprà de offi. dele. Soluit Inn. dicens, quòd cum
q̃riſ an ſemel citatus ad cauſam amplius ſit citandus: diſtin-
gui debet, quia aut eſt citatus, vt veniat ad totam cauſam,
& non ſolùm ad vnum articulum: & tunc non oportet am-
pliùs eum citare: vt hîc. Aut eſt citat⁹ ſolùm ad aliquem ſo-
lum articulum expediendum: & tunc nec ſuper tota cauſa,
nec ſuper alio articulo procederetur, niſi ſuper hoc iterum
citetur: vt in. c. conſuluit. alle. Sed hoc vltimum membrum
Inn. & concordat etiam Hoſti. Fallit vbi talis citatus appel-
lat. Quod dic, vt legitur, & notatur infrà de dolo & contu.
eum qui. libro ſexto ſecundum Henricum. & de hoc dicam
in. c. eum, qui. allegato.

¶ TERTIO opponitur quia non videtur bene veriſimi
le, quòd Colubrieñ. Epiſcopus citatus fuerit ad totam cau-
ſam, prout ſupponit ſolutio p̃cedẽtis oppoſitionis. Nam ſi
fuiſſet citatus ad totam cauſam, iam potuiſſet Papa proce-
dere & veriſimile eſt, quòd proceſsiſſet in ipſa cauſa princi
pali, & tamen non proceſsit, quia procedere non potuit. &
ideò condemnauit in expenſis factis ratione retardati pro-
ceſſus. Soluit Inn. dicens quòd non proceſſit Papa in cauſa
principali: ſed non, quia cauſa non fuiſſet in totum ad curiã
legitimè deuoluta, & in ea tractanda: ſed ideò, quia cauſa
erat talis, in qua de natura ſua lite non conteſtata procedi
nõ poterat. & tñ lis nõ erat in ea cõteſtata. Nec cõteſtari po
terat in abſentia partis. Et iõ nõ potuit Papa aliqd facere, ni
ſi condemnare in expenſis ratione retardati proceſſus. Sed
contra, quia proceſsit ad ſententiam ſuper irritatione pro-
ceſſus. Solutio, dicit Inn. quòd ideò hoc fecit, quia ſuper ꝓ-
ceſsibus concluſum erat, & plenè conſtabat. & quia ex ſen-
tẽtia irritatiua ꝓceſſus, nõ g̃rabaſ magnũ parti p̃iudiciũ, cõ
tra quã lata fuit: quia ſaluum ſibi erat negotium principa-
le. ¶ Subdit Inn. quòd vbi prædicta non eſſent. ſ. quòd iam
concluſum eſſet, & conſtaret de cauſa: ſubaudi etiam ſi lis
cõteſtata eſſet, meliùs eſſet expectare partes, & de nouo vo
care, quàm eis abſentibus procedere: vt. ff. de vaca. muner.
l. penul. in fi. & j. de voto, & voti redemptione. c. quod ſuper
his. verſu, hoc non credimus. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi
fortè. & in eo quod legitur, & notatur j. de re iudi. cum Ber-
tholdus. §. poſtmodum. & cõcordant Hoſti. & Nouella.

¶ QVARTO opponitur ibi: *& facies etiam vſque quo.* Nã
primo videtur condemnatio iniqua: quia facta fuit in expẽ
ſis, non expreſſa certa quantitate determinatis contra id,
quod legitur. C. de ſen. quæ ſine certa quanti. l. pe. & fi. Item
videtur etiam hîc iniquitas, quia debet prius fieri taxatio
expenſarum, poſteà debet præſtari iuſiurãdum, & poſt mo-
dum condemnatio expenſarum. C. de iudi. l. iubemus. & au-
then. ſi hodie. & tamen totum iſtud hîc omiſſum eſt ¶ Ad
prędictas reſpondet Inn. dicẽs quòd illud, quod hîc dicitur,
locum habet in interlocutorijs, vbi ſi quid minus plenè de-
terminatum eſt, poteſt poſt plenius determinari: vt. l. quod
iuſsit. & c. cum ceſſante. Illud verò quod habetur in contra-

rijs loquitur in diffinitiuis,vbi poſtquàm ſententiam tulit iudex,quia functus eſt officio ſuo,vt no.ſ.de offi. deleg.in literis.nihil poterit immutare.& ideò ad nil eſſet vtile:niſi certam quantitatem contineret.¶ Sed non videtur placere Inno.iſta ſolutio pro eo,quòd.l.iubemus.& authé ſed hodie.C.de iudic.alleg. loquuntur in interloquutorijs. ¶ Et ideò tranſit ad aliam ſolutionem aliorum,qui dicũt, quòd tunc non valet ſententia ſine certa quantitate,quando certa quantitas petita fuit.Sed ſi incerta quantitas petita fuiſſet,tunc ſententia poſſet ferri ſine certa quantitate:vt.C.de ſen.quę ſine cer.quanti.profe..l.ij.de or.cog.c.cum dilectus. & poſt non quęretur,an debeat condemnari in expenſis. necne.Sed tantùm taxatio fiet & iuſiurandũ præſtabitur, & condemnabitur,vel potiùs ſolutio ſecundum taxationẽ fiet.Et eſt rõ hui⁹.Nã incerta petitio admittiſ,quãdo ſubeſt cauſa,vt. ff.quorum leg.l.prima-§ quia autem.Sed hîc quoad expenſas huiuſmodi futuras,& incertas ſubeſt iuſta cauſa:quia neſcit petens quantùm durabit,vel quantùm expectabit aduerſarium.Item, quia ſecundum varias cariſtias temporis,fient maiores,vel minores ſoluet expenſas,& diuerſa fiet taxatio.Cum ergo de debito expenſarum conſtaret,bene fecit,quòd eos ad debendum condemnauit. Sed quia quantitas erat incerta,taxationi reſeruauit.vel dic dominum Papam hoc poſſe:ſed non eſſe trahendum ad conſequentiam,ſecundum Inno.Forſan redibo ad materiam iſtam ĵ.& ſum hîc,vide Ber.in glo.fin.& quod no.in Specu. de ſententię prolatione-§ qualiter.in ſecunda col.vbi etiam inuenies,quod de hoc diſtinguebant Pe.& Ab.

6 ¶ † QVINTO opponitur,quia hîc condemnat Papa in futuris expenſis:& malè,vt videatur,quia tractus futuri tẽporis non ſpectat ad iudicem.vt. ff. de vſuris.l.prima.Reſpondet Inno.dicens illud locum habere in vſuris,quæ ſunt odioſæ.Aliter enim bene prouidet in futuro:vt.ff.de iudic. l.in bonæ fidei.& de petitione hęreditatis.l.quòd ſi in diem. in principio determinãturq; ẽt alimẽta in futurum,ſecundũ liberti,& patroni facultates.ff.de liberis agnoſcendis,& alẽdis à parentibus liberis.l.ſi quis à liberis-§ alimenta.vel aliter dicit Inno.quòd tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem,ſi non eſt obligatus ſicut ille,qui erat condemnatus non erat obligatus ad vſuras:niſi poſtquàm quadrimeſtre tempus efflueret.C.de vſuris rei iudicatæ.l.prima. &.l.eos.¶ Si autem in continenti eſt obligatus:vt hic:quia ex contumacia ſua præſenti erat obligatus ad præſentes,& futuras expenſas.bene fit condemnatio,& pertinet ad iudicem tractus futuri temporis.vide Bernar.hîc in gloſſa fina.

¶ Remittit Nouella ad notata ſua,de ſequeſtratione poſſeſſionis,& fructuum.c.primo.in fine.¶ Dicit Hoſtien.quòd de rigore iuris conſiderato per ea, quæ dicit Gulielmus in Speculo.de ſententię prulatione-§ qualiter.colum. ſecunda. non videntur ſoluta dicta contraria. Dicit autem illa per ſubauditum ſolui poſſe.& ſic primo exponendo, diximus. id eſt declarauimus.& ſic non fiat condemnatio,ſed declaratio de fienda.Et ad idẽ de maioritate,& obediẽtia.c.ſi.in fin. infrà de dolo & contumacia.finem litibus.Et in texto ibi: facies. repete declarauimus condemnandum. Supple taxatione præmiſſa.Ponit & alia quædam,quæ intrincant intellectum prædictum Hoſtiẽ.¶ Fueram imaginatus alium, qui mihi placuit,& magis dum prædicta perlegi. De hoc autem,qualiter tractus futuri temporis pertineat ad iudicem,ponit vnam diſtinctionem Henricus.ĵ.de ſepulturis in noſtra.vbi de hoc dicam.

¶ SEXTO opponitur,quoniam hîc Papa ex officio ante litem conteſtatam condemnauit vnam partem alteri in expenſis.quod videtur eſſe contra.l.ædiles-§ item ſciẽdum. ff.de ædilitio edicto.& contra notata in dicto. c. finem.ad finem magnæ gloſſæ.¶ Ecce Pet.& Abb.qui notant ex hac decretali,& illa.ĵ.eo.conſtitutis. quòd expenſæ,quæ fiunt ante litem conteſtatam petuntur officio iudicis. Soluunt dicentes,quòd contraria loquuntur in extraneis acceſſionibus:vt in vitulo nato ante litem conteſtatam, qui non venit officio iudicis:ſed petendus eſt in libello: licet ſecus in nato in acceſſionibus intraneis,videlicet in expenſis pendentibus ex negotio principali,& ex ipſo accidentibus,ſecundũ eos.Et facit quod ſcripſit Nou.ĵ.de teſta.Raynuti⁹. verſu,demum.ſuper gl.ſed nunquid.Glo.habes contrarias, vt dicit,arg.ſuprà de offi.iudi.c.ſecundo.& infrà de dolo.c. tertio.&.c.finem.Sed quod pręd ixi,verius eſt ſecundum eũ.

5 OCCASIONE quartæ oppoſitionis,primò quæritur qualiter iudex ſuper dubio pronunciare,vel incertam ſententiam de ſimilibus ad ſimilia. procedendo.ff. de legibus non poſſunt.de reſcrip.inter cætera.de tranſlatione Epiſcopi.inter corporalia-§ ſicut autem. in fine. ¶ In dubio verò facti incertitudine proueniente ex parte actoris non poteſt ferri certa ſententia.Sic poteſt intelligi.C.de ſententijs, quæ ſine certa quantitate proferuntur.l.penul.&.ſi. Idem ſi ex parte rei,ſi etiam factũ ipſum incertum eſt:vt quia neſcitur, vtrum delictum ſit perpetratum, niſi abſoluendo reum. Sic poteſt intelligi. Inſtituta de actionibus-§ curare. xj.quæſtione.iij.graue.xxxiij.diſtinct. habuiſſe.ff.ad legem Aquil.l.Item Mela-§ ſi plures.Sed ſi ex parte rei tantùm,vt quia delictum eſt certum,licet delinquens ſit incertus:tũc poteſt ferri ſententia generalis & incerta quoad effectum ligandi animam pœna ſpirituali:vt capit.ſi ſacerdos.de officio ordina.de ſententia excommunicationis.ſi verò.&.c. à nobis.j.& de conſti.c.vt animarum periculis. libro ſexto. alleg.Sed ſecus quoad pœnam corporalem,vel ciuilem:vt c.graue.&.c.habuiſſe.alleg.& infrà de purga.cano. per totum.¶ Sed econtra,ſi dubietas non eſt ex parte ipſius rei, de cuius condemnatione agitur:ſed ex parte facti,ita quòd perſona eſt certa,& factum incertum: vt quia iniungitur per iudicem aduocato,quòd aduocet in cauſa mea.Ipſe dicit,quòd ſcit,vel credit me habere iniuſtam cauſam:& tũc in delictis,vel quaſi diſtinguimus,vt prius inter pœnã ſpiritualem ligantem animam,& pœnam temporalem.arg.iurium ſupra allegatorum.& de app.præterea.ij.&.c.à nobis. allegato.& quod Hoſtieñ. in Summa de poſtulando-§ quid pertinet.verſu,quid ſi clericus dicat.& Speculator ti.de aduocato-§ primo.verſu,quid ſi dicit. ¶ Sed in contractibus vel quaſi,ex quo reus eſt in culpa, talis incertitudinis poteſt ferri incerta ſententia:vt hic factum in expenſis. Concordat.ff.quorum legatorum.l.j.-§ ſi autem.Et in iſta diſtinctione pro maiori parte concordat Abbas, & Henricus hîc.& vide,quod ſcripſit ipſe Henricus. ĵ.de in integrum reſtitutione.conſtitutus.& Speculator in Speculo de ſententiæ prolatione-§ qualiter. allegato. ¶ Et aduerte circa hoc,quia notat Hoſtienſis,& Nouella.infrà de ſequeſtratione poſſeſſionis,& fructuum.c.primo.in fine. quòd pro expenſis ferri poteſt ſententia generalis,tàm in præteritis, quàm in futuris,vt hic,& infrà de dolo & cõtumacia.cum dilecti.& in Speculo de expenſis-§ viſo.verſu,quid ſi reus. &-§ poſtremò.in principio.& verſu, Item ſcias.¶ Et hoc dictum Hoſtienſis & Nouelæ tenet Innocen.infrà de dolo,& contumacia,finem dices,quòd neceſſe eſt ſic intelligere.l. terminato.¶ Nec poteſt ſtare,quod dicunt quidam,quòd ibi iudex non condemnat,ſed reſeruauit parti poteſtatem agendi de expenſis:quia petuntur expenſæ, vel iudicis officio:& iſtud ceſſat finito negotio. Inſtitutionibus de officio iudicis-§ præterea.C.de depoſito.l.quarta.&.C.de vſuris.l.quarta.vel iure actionis.Sed actio nun competit ad illas,niſi fuit facta condemnatio & tunc datur actio in factum ex re iudicata. Et ſic ſequitur,quòd lex illa intelligatur,quando iudex condemnauit,ſed ad incertas. Reſeruãdo enim petitionem illarum nihil ageret. Sed nunquid reſeruare poteſt iudex condemnationem expenſarum,quæ veniunt ex eius officio,ſicut reſeruat taxationem. Speculator videtur velle, quòd ſic in-§ allegato.¶ Sed tu dic contra ſecundum Henricum per. l. Paulus.ff.de re iudicata.& infrà de appellationibus. c.cum appellationibus.libro ſexto.&

to.& per præallegatam.l.terminato. Et dictum Speculato-
ris intelligas in interlocutorijs,in quibus vſq; ad diffiniti-
uam poſſet fieri condemnationis reſeruatio,ſecundum No
uellam in dicto.c.primo.de ſequeſtratione poſſeſsionis, &
fructuum.Et de hoc etiam aliquid per Nouellam.de appel-
6 lationibus.ſæpe contingit.ſuper verbo,expenſarum.¶ † Se
cundò expenſarum materiam proſequendo,quæritur,vtrũ
expenſæ contumaciæ directè poſsit peti,& veniant in con-
demnationem.Quidam dicunt,quòd nõ,ſed debentur in-
directè.ſ.ſi velit contumax audiri.C.de iudi.l.ſancimus.j.vt
lite non conteſtata.quoniam.§.in alijs.¶ Et licet quidam Le
giſtę de hoc diſputent,tamen certum eſt ſecundum Henri-
cum expenſas contumacię in condemnationem venire: vt
hîc,&.ſ.eo.c.ij.& infrà de dolo & contumacia .c.cum dile-
cti.in fi.&.eo.ti.c.primo.libro ſexto.¶ Si tamẽ eſſet miſsio
in poſſeſsionem tędialem,tunc verum eſſet,quòd venirent
expenſę indirectè.ſ. ſi cõtumax recuperare vellet poſſeſsio-
nis commodum,& ad talem condemnationem contumax
non citatur ſecundum Henricum.nec obſtat ſecundum eũ,
quod no.Io.And.j.de dolo & contumacia.c.eũ,qui.glo.an-
tepenultima.li.vj.quia illud in diffinitiua,vel proceſſu ne-
gotij principalis.An autem expenſas contumaciæ reſtituat
is,quo abſente proceditur,vel procedi poteſt? eſt opinio
Compoſtelani tenentis quòd ſic.j.de electione.c.primo.li-
bro ſexto.in gloſſa hanc pœnam.¶ Et hoc fatetur Henri-
cus in fine litis,cum fuit condemnatus.Et ſic reſpondetur.
ad rationem & dictũ Speculatoris,qui in ti.de expenſis.§.iu
xta.verſu,quid ſi talis.tenet contrarium,& Cyn.in.l.ſanci-
mus.allegata in quarta quæſtione pro & contra.infra de ap
pellationi. reprehenſibilis.&.c.ſæpe.Tamen ſi non procedi
tur,licet procedi poſsit,non videtur obſtare condemnatio
ni;per dicta in.c.nicolao militi . de appellationibus.& not.
ſuprà de renunciatione.veniens.gl.ſed non videtur.Ita no-
tat Nouella.infrà de dolo & contumacia.ſententiæ.ſuper
gloſſam,ſed nunquid.

¶ TERTIO ad quæſtiones Collectarij accedendo quę-
ro,& primò ibi:*reuocatione*.quia iſta reuocatio debitè non
intimata,non nocet aduerſario.infra eo.mãdato.& tamen
nocet reuocanti.vt legitur,& notatur.de reſcript.ex parte.
7 ſecundũ Hoſti.¶ † Quærit Collect.gratia huius,ſi aliquis
confitetur duo,quorum vnum eſt pro ſe,& aliud contra ſe:
nunquid aduerſarius poteſt recipere in ea parte in qua fa-
cit pro ſe,& in ea parte in qua facit contra ſe illam repelle-
re.de quo per Cyn.poſt Iac.de Ra.C.de donationibus ante
nuptias.licet præſidi.& per Archidiaconum.infrà de con-
feſsis.ſtatuimus.libro ſexto.vbi de hoc dicam.¶ Secundò
quæritur ibi:*Concluſum*.ſuper quo fuit facta iſta concluſio.
Et dicit quòd non bene habetur,ſed apparet, quòd ſuper
quibuſdam proceſsibus cauſæ principalis Epiſcopus conſti
tuerat procuratores,quos reuocauit poſt quæſtionem tem-
pore,videlicet quo præſentia ipſius nihil operaretur,quare
non nocet ſecundum eum.Subaudi aduerſario,& cauſę.Sed
nil eſt hoc, quia imò ad totam cauſam fuerat procurator
conſtitutus:quia aliter occaſione reuocationis non condẽ-
naſſet in expenſis factis,& fiendis occaſione retardati pro-
8 ceſſus in negotio principali.¶ Tertiò quærit,quid ſi reuo-
catus procurator procedit, nunquid nocet domino?& di-
cit quòd non,per.c.ex inſinuatione.&.c.in noſtra.ſuprà eo.
¶ Aduerte hîc videtur difficultas,videlicet,an procurator
poſsit poſt quæſtionem ipſo iure per dominum reuocari.
& videtur velle Collect.quòd ſic per dicta verba ſua:& ta-
men hæc decretalis ſecundum communem intellectum cõ
trarium probare videtur.Et ad contrarium conſueuit alle
gari.Sed re vera hæc decretalis hoc non probat, quòd non
obſtante tali reuocatione poteſt procedi ad ſententiam cõ
tra abſentem vlteriùs non vocatum.Pro quo faciunt, quæ
ſcripſi in ſummario,& in expoſitione ſuper verbo,conclu-
ſum,& ſuper verbo, peruenerint.¶ Sed hîc diſtingue:quia
aut quæris,an valeat reuocatio in prę iudicium reuocantis
& fauorem aduerſarij,videlicet quoad hoc,vt contra abſen
tem non citatum,tanquàm contra contumacem poſsit ꝓ-
cedi.Aut quęris,an valeat in fauorem reuocantis,& præiu-
diciũ aduerſarij,vel ipſius procuratoris reuocati,videlicet,
quoad hoc,vt contra procuratorem reuocatum ꝓcedi nõ
poſsit.primo caſu dic,ꝙ ſi lis eſt conteſtata,& reuocans ci-
tatus ad totam cauſam valet reuocatio in præiudicium re-
uocantis,& fauorem aduerſarij reuocationem huiuſmodi
admittentis,quoad hunc effectum: quia procedi poterit
etiam ad diffinitiuam ſententiam contra hunc reuocantẽ
licet abſentem,& vlteriùs non citatum ratione contuma-
ciæ ſuę.Sed ſi lis conteſtata non eſt,vel ſi eſt in vno articulo
conteſtata,& in alio non:tunc ſuper eo,ſuper quo lis conte-
ſtata non eſt propter impoſsibilitatem iuris,non poteſt ꝓ-
cedi ad diffinitiuam,ſed procedi poteſt tunc ratione hu-
iuſmodi contumaciæ ad condemnationem expenſarũ.Sed
ſi non erat citatus ad totam cauſam:tunc quoad hoc non
valet aduerſario,nec nocet reuocanti reuocatio: quia cita-
tus ad vnum actum,licet contumax,nihilominus ad alios
eſt citandus.Et patent prædicta omnia ex his,quę ſcripſi.ſ.
hoc ipſo.c.in trib⁹ oppoſitionib⁹ primis.¶ Scdò caſu prin
cipali ſubdiſtingue:quia aut quæritur de præiudicio procu
ratoris:aut quæritur de præiudicio aduerſarij. Si quæritur
de præiudicio procuratoris:& tunc aut procurator nõ ac-
quieſcit reuocationi,ſed cõtradicit expreſſè,vel tacitè poſt
notitiam reuocationis ex certa ſcientia procedendo:& tũc
ex cauſa legitima valeret talis reuocatio.Sed ſi ſine cauſa ra
tionabili fieret,non valeret:vt.ff.de procuratoribus.l. poſt
litem autem &.l.aut religionis.cum pluribus leg.ſequẽtib⁹.
Quod intellige & modifica:vt dicam infra eo.quamuis pa
ctum.libro ſexto.in tertia oppoſitione.¶ Aut procurator
acquieuit,& non contradicit tacitè,nec expreſſe:& tunc vi
detur mihi probabiliter poſſe dici,& ita vidi teneri in cõ-
ſilijs Rotæ,ꝙ valet reuocatio: nec poteſt per alium ex hu-
iuſmodi præiudicio imputari:quia iſtud eſſet allegare ius
tertij.arg.ff.ſi ſeruitus vendicetur,vel ad aliũ pertinere ne-
getur.l.loci corpus.§.competit autem de ſeruitute actio.&
de liberis præte.l.filio.& qđ notant in ſimili gl.& Cy.C.de
iure emphyt.l.ij.¶ Si verò quæritur de præiudicio aduerſa
rij:tunc dico,ꝙ illud non eſt ponderandum:quia in re ſua
quilibet de iure eſt moderator,& arbiter.C.man.l.in re mã
data nõ pecuniæ ſolũm.& minimè facit iniuriam, qui ſuo
iure vtitur.de elect.cum eccleſia.vbi de hoc generali ſatis di
xi.Sed hoc intellige,modifica,& reſtringe per ea,quæ dicã.
j.c.quãuis pactũ.li.vj.in.iij.oppoſitione:licet aliâs ratione
contumaciæ,ne aduerſario præiudicetur,poſsit procedi cõ
tra talem reuocantem.licet abſentem, & aliâs non vocatũ
ad ſententiã,vel ad condemnationem expenſarum,vt hîc
loquitur,& notatur.Sed contra præmiſſa opponiť primò,
quia textus hic ponderat quęſtionem cauſę factam ſuper
reuocatione proceſſuum quoad ſententiã ſuper dicta reuo
catione proferendam:& tñ ſecundum prędicta videtur ꝙ
concluſio nõ faciat ad factum huius reuocationis.¶ Secun
dò opponitur contra vltimum dictum ſpecialiter,quia cõ-
muniter procuratores per dños in eorũ cõſtitutione à ſa-
tiſdatione releuantur.In qua ſatiſdatione clauſula de ratũ
habendo etiam in reo eſt neceſſaria:vt.ff.iudicatũ ſolui.l.ſi
reus poſt iudicatum.Suppoſito ergo ꝙ conſtituẽs in conſti-
tuendo promiſit pro procuratore ratũ habere,&c.videť ꝙ
poſt litẽ cõteſtatã reuocari nõ poſsit:qa cõtractus licet ab
initio ſint volũtarij,ex poſtfacto ſubſunt neceſsitati irreuo
cabilitatis.C.de act.& obli.l.ſicut.Modò procurator litem
conteſtando pro dño cum aduerſario,quaſi contrahit.ff.de
peculio.l.iij.§.idem ſcribit. Et quaſi contrahendo tacitè per
conſequens promittit,ꝙ ducet litem cũ aduerſario vſq; ad
finẽ.Si ergo dñs factũ ꝓcuratoris ꝓmiſit ratũ habere:ergo
promiſiſſe vř etiam de huiuſmodi tacita promiſsione facta
in litis cõteſtatiõe:qa tantũ operať tacitũ, ſicut expreſſum,
ff.ſi certum petať.l.cum quid. Igitur circa,hoc non poteſt

aliquid facere, ꝙ reuocationem inducat, per dictam. l. ſicut. Et pro hoc videtur textus, quia procurator releuatus per mortem non reuocatur. ff. e. l. ſi defunctus. igitur nec per reuocationem expreſſam: cum iſta videãtur ęquiparari in iure. ¶ Ad primũ poteſt probabiliter ſic dici, videlicet ꝙ aut poteſt faciliter reperiri, vt citetur: vel habet in loco domicilium, in quo citari poteſt: & tunc citãdus eſt abſens talis, qui prius non fuerat citatus ad totam cauſam. & procuratorẽ reuocauerat reuocatione non obſtante. & ſic prædicta procedant. Aut hoc ceſſat: & tunc apud ſedem Apoſtolicã, ante indictionem feriarum citandus eſt abſens per audientiam contradictarum: quia ſola citatio vna partem ſimul in curia apprehendens totam cauſam deuoluit ſic, ꝙ ſufficit, & etiam neceſſarium eſt abſentem citare per audientiam antedictam. Sed extra curiam, vel in curia tempore feriarũ, credo, quòd expediret citare in locis publicis, ſicut in valuis eccleſiarum, & alijs publicis locis, pro eo quòd ignoratur, vbi ſit citandus ar. de elec. c. ſi. li. vj. Et credo, quòd hoc ſufficeret pro eo, ꝙ iam contractum eſt in cauſa, & plenè de cauſa cognitum, & nihil plus in cauſa per partem agẽdum. Et ideò voluit Ia. de Are. etiam in cauſa criminali cõtra reũ abſentem poſt concluſionem ſententiam ferri ar. C. ad leg. Iul. de adul. l. quamuis induhitati. prout ibi no. Cyn. in prima oppoſitione, verſu. Sed Ia. de Arena. Et licet Cy. illud dictum non admittat, hoc eſt ca ratione, quia ipſe eſt huius opinionis, quòd in criminalibus non poteſt damnari abſens. Sed illa ratio ceſſat in cauſis alijs, ideò credendum videtur, quòd Cy. de ciuilibus interrogatus ſtetiſſet cum Iac. Are. Et pro hoc videtur hic textus, quia licet dicat hîc Inn. ꝙ citatus fuerat ille ad totam cauſam, tamen illud non aperitur in textu. Nec obſtat condemnatio expenſarum, quia fortè non fuit illa ratio, quia citatus ad totam cauſam fuiſſet, ſed potius iſta: quia conſtabat Papæ vt iudici, quòd ille per factum, & culpam ſuam dederat cauſam damno iſtarũ expenſarum: quia procurauit totum negotium ad examen ſedis Apoſtolicę euocari. & poſtmodum parte ſua aduerſa occaſione huius euocationis in curia exiſtente, illa dimiſſa & procuratore reuocato illicẽtiatus receſſit. Qui enim dat per culpam ſuam cauſam damno alterius, debet condemnari ad illud. vt. ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. penul. ad finem. ¶ Nec ob. quod dicit textus, quòd procurauit totum negotium ad examen ſedis Apoſtolicæ euocare: quia nõ per hoc ſequitur, quòd citari ſecerit ad totam cauſam: quia ſicut inter cõmiſſionem, ita inter euocationem negotij, & partis citationem eſt differẽtia: vt de ſe patet. Sed fateor, quòd hoc dubium eſt, quia Inn. & Hoſti. auſi non fuerunt iſtud ponere. ¶ Ad ſecundum contrarium dico, quòd licet ſatiſdatio impediat reuocationem tacitam quæ fieret aliâs per mortem conſtituentis: vt dicta. l. ſi defunctus. Tamen non impedit expreſſam: vt no. gl. in. l. ante litem. ff. de procuratoribus. & ib. Bartolus & pleniùs per eum in dicta. l. ſi defunctus. vbi tenet, quòd nec poſt litem conteſtatam impedit ſatiſdatio reuocationem præcedentem expreſſam. vbi vide. dic vt dicam. infra. e. quamuis. libro ſexto. in tertia oppoſitione.

9 ¶ † Quartò quærit Collectarius, quid ſi fuit altercatum ſuper reuocatione procuratoris aut ſuper eo: an eſſet procurator, & tandem eſt admiſſus cum cautione de rato: nunquid amplius de reuocatione, aut de non procuratione contra eum opponi poteſt per aduerſarium. Et reſpondet, quòd niſi ꝓbet opponens defectum, quem opponit, incõtinenti. ar. ff. vt in po. leg. ea. l. ſi is à quo. in principio. Sic intellige. ff. de dam. infec. l. inter quas. §. ſi alienæ. ibi, quòd ſi ei &c. vbi manifeſtè colligitur, quòd poſt cautionem de rato, non poteſt obijci exceptio procuratoris: niſi ſtatim vellet probare, vt dictum eſt. Dicit tñ ꝙ vbi nunquàm ſuper hoc fuiſſet altercatum, tunc poſſet opponi in quacunq; parte litis vt. C. e. l. licet. Et ſic ibi no. Cyn. in. j. q. & remittit etiam Collect. ad collecta ſua de ꝓba. qm̃. & ſ. . e. in noſtra. Per quę dicit etiã poſt ſentẽtiã vſq; ad ꝑſcriptionẽ id poſſe opponi

10 ¶ † Quintò quærit Collectarius, quid ſi dominus ratũ habet factum, ſeu proceſſum cum falſo procuratore: dixi ſupra. e. c. j. in. q. ij. & pleniùs de offi. deleg. prudẽtiam. in prin. q. ij. Et recitaui de longo dicta. Pe. & Cyn. C. ſi aduer. cre. ſi tutor. Addit hîc Collec. ꝙ ratihabitio nõ nocet aduerſario vbi opponi, vel excipi põt de iure cõi. & ꝓ hoc alleg. ſ̃. de reſcrip. ex parte decani. Sec⁹ ſi de iure ſpãli. C. de ꝓcu. l. nõ eomin⁹. ſcdm eũ. ¶ Sextò q̃rit Col. pone: dñs videlicet falſum ſeu reuocatum ꝓcuratorẽ tractare cauſam ſuam, & nõ contradicit: & aduerſarius etiam hoc idẽ ſcit: & nõ opponit de hoc: quid tunc dicendum? & reſpõdet ſe nõ credere hoc caſu pręmiſſam ſententiam locum habere: quia dominus hoc caſu videtur dare materiam falſo procuratori, & per conſequens cũ obligetur dñs nõ intereſt partis aduerſæ maximè ſcientis, & tacentis. Inducit no. Inno. de reſcrip. ex parte. dixi

11 plenè. ſ̃. e. c. j. & c. ex parte dictæ alleg. ¶ † Septimò quærit Collect. quid ſi ille, qui datur procurator, vel comparet. negatur eſſe ille, qui ſcriptus eſt in inſtrumento procuratorij: nunquid præſumitur pro eo, ex quo literas ꝓcuratorij portat? & dicit, ꝙ ſic. Et dicit Cy. hoc tenere. C. de Epiſc. & cle. l. ij. vbi de hoc nihil loquitur. & dicit quòd facit optimè

12 ſuprà de offi. deleg. c. coram. ¶ † Octauò ibi: *fieres*. no. Col. pro futuro ſententiam ferri. Ad quod opponit de ſententia excõicat. c. Romana. §. caueant. Et remittit ad ibi not. per Cardinalẽ. & allegat ad hoc, de dolo. cũ dilecti. in ſi. ac pro capitulo, & toto titulo allegat collecta ſua de verbo. ſignifi. forus. q. vij. & ſeq. ¶ Supple gloſſas. ¶ In gl. iij. in principio. Hoſti. qui habebat in gl. j. aduerſarium, &c. reprehendebat Ber. quòd cũ Papa loquatur aduerſario dixiſſet ad vos, vel ad te. ¶ Et ibi: *quicquid fieret*. cum procuratore reuocato. per quod dicit Nouella quòd valeret quod fieret contra contumacem, vt tetigi etiam in expoſitione. Et in fine. quid de de hoc, no. Hoſtiẽ. hîc. vide per Io. Andꝛ. e. c. ij. li. vj. in gl. ſed nunquid. ¶ In gl. vlt. ibi: *ad iudicem*. illud verum ꝙ ſtatim detur exactio. & ſic nõ contradicit Gof. Et adde quod noꝛ. de ſepul. in noſtra. alia dixi in textu.

SVMMARIVM.

1 *Mens diſponentis vbi certa eſt, non curatur de verborum improprietate.*

2 *Epiſcopum, & ſi dominus non ſit, procuratorem conſtituere. Et quid de alijs locorum rectoribus, & ſimilibus in dignitate conſtitutis?*

3 *Procurator, actor, & ſyndicus num inter ſe differant?*

4 *Procurator conſtitutus, vt hîc, qualiter officium ſuum exercere poſſit, & mandatum exequi? Et quid in caſu numeri ſeq.*

6 *Syndicus vel procurator, an poſſit ſine decreto conſtitui?*

7 *Rector vniuerſitatis an poſſit procurator ſicut epiſcopus, cõſtituere?*

8 *Procurator conſtitutus ſuper petitorio an poſſit ſuper poſſeſſorio litem mouere.*

9 *Procuratorem ſi dominus conſtituat, nec pro eo caueat, ſed procurator ipſe cauere velit, an ſit admittendus?*

10 *Procurator quis ſit, & qualiter conſtituatur: & num. 11.*

¶ CAP. IX.

PEtitio. ¶ Caſ. Procurator Epi cauſas epiſcopatus agit & defendit licet non fuerit datus ſub nomine ſyndici vel actoris. Et in prima petitio: in ſecunda reſponſiua prouiſio, ibi: *vos igitur*. ¶ Expone literam. *in liuomen*. ad prædicandum, illis Liuomen. de nouo conuerſis. de vi. & hono. cleri. Deus, qui. de diuor. c. fina. *Conſtituit*. quia nil dicit de capitulo, putat Gul. nazo, quòd in his, in quibus agere poterat ſine capitulo, aget procurator: in alijs non. Sed meliùs notare potuit Epiſcopum pro recuperatione iuris ſui epiſcopatus ſolùm ſine capitulo poſſe ad agendum. & defendendum pro eo procuratorem conſtituere. De quo plenè dixi ſuprà de maioritate & obedientia. c. fina. in quinta oppoſitione. *Actores*. de actore, procuratore, & ſyndico, à quibus conſtituantur de quo hîc per Inno.

Innoc. notatur ſecunda quæſtione ſeptima.ſi quis erga.xvj.qō.vij.quoniam.Et de his, & alijs nominibus plenius iu Speculo de his,qui ali.no.in iudicio intēt.per totum.Putat etiam Gulielmus ꝙ conſtitutus ab vniuerſitate ſub nomine ſyndici procuratoris,& actoris:vt eſt moris,non cogatur ſecundum Canoniſtas alterum eligere.& not.hoc in Spec.de actore vniuerſitatis verſu,ſed pone.& de libel.cōceptio.§.iam nunc videndum . verſu,contra ſyndicum . & quod not . hic Inn.curatorem ad litem(quia datio eius mixti imperij eſt)non dari per delegatum.ſed per ordinariū. hodie in delegato & ſubdelegato Papæ reprobatum.de iudicijs.c.primo.libro ſexto.*Dare vobis*.quod hic notant Inn. & Hoſtien.de illo,qui procuratorem dedit , quoties abeſſet.hodie expeditum eſt.infra.e.ſi quem.li.vj.*Epiſcopo*. aliâs Epiſcopis.vt ſupra . & idem verbum habes.lxxxix.diſtinc. c.volumus.§.officium.&.c.ſeq. *Reprobamus*.licet Papa ſciebat his duobus,tamen quia de iure reſpondet conſultationi per eos factæ,inter eos ius facit.& maximè cum de iure ſentētiet,ſecundum Inn.¶ Sed Hoſti.dicit in hac gloſſa nō
a eſſe magnam vim.Allegat tñ de re iudi.in cauſis.¶ † Nota primò id,ad quod cōiter allegatur iſta decretalis,videlicet quòd ex quo conſtat de mente diſponentis,non curatur de improprietate verborum.ſuper quo habes hic bonam.glo. quā cū ſua vltima ſuppletione hic iūge.Qđ intellige in nominib⁹ appellatiuis,vbi nō eſt tāta improprietas , qñ ſatis poſsit capi ſenſus ex verbo.Ne obſtet.ff.de leg.j.ſi qs in fundi vocabulo,& de ſuppel.le.l.Labeo.ſaluo qđ in principe le
a gim⁹.ff.de ſupellect.leg.l.j.in fi.¶ † Scdò not.ꝙ licet Epiſcopus non ſit dominus,tñ procuratorem conſtituit etiam ſecundum Inno.propriè ſūpto vocabulo.Probat hoc Ion.qa ſi velles exponere procuratorem.i.actorem non eſſet hæc expoſitio bona:quia ſecundum hoc neceſſe eſſet ibi interuenire decretum ſuperioris.Quod tamen hic non dicitur interueniſſe.licet ſecus in tutore,vel curatore.vnde ſecundum Canoniſt.omnes prælati eccleſiarum ante litem conteſtatam & poſt,conſtituunt procuratores.j.de iura.calum. c.cum cauſam.¶ Plus dicit Inno.in rectoribus locorum & ſimilibus in dignitate conſtitutis:dummodò habeant adminiſtrationem clericorum,infert , quòd non ſatisdat de rato curator,vel iudicato ſoluendo.C.de adminiſt.tut . l.fi. ¶ Inferit etiam de actore procuratore & ſyndico,quis eos conſtituat,de quo in expoſitione remiſi . Et ſubdit , quòd vniuerſitas,quia domina eſt,& poſsidere poteſt . ff.de acq. poſſ.l.j.§ fi.&.l.ſi procuratorem conſtituit.C.de iura.cal.l.ij. §.hoc etiam.quia ibi de ſyndico,vel actore loqui non poteſt:quia iurarent de calumnia:vt no.j.de iur.ca.imperato
3 res.dixi ſupra.e.in cauſis.¶ † Tertiò nota ſecundum Inno. ꝙ licet propriè ſumptis vocabulis differentia ſit inter procuratorem,actorem,& ſyndicum,tamen ſæpe vnum ponitur pro alio:vt dicto.c.cum cauſam.¶ Quartò id,quod dixi in oppoſitione ſuper verbo,conſtituit.

4 ¶ † IVXTA materiam primi notabilis.& gloſſæ finalis, quæritur ibi:*Inuentio ſint*.&c.quæro primò ſecundum Inn. pone,conſtitutus eſt aliquis procurator ad litem conteſtādam,& ad conſtituendum alium procuratorem ſuper alijs, quæ in eadem cauſa fuerunt facienda : nunquid talis poſſit per ſe authoritate prędicti mandati totam cauſam agere:an verò teneatur alium procuratorem conſtituere dicti mandati authoritate,& nil vltra litis conteſtationem agere.reſpondet Inn.quòd totam cauſam agere poteſt authoritate prædicti mandati:quia voluntas conſtituentis potiſſimè attendenda eſt:vt hic.quæ videtur fuiſſe,ꝙ potius ille per ſeipſum,quā per alium agere poſſet,ſi vellet ar.ff.de ꝓcur.l.ad legatum.& iudi.ſol.l.iam tamen.quia quod de alio conſtituendo adiecit,ad illius exonerationem adieciſſe videtur licet quidam contra,per.c.nonne.j.de præſump . Inn.

5 ¶ † SECVNDO eandem materiam continuando quæritur,pone,quòd vltra dictam formam talis procurator ſic conſtitutus ad litem conteſtandā & alium conſtituendum, &c.prohibitus eſt à dño agere ea,quæ poſt litis conteſtationē fienda eſſent:nunquid tunc poterit nihilominus agere ea,quæ poſt litem conteſtatam agenda ſunt ? dicunt quidā ꝙ ſic:quia eſt factus dñs litem conteſtando:vt.j.e . c.j.vbi de hoc ſecundum Nouellā.Sed dicit Inn.ꝙ iſta opinio ſibi nō placet. Et eſt ratio: quia mandatum recepit ſub certo tenore.arg.ff.mand.diligenter.Sed tunc ſi nō eſt ſibi data poteſtas alium ſubſtituendi,dñs conſtituens neceſſe habet cauſam perficere,per ſeipſum,vel aliū ab eo conſtituendum. Nam tunc ille procurator ſic limitatus,licet litem eſſet cōteſtatus,non poſſet alium cōſtituere.verùm Ia.de Ra.vt dicit hic Nouella recitari per Cy.C.e.l.ſi procurator . vbi videeum in quæſtione vltima:in hoc vltimo videtur tenere contrarium propter rationem,quæ reddi ſolet.quare procurator poſt litem conteſtatā nō reuocatur.ſed quia partis aduerſę intereſt,ne cū pluribus diſtringat,vt tractari ſolet. ff.e.l.quædam.vnde forma in procuratorio cōtra iuris diſpoſitionem adiecta in partis pręiudicium nihil operari debet,ſcdm eum. Ad quod arguit ex eo,ꝙ lex dicit rem minoris obligari nō poſſe.Pone vendo rem minoris,& cōuenio ſecū , ꝙ ſit mihi obligata.& poſt eam ſibi trado:lex dicit,ꝙ non valebit talis obligatio.vt.ff . de rebus eorum , qui ſub tut . ſunt.l.prima in fi.cum.l.ſequē.¶ Tu verò ſic,diſtinguere poſſes,quia aut eſt conſtitutus procurator ad vnum articulum talem,videlicet ad litem conteſtandam,& data eſt ſibi poteſtas,quoad alia,alium ſubſtituendi:nec eſt aliud dictum in procuratorio.& tunc poterit alia etiam facere per ſeipſum,per ea, quę dixi in proxima quęſtione. Aut eſt conſtitutus ſimpliciter ad litem cōteſtandum:Nec eſt aliud dictum in procuratorio:& tunc poſtquàm litem fuerit conteſtatus,poterit & alia facere pro eo,ꝙ factus eſt per litis cōteſtationem dominus litis.j.e.c.primo.libro ſexto.Et ſic intelliguntur notata Cy.poſt Ia.de Ra.in dicta.l.ſi procurator.in quarta quęſtione.ar.C.e.l.procuratorib⁹.&.ff.e.l.poſt litem. Aut eſt conſtitutus procurator ad litem conteſtan.& vltra in forma procuratorij ſibi eſt inhibitum ne ad vlteriora procedat:& tunc ſiue ſic ſit data poteſtas alium ſubſtituendi quo ad alia facienda ſiue non , de alijs ſe nō poterit intromittere.ar.ff.de inſtito.l.ſed & ſi pupill⁹.§.conditio.& C.de neg.geſt.l.fi.& ſupra.e.ea inſinuatione &.c.in noſtra. de reſcript.cum dilecta.de offi.dele.venerabili.de reſti.ſpol. Piſanis.de præben.ei,cui.li.vj.Sic intellige,quod hic notat Inno.Et hoc placet Hoſti.& Collectario .& ita ſeruatur in palatio Apoſtolico.Nec ob.ratio Ia.quia imo non ponderatur hic intereſſe aduerſarij,ſed procuratoris:vt ſcripſi ſupra.c.proxi.in quæſtionibus Collectarij,videlicet in tertia q.Nec obſt.ꝙ ipſe eſt dominus litis,quia verum eſt,ꝙ eſt dominus directus,ſed conſtituentis,qui vtilis dominus eſt, vtilitas præfertur:vt.ff.e.l.in cauſæ.Et maximè,quia nō tenetur procurator vti iſto dominio,niſi velit.ff.de mino.l.ſi iudex. Nec ius iſtius dominij poſſet alius allegare:vt.ff.ſi ſerui.ven.l.loci corpus.§ competit.De hoc dicam.j.e.c.primo. lib.vj.ſuper.v.oppoſitione in quæſtionibus ad notata in.l. quæ omnia.alleg.dicam in dicto.c.ſecundo.

6 ¶ † TERTIO ad Collectarij quæſtiones accedo & primo quæritur ſecundum eum,vtrum hic ꝓbetur,quòd ſyndicus,vel actor conſtitui poſsit ſine decreto?& videtur ꝙ ſic iſtam decretalem intelligendo de ſyndico , vel actore. Sed contrarium eſt verum ſecundum eum,quia hic non loquitur de ſyndico,vel actore.Sed de vicarijs,& procuratoribus.Ex quo enim erant vicarij poterant omnia,quæ poterat dominus,exceptis quibuſdam ſpecialiter reſeruatis. Et ideò per iſtud cap.iura de actore,vel ſyndico loquentia non corriguntur . Item,quia non ab Epiſcopo ſed à collegio,vel vniuerſitate conſtituitur ſyndicus , vel œconomus ad cauſarum vniuerſitatem:vt dicit legi ,& notari.ſupra eodem.quia in cauſis.Inno dicit hic corrigi opinionem gl. & quorundam doctorū dicentium.C.e.l.neq;.ꝙ Eps nō pōt procuratorē cōſtituere,ſed ſyndicū ſolū cū decreto:qa

hîc nullum decretum interuenit:vt dixi ſupra poſt Innocẽ.
7 ¶ Secundò quærit,onnquid rector vniuerſitatis poteſt fa-
cere procuratorem ſicut Epiſcopus.Cy.poſt Ia.de Ra.in.l.
neq;.alleg.tenet quòd non.Sed poteſt facere tantùm actorẽ
cum decreto:quia adminiſtrator ſolùm eſt,ſicut tutor & cu
rator:licet vniuerſitas,quæ domina eſt, poſsit procuratorẽ
conſtituere.Sed dicit Inno.hîc ootare contrarium in eo,qđ
ſcripſi io.ij.notabili,verſu,plus dicit.¶ Super quo ſic vide-
tur velle diſtinguere Collectarius:quia aut creantur per ele
ctiooem:& ſic iuriſditionem habent,& ſuperiores ſunt,vt
patet in eo quod legitur,& nota.de offi.ordi.quanto.Et ſic
prælati & perpetui ſunt:& tunc ſit locus opinioni Inn.Aut
noo creantur per electionem,ſi non ſont prælati,neq; per-
petui,ſed temporales eſſe debent.vt not.Hoſti.de iudi.c.ſi.
Et tunc ſatis videtur Collectario quòd idẽ ſit de his, ſicut
de tutore & curatore,vt ſic in hoc ſaluetur ſententia gloſſę
& doctorum prædictorum.Sic poteſt iotelligi.ĩ.e.conſuln.
vbi clarè ootat,quòd vniuerſitatis adminiſtratores faciunt
actorem cum decreto aliâs eſſet ſibi contrarius Inn.Col.Et
hoc ſatis placet,dum perpetuitas hîc non recipiatur reſpe-
ctu perſonę.Sed reſpectu admioiſtrationis.vnde monachi
habentes prioratus perpetuos ex commiſsione Abbatis,in
quibus tamen ſunt obedientiarij,& reuocabiles ad nutum
Abbatis.iuxta lecta,& notata.in cle.quia regulares.de ſupp.
negli.præla.pro illis agunt & defendunt,vt not.Inno.de re-
ſcript.edoceri.& de iudi.cum deputati.& per cõſequens in
illis procuratores conſtituunt,per id quod not.Inn.de re iu
di.cum.l.&.A. Et ſic intellige dictum Ino.hîc poſitum, qđ
non loquitur de rectore vniuerſitatis:vt ſibi impoſuit Col
lectarius Sed de prælato clericorum,vt patet ex verbis,quæ
ſcripſi io dicto notabili ſecundo.Quod tamen intellige,dõ
ſunt ibi,vt prælati,ſeu intitulati ſimpliciter & ſine tempo-
ris pręfinitione:ſecus ſi vt nudi adminiſtratores,vel ad tem
pus.argu.di&.æ.l.oeq;. Etiam intelligo dictum Collectarij
& gl.& doctorum prædictorum.
¶ QVARTO quærit Collect.de vno quod videbitis.ĩ.
8 eo.ſi duo.li.vj.ideò illud hic obmitto ¶ † Quintò quærit,
vtrum procurator conſtitutus ſuper petitorio poterit mo
uere litẽ ſup poſſeſſorio?videtur,quòd ſic:quia cauſæ cõne-
xæ ſunt ad inſtar eius,quod de iudice dicetur.ĩ.eo.c. cauſa
po.c.j.Cõtrarium videtur tenere Cy.C.e.ſi procuratorem.
quia imò cauſæ proprietatis,& poſſeſsiooisnon ſunt con-
oexæ.vt.ff.de acqui.po.l.naturaliter.§.nihil comune Et idẽ
dici ſolet in iudice delegato in petitorio:vt.C.ſi à oon com
pe.iudi.l.ſi de proprietate.verùm io dicta.l.ſi de proprieta-
te.Cyn.arguit in contrarium quia procurator datus ſuper
proprietate agit ad exhibendum.& interdicto quorum bo
norum.ff.e.ti.l ad rem.& l.ad legatum.& finaliter in iudice
ibi diſtinguit,an quæſtio ſit incidens, vt tunc poſsit illam
tractare:vt.C.de iudic.l.nulli.&.l.quoties.aut non: & tunc
ſecus.C.ſi à non compet.iudi.l.j.& de ſenten.& interlo.om.
iudi.l.poſt ſententiam.& argu.dicti.§.nihil.¶ Subdit tamen
ibi Cy.quòd Canoniſtæ volunt diſtinguere aliter, videli-
cet,aut iudex delegatus eſt ſimpliciter datus ſuper re,nullo
verbo reſtrictioo appoſito:& tunc cognoſcere poterit etiã
de poſſeſsione.Aut eſt appoſitum verbum reſtrictiuum io
commiſsione,videlicet,quia datus eſt ſuper proprietate tã-
tùm:& tunc de poſſeſsione non cognoſcat etiao notari vi
detur de ſequeſtra.c.j.in gl.tertia.finaliter tamen dicit ibi
Cy.quòd ratiooes & iura ſuperius allega.concedunt, quòd
etiam quando ſimpliciter delegatur ſuper vno, non poſsit
de alio cognoſcere.Et ita dicit ſentire Ia.de Ra.& Petrus de
bellapertica.& tamen idem videretur io procuratore dicen
dum.ar.ff.de iuriſditio.om.iud.l.& quia.¶ Collectario vi-
detur placere diſtinctio Canoniſtarum de qua ſuprà.deci-
9 dam hoc in.c.j.de ſequeſtra.alleg.¶ † Sextò quęrit Collect.
ſi dominus conſtituit procuratorem ſed non cauet pro eo,
ſed ipſe procurator vult cauere:nunquid admitteretur Et
dicit quòd Speculator no.ti.de replica.§ expedito.verſu,ſed
pone,quòd ante litem conteſt.debet admitti.& hoc quan-
do agitur coram iudice,de cuius iuriſditione poteſt dubi-
tari:quia iura,quæ dicunt procuratorem admitti non debe
re admitti ſine cautione,intelliguntur: vbi oon dubitatur
de iuriſditione.Super quo remittit etiam ad notata ſua.ĩ.c.
proxi.in ſi.Reliqua hîc notata per Collectariũ ſnot de ma-
terijs.c.j.§.j.&.c.qui ad agendum.io ſi.li.vj.& cle.procurato-
rem.e.ti.vbi de his dicam.in locis proprijs.
10 ¶ † QVARTO propter prædicta poſſemus hîc quęre-
re quis eſt procurator,& qualiter conſtituatur?de quo per
Hoſt.in Summa.e.ti.§.j.&.ij.vbi dicit,quòd procurator di-
citur is,qui de mandato domini negotium gratuitò admi-
niſtrãdum ſuſcepit.ff.e.l.j.Et dixi negotium vnum.ſ.vel plu
ra.ff.de nego.geſt.l.iij.§.negotium.ff. vi bo. rap. l.ij.§.quod
ait.Et dixi,mãdato domini.vt excludat tutores,curatores,
collegia,& Prælatos eccleſiarum qui procuratorem non cõ
ſtituunt:ſed ſyndicos,vel actores.C.eo.l.neq;.&.ff.e.l. Nec
ciuitatis.&.ĩ.ti.j.c.vno.Niſi fortè prælati ſuo nomine, non
eccleſiarum conueniantur. Tunc enim per procuratorem
agent & defendent,in auth.de Sanctiſsimis Epiſcopis.§.ſi
quãdo.Quod autem ibi dicitur cauſam monaſterij agi per
procuratorem impropriè ponitur procurator.i.ſyndicus.
Et ſic poteſt intelligi de iura.cal.cum cauſam.ſupra eo.quia
in cauſis.vel poteſt dici,quòd cauſæ corporum & collegio-
rum agantur per procuratorem.Et hoc verius,vt ſcripſi ſu-
pra.e.c.iij.ij.notabili.& ſupra.e.qa in cauſis.in prima oppo-
ſitinne,& in tertia quæſtione principali.verſu tertio quæ-
ritur.& verſu ſequenti.quartò quid de vniuerſitate.&.ſ.eo.
c.in quæſtionibus Collect.ſ.proximè.verſu,ſecundo quæ-
rit.Lite autem conteſtata etiam ſyndici,vel actores conſti-
tuunt procuratorem.Et hoc eſt differentia ioter procura-
torem ad negotia.qui etiam ante litem conteſtatam cõſti-
tuit procuratorem.ff.manda.l.ſi procurator.§.j.& procura-
torẽ ad iudicia,qui nõ niſi poſt litem cõteſtatam ſubſtituit
vt.l.oeq;.niſi ſit datus in rem ſuam.C.de donat.l.illam.ſecũ-
dum Hoſti.dicam.ĩ.e.c.j.li.vj.¶ Recipe ergo in dicta diffini-
tione verbum domini,pro omni illo,qui iure ſuo admini-
ſtrat:quia propriè ſatis perſonam domini repræſentat:quo
modo imperator dominũ ſe mundi appellat.ff.ad leg.Rho.
de iac.l.deprecatio.licet & alij,dum bene adminiſtrant,mo
do quodam magis improprio domini appellantur:vt.ff.pro
emp.l.ij.§.qui dõ.& de fur.l.interdum.§.qui tutelam.¶ Item
in eadem diffinitione ſequit̃ verbum,gratuito. quod ideò
dixi,quia ſecundum eum,ſi interueoiat merces.locator di-
cetur operarum,non procurator.& locatio contracta vide-
bitur non mandatum.Cõtraria eñ eſt officio merces:vt.ff.
mã.l.j.§.ij.Sed ſi procurator gratis mandatum ſuſcipiat, &
poſteà dominus remunerandi laboris,cũ aliquid ei dooa-
uerit oihilominus erit mandati actio.C.e.l.rem.ff.mand.l.j.
§.ſi.&.l.ſi remunerandi.in principio.Huſt.¶ Sed caue,quia
iſtud dictum noo ita vſquequaq; procedit. Sed de hoc dic,
prout ſcripſi ſupra eo.cum pro cauſa. in prima oppoſitiõe.
& ſecunda quæſtione.Item ſequitur *ſuſcepit*.quia procurator
tenetur,non ideò,quia gerit,ſed quia gerendum ſuſcepit.ff.
mand.l.ſi remunerandi.§.j.Sed ſecundum iura noſtra planũ
eſt,quia oon facimus vim in nominibus.Nam ſiue dicatur
procurator,ſiue ſyndicus,ſiue œconomus, ſiue aſious, ſiue
etiam nullum nomen exprimatur,nihilominus dummodo
de mente cõſtituẽtis liqueat,ſufficit:vt hîc.Tales ergo ſub-
tilitates meritò recuſabit iudex eccleſiaſticus.ff.quib⁹ mo.
pig.vel hyp.ſol.l.ſic.§.ſi debilitari.Ergo ſecundum nos me-
lius & cõueniẽtius poteſt procurator ſic deſcribi: procura-
tor eſt,qui negotium gerendum ſuſcipit ab eo, qui poteſt
mandare:quia Epiſcopus dñs nõ eſt.Sed procurator.ĩ.de do-
na.c.ij.Et tñ procuratorẽ cõſtituit. vt hîc,&.ſ.e.auditis. Ha-
bet & hoc locũ etiã in multis alijs in auth.de ſan.Epi.§.reue
rẽdiſsimi.ſub illo verſu,ſi qõ.col.ix.Per quẽ.§ dñs Iac.de bal.
hoc approbat.Sed aliter Az.intellexit quem ſecut⁹ eſt Gof.
11 Hoſti.¶ † Sed qualiter conſtituitur procurator?dicit Hoſt.
in Summa

in ſumma.eo.ti.§ ſecundo.quòd conſtituitur inter præſentes & abſentes.Item ad vnam rem,& ad plures,in perpetuũ & ad tempus.In diem & ſub cõditione.Nec refert,per quæ verba,vtrum dicat mando,vel volo,vel rogo.ff.eod.l.prima §.iij.&.iiij.ff.mand.l.prima.¶ Vbi autem aliquis conſtituit ſpecialem procuratorem ad iudicium debet apponi in literis qs,& aduerſus quẽ,& in qua cauſa cõſtituit.ff.e.ſi procuratorẽ.§.e.c.j.C.de ſatiſd.l.vna.§.e.c.j.Et de hoc faciẽda eſt fides iudici.ff.rẽ ra.ha.l.nec ſatiſdatio.de proba.quinquageſima.ſecunda.q.vij.plerũq;.C.de condi.ob turp.cau.l.j.Hoſtiẽ. ¶ Supple gloſſas.¶ In gl.prima ibi:*tranſigere*.nec pignus remittere.quibus mo.pig.vel hypo.ſol.l.ſi cõſenſit.§.j.Et hoc intelligas,niſi haberet generalẽ & liberam adminiſtrationem ſecundum Goſ.& Hoſti.vt.§.e.qui ad agendum.§.vlti. lib.vj.Et qualiter dicatur habere liberam,ibi dicam.Et ibi: *nec poſſum*.quidam non habent hunc verſum,vſq; ibi:ſed nunquid.Sed bene fuit de gloſſa antiqua.quod patet etiam §.e.dilectus.in gloſſa ſecunda.Et ibi:*receptum*.& in exequutionibus vltimarum voluntatum.Quod dic,vt de teſtamẽ. c.ſecundo.libro ſexto.Et in fi.dic,vt.§.e.ſi duo.libro ſexto. ¶ In gloſſ.*ſi patet*.ibi:*conſtituentis*.de hoc in Speculo.eo.tit.§.tertio verſu,vbi autem.Et ibi:*contra ipſum*.infrà de regulis iuris.contra eum.lib.vj.vbi plenè de hoc.& infra de ſpon. ex literis.j.& ibi:*adminiſtrationem*.de dona.c.ij.& in fi.Et.§. de elec.commiſſa.§ porrò.libro ſexto.¶ Vnde dicebat Hoſtien.quòd ſiue dicatur ſyndicus,œconomus,Apochriſarius,clericus,geſtor.Imò plus:ſi dicat conſtituo te aſsiſtorẽ meum ad talem cauſam.ſufficiens eſt mandatum.Et dicit etiam,quòd cum leges non faciant vim in nominibus,vbi conſtat de mente,vt patet.C.de dona.l.fi.vbi dicitur,quid enim verbis eſt opus,quando nullus ſequitur rerum effectus?Ad idem.C.de formulis.l.prima,& ſecunda.C.de teſtamen.quoniam indignum.C.ſi vt ab hæred.ſe abſti.l.prima.& facit.C.de conſtitu.pecu.l.ſecunda.ante finem.Propter hoc dicit etiam in foro ciuili has ſubtilitates reijciendas:vt.ff.quibus mod.pig.vel hypo.ſol.l.ſicut in re corporali.§.ſi debitori.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem in filij cauſa,qualiter conſtituat.Et quid de tutore reſpectu pupilli?numero.2.*

3 *Procurator impeditus,an alium ſuo loco conſtituere debeat?Et cuius expenſis?*

4 *Dominus in ſpecie de qua hìc,etiam procuratore comparere nitente an contumax retro videri debeat?*

5 *Minor ſine tutoris authoritate agens,ſi.ſententiam pro ſe referat,an efficax ſit ſententia?*

7 *Procurator ad agendum,& excipiendum conſtitutus,an ſufficiens dicatur?*

6 *Procurator ad negotia conſtitutus,an ad negocia poſtea exorta porrigatur remiſſiuè.*

8 *Procuratori an ſatis ſit literas procuratorij exhibere ſine literis de rato per dominum habendo?*

9 *Captiuus & obſes,an poſſunt procuratorẽ conſtituere?*

10 *Procuratorem in procuratorio,qualiter dominus releuare debeat?*

11 *Procurator ſpecialis,vel generalis an dominum præciſe defendere teneatur?*

¶ CAP. X.

ACcedens.¶ Caſ. Prouidere debet iudex,quòd in cauſa matrimoniali procuratorem conſtituens gaudeat libertate.Et primò prouidet libertati mulieris.ſecundo citat ad cauſam.ibi:*in veri*.Et eſt iſta Gregoriana & in titulo quod me.cauſa.potuiſſet collocari.¶ Expone literam.*libertate*.captiua enim eſt,ex quo detinetur inuita.ff.de libe.ho.exhi.l.j.Et crimen priuati carceris.Simile eſt crimẽ læſæ maieſtatis.C.de priua.car.l.vna. in fi.Goff.& Hoſti.*Secure*.ſecuritatẽ partium ſemper prouidere debet iudex.tertia quæſtione.ix.hortamur.vt lite non conteſtata.accedens.ij.de app.ex parte.j.Hoſti.*inſtitiam*.fortè alia erat quæſtio inter mulierem iſtam,& alium præter quæſtionem ſponſaliorum.Goſ.Bene dicebat Inno.hic expreſſe non haberi,quæ eſſet iſta quæſtio,ſuper qua requirebatur procurator.Sed dicit Hoſtien.quòd ſatis ex verſu, ſequẽ.patet,quòd erat quęſtio ſuper ſpõſalibus.*natam tuam*. quædam notata hìc per Inno.& Hoſti.de conſenſu patris, an ſit neceſſarius:cum filius agit,vel defendit cauſam ſpiritualẽ,ſunt expedita.§.de iudi.c.ſi.li.vj.*Reſpondendũ*.nõ refert ergo an detur ad defendendũ an ad reſpondendũ vt hic,&.§. c.ſecundo.*plenum*.Quod dic,vt infra.e.qui ad agendũ.li.vj.

1 ¶ †AD QVAESTIONES accedendo aduerte:quia Inno.hîc ſuper verbo,*in ergo*.tractat qualiter pater in cauſa filij alium conſtituit,quod expediam in loco proprio,videlicet infrà de iudi.c.ſi.lib.vj.q.ij.Et qualiter pater agens pro filio ſatiſdare teneatur,latè diſputat Gul.in Spe.titu.de

2 ſyndic.vbi vide.¶ Et demum huius occaſione,tractat de tutore qualiter pro pupillo ad agendum alium conſtituit. Et iſta ſit prima quæſtio,& dicit Inno.quòd tutor in cauſa pupilli poteſt conſtituere actorem ſuo periculo.ff.de adminiſtra.tu.de cætero.& poſt litis conteſta.procurator facere, ſicut & quilibet procurator tanquàm dominus litis:vt.C.e. l.neq;.Et hoc duplici modo.vno modo,quia iudex faciet actorem,& iudex præſtabit authoritatem.C.de authoritate tutorum vel curatorum.l.prima.Alio modo,quia iudex faciet,quem tutor,vel curator elegerit.Inſti.de cura.§ fina. ¶ In oppoſitione autem tutoris vel curatoris eſt,an ipſe agat,aut pupillo,vel adulto agenti aſsiſtat,& authoritatem pręſtet.ff.de admini.tutorum.l.j.niſi ſint infantes,abſentes, vel furioſi,quia tunc per ſe tantùm tutor,vel curator agere debet.Subdit Inno.quòd pupillus etiam curatorem faciet authoritate tutoris:vt.l.neq;.allegata.Subdit etiam,quòd agente procuratore pupilli abſq; tutoris authoritate ſi fertur ſententia pro pupillo,valet.Sed ſi contra eum ferretur, minimè valeret,per.l.non eominus.C.de procuratoribus.

3 ¶ †SECVNDO accedendo ad quęſtiones Collectarij. Quæro primò ſecundũ eum pręmiſſorum occaſione nunquid procurator impeditus tenetur ſubſtituere alium procuratorem ſuo loco?& dicit,quòd ſi ſuo iure hoc facere poterat,vt quia erat litem cõteſtat⁹,tenetur hoc facere,adeò, quòd ſi hoc non fecerit,& cauſa non defendatur,imputabitur procuratori.Sed etiam dominus ſecũdum eum,quia inobedientem procuratorem conſtituit.Sed ſecus ſecundum eum,ſi non ſuo iure,ſed à domino ſubſtituendi poteſtatem habebat:quia tunc non teneretur prouidere caſibus fortuitis.Super quo remittit ad notata Inno.& Hoſtiẽ.vt lit.non conteſta.c.j.circa ſi.Et hoc vltimum verùm,ſi nõ reperiſſet hominem aptum,qui voluiſſet ſubſtitutionem recipere. Sed ſi reperiſſet talem,vt eum non ſubſtituiſſet,poſtquàm mandatum ſubſtituendi à domino receperat,iam videreť eſſe in culpa,& de hoc teneri.argu.C.man.l.à procuratore. plus dicit Collec.quòd procurator ſuo iure,quia factus dominus litis habens ſubſtituere tenetur hoc facere ſuis expenſis.ſed vbi de mandato domini,ſecus per notata Inno. vt li.non conteſt.c.j.in ſi.alleg.vbi hoc decidam.

4 ¶ †TERTIO quæro Collectarium ſequẽdo:pone,quis cõparet tanquàm procurator & ſi non poteſt admitti vt procurator,poteſt ſaltem admitti,vt defenſor cum ſatiſdatione:aſsignať ei terminus ad interloquendum:iudex interloquitur quòd minus legitimè comparuit:nunquid perinde eſt,ac ſi non cõparuiſſet,vt dñs contumax retrò videať. videtur lege expreſſum,ꝙ ſic.ff.de admini.tu.l.tutor,vel curator.Et dicit Collec.aut procurator credebat veriſimiliter valere procuratoriũ:& tunc non currit ſibi tempus pro domino defendẽdo interponendi cautionẽ.Aut improbabiliter credebat:& tũc retro dñs fingiť cõtumax.Sed iſta ſunt verba Cy.C.de inoff.te.l.cõtra maiores.¶ Dicit Collec.ꝙ quibuſdam videreť,ꝙ ratione dubij excuſareť procurator,ex quo iudex dubitans ſuper mandato,diem aſsignat ad interloquendũ vnde deliberatio iudicis ipſum conſtituere non deberet in mora.vt de elect.c.finali.ſatis dubitare poterat

procurator.ex quo Iudex dubitabat.Subdit, quòd fortè pr̨e-
miſſa opinio Cyn.locum habere poſſet,vbi eſſet peccatũ in
materia,quæ latere poteſt iudicem,non procuratorem . ar.
de elec.ſi fortè.li.vj.Secus ſi in forma,poteſt locum habere
vbi iudex non potuit prouidere facit pro determinatione
quod legitur & notatur de elec.ſtatutum.li.vj.ſecundũ Col
lect.ſed oon valet ratio illa de termini aſsignatione:quia fit
aſsignatio ad inſtantiam partis:non quia iudex dubitet,ſed
vt ius ſuper partium altercatione dicatur:aliâs ſequeretur,
quòd nunquàm pars condemnata in principali deberet cõ-
demnari in expenſis cõtra regulam communem iuris.C.de
iudi.l.properandum.§.ſine autem vlteriora.cum ſimilibus:
& ideò magis ſto cum opinione Cy.

5 ¶ † QVARTO quæritur ſequendo etiam Collect.po-
ne:minor egit ſine authoritate tutoris,& pro ſe ſentẽtiam
reportauit:nunquid valet?gloſſa.in.l.non cominus . alle.te-
net,ꝙ ſic,per dictam leg.Et fa.qd ſcripſi poſt Inno.ſuprà in
fine primæ quæſtionis.Sed.l.non cominus.hoc nõ bene ꝓ-
bat.quia interueoit perſona,in qua potuit ſubſtantiari iudi
cium.ſ.maritus maior.Tamen ſecundum Cy.melius.ꝓ hoc
facit inſti.de autho.tu.circa principium quæ probare videt
minorem habere perſonam legitimam:cum de emolumen
to ſibi quærendo tractatur.Sed nil valet hoc,per.§.neq̃.e.ti.
ibi:quãuis lucroſa ſit.¶ Satis poſſet dici ſecundum Collect.
ꝙ bene facit.l.non cominus.Et ſic eam intelligit Inn.& Ar
chi.de iud.ſi annũ.li.vj.¶ Et hoc ꝓ nũc magis placet , quia
licet inter falſum procuratorem,& aduerſarium figuretur
rectè iudicium,& ipſo iure teneat quoad partes:vt ſcripſit
Inno.de app.dilecto.Tamen reſpectu domini illius falſi ꝓ-
curatoris,nullum eſt:vt.C.e.ti.l.licet.Et ideò eadẽ videtur
ratio hoc caſu,ſicut in illo.ſ.fauor minoris,in quo fundatur
illa lex.& tamen illa non videtur reſtringenda:quia priuile
giũ continet:vt.ff.de conſtitu.prin.l.iij.Maximè quia ad-
uerſarius non poteſt ſuum pr̨eiudicium allegare cum ſemel
perſonam illius procuratoris approbarit,& cum eo litem
conteſtãdo quaſi contraxerit:vt.ff.de pecul.l.iij.§.idem ſcri-
bit.ar.ff.de nego.geſt.l.Pomponius.De hoc tamen fortè di
cam in dicto.c.ſi annum.

¶ † QVINTO ibi:*ad agendum*.ſubijcio alias quæſtiones
Collectarij:quærit em̃ primò,circa hoc de cõſtituto procu
curatore ad agendum & excipiendum,an ſit ſufficiens . &
dicit,quòd ſic:quia excipere ſumit ꝓ rñdere.de plus petit.
c.j.§.j.no.ſecũdum.G.nam & Nouellã.de iura.cal.imperato-
res.Secundò quæritur,quid ſi conſtitui procuratorem con
tra Titium,& Meuium & alios omnes.nũquid extendetur
7 ad maiores perſonas:dicam in cle.non poteſt.j.eo.¶ † Ter-
tiò quid ſi conſtitui procuratorẽ ad negocia:nunquid extẽ
datur ad negocia poſt exorta:dicam in dicta Cle.¶ Sed nũ-
quid procurator actoris non cauens in initio de defenden-
do in caſu reconuentionis,eoipſo ſtatim repelli debet? hic
tangit Colle.& Inno.j.e.conſtitutus.de quo plenè per Cy.
C.e.l.actionem.in prima & ſecunda quȩſtione.quod hîc re-
citat Collec.Et hoc eſt,ꝙ volunt iura,ꝙ datus ad agendum
non admittitur,niſi defendat præſtita cautione de iudica-
to ſoluendo.Subaudi dum aduerſarius reconuenit.Sic intel
liguntur no.Inno.ſupra.e.conſtitutis.Et ſecundum hoc va-
let ꝓcuratorium ad agendum ſolùm ipſo iure probatur de
condi.app.ſecundum Collec.qui inducit no.ſua,ſupra.c.ꝓ-
xi.in.ix.q.Verùm caue,quia ſi procurator noo eſt releuatus
per dñm de iudicato ſoluendo niſi de hoc caueat tẽpore
reconuentionis,non eſt ad defendendum ſufficiens.C.de ſa
tiſda.l.vna.&.e.ti.inſti.§.fi.Et ſic ſibi denegatur tunc actio:
vt.ff.e.l.mutus.§.pœna.dicam.j.c.non poteſt.in cle.in pri-
8 ma quæſtione.¶ † Sed an ſufficit exhibere literas procura-
torij ꝓcuratoris actori ſine literis de rato . dicunt quidam
ꝙ non.ar.de offi.dele.coram de tranſactione cootingit . de
reli.do.c.pe.Sed nõ placet Spe.e.ti.§.j.verſu.Itẽ opponitur,
quia ſufficit alterum pr̨emiſſorum:imò duo pr̨emiſſa idem
ſignificant.

9 ¶ † SEXTO quæritur nunquid captiuus,& obſes procu
ratorem conſtituere poſſunt,videtur ꝙ non,per hanc de-
cretalem.& id quod hic notatur.in principio primæ gloſſȩ
ſicut teſtamentum facere:vt.ff.de teſta.l.obſides.& argu . ff.
de iur.fiſc.l.diuus.Neq̃ qui detinetur inuitus,vt hic.Et idẽ
videtur de illo,qui ſub iuratoria, vel fideiuſſoria cautione
tenet obſtagia:vnde dicit lex de tali.quòd ſi dum ita detine
tur deceptus,vel læſus,ſic reſtituitur.& aduerſus eum com-
petit reſtitutio.Ac ſi dicat,quòd nec agere,nec ſe defende-
re poteſt.ff.ex quibus cau.ma.l.nec non . Quod dicit Hoſt.
intelligendum in graui cauſa.& quando abeſt à loco,in quo
litigandum eſt.arg.ſupra eo.querelã.vel quantùm ad lites,
quas habet cũ illis,qbꝰ eſt ratione obſtagij obligatꝰ.ar.ff.qd
met.cau.l.ſi.§.ſi fœnerator.Et in his cõcordat Hẽri.Sup quo
vide qd ſcrpſi in.c.querelã.allegato in tribꝰ primis oppoſi-
tionibus,& præſertim in tertia oppoſitione,& in tertia.q.
¶ Attende tamen,quia Io.Cald.hic in additiõe dicit,quòd
dictum eſt,de captiuo debere intelligi de captiuo hoſtium:
vt.ff.ex quibus cau.ma.l.ait pr̨etor.De alio verò detento in
vinculis dicit,ꝙ bene põt conſtituere procuratorẽ:vt.ff.de
minori.l.papinianus exuli.ſecundũ Inn.qui hoc no.de ſpon
ſa.cum locum.Quod intellige ſaluis his,quæ proximè dixi.

10 ¶ † SEPTIMO quæritur ibi:*ad agendum , & reſponden-
dum*.quia vltra requiritur,quòd procuratorium contineat
releuationem ipſius procuratoris:per quem modum domi-
nus debet releuare procuratorem ſuũ in procuratorio.Ecce
habes hîc in gl.ij.ꝙ debet io cõſtitutione ſatiſdationem ex-
ponere,per quam fideiuſſor ſui procuratoris exiſtat iudica-
tum ſolui ſub hypotheca &c.vt in gl.vij.quantùm ad duo
capitula iſtius clauſulæ iudicatum ſolui.ſ.quòd procurator
dñm defendet,& dolum non committet : non intelligitur
domious promittere factum ſimpliciter alienum:quia tũc
ſtipulatio nõ valeret,ſed factum ſuum proprium.ſ.ſe factu-
rum,&curaturum &c.vt.ff.de verb.obli.l.ſtipulatio iſta ha
bere.ſecundum Inn.Et facit qd no.j.eo.conſtitutis.&.j.de
ſponſa.ex literis.in.j.gl.Et in Speculo de ſatiſdat.§ pe.verſu.
11 item quȩritur.¶ † Sed quȩritur circa hoc,nũquid ſpecialis,
vel generalis cogitur præciſè dominũ defendere?dicit No-
uella poſt Inn.te ſcire debere,quòd non poteſt ad hoc cogi
præciſè,niſi velit etiam ſi ſatiſdederit,de eo defendendo,&
de iudicato ſoluendo:vt.ff.e.l.mutus.§.vlt.&.l.ſe.Et hoc ve-
rum,niſi io certis caſibus ſpecialibus, quorum primus eſt,
cum dominus pro procuratore præſente & non contradi-
cente ſatis dedit,videlicet oe fidem fallat duobus.ſ.domino
& aduerſario.ff.e.l.filiusfa.§.vlti.Secundus caſus eſt:ſatiſde-
dit dñs pro procuratore abſente,& poſteà procurator ratũ
hoc habuit tacitè,vel expreſſè.¶ Tertius caſus eſt , ſi agat:
quia tunc defendere cogitur:vt eſt dictum . Quartus caſus
eſt ſecundum quoſdam,ſi ſuſceperit procurationem litis,
quæ eſt tempore peritura:quia tunc pr̨eciſè cogetur litem
conteſtari:vt.ff.e.l.ſed etiã ex his.&.l.mutus.§.vlti . ¶ Quid
ergo valet ſatiſdatio?certè ad hoc valet,quia ſi ſatiſdederit
de domino defendendo,& dominum nõ defendit,cõmitti-
tur ſtipulatio ſatiſdationis ob rem non defenſam : vt.ff.e.l.
non cogendum.& tenet domino ad intereſſe.inſti . mãda.§.
mandatum quidem.ſecundum Iono.qui hoc notat.j.e.con
ſtitutis.de quo in Spe.e.ti.§.vt autem. in fi.& de ſatiſda.§.pe.
verſu,ſed quæritur.fortè tangam.in dicto . c . conſtitutus.

¶ Supple gloſſas.¶ In gl.ſecunda.ibi:*in actio*.hoc non habet
locũ in procuratore neceſſariò dato in rẽ ſuam:vt.ff.e.l.ſer-
uum.in fi.&.l.ſe.Et vide in Speculo.e.§.j.verſu.Item excipi-
tur,ꝙ licet.& ſequentibus: Et ibi.*contrahere poſſum*.& dato,
quòd inuito patre,filia contraxerit,dummodò dignum eli-
gerit,pater eam dotare tenere tenetur.ff.de ri.nup.l.qui li-
beros.& no.xxxij.q.ij.c.fi.&.xxvj.q.j.c.vlt.Et in fi.ad hoc de
deſpon.impube.c.vno.ad fi.li.vj.& de iudi.c.fi.e.li.

SVMMARIVM.

1 *Procuratori ad conſulendum dominũ induciæ,an denegari poſſunt? Et quid de prælato conuento de his,quæ in capl'o facta ſunt.n.2.*

Procuratore

3 *Procuratore ad negocia ſimpliciter conſtituto, ſi quis vltra mare profectus ſit, ac deinde rediſt, nec reuocato procuratore, aliam profectionem ſuſcepit, an duret procuratoris poteſtas?*

CAP. XI.

Dilectus filius. ¶ Caſ. Si generali ꝑcuratori denegentur induciæ ad conſulendum dominum abſentẽ ex cauſa ꝓbabili poterit appellare. ¶ Et prima pars narrat grauamen appellãtis: ſecũda dat iudicem, ibi: quocirca. ¶ Expone literã, *ſtudij*. & ſic erat abſens ex cauſa probabili. & de his abſentibus, quando reſtituantur, dedit Nouella remiſsiones.j. de verbo. ſigni. dilecto. ſuper fine ſecundæ gloſſæ. *Super eadem eccleſia.* erat ergo ardua cauſa, ad quam non tenetur impeditus cõſtituere procuratorẽ. de quo ſcripſi ſupra. c. querelam. *Omnia* præſentia, & futura negotia etiam agere, & experiri poterat exceptis caſibus, qui mandatum exigunt ſpeciale. j. e. qui generaliter. in principio li. vj. *Si eſt ita.* ante reuocationem debet conſtare de veritate grauaminis. de app. non ſolùm. li. vj.
a ¶ † Opponitur contra decretalem, quia aut citatus eſt dominus, & in perſona propria per citationem apprehenſus: & tunc non ſunt ſibi dandæ tales induciæ. Nam citatus, ſuper certo articulo, vt ſuper illo veniat reſpõſurus, ſi ad hoc procuratorem deſtinet, debet illum ſuper huiuſmodi articulo informare, quòd ſi non fecerit, in culpa eſt: Nec ſibi induciæ dari debent: quia ſuæ culpę id imputare debet. arg. j. de regulis iuris. c. damnum. ¶ Aut citatus fuit in perſonam procuratoris, cui cauſam illam commiſerat, vt eam defenderet: & tunc etiam huiuſmodi induciæ ſibi dari non debent: quia præſumitur, quòd dominus inſtruxerit eum. Aut citatus eſt ad domum, & non perſonaliter, in quo caſu quidam nituntur ſaluare intellectum iſtius decretalis. Sed malè ſecundum Inno. quia ad effectum diffinitiuę citatio ad domum non eſt ſufficiens, ꝓut ipſe Inno. deducit. j. latius. j. de eo, qui mittitur in poſſeſsionem: ſi aduerſarius. vbi ipſe deducit, etiam qualiter huiuſmodi citatio non eſt ſufficiens, niſi in caſibus certis. Dicit ergo. quòd aliter reſpõdere potes, videlicet quòd hic non fuit citatus ad domum quia hoc non ſufficeret. Sed fuit citatus in perſonam procuratoris generalis, qui ſi vult reſpondere, poteſt. Sed habebit dilationem: vt dicit hæc decretalis. Sed per hoc nõ dicimus quòd procurator generalis teneatur reſpondere, niſi velit: vt. ff. de procur. l. ſed & hæ. § prætor. & l. mutus. § fi. & l. non eo. ¶ Dicit etiam Inno. ꝙ & aliter reſponderi poteſt: quia poteſt etiam loqui hæc decretalis in caſu, in quo ille principalis bononiæ exiſtens ibi fuiſſet per citationem perſonaliter apprehenſus. Sed non fuiſſet ſibi expreſſus articulus in citatione, ſuper quo reſpondere habebat. Tunc eñ ſi miſerit procuratorẽ generalẽ, vel ſpecialẽ ad cãm: ille habebit hãc dilationẽ ad eũ cõſulẽdũ, pro eo ꝙ cũ ignoret, ſup quo citabaſ, nõ potuit inſtruere ꝓcuratorem ſup illo. vñ recepit Inn. iſtud notabile, qđ ſi quis citat⁹ eſt, nõ expreſſo, ſup quo conſtituit procuratorẽ, procurator debet habere inducias: vt conſulat dominum. ¶ Plus dicit Hoſti. quòd quandoq; aliquid occurrit, ſuper quo procurator per ſe reſpondere non poteſt, nec poteſt aliquid domino imputari: tunc habebit procurator tales inducias ad dominum conſulendum: vt ſe ſic inſtruat, & reſpondeat. ar. C. eo. l. fin. & ff. eodem. l. ſi actor. infrà de iuramento calumnię. in pertractandis. de teſtibus. præſentium. libro ſexto. Et quia in facto alieno iuſtè dubitat. ff. pro ſuo. l. fina. Nec ſubire tenetur anceps periurium. ff. de in litem iurando. videamus. in principio. Sed pudori ſuo parcere. ff. eod. quæ omnia. ff. mandati, vel contra. l.
a Quintus mutius. ¶ † Per quæ putat etiam Hoſtien. quòd ſi prælatus cõqueritur, & quæritur de his, quæ facta fuerunt in capitulo, in quo ipſe non interfuit, quòd dilationem obtinere debet ad ipſum capitulum conſulendum. Ad hoc de teſti. veniens. ſecundo, ad finem. ¶ Intellige ergo quod hic dicitur de principali conſulendo, cum ipſe principalis non fuit in culpa non inſtruendo procuratorem: & fortè, quia tunc non erat lis mota: nec forſan cogitata: dum ſcilicet illum conſtituit. Et vide quod notatur in Speculo. de dilatione. § fi. verſu. ſed quæro, ecce. & quod ſcripſit Nouella. in c. in pertractandis. allegato ſuper verbo, omnino. ¶ Hinc eſt, quòd Collectarius in textu ibi: *procurator ipſius generalis.* ſupplet idem de ſpeciali ad certam cauſam dato, dummodò non exprimatur in citatione cauſa, ſuper qua debet conueniri citatus. & allegat Innocentium. hic in principio & in fine. Secus dicit ſi cauſa eſſet in citatione expreſſa: remittit ad no. Inn. & Hoſtien. vt lit. non conteſt. quoniam. Et ſic dicit intelligenda notata in diſtinct. per Inno. de dilat. expoſuit. in glo. ſecunda. Inducit & notata Ber. de iura. calum. cum cauſam. Licet ergo procurator conuenti actione perſonali non poſsit dominum nominare in iudicio, vt not. Nouella vt lit. non conteſt. quoniam. § quòd ſi ſuper. quia ille. § & l. ſi quis. C. vbi in rem actio. loquuntur in actione reali, tamen poteſt, vt dominũ conſulat, dilationem petere, ſecundum hic lecta, & notata: licet aliqui contrarium dicere videantur, pro eo quòd iſta decretalis loqui videtur in reali: pro eo, quia loquitur in illo, qui eccleſiam vendicabat. & tamen not. Inno. in c. quoniam. § quòd ſi ſuper. alleg. ſuper verbo poſsidet. in fine. quòd nominatio domini non habet locum in perſonalibus. Sed ex hoc non ſequitur, quando habeat locum deliberandi dilatio, de qua hic loquitur, & de qua per Inno. infrà de dila. c. fi. in fine.

3 ¶ † Iuxta præmiſſa quæritur: pone: volens ire vltra mare conſtituit procuratorem ſimpliciter ad negocia ſua: & poſteà peregrinatur, & poſtmodum rediit. Et deinde facit aliam peregrinationem, non reuocato procuratore: quæritur nũquid duret eius poteſtas? Sed quia mouet eam Nouella. j. eo. ſi quem. libro ſexto. vbi intendo dicere, hic non dicam. ¶ Supple gloſſas. In glo. prima in fine. Si velles dicere, quòd Iudices iſtum ſcholarem citaſſent Bononiæ. tunc dic, quòd in citatione non expreſſerunt articulum, ſuper quo citabant. Et ideò etiam ſpecialis procurator miſſus per ſcholarem ad cauſam, has inducias habere debebat, ad conſulendum, ſecundum Inno. vt dixi ſupra. ¶ In gl. ſecunda. ibi: *iudicia.* vult ergo gloſſa quòd iſte procurator etiam ad iudicia. Sed idem dic, etiam ſi fuiſſet tantùm ad negocia, quod dic vt. j. eo. qui generaliter. primo reſponſo. lib. vj. In gl. vlti. ibi: *non poterat.* maximè ſuper hac ardua cauſa. arg. ſ. e. c. ij. Et in fi. de hoc plenius. j. de regulis iuris. indultum. in fi. lib. vj.

SVMMARIVM

1 *Procurator ſolum ad agendum conſtitutus, an ſit ſufficiens?*
2 *Maritus pro vxore ſine mandato in iudicio agere poteſt.*
3 *Procurator rei ad agendum conſtitui non debet. Et quid ſi ad agendum tantum ſit conſtitutus: an ad defendendum cum cautione ſit admittendus? numero. 9.*
4 *Conſilium iudicibus aptum ad terminorũ ad aliquid efficiẽdum præfixiones.*
5 *Libellus in litis initio, an ſit reo ſemper offerendus?*
6 *Sententia aduerſus dominum ab alio defenſum lata, quando in bonis ipſius executioni mandetur? Et in cuius perſonã ſienda ſit. numero. 15. ad finem.*
7 *Procuratorem ſi quis ſui defendendi cauſa conſtituat: nec velit eum procurator conſtitutus defendere: an in expenſ. condemnari conſtituens poſsit? & nu. 10.*
8 *Marit⁹, an pro vxore, & ſine mãdato agat? Et an ſit cõiũcta perſona?*
11 *Reus corã iudice delegato citatus procuratorẽ cõſtituit: procurator autẽ omnia ſibi fieri fidem de iudicis poteſtate deſiderat: & iudex cõtrà de mandato, vter prius fidem facere debeat?*
12 *Procurator ad bonam diffamati famam probandam conſtitutus in ſpecie de qua hic, an ſit admittendus?*
13 *Citatus ad diem certam, ſi ad illã diem mittat, non ad excipiendũ, nec ad aliud quippiam ſpecialiter expreſſum: ſed gñaliter ad exercendũ omnia, quæ eadẽ die occurrent, vel fuerint facienda: an id ſufficiat? Et quid in caſu ſequenti. nu. ſeq.*
15 *Procuratoris officiũ quodnam ſit. Et quid ad eius officium pertineat.*

CAP. XII

Conſtitutis. ¶ Caſ. Si reus recedat à
iudicio dimiſſo procu-
ratore ſolùm ad agendum, contumax eſt, &
condemnatur in expenſis. ¶ Et pars prima
narrat contumaciam, & condemnationem
rei. Secunda condemnationem approbat, & cauſam cómit-
tit. ibi: *Nos autem.* ¶ Expone literá. priore. qui reus erat, *lu-
co.* & actore *Noſtrum.* ꝑ alijs honorandum. de ma. & obe. per
tuas. *Etiam.* ſ. priorem. *Ex hoc.* quia illicétiatus receſsit. & pro-
curatore ſufficientem nó reliquit *Sterlingorum.* niſi hoc fuiſ
ſet dict ñ, qd intelligeref de minori marca. ff. de leg. ij. l. mi-
nimis. Goſ. niſi conſuetudo patriæ obſtaret. ff. de contrahé.
empt. l. imperatores. Hoſti. *Condemnaui.* Condemnatur er-
go quis ad expenſas in libello non petitas, ſecundum Pet. &
Ab. qui remittit ad id, quod dixi ſupra, c. auditis in fine. *Cu-
pientes.* hoc dicit propter commiſsionem, quam facit in par
tibus *Dignoſcitur.* circa condemnationem expenſarum.
1 ¶ † Primò nota, ꝙ ſi procurator conſtituitur ad agendum
ſolùm, & non ad defendendum, non valet procuratorium,
2 de quo hîc in gl. ij. ¶ † Secundò nota, quòd marit⁹ ſine má-
dato poteſt in iudicio agere pro vxore. de quo latis. C. eo. l.
3 maritus. ¶ † Tertiò nota, quòd procurator rei non debet
ad agendum conſtitui. Sed potius ad defendédum & quòd
ſi defendere velit ex hoc non excuſatur contumacia rei de
quo poſteà dicam.
¶ PRIMO opponitur intrando ſecundam gloſſam Inn.
contra notabile primum. Nam ad allegandum, & probandú
cauſas abſentię, iuſtè conſtituitur procurator in iudicijs
etiam ante lit. conteſt. vt ſupra eo. querelam. & no. j. de accu-
ſa. veniens. Item ad defendendum vt hîc, & etiam ad produ
cendum teſtes, & ad appellandú & cætera huiuſmodi, quæ
ante, vel poſt litem conteſtatam proponenda occurrunt. de
proba. quoniam contra. prout cauſarum experientia docet.
ergo & ad agendú ſolùm poteſt conſtitui ꝓcurator: vt vide
tur. Solue, vt hîc no. in gl. ij. ¶ Et ideò dicit Inn. hîc in prin-
cipio. iij. gl. ꝙ ſi reus reconueniret actoré, valeret tunc pro-
curatoriũ ad agédum: vt. ff. de procurator. l. ſed & hæ. § de-
fendere. Et. C. de ſen. & interlo. authé. & conſequenter. ¶ Iu
xta quæ proponit Inn. in. ij. gl. quæſtionem curioſam. Pone,
ꝙ ante libelli receptionem conſtituitur procurator ad ꝓ-
ponédas cauſas recuſationis: aut exceptiones dilatorias, vel
declinatorias fori, vel alia huiuſmodi: nunquid eſt idoneus
procurator? & tenet, quòd non, niſi prius dominus recepe-
rit libellum, ſubaudi, vel niſi conſtitutus fuerit etiam ad re-
cipiédum libellum, aut ędítionem actionis: vt j. patet. ¶ Et
hoc Inn. probat ſic: quia ſemper in principio reo mittend⁹,
vel offeréd⁹ eſt libell⁹. iij. q. iij. c. inducię. § ſpaciũ. & C. de lit.
cóteſt. auth. offeratur. Sed iſte de quo dictum eſt, non habet
poteſtatem recipiendi libellum vigore dicti procuratorij.
ergo nec recuſandi, nec excipiendi. ¶ Secundò probat ſic:
quia reo non competeret exceptio, niſi aliquis contra eum
ageret. Sed principium agendi eſt ædere actionem, vt
ff. de ęden. l. j. igitur ſi nullus compareat, qui habeat poteſta
tem recipiendi libellum, vel ędendi actionem, nó eſt in ea
cauſa aliquis reus. & ſic per conſequés nec cauſas recuſatio
nis, nec dilatorias, nec peremptorias exceptiones, tanquàm
reus poterit proponere, cũ nó ſit ad quid, vel cótra qué ꝓ-
ponat, etiam nullum videtur iudicium ordinatum cũ nul-
lus actor compareat, & nullus ſit reus, & nulla cauſa ędatur.
argu. j. de verbo. ſig. c. forus. § in omni. deficiente igitur iu-
dicio per conſequens in ipſo quod nó eſt, exceptio proponi
nõ poteſt. ¶ Tertiò hoc probat alia ratione: quia aut iſte ꝓ-
curator ad excipiendũ cóſtitutus, dicit ſic: dominus meus
non tenetur comparere coram te: quia pars aduerſa, vel iu-
dex eſt excõmunicatus. & tunc non eſt audiédus: quia tunc
etiam comparere debet: vt ſuprà de app. c. ſi duobus. & c. cũ
parati. & ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ¶ Aut dicet, nó teneor
reſpondere in principali cauſa. & hoc non oportet eum di-
cere: quia hoc certum eſt: quia procurator nó eſt in illa. Sed
nec aliâs de excommunicatione proponere poteſt, niſi for-
tè accuſando, quamquá excuſare abſentiam poſſet. licet ſi eſ
ſet procurator conſtitutus ad recipiédum libellum, vel ędi
tionem actionis, bene poſſet proponere recuſationem, &
exceptionem: & tunc bene valeret procuratio ſuper his: qa
hîc aliquis eſt reus, ſeu procurator rei ad ea, quæ ſufficiunt
4 in præſenti: licet non ſufficiant ad totam cauſam. ¶ † Et hu
ius occaſione ad inſtructionem iudicum ſubdit Inno. quòd
prudenter attendant iudices, quòd quando aſsignant termi
num ad producendum teſtes, vel ad aliud conſimile, quòd
ſemper alij dicant, & ad omnia alia facienda, quæ occurrét:
quia niſi adijceretur, hoc ſufficeret domino conſtituere ꝓ-
curatorem ad producendum teſtes. nec ille procurator
ad aliud teneretur, niſi ad teſtes producendos, ſeu produci
videndos. & ad ea, quę circa productionem teſtium neceſſa
ria forent. vnde ſi tunc ex aliqua cauſa omitteretur produ-
ctio teſtium, non poſſet cum illo procedi ad alia: quia non
eſſet in eis procurator. ¶ Subdit tamen, quòd ad hoc tene-
tur quilibet procurator quátuncunq; diſtrictè ad aliquem
certum articulum conſtitutus ſit: ꝙ ad alia, quæ ſequuntur
in iudicio facienda recipiat terminum, ne circunducatur
edictum. xj. q. iij. in. c. certum. & melius. ff. de iudi. & poſt edi
ctum, & quia acceſſorium diei, & articuli procuratorij. arg.
ff. de reg. iur. cùm principalis. & ff. e. l. ad rem. & l. ad legatũ.
& habes ſimilem gloſſam Inno. j. de accuſa. c. ſi. fatetur tamẽ
Inn. alios dicere, quòd procurator conſtitutus ad excipien-
dum tantùm, admittendus eſt. & excipere põt etiam ſi non
habeat procuratorem ad defendendum vel recipiendum li
bellum. Nam in hac cauſa reus eſt dominus, licet ſit abſens.
Et hoc vltimum credit Hoſti. verius, dummodo rationabi
le quid proponat. Nam & ante libelli oblationé poteſt pro-
poni recuſatio. vnde proponitur etiam ſi nullus libellus of
fertur, vt patet. j. de app. cum ſpeciali. § j. Et etiam conſiliũ
eſt, ꝙ hoc fiat. & ſi libellus poſteà offerri debeat, vt patet in
eo, quod legitur. j. de re iudi. inter monaſteriũ. Nec ob. per
Inno. allegata. quia nunquàm citatur aliquis, quin appareat,
& quin etiam exprimatur, ſaltem verbo qs. & ad cuius in-
ſtantiam. & ſuper quo eſt citatus, & per ſolam citationem
etiam ſine libelli oblatione aliqua dicitur iuriſditio perpe-
tua ſi eſt, vt patet in eo quod legitur, & notatur ſupra de of-
fi. dele. gratum. Ergo & ſi iudicium per libelli oblationem,
& lit. conteſt. nec fundatum ſit, nec ordinatum, iuriſditio
tamen citantis eludi poteſt & forus exercendę litis declina
ri. & per iuris garrium diſceptari vt patet. j. de verborum
ſignifi. forus. j. reſponſo. & § j. verſu, iurgium. ſi verò nil
rationabile prætendat, & locus ſit illa die oblationi libelli:
tunc omnino eſt tanquam inſufficiens repellendus. Et ſic
debet intelligi hoc. c. Et idé eſt, ſi ſub certa formá eſſet per
ciuitatem, qui hoc facere poſſet procuratorem limitatum:
vt j. de dolo. c. ſi. ſaluo eo, quod notatur de iudi. c. iuris. li. vj.
Illud tamen aſſerit Hoſti. quòd iudex eluſionibus occurre-
re debet. Et materiam huius gl. vide in Speculo. e. ti. § iij. ver
ſu, quid ſi ſit conſtitutus. Et ibi addit Io. in additione, quòd
procuratorium ad certum diem non ſufficit ad illam proro
gandam: inducés. de offi. deleg. cum olim. de præben. cui de
non. li. vj. de app. ſignificauit. C. e. l. maritus. ff. de arbi. nó di-
ſtinguemus. § ſi. ff. iudica. ſol. cum apud. Et quia conſtituens
hoc euenire ſolere, & poſſe debuit cogitare. ij. q. vj. anterio-
rum. ar. de homicidi. is, qui li. vj. Dicit etiam dominus Mar-
tinus de ſalua Papienſis Epiſcopus quòd dicta opinio cõ-
traria in Nouella verior eſt, & plus approbatur: quia multa
veniunt ante lité conteſtatam neceſſario expediéda, ꝑpter
quæ parantur exceptiones, & appellationes. & ſit plerunq;
proceſſus bñ longus, vt cauſarũ experientia docet. Et ita au
diui eum dicere in conſilijs & in ſcholis. ¶ Iſta eſt veritas, li
cet ſit graue ita de plano Nouellæ contraire. Et vt planiùs
intelligas, ſic diſtingue: quia aut talis procurator ad exce-
ptiones huiuſmodi dilatorias, vel declinatorias proponen-

das, tñ

das tantũ modò cõſtitutus nihil rationabile excipiẽdo pro
ponit, propter quod debeat impediri proceſſum in negotio
principali & tunc citatum debet iudex pronunciare contu-
macem, & condemnare in expen. & in eius contumaciam
procedere ad vlteriora, prout natura cauſę, & iuris ordo re-
quireret. Et hoc pro eo: quia citatus ſuper eo, ad quod cita-
tus eſt per ſe, vel alium, legitimè non reſpondet: nec com-
paret: nec alleg. per ſe cauſam rationabilẽ, quare ad hoc mi-
nimè teneaſ: vt. ff. ſi quis ius dic. nõ ob. l. j. in prin. & de re iu-
di. l. cõtumacia. in princ. ¶ Aut talis procurator excipiendo
proponit aliquid rationabile in ſua exceptiõe dilatoria, vel
declinatoria quo ꝓbato nõ debet de iure in negotio princi-
pali ad vlteriora procedi. & tunc aut non eſt cõſtitutus pro
curator ad ꝓbandũ: ſed ſolũ ad proponẽdũ: & tũc ſit locus
opinioni Inno ꝙ non ſit ad hoc admittendus: quia non va
let veritatem in iudicijs proponere, niſi probetur. j̃. de app.
interpoſita. imò, niſi ſtatim, vel in termino aſſignato pro-
bauerit repelleretur. Probatur de offic. dele. prudentiã. §. ſexto.
vt ibi dixi in. ij. notabili. niſi illa veritas ꝓpoſita eſſet noto-
ria quia licet notoria propoſitione egeant, non egent tamẽ
probatione: vt patet ex his. quę leg. & no. de iureiur. ad no-
ſtram. iij. Aut eſt conſtitutus, etiam ad eas probandas: &
tunc dico ſalua pace Innocẽ. ꝙ admittendus eſt. ¶ Et eſt ra-
tio, quia ſi dominus præſens ad hoc admitti deberet per ſe-
ipſum, vt de ſe patet: ergo & in eius abſentia per alium. per
regulã. iur. quæ dicit, quòd põt quis per alium, quod põt fa-
cere p ſeipſum. j̃. de regu. iur. poteſt quis. lib. vj. ¶ Item per
aliam iur. regulam, quæ habet ꝙ poteſt quis cõſtituere pro-
curatorem ad plures res, vel ad vnam: & per cõſequens ad
totam vnam cauſam, vel ad plures articulos, aut ad vnicum
articulũ vnius cauſe: vt. ff. eo. l. j. §. j. vt eadẽ ſit ratio totius &
partis. ff. de rei. ven. l. quæ de tota & hoc etiam cõcedit Inno.
extra tamen caſum iſtũ, in quo ſolùm dicit contrariũ pro-
pter quaſdã rationes. ſ̃. per me tactas, ad quas inferius re-
ſpõdebo facit quia edictũ iſtud de procuratoribꝰ. eſt perſo-
narum certarũ & rerum prohibitoriũ, vt. ff. eo. l. mutus. §. j.
& j̃. eo. c. j. lib. vj. & per conſequẽs in omni caſu nõ prohibi-
to, põt cõſtitui procurator. Modò iſte caſus nõ reperiſ pro-
5 hibitus. ergo &c. ¶ † Nunc ad rationes Inno. formaliter re-
ſpondeo, & primò ad primam cum dicit, ꝙ ſemper in prin.
reo eſt offerendus libellus &c. fateor enim hoc in prin. litis
ſuper principali negotio agitandæ, in qua videlicet ex ordi-
ne iudiciorũ neceſſarius eſt libellus. Sed dico, ꝙ ante hmõi
principiũ, & libelli dationem, qõ incidens pręiudicialis pro
ceſſui huius litis, videlicet exceptionis dilatorię, vel declina
torię agitari põt: vt. C. de excep. l. fi. vbi glo. de hoc. Imò ex-
ceptione dilatoria propoſita ſuſpenditur proceſſus negocij
principalis, & ſtatim cognoſciſ de eadẽ. ſ̃. de offi. dele. prudẽ
tiam. §. ſexto. & ibi ſcripſi in ſecũdo notabili. fruſtrà in anteà
offertur libellus illi, qui nec illum vult recepere, nec ad illũ
recipiendum de iure poteſt arctari. ar. ff. ad velley. ſi quan-
do. Ideò negatur talis conſequẽtia. Iſte procurator non ha-
bet poteſtatem recipiendi libellum, nec excipiẽdi, quia ſuf-
ficit ei qui ipſum conſtituit habeat poteſtatem recipiendi
libellum, & ipſi conſtituto faciendi id quod facit. ¶ Ad ſe-
cundam rationem Innocẽ. cum dicit, quòd reo non compe-
tit exceptio niſi aliquis agat contra eum: poſſum dicere id
verum de exceprione peremptoria quæ eſt actionis exclu-
ſoria etiam intelligitur. ff. de excep. l. ij. in principio. Sed etiã
poſſum dicere id verum de exeptione peremptoria, quę eſt
actionis excluſoria etiã intelligitur. ff. de excep. l. ij. in prin-
cipio. Sed etiam poſſum dicere, quòd ſicut exceptio perem-
ptoria eſt excluſoria propriè actiõis, ita dilaturia & declina
toria eſt excluſoria ſuo modo reſpectu temporis, vel perſo-
næ proſequutionis ſeu tractionis. Et ita per conſequens. in-
tentionis. Nam quia ille, ad cuius inſtantiam talis trahitur
ad forum illius in iudicio, vt illam cauſam contra eum ibi
tractet: in hoc eum proſequitur, & eſt intentionis ſic tra-
here illum, & contra illũ procedere coram illo iudice in illa

cauſa. & iſte per exceptionem dilatoriã, vel declinatoriam,
quam proponit nititur tractum, proſequutionẽ & intẽtio-
nem huiuſmodi excludere, vnde in exceptione tali, & quę-
ſtione habita ſuper illa eſt reperire actorem, reum, iudicẽ,
& cauſam ſuo modo. Et ita per conſequens iudiciũ quantũ
ad hoc ſufficienter figuratum. Nam obtinẽs citationem vi-
cem actoris ſuſtinet: quia citatum in hoc proſequitur tan-
quam actor, videlicet vt ille citatus coram capitulo iudice,
ſuper tali cauſa habeat reſpõdere, citatus obtinet vicem rei:
quia exipiendo quo ad hoc hmõi intentionẽ elidit, quan-
tum in ſe eſt. & iudex qui habet cognoſcere de hmõi exce-
ptione, & ſuper hoc interloqui, neceſſario in hoc procedit,
vt iudex. ipſa verò exceptio, & eius qõ dicitur res, vel cauſa,
ſuper qua in iſto articulo diſceptatur. Et huius occaſione
fuerunt multi, qui dixerunt, ꝙ ſuper exceptionib. hmõi eſt
facienda conteſtatio litis. de quo ſatis per Ber. de offic. del.
c. prudentiã. §. ſexto. in gl. ex loco iſto. de quo ibi ſatis dixi in
ſecunda oppoſitione: ſeruatur enim ordo in probationibꝰ
ſuper exceptione dilatoria recipiendis: vt. d. §. ſexto. vbi de
hoc ſcripſi in. iij. notabili. ¶ Ad tertiam rationẽ Inno. cum
dicitur, aut procuratorem dicit, &c. reſpõdeſ quòd procu-
curator nõ dicet ſimpliciter ꝙ non teneatur dominus ſuus
comparere: ſed dicet, ꝙ non tenetur dominus ſuus libellũ
recipere: nec libello reſpondere, ſeu aliâs procedere cum
eo. & coram illo in negotio principali, vel qa iudex non eſt,
vel quia talis eſt, qui de cauſa hmõi aliâs cognoſcere nequit:
vel quia ſi iudex eſt tamen ad cauſam iſtam, vel ad perſonã
citati ſua iuriſdi. ſe non extendit. & tunc dicitur, ꝙ quoad
expeditionẽ huius articuli: & vt ille interloquaſ ſuper hoc
& pronũciet ſe non eſſe iudicẽ aut ſe non debere procedere
ad vlteriora, & condemnet actorem in expenſ. bene compa-
rere tenetur: vt. l. ſi quis ex aliena alleg. &. ſ̃. de reſcript. ſup
literis. in fi. Sed nõ in negocio princi. donec ſaltẽ ſit repul-
ſa ſua exceptio, aut pronuntiatum ſuper illa: vt dixi. ¶ Et
ad hoc adhuc redibo. j̃. in prima qõne. Lignano autem &
Nouel. placere etiam videtur dicta opinio Hoſt. & ſeruatur
in curijs. & maximè apud ſedem Apoſtolicam.
¶ Secundò opponitur ibi: *ſufficientem*, intrando materiam
glo. Inno. nam videtur malè damnatus iſte ex ea cauſa, quia
procuratorẽ ad defendendũ non inſtituerat: quia non vide
tur mandatũ ponderandũ. Sed videtur ſola ſatiſdatio pon-
deranda: quia quilibet ſatiſdare volens ad defendendũ ad-
mittitur, etiam ſine mandato: vt. C. de ſatiſdan. l. vna. Et. C.
eodem. l. exigendi. Et etiam mandatũ habens ſatiſdare no-
lens admitteſ. ff. eo. l. ſed & hæ. §. ij. C. de ſatiſda. l. vna. §. vlti.
6 ¶ † Aduerte, Inno. dicit ſic, ꝙ multùm refert, an cum man
dato domini, vel ſine mandato domini quis defendat: quia
primo caſu mãdaretur ſententia exequutioni in bonis dñi,
& recõueniri poſſet dominus in perſonam eius. Et ſecundo
caſu de vtroq; ſecus: vt. ff. eo. l. ſi procurator. de inſtitor. l. ſi
quis. in prin. de acti. empt. l. Iul. §. ſi ꝓcurator de re iudi. l. ſi ſe.
in prin. ideò nõ immerito. Secundo caſu dñs contumax re-
putatur & condemnatur in expenſ. quia & ſi ad defenden-
dum alter pro eo admittatur, tamen per hoc actori nõ ſa-
tiſfit: vt patet ex dictis. Adimit enim beneficiũ exequutio-
nis fiendæ in bonis ſuis, vt hic, & inſti. de acti. §. hinc autem.
& §. præterea. &. j̃. de plus peti. c. vno. ¶ Præterea, vt dicit
Inno. hic procura. non offerebat ſatiſdationẽ & ſi nullũ re-
manebat actori auxilium. Verum ſi ſatiſdare vellet, magis
tunc placet Inno. ꝙ deberet admitti, & abſens non condem-
nari in expenſ. vt. d. l. exigendi. Poteſt enim dici ſecundum
eum per dictam legem ꝙ ſit audiẽdus defenſor, etiam ſuper
cauſam principalẽ ante lit. conteſt. & poſt, & hoc cum ſatiſ-
datione. ff. de ſolu. l. qui ſolutionẽ. Verùm cum contumacia
appareat recedentis, & per ipſum poſſet multa beneficia cõ
ſequi pręſens, ſi adeſſet, vel procuratorẽ conſtituiſſet. Satis
poteſt dici ſecundũ eum, ꝙ condemnari poteſt in expenſ.
intelligo etiam ſi defenſor appareat, & admittatur ad cau-
ſam, quicquid. ſ̃. ſit dictum. & hoc per id, quod dixi. ſ̃. in

verſa, adimerit enim. Subdit autem Innoc. quòd non facit
differentiã vtrũ ante, vel poſt litis cõteſt. defenſor veniat: qa
vtroq; caſu audiendus eſt, qui iura abſentis dicit. Sed etiam
ante litis conteſt. iudex ex neceſſitate tenetur admittere de
7 fenſorem. ff. de ſolu. l. ſolution. ¶ † Cuius occaſione dicit
Inno. ſi ad defendendũ procuratorem quis conſtituiſſet, &
procurator eum defendere nollet: nunquid in expenſ. poſ-
ſet conſtituens condemnari? & reſpondet, ꝙ imputet ſibi
quòd vocatus non comparet, vt debet: & ꝙ minus idoneũ
elegit: vt. ff. naut. caup. ſtabul. l. vlti. § hac autem actiõe. &. ff.
de minor. l. cũ mandato. Et poſtmodũ ſubdit Inno. qualiter
ꝓcurator cogit defendere? quod ſcripſi. ſ. eo. accedẽs. in. vij.
q̃õne. ver. ſed quærit. De materia ante dictę ſatiſdat. vide ali
qua notabilia dicta Io. And. in Spec. eo. ti. § ratione autẽ cau-
ſæ. additione, quæ incipit. dubitant autem aliqui, an lex.
¶ Tertiò opponit ibi: *vxoris nomine*. nam ſine actione ne-
mo experitur: vt. ff. de negocijs geſtis. l. ſi pupilli. § videamus,
verſ. & certè. quod non apparet in textu, ꝙ vxor iſti actio-
8 nem mandaſſet. † Sol. ſpeciale eſt in marito, quia agit pro
vxore ſine mandato: niſi ſit ſibi prohibitũ: quia cõiuncta
perſona eſt. C. e. l. marit⁹: dummodò caueat de rato, vt ibi. &
omnino vide circa hoc quod ſcribam. j. in quinq; primis
ſuppletionibus primæ glo. ¶ Sed contra videtur, quod imò
coniunctus agat ſine cautione: vt. C. de pac. l. fi. Sol. Collec.
dicẽs ꝙ ibi coniũcta perſona habebat inſtrumẽta & ſic duo
concurrebant, quorũ alterum non ſufficeret, de o. ij. delega-
ti. coram. ſecundũ Cyn. in. l. maritus. Sed vide, quę ſcripſi in
d. c. coram. ¶ Sed videt ꝙ maritus non ſit cõiuncta perſona:
quia non eſt affinis, ſed affinitatis cauſa. ff. de gradi. l. non fa-
cilè. § affines. Sed dic hoc maius, quia principiũ eſt affinitatis
vt not. ff. eo. l. ſed & hæ. in princ. facit quod dicitur de cita-
tione, quæ eſt principium proceſſus: vt no de conteſt. c. ec-
cleſia. & probatur inſti. de pœn. litigant. inn. § vlti. in princi.
Et tamen minatur in proceſſu. de proba. c. quoniã. Sic filius
etiam minor pro patre poſt litis conteſtationẽ poſſit: vt. C.
eo. l. exigendi. Nec propter mandatum ad vnam cauſam re-
pellitur quis ab officio defenſionis, in alijs etiam quoad al-
legandas cauſas cauſæ, ſecundum Collec. facit quod ſcripſit
Cyn. in. d. l. maritus. circa prin. Et licet maritus habẽs man-
datum ab vxore ad vnam cauſam tanquã procurator. ex vi
mandati non admittatur ad alias: vt. l. maritus. Admittitur
tamen bene ad aliud: vt cõiunctus. Nec appoſita ad augmẽ
tũ, diminutionẽ operãtur. ar. ff. de leg. ij. l. cũ pater. § curato
ris. & de legatis. j. l. legata inutiliter. & de condi. & demon. l.
cum tale. § vlti. ſecundũ Pe. & Cyn. in. l. maritus. Sed Collec.
cum hoc non videtur placere, dicit ꝙ Spec. & omnes tenent
contrarium, & ꝙ verba. l. maritus. etiam contrariũ ſonant.
Et ita etiam intelligit Iaco. Butri. dictam. l. Et dicit ꝙ Doc.
noſtri ita intelligunt eam. Et quicquid ſit, de ratione puto,
ꝙ illa ſit mens illius legis quia verbũ, ſin autem. in vlti. re-
ſponſo poſitũ, quod eſt aduerſatiuũ, & indicatiuũ, hoc im-
portat, prout notatur in ſimili de verbo, ſecus. j. de conceſ.
prębẽ. c. j. § ſecus. in gl. in cle. iunge tñ omnino hîc id, qđ ſcri
pſi. j. in proxima quæſtio. Poſt hæc ſubdit Collec. multas
q̃õnes, quas videbitis in Cle. cle. religioſi. j. e. Quęrit poſteà
quid ſi plures ſint cõiunctę perſonæ volentes admitti? & di
cit, quòd admittetur ꝓximior, & in æquali gradu idoneior.
ar. ff. de popula. actio. l. ſi plures. Et ſi cõiunctus non admitti
tur. ar. ff. eo. l. qui proprio. § ſi. cum ibi nota. ſecundũ Collec.
Et licet minor non poſſit cauere de rato, nec agere: tamen
pro eo defenſor admittitur. Quod proſequere, vt in Cyn.
in. l. exigendi. vbi reperies materiam qualiter ad agendũ ad-
mittũtur coniunctæ perſonæ. Et eſt rationabile ſecundum
Collec. quia per hoc non præiudicatur abſenti: cum non
fiat executio in bonis illius ſecundum Innocen. hîc faciunt
nota. Hoſtien. in Summa eo. titu. § ad quid teneatur. verſ. ſed
nunquid. & quod notatur de capel. monacho. dilectus. Con
ſtituit autem coniunctus procuratorem poſt litis conteſt.
quia factus dominus litis, ſecundum Iaco. de Rauenna in. l.
exigendi. licet alij contra: quia quod poſſum per me, &
per alium. Nec obſtat de electione ſuffrag. quia ſi non fuit
actu procurator fuit tamen habitu, & virtute. & ita facit
pro, & non contra.
9 ¶ † PRIMO queritur redeundo ad materiam ſecundę
oppoſitionis, videlicet an procurator rei deputatus ad agẽ-
dum tantùm ſit ad defendendum cum cautione admitten-
dus: vides, quòd Bern. & Inno. hîc dicũt, quòd ſic. Et idem
Hoſti. in Summa. eo. tit. § ad quid teneatur. verſu, ſed nun-
quid. & verſu, ſequenti. Sed Collec. nititur contrariũ ſub-
ſtinere. Nam per modum dictæ conſtitutionis ſatis appa-
ret de contraria voluntate ipſius conſtituentis videlicet
eo quòd conſtituit ad agendum, quòd noluit illum ad
defendendum admitti. & per conſequens etiam ſi aliâs ad-
mitti deberet, & hoc caſu, tanquam ſpecialiter prohibitus
videtur repellendus, per. l. maritus. C. eodem. quod ſcripſi.
ſ. in quæſtione præcedenti. verſu, ſed Collectarius cuius
hoc. dicit tamen, quòd ſi adiecißet clauſulam, & ad omnia
alia, &c. ſecus eſſet. Inducit plura notata per Hoſti. de dila.
c. fina. Et dicit, quòd in hoc remanet Innocen. finaliter. Et
quòd quidam dominus Albertus etiam iſtud approbat:
quia & ſi partis non interſit, quòd poſſit procedi, inter-
eſt tamen iudicis, qui contemptus eſt. videretur tamen cir-
ca hoc probabiliter ſic poſſe diſtingui: quia aut eſt con-
ſtitutus ad agendũ adiecta clauſula limitatiua, puta iſta di-
ctione tantũ, vel ſolùm: & tunc non admittatur ad defen-
dendum etiã cum cautione, per dictã. l. maritus. & per. l. fin.
C. de negot. geſt. alleg. Et ſic poteſt intelligi prædictã. l. ma-
ritus. & quod ſcripſi. ſ. in proxima quæſtiõe, verſ. ſed Collec.
cui hoc. Aut eſt conſtitutus ſimpliciter ad agendũ, non ap-
poſita clauſula, ſeu dictione limitatiua, aut prohibitiua: &
tunc ſtetur opinioni Bernar. & Hoſti. Pet. & Cyn. in. l. ma-
ritus. circa princi. Et facit bene quod ſcripſi. ſ. eo. petitio. in
prima quęſtione. in ver. tu verò. ſic diſtinguere poſſes. Et eſt
ratio: quia non eſt veriſimile, ꝙ in dubio quis velit impe-
dire viam, per quam poteſt ſciri afferri vtilitas & damnũ
ipſius impediri abſq; damno & periculo ſuo. ar. ff. de proba.
l. cum de indebito. in fi. Modo via defenſiõis eſt huiuſmodi,
quia ſi defenſor obtinet, prodeſt reo. & ſi ſubcũbit, ſibi non
obeſt: quia nõ fit executio in bonis ſuis, vt eſt dictum. & ſi
non defenderetur, & lis eſſet conteſtata, poſſet ferri ſenten
tia contra reum, & lite non conteſt. decerni monitio contra
ipſum. C. de iudi. l. properandum. vt lite non conteſt. quo-
niam frequenter. § in alijs verò. cum duobus. § ſequentibus.
¶ Et ſi non admitteres hunc intellectum ad. l. maritus. tamẽ
illa. l. maritus contrariũ in noſtra quæſtione non probaret.
Nam caſus illius. l. maritus. & caſus noſtræ quæſtionis non
ſunt ſimiles. Nam periculoſius eſt permittere aliquam age-
re, quã permittere illum defendere. ¶ Poſteà ſubdit Collec.
quædam dicta Cyn. ſcripta. C. eo. l. nihil. quæ ſcripſi. ſ. eo. pe
titio. in prima quæſtione. & alia quædam, quæ dicam in cle.
religioſus. j. eo.
10 ¶ † SECVNDO quæro ſequendo dicta Collec. quid ſi
procurator rei ad defendendum conſtitutus non defendit:
nunquid reus abſens cõdemnabitur in expenſis? ſuper quo
Innoc. dicit, quòd ſic: quia ſibi imputari debet, qui talem
elegit. Sed Collec. hoc intelligit, ſi reus abſens non ſit legiti-
me impeditus, per lecta. & not. ſupra. eo. querelam. & Ar-
11 chidi. j. eo. licet. libr. vj. ¶ † Cuius occaſione quærit: po-
ne reus citatus coram delegato per procuratorem vult de-
fendi, qui procurator petit ante omnia ſibi fidem fieri de
poteſtate iudi. & iudex cõtra de mãdato quæritur quis pri-
mò tenetur facere fidem, vel iudex de ſua poteſtate, vel pro
curator de mandato ſuo? Archid. iij. quæſtione. iiij. nul-
lus. tenet, quòd iudex debet primò facere fidem de poteſta-
te ſua. ar. literæ illius cap. ¶ Quod concedit Collec. reo prin
cipali in perſona propria comparenti. Sed dicit quòd qui
comparet procuratorio nomine, debet primo facere fidem
de mandato, q̃ de ſuo intereſſe. ar. de teſti. veniens. ſecundo

cum,

cum ſi. Et hoc dicit Hoſtien. notaſſe in.c.iuris ambigui. de iudi.lib.vj.alleg. Dicere enim poteſt iudex comparenti: frater. Ego non citaui te, quare fidem facere tibi non habeo.ij. quæſtione.vj.ſunt quorum. & remittit ad collect.de ver.ſig. ſorus.ſuper verbo, accuſator.

12 ¶ † TERTIO ſubijcio quæſtionem quę fuit de tempore meo ſemel in Rota: pone: auditori committitur ad inſtantiam.C.Contra. B.quòd ſi repererit. B.de contentis in commiſſione publicè diffamatũ decernat perſonalem citationem contra eum. & demum auditor ipſe ſuper infamia huiuſmodi teſtes recepit, poſteà quidã cõſtitutus p. B.procurator ad cauſam dat articulos,& producere vult teſtes de bona fama ipſius .B. quæritur, vtrum ad hoc ſit admittendus: ſuper quo vide, quæ ſcripſi.ſ.eo.c.tuæ.in.xiij.quæſtione.¶ Super quo obtentum fuit in conſilijs Rotæ, quòd non Et primò, quia iſta eſt informatio extraiudicialis, quæ non habet formam iudicialem nec per conſequens cõtradictionem, & ſtrepitum partium non admittit. Super quo vide inter quæſtiones meas palatij. 643. ¶ Secundò, quia natura dictæ cauſæ procuratorem non admittit. Et ita fuit pluries obtentum in rota.imò nec ad allegandas cauſas abſentię voluerunt domini talem admittere, pro eo quòd illa allegatio non debet fieri ad impediendum decretum citationis. Sed potius citatione exequuta & reportata ad impediendũ proceſſum fiendum vigore illius contra citatum, tanquam cõtra contumacem. Exceptio enim excludit actionem.ff. de exceptionibus.l.ij.iuxta ea, quę ſcripſi ſupra.eo.c.in prima oppoſitione circa prin.poſt Inno.

13 ¶ † QVARTO redeundo ad materiam primæ oppoſitionis quæro: pone citatus ad certam diem, mittit ad illã diem non ad excipiendũ, vel ad aliquid aliud ſpecialiter expreſſum: ſed generaliter ad exercenda omnia quæ illa die occurrent, vel fuerint facienda: nunquid ſufficit illud? & videtur, quòd ſic. Nam iuxta dicta in oppoſitione prima, talis poteſtatẽ habet recipiendi libellum: cum & illa die occurrere poſſit, quòd offeratur. ¶ Dicit Hoſti. quòd quamuis talia procuratoria frequẽter in iudicijs admittantur, cauere tamẽ debet iudex, ne ipſa recipiat indiſtinctè. Nã aliâs in ſecunda die ſub eadem forma poterit conſtitui procurator & alius in tertia, & alius in quarta: & ſic de ſingulis. & per conſequens negotium intricari: quia quod vnus confitebitur, alius negabit. Et vbi primus certus eſt, ſecundus vel tertius dicet ſe ignorare, & acta forſan amiſſa eſſe. & aliæ difficultates poterũt oriri in grauamine actoris, quibus iudex occurrere debet ex officio.ar.j.de appel. vt debitus ſuprà de offi.dele.ſuper quæſtionum.§.porro.in fine cum ſuis concordan. ¶ Sed & debet iudex inconſtantiam refrenare. ff.eo.tit.l.in cauſæ.& de renun.cum illuſio. in Cle.cum concordãtijs ibi ſignatis: niſi fortè ex hoc videat ſe, vel partem eludi: cum ante litẽ conteſtatam mutari, & reuocari valeat procurator. ff.e.l.ante litem. ¶ Verum hanc mutationem, & reuocationem dicit Hoſtien. fieri poſſe ſic, videlicet niſi in eluſionem hoc fieri contingat, quam eluſionem iudex refrenare debet, vt patet in eo, quod legitur, & not. ſupra de poſ.præl.bonæ.ij.§.nec nocebat.j.de alie.mutand.iud. cauſa fac.c.j.de appel.ſuggeſtum.quam ex perſpicuis indicijs cõpræhendere poteſt.C.de dolo.l.dolum.& ex fuga, & contumacia.j.de præſump. nullus dubitat. cum ſuis concord. ſecundum Hoſti. ¶ Sed ſi bene aduertis in quæſtione propoſita, non eſt plene reſponſum, an procuratoriũ ſit admittendum, tanquam ſufficiens.an ſimpliciter repellendum: nec etiã qualiter ſine metu appellationis iudex ſe habere debet. Et quicquid ſit oportet fateri procuratorem ad illã diem de rigore iur.ceſſante noua principis conſtitutione ſufficere: per ea, quę dixi circa primam oppoſitionem licet fatear ad iudicis officium pertinere quòd inſtet circa præmiſſa bonis modis. Fateor tamen procuratorium non extendi ad terminum prorogatum iuxta notata Ioan. And.eo.ti.in Specu.§. ratione autem formæ additione ibi, *poſt eum*, ſa. de offic.del.cum olim. de appel. ſignificante.de præben.cui de non.lib.vj.C.eo.maritus.ff.de arbi.non diſtinguemus.§.fi.ff. iudic.ſol.cum apud. Et quia conſtituens hoc euenire poſſe & ſolere debuit cogitare.ij.q.vj. canone anteriorum.§. ad hoc.facit de homicid.is, qui.lib.vj.

14 ¶ † QVITO materiam gloſſæ ſecundæ Innocen.primæ oppoſitionis proximè præcedentis proſequẽdo. Quæritur: pone: ad videndum recipi teſtes actoris procurator rei ad articulum iſtum nullo alio addito articulo in procuratorio eſt conſtitutus, in cuius procuratoris præſentia in termino teſtibus productis, inſtante parte actrice aſſignatur terminus ipſi reo, & illi procuratori eius ad dicendum cõtra perſonas teſtium, vel ad dandum interrogatoria: nec intimatur aſſignatio huiuſmodi aliter ipſi reo. Quæritur, an ad recipiendum huiuſmodi aſſignationem termini procuratorium fuerit ſufficiens, videtur, quòd nõ, per id quod not. hic Innoc.quod ſcripſi.ſ.in prima oppoſitione videlicet, ꝙ prudenter attendere debet iudex, ꝙ quando aſſignat terminum ad teſtes producendos, vel alium certum articulum ꝙ ſemp adijciat.& ad facienda omnia alia, quæ occurrũt: alioquin ſi aliud expedire voluerit, poterit procurator dicere: domine non veni ad hoc, nec ſuper hoc fuit dominus meus citatus.ſed ad talem articulum expediendũ tantũm, ad quẽ ſufficiens ſum. Nec de alijs me expedire poſſum, vt patet in eo quod legitur & not.ſ.de offic.dele.cum olim Abbas.§. quia verò. Nec poteſt dominus meus fieri contumax ſuper eo, ſuper quo citatus non eſt.ff.quæ ſen. ſine ap.re.l.j.§. Item cum ex edicto. & ideò noua citatione opus eſt: vt patet in eo, quod legitur & nota.ſ.de ma.& ob.inter quatuor. ſecundum Hoſtien. qui ſubdit, ꝙ vbi quis citatus eſſet ad certum articulum & alia, quæ occurrerent, neceſſe foret, ꝙ procuratoriũ citatorio correſponderet. Alioquin inſufficiẽs cenſeretur ar.in eo, quod legit & notat.j.de ordi.cog.cum dilectus.§. fin. &.ſ.de offi.deleg. cum olim Abbas.§. quia verò. ¶ Dicit tamen illud notandum, ꝙ ille procurator dicitur ſufficiens, qui conſtitutus eſt ad litem cõteſtandã, & ad peragenda omnia alia, quæ deciſioni negocij neceſſaria videbuntur. Quod dic, vt legitur, & notat.j.de dolo.c.fi.j. reſpõſo. Et remittit etiam Nouel ad lecta & nota.j.eo.qui ad agẽdum.lib vj ¶ Ex quibus inferre potes reſponſionẽ, videlicet negatiuã ad propoſitam quæſtionem, ſcilicet, ꝙ procuratoriũ ad prædicta non eſt ſufficiens. Nec mirum, quia vt probant iura in prima oppoſitione allegata, procuratoria ſunt ſtrictè interpretationis vt.ff.mand.l.diligẽter. Et ideò, quod non eſt ibi expreſſum, pro omiſſo habetur. arg.ff.de verb. oblig.l.quicquid.

¶ SEXTO materiam ſecũdę oppoſitionis & primę quęſtionis, necnon & primæ decretalis huius tit. quoad materiam ſatiſdationis propter dicta Ioan. And.in additionibus Spec.reaſſumendo, quærere poſſem aliqua, de quibus me expedius remiſſiuè.ſ.eo.c.j.q.ix.in fin. ¶ Ideò his cauſa breuitatis pro nunc obmiſſis, quæro de eo, de quo circa rubricã

15 hic remiſi.ſ. quod ſit officiũ procuratoris. Et † dic breuiter quòd officium procuratoris eſt mandatum ſibi iniunctum cum exacta diligentia ſeruare.ſ.de offi.dele.cum olim.& vt litem exequatur diligenter vſq; in finem. Inſti. mandati.§. mandatũ. Niſi renunciatum ſit: quod licet: ita tamen, ꝙ in integrum ius ſeruetur mandatori per ſe, vel alium negotiũ explicandũ: aliâs in caput mandatarij redũdabit: vt.ff.mãd. l.ſi mandare.§.ſicut & cogitur procurator litem conteſtari, ſi dominus eo præſente ſatiſdedit iudicatũ ſolui: niſi in caſibus, qui enumerãtur.ff.eo.l.filiusfa.§ vlti.& l.ſe. Item ad officiũ eius pertinet appellare ſi ſententia lata fuerit contra dominum ſuum: vel ſi iuſta cauſa eum excuſet, denunciare debet domino, ꝙ appellet, ſi putauerit appellandũ: appel.tamen proſequi non tenetur: vt.j.eo. non iniuſtè.§ potuit.C. eo.l.inuitus.& de appel.l.ſi actor.ff.mand. ſi procuratorẽ.§ ſi ignorãtes. Item ad officiũ eius pertinet vt dominum defendat & faciat omnia quæ dominus faceret ſi præſens eſſet:

quia plenè tenetur eum defendere, nec ſit cauſa ſua deterior
in aliquo præterquàm in ſatiſdando. ff. eo. l. Sed hæ. §. defen
dere. ff. de inter. act. l. ſi ſine. §. ſi defenſor. aliàs eſt lex. & debet
defendere in omnibus actionibus & inſolidũ. Nam ſi vnus
vellet defendere in quinq;, alius verò in alijs quinque, nũ
admitterentur. ff. e. l. omnia. & l. ſeq. Sed ſi contractũ ſit cum
pluribus perſonis plures procuratores interuenire poſſunt.
ff. eo. l. ſi quis cum. §. vnius litis. ¶ Si autem cum vno contra-
ctum ſit hæredes eius vnum procuratorem conſtituere iu-
bentur: vt. ff. iudi. ſol. l. iam tamẽ. §. penul. ne per plures, &c.
ff. de exerci. acti. l. j. §. penult. & l. ne in plures ipſi tamen hæ-
redes, ſi inter ſe agant plures procuratores debent dare: al-
ter non poſſet res expediri circa cõdemnationes, & adiudi-
cationes. ff. e. l. licet. §. ſi plures. ¶ Per quod patet ꝙ ſententia
ferenda eſt in perſonam procuratoris, non domini: ſiue do-
minus ab initio litem conteſtatus ſit. ĩ. de religi. do. conſti-
tutus &. ĩ. patet in prin. & in fine: ſiue procurator. vt. ĩ. de
capellis monacho. c. ij. & C. de ſen. & interlocu. om. iudic. l. j.
Quod eſt contra Mart. vt no. ĩ. de ſen. & re iudi. ſuper rubr.
& in Sum. de ſenten. §. qualiter. ſub. §. iuxta. verſu, vel quia nõ
procurator. & ſequentibus. Et dilationem ad deliberãdum
petere poteſt, quod proſequere, vt ſcripſi ſupra. e. dilectus.
Et qualiter tranſigere poſſit, vide in ſum. de tranſac. §. quis
poſſit. & ĩ. e. c. & ĩ. e. qui ad agendũ. §. ſi. lib. vj. ¶ Et generali-
ter ad officiũ ipſius pertinet, vt proponẽdo quę proponẽda
ſunt, & etiam reſpondendo fideliter ſe habeat, nihil de con-
tingẽtibus omittẽdo: quia de omnibus tenetur reddere ra-
tionem. C. man. l. à procuratore. & C. e. l. ſi procurator. & ple-
niùs in Sum. de obli. ad ratiocinia. ſecundum Hoſti. in ſum.
e. ti. §. quod ſit eius officium. ¶ Supp. gluſſas. ¶ In glo. ĩ. ibi:
vxoris nomine: vel dederat vxor viro nomina in dotẽ: quod
fieri poteſt. C. de hære. ven. l. nomina. ſicut & donari. C. de
dona. l. ſi donationis. & delegari. ff. de nouationi. l. & delega-
ri. ſecundum Gof. ¶ Dicit autem Hoſtien. quòd mulier hæc
nomina marito conceſſerat, vt illa loco paraphernalium re-
peteret, & haberet: in quo caſu nomine vxoris viro com-
petunt actiones, vt hîc, & C. de pac. conuent. ſuper dote. l. ſi.
¶ Et ibi: *cautione.* & dicunt quidam hoc procedere iure
coniunctionis. Sed planum eſt nec eſſe conſanguineũ, nec
affinem. Sed quia eſt affinitatis cauſa iudicatur de ipſo: vt
de affini. vt not. ff. e. tit. l. ſed & hæ. in prin. Et ibi: *maritus.* nõ
ſic econtrario. C. e. tit. l. quia. Et ibi: *mandatum:* licet enim nõ
poſſit vir eſſe generalis curator vxoris. C. q da. tu. po. l. ij. põt
tamen eſſe procurator & curator ad certã litem. de quo in
Spec. de cura. § vt autẽ. verſu, ſed nunquid. ¶ Et ibi: *non po-
teſt:* hoc verum fortè vi mandati cũ. l. admitti vult, vt procu-
rator, & ſine cautione, aliàs ſi vult agere, & cauere, bene ad-
mittetur ſecundum Petr. in. l. maritus. vt ſcripſi. ſ. eo. c. q. iij.
verſu, & licet maritus. Et ibi: *pecuniam.* vide not. j. q. vij. quo
tiens. ibi. in fine. iiij. glo. Et ibi: *ſi quis alium.* vbi ſatis de hoc.
Et ibi: *ſi procurator:* & l. pręceden. in fine. & facit quod ibi
not. de præferendo vtilem. & eo. tit. l. procurator in rem. &
C. de noua. l. iij. Et facit quod not. in Spec. de actore. § j. verſu.
Item tutor. & in fi. adde quod not. ĩ. de vſur. quamquã. ¶ In
glo. ij. in fine. & patet. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. eatur. l. Fulcinius
§. illud ſciendũ. in authẽ. de litigio. §. omnẽ verò. verſu, ſi ve-
rò. collat. viij. Ad hoc. ĩ. de verb. ſig. nam & ego. ſecundum
Hoſti. ¶ In glo. iiij. ibi. *defendere:* & cauere de iudicato ſol-
uendo. & iſte finis glo. fuit additio à tempore Innoc.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris reuocatio, ad cuius notitiam peruenire debeat? nu. 4. Et an procurator in iudicio datus poſt litem conteſtatam reuocari poſſet nume. 3.*

2 *Acta cum non procuratore, an valeant.*

5 *Ceſſione actionis facta, ſi cedens debitum à debitore recipiat, aut cum eo tranſigat ſuper eodẽ debito: an ceſſionario ſic præiudicet, vt ab eodem debitore actione vtili ſibi ceſſa debitum exigere nequeat?*

¶ CAP. XIII

Mandato. ¶ Summat ſeipſum. ¶ Ex-
pone literam. *Conteſtatam.*
ab ipſo procuratore, vel à domino. *A domi-
no.* id eſt per dominum. *Si hoc.* i. reuocatio.
aduerſarii. etiam ipſo procuratore ſciente,
Expertus. agendo, ſiue defendendo. fa. quod
notatur infra de iudi. c. j. in tertia glo. ¶ Ratio dubitandi,
quia per reuocationem etiam non notificatam, videbatur
deficere vna de perſonis iudicium fundantibus. & ſic acta
nulla. de verbo. ſigni. c. forus. ¶ Ratio decidendi eſt, ne re-
uocatio præiudicet parti & iudici ignorantibus, ſecundum
1 Lignanũ. qui collig. notabilia. ¶ † Primò ꝙ reuocationis
notitia debet peruenire ad iudi. vel ad partem. de quo ipſe
2 remittit ad not. ſua. de reſcrip. ex parte. iij. ¶ † Secũdò not.
hîc caſum in quo valent acta cum non procuratore, con-
3 tra. l. licet. C. eo. tit. ¶ † Tertiò à contrario notare potes pro
curatorem in iudicio datum poſſe reuocari poſt litem con
teſtatam. & ita re etiam non integra: dummodo reuocatio-
nis notitia perueniat ad iudicem, vel aduerſarium. & quòd
quoad hoc ſufficit ſciẽtia, & ſic videtur, ꝙ denũciatio domi
ni reuocantis non ſit omnino neceſſaria, quod dubium eſt:
& dicam poſteà. ¶ Opponitur primò contra tertium no-
tabile: quia videtur, ꝙ mandatum non poſſit reuocari re
non integra ſaltem ſine cauſa: ſiue loquitur in cõtractibus
extraiudicialibus: vt inſti. manda. §. rectè. Vbi de hoc per
Ioan. Fabri. Siue in iudicialibus: vt. ff. de procurator. l. poſt
litem. & ĩ. c. quãuis. lib. vj. ſiue loquamur in reuocatione ex-
preſſa: vt in iuribus allegatis. Siue in tacita quę fit per mor-
tem: vt. ff. de iur. om. iudic. l. & quia. vbi pleniſſimè de hoc
ſcripſi. & C. manda. l. mandatum. vbi de hoc plenè per Cyn.
De quo ſatis per Henric. de reſcrip. ex parte decani. in dua-
bus primis diſtinctionibus vbi de hoc aliquid etiã per No-
uel. Et plenius per moderniores, & ſpecialiter per Io. And.
& per Pau. de renun. cum illuſio. in Cle. ¶ Aduerte: quo ad
contrarium dic, ꝙ iſta decretalis intelligitur ſecundum alia
iura. Vnde de materia reuocationis tacitæ per mortem, di-
cam in Cle. procuratorẽ. ĩ. e. in. vij. quęſtiõe. vbi de hoc ple-
niſſimè ſaltem coniunctis remiſſionib⁹ ibi datis. Et de reuo
catione expreſſa iudiciali in. d. c. quamuis. & de reuocatione
expreſſa extraiudicia. ĩ. c. fin. lib. vj. in. iiij. oppo. primis & de
renuo. cum illuſio. in Cle. De quo per Io. And. & Henricum
de reſcrip. ex parte decani. Et ita pro nunc exonero materiã
iſtius decretalis licet de hoc tractet Collec. Nam nõ eſt iſta
propriè materia huius Decret. ¶ Secundò opponitur quia
videtur, ꝙ ſcientia vel certioratio de qua hîc dicitur, non
ſit neceſſaria: vt. ĩ. c. ſi. §. vlti. lib. vj. & ff. de ma. l. ſi pater. So-
lu. contraria loquitur in reuocatione extraiudiciali cuius
materiam pertractabo in. §. vltimo allegato nos autem hîc
propriè loquimur in iudiciali cuius materiam taliter decur
tatam reſtat hîc tractare, videlicet qualẽ certiorationẽ hæc
requirat: dicam in dicta Cle. cum illuſio. ¶ Tertiò oppo-
nitur ibi: *poſt litis conteſt.* quia videtur, ꝙ imò idem ſit ante
ar. eius, quod leg. & no. in. c. ex parte decani allegato. Sol. di-
cit Innocen. quòd idem eſt etiam ante litis conteſt. ſecun-
dum quoſdam. Contra quod opponit ipſe: quia imò retro
iudicium conteditur nullum: vt. ſ. eo. in præſentia. Sed
reſpõdent illi, quòd iudex non admittet probationes ſuper
reuocatione mandati facta ante litis conteſta. niſi excipiens
de reuocatione etiã in except. adijciat, quòd notificauit ad-
uerſario. & eſt propter maliciam & negligentiam eius, ſcili-
cet reuocantis. Vel licet reuocauit, videtur à reuocatione re
cedere, niſi alteri prædictorũ notificet. Sed plus placet Inn.
quod primò dixi: videlicet, quòd idem ſi ante &c. Et hoc
placet Collec. Et hoc verum ſecundum Collec. re non inte-
gra. Secus enim ſecundũ eum, re integra, id eſt antequam ad
uerſarius, vel iudex notitiam mandati habuerit. Et ſic intel-
ligas. c. ex inſinuatione. De quo Innocen. opponit, &c. c. in
noſtra. ſecũdum eum. Sic poteſt intelligi. ff. e. l. in cauſæ. § j. &

de ſolu

de ſolu.l.cum quis. Et ſic videtur notare Hoſti. ſupra.eo.auditis.& Henri. in.c.ex parte Decani. alleg. & Innoc. in.c.ex inſinuatione.alleg. Et vide, quod ſcripſi dicto.c. ex inſinuatione. in oppoſitione prima, & dicto.c.in noſtra.in oppoſitione.ij. Sed verè multùm vrget in contrariũ, quia eadem ratio eſt, ſiue ante litem conteſt. ſiue poſt, ſiue ante ſcientiam iudicis, vel aduerſarij: ſiue poſt fiat occulta reuocatio. Nam ſi nihilominus reuocatus procurator ſciens, vel ignorans reuocationẽ produxit procuratorium, & agit, æquè deluditur iudex, & pars: æquè pars damnificatur, ac ſi poſt litis conteſt. fieret huiuſmodi reuocatio: & per conſequẽs ęquè videtur in omnibus iſtis caſibus locum ſibi vendicare hæc conſtitutio, & maximè, quia iura ad hoc probãdum inducta non videntur hoc probare. Et primò dicere, quòd in.c. in noſtra. &.c.ex inſinuatione. mandatũ procuratoris non fuerit productum in iudicio nimis diuinare cõtra mentem textus: vt videt. Et ſatis eſt veriſimile, ꝙ apud ſedem Apoſtolicam vbi negotia pręſertim coram Papa & ſuis auditoribus vbi negotia ponderãtur illi ſine mandati exhibitione admiſſi fuiſſent: pręſertim ad quid de reuocatione fuiſſet obiectũ: niſi primò de procuratorio conſtitiſſet: cum priuatio habitum præſupponat. ff. ſolut.matrimo.l. maritus. Et idem ſit iudicium in iudicijs, de his quæ non ſunt, & de his quæ nõ apparent: vt. ff.de contrahen. emptio.l. in lege. ¶ Nec probat.l.in cauſæ.§.j. ibi: *cum neque in iud. cũ quicquam deduxerit*: quia non intelligo illum text.de deductione mandati. Sed de deductione negocij, quod patet per textũ.eo.§. proxi.præcedentẽ. cui ille verſiculus in modum cauſæ coniungitur: vult enim dicere ille textus, quòd princ. legis videlicet quòd ita demum poſt litis cõteſta. à procuratore in dominum iudicium transferri permittatur, ſi dominus à procuratore omnia iudicia transferre in ſe paratus ſit: aliâs non ita ſe habet, ſi de mandato domini procurator egit in iſtis iudicijs. Nam ſi ſine mandato &c. Secus pro eo, quia tunc nil in iudicium deduxiſſe videretur, ſcilicet de iudicijs illis: quia omnia reſpectu dñi, nulla eſſent ex defectu mandati: vt.C.eo.l.licet. Et iſte eſt verus & clarus intellectus literalis illius.§. qui nihil facit ad factũ. ¶ Nec probat l.cum quis.§.j.ff.de ſolu. quia ibi eſt caſus ſpecialis fauore liberationis: vt notant ibi Barto. & cæteri moderniores, & Henricus in.c.ex parte Decani. ¶ Sed Io.lxiij.diſt. tibi domino.& Goſ. hîc ſimpliciter tenuerunt argumentum a cõtrario ſenſu hîc procedere. Dicunt enim ſimpliciter, quòd ante litem conteſtatam ſufficit quòd reuocatio perueniat ad procuratorem: nec eſt neceſſe, quòd perueniat ad iudicem, vel aduerſariũ, per literam huius.c.ar.à contrario ſenſu.ar.ff.de offi.eius cui mand.eſt iur.l.j.§.j. Item hoc optimè probant.c.ex inſinuatione. &.c. in noſtra.alleg.quia loquitur de reuocatione facta ante litem conteſtatam. Et patet clarè in.c.ex inſinuatione ibi: *nec cauſæ cognitionem ſuſciperet*. quæ litem conteſtando, vel ante litis conteſtationem ſuſcipitur. Et aliâs dixiſſet, ne in ſuſcepta lite procederet. &.c. in noſtra.ibi ĩ. *modicum temporis ſpatium*. & ibi, ingreſſi iudicium arg.ff.rem ra. ha.l.hoc amplius. & in authen.de exhi. re.§.ſi verò initium. Per quæ patet, quòd initium iudicij eſt litis conteſt.vel ſaltem vocatio in ius. Inſti.de pœ.te.liti.§ fi. ¶ Præterea etiã iſta opinio alia ratione probatur. nam iſta conſtitutio videtur ponere nouũ ius, & quandã ſpecialitatem circa actus geſti per non procuratorem validationem in iudicijs.& loquitur certo caſu limitato. Igitur extra caſum illum, & eius limitationẽ extendi non debet.probatur conſequentia ar.ĩ.de regula.c.non ſolùm.&.c.conſtituti. & de regulis iur.quæ à iure.lib.vj.cum concor. Et patet ſecunda pars antecedentis, videlicet limitatio: quia poſt litem conteſtatã in ipſo textu. Et probatur, prima pars ipſius antecedentis.videlicet, quòd hæc conſtitutio ponit ius nouũ, & quandam ſpecialitatem circa actus geſti, per non procuratorẽ validationẽ in iudicijs. Nam aliâs regulare eſt, quòd quando ad eſſe actus per procuratorem geſti, quoad domino præiudicium generandum, neceſſarius eſt eius conſenſus principaliter: tunc illius conſenſus defectus reddit actũ illum reſpectu ipſius domini defectuoſum, & nullum: vt.l. ſi pater: &.c.ſi.§.vlt.ĩ.eo.lib.vj. pro contrario allegatis.&.ff. de diuor.l.ſi pœnituerit.& de acquiren.hęred.l.ſi quis mihi bona.§.penul.& de dona.l.j.§.ſed ſi quis donaturus.& ſi cert. pet.l.eiꝰ, qui in prouincia.§.quas verò pecunias.iũcta.l.legẽ. de dona. Licet fallat in actu quem mandans tenetur neceſſariò ad implere.ff.de acqui.po.l.fundum.vt not. gloſſ.§ ſed ſi quis donatarius.&.§ quas verò.alleg. Item in caſu.l.cũ quis.§. j.ff.de ſolu.alleg.fauore liberatiõis. Licet enim ad eſſe & validationem iudicij reſpectu pãrtium, ſcilicet procuratoris reuocati & partis alterius, ſufficiat.& econtra principaliter vtriuſq; illorum conſenſus requiratur: quia inuicem quaſi contraxerunt litem cõteſtando: vt.ff.de peculio.l.iij.§.item ſcribit. Tamẽ, vt dominio pręiudicet, principaliter illius cõſenſus requiritur.vt.C.e.l.licet. Et pro hoc non ob. quod de emptione not.glo.ff.de cõtrahen.emp.l.j.§.fi. Seu quod habetur.ff.quod iuſſu.l.j.§ ſed quæro. Et ad Maced.l.ſi tamẽ. & l.ſi mandauero.& pro ſocio.l.ſed & ſi ſocius.§.j.& de dona.l. hoc iure.§.ſi quis dedit pecuniam.& not.Land.in dicta Cle. cum illuſio. Et patent iſta ex notatis Cyn.C.man.l.mandatum.in.ij.q.verſu.Pe.de bella pertica.& Henrici in dicto.c. ex parte Decani. diſt.ij.verſu. Ego verò ſubdiſtinguo. vſq; in fi. ¶ Nec obſt.opinio Ber.Inno.Hoſti.& Ab.in.c.in noſtra. &.c. ex inſinuatione. & procurator in.c.quanuis.ĩ.eo. allegatis quæ habet, quòd in.c.in noſtra.&.c.ex inſinuatiõe. fuit facta reuocatio, aduerſario ſciente. Tum quia domini prędicti in hoc ſalua pace eorũ diuinant: Nec in hoc etiã Innocen.figit pedem: vt patet ex his, quæ vtrobiq; ſcripſi. Tum quia, & ſi ita eſſet, tamen non per hoc inferri poſſet contrarium eius, quod dictum eſt: licet fatear opinionem, quæ habet idem tenendum ante litem conteſtatam: quod poſt in iudicijs eſſe ſecuriorem: quia eam deciſiuè tenet hîc Innocen. præter caſum, quo de mandato nulla fuit facta fides iudici, vel aduerſario.in quo Innoc.videtur aliud tenere, vt dixi in.c.ex inſinuatione oppoſitione prima. De hoc tamen ſi occurrit aliud dicendum, tangam in dicto.c. quanuis in.vj.oppoſitione. ¶ Quartò contra vltimũ notabile opponitur, videtur enim ꝙ denunciatio reuocationis ſit per dominũ facienda iudici, vel aduerſario, etiam ſi aliâs ſciant eam factam. ar.ff.ad leg. Iul.de adul.in.l.denunciaſſe. in fi.cum ibi notatis. ¶ Vnde Nouel.volens ſtare contrario hic dixi ſic: non eſt verum, quod quidam dicunt ſufficere qualitercunq; hoc ſciat aduerſarius.ar.ff. de pe.hær.l. Item veniunt.§.à quo de reſcrip.cum cõtingat.vbi de hoc. Verius enim videtur ſecundũ Goſ.& Hoſti.hîc requiri, ꝙ hæc ſciẽtia procedat à reuocante.ar.de offi.deleg.prudẽtiam cũ ſuis cõcordantijs faciũt not.glo.ij.hîc ibi: *certificare*. & quod ſequitur poſteà in eadem glo. ¶ Et probatur etiam hoc ratione, quia alter reus reuocationem procuratoris frequẽter maliciosè fingere poſſet: vt ſic deferretur negotiũ cui eſt hæc materia diffugij & maliciæ auferenda. Inſti.vi bo.rap.§.ſed nedum.&.ĩ.de diuor.c.quanto. ad fi. Et facit quod notatur ĩ.c.proxi.in glo.fi. Et idem ſentit hîc Collec.de reuocatione extra iudicium facienda, per not. Innoc.in dicto.c.ex parte Decani.& per iura, notata in gloſſ.ff.ad Ma. ſi tamen. &.ff. quod iuſſu.l.j. Dicit vltimo, ꝙ ſi publicè habebat & publicè ſe gerebat pro procuratore, oportet, quòd publicè fiat reuocatio.nõ allegat. Probatur.ff.de inſtitoria.l. ſed ſi pupillus.§. proſcribere. Sed hoc vltimũ tangit materiam extraiudi.reuocationis, de qua remiſi.ſ.ad dicenda.ĩ.eo.c.ſi.§ vlti.lib.vj. ¶ Sed contra prædicta videtur: nam vbi non reperitur expreſſum, ꝙ denunciatio ſit de ſubſtãtia, ſufficit ſola ſcientia: vt.ff.de acti.emp.l.j.in fi.&.ff.de regulis iuris.l.eum, qui certus eſt.ad caſus alios: vt reg. quæ à iure.eo.tit. Et maximè obtinet, qđ dixi, quando denũciatio nõ tendit ad admonitionem: vt aliquid fiat: ſed ſolùm ad certificationem: vt aliquis ſciat: vt not. Bar. ff. de procuratoribus.l.qui abſentem.

&.l.denunciaſſe-§.j.ff.de adult. prout videtur fuiſſe in propoſito.igitur &c. ¶ Sed fortè dici poteſt.quòd neceſſaria eſt denũtiatio nedum cum tendit ad hoc, vt aliquid fiat, vt in caſu euictionis moto per Cyn.C.de euic.l. emptor. in.ij. quæſtione.Sed etiam cum tendit: vt ab aliquo fiendo abſtineatur,& ita loquiť.l.nomen. C.quæ res pig.oblig. po. & in gl.& C.de noua.l.iij.&.l.denũciaſſe-§.j.alleg.& in glo. ¶ Sed obſtare videntur.ff.ad Trebel l.facta-§.ſi hęres.cum glo.ſua. & quod no.gl.ff.de tranſac.l.fi.& Cyn.in.d.l.nomẽ.in vlti.q. & quud notãt Iac. Butr.& Bar.ff.de pac.l.cum ab emptore.
5 Et idem Ia.in.l.fi.ff.de tranſac.alleg. ¶ † Aduerte,vt colligere potes ex dictis Barto.in-§ ſi hæres.& l.ſi cum emptore.& Ia.de Butrig.in.l.ſi cum emptore.&.l.fi.ff.de tranſac. Diſtinguere potes hoc modo: cum quæritur, an cum ceſſione actionis facta recipit cedens debitũ, quod ceſſit, à debitore, aut cum eo tranſigit, ſuper debito illo, præiudicet ceſſionario: vt illud debitum actione vtili ſibi ceſſa, non poſſit à debitore ſibi ceſſo exigere. Diſtinguitur, quia aut ceſſio facta fuit ad commodum cedẽtis & eius periculo tantùm, quia quicquid exigitur in eius vtilitatem vertitur, & econtra cõdemnatio, vel perditio venit ſolùm in damnũ ipſius: & tunc non ſufficit ſola ſcientia ipſius debitoris, quòd non debeat ſoluere cedenti: vt impediatur liberatio debitoris ſoluentis.Sed vltra eſt neceſſarium, quòd ſibi fuerit à ceſſionario intimatum: ne illi cedenti ſoluat: vt ſi ego, cui tu debes.x.mando creditori meo, cui etiam debeo.x. quòd à te in ſolutum petat,& recipiat illa.x.abſq; aliqua delegatione: hoc mandatum ſolùm in mei vtilitatẽ, vel periculum cedit: qa ſi tu ſolues liberor ab illo, aliàs cõtra me recurſum habet: vt prius.Ideò ſi tu hoc mãdatum etiam ſciueris, ſed non certioratus ſolueris mihi, liberaris: niſi tecum fuiſſet lis per illum ſuper debito conteſtata. aut iam incœpiſſes eidem in parte ſoluere. etiã loquitur.l.iij.C.de noua.&.l.nomen.C.quæ res pig. oblig.po.aut ceſſio fuit facta ſolùm ad commodum & periculum ceſſionarij: vt quia donando, cedo tibi omnem actionem, quam habeo contra illum debitorem meum intentum: vel quia vendo tibi hæreditatẽ: aut ex Senatuſcon.Trebellianico reſtituo tibi eam: ſeu quia debitor, cuius ſum in.x.alium debitorem meum in.x.ex eius conſenſu acceptilatione: & ſtipulatione hincinde interuenientibus tibi delego: & tunc ſufficit ſola ſcientia debitoris mei, ſeu debitoris hæreditarij. Si enim ſciat ceſſionem, reſtitutionem, & delegationem huiuſmodi, licet non aliâs certioratus fuerit: & nihilominus mihi ſoluat, vel mecum tranſigat, non nocet ceſſionario, fideicõmiſſario, vel etiã delegato.vt dicto-§.ſi hæres.&.l.fi.ff.de tranſac.cum glo.ſua per Cyn.approbata in.l.nomen.q.fi.alleg.& ſic concordantur gloſſæ,& opiniones prædictæ. ¶ Tertiò ad propoſitum ceſſio, ſeu demandatio actionis facta in procuratorem non conſtitutum in rem ſuam: ſic ſolùm in cõmodum & periculum domini demandantis:igitur non ſufficit ſcientia aduerſarij cum procuratore mandatario litigantis: niſi fuerit certioratus.& faciunt notata Barto.ff.de oper.no.nun.l. non ſolùm-§.morte. In materia proteſtationis inhibitoriæ in membro primo. ¶ Primò quæri poſſet de procuratorio actoris & rei, quæ debeant continere, & qualiter vterque cauere debeat. ¶ Secundò quæri poſſet, qualis certioratio eſt neceſſaria in reuocatione mandati.Sed, quia præoccupatus & triſtis de infirmitate & morte proprij nepotis, ac duorum familiarium in recenti præterita: ac etiam perterritus aliqualiter de epidemia adhuc durante, hoc videlicet menſe Auguſti anno domini M.ccc. lxxxiiij. tranſeo ſicco pede, & remitto te ad duas gloſſas Bernard.hîc poſitas de hoc tractantes ac ſuppletiões & remiſſiones, quas dabo ſuper illis. & ad ea, quæ dixi in præcedentibus & remiſſionibus ſupra per me datis.& præſertim in.c.fi.ĩ.eo.lib.vj.vbi recolligam dicta hîc per Collec.imò in Clemen.illuſio. ¶ Supple glo. ¶ In gloſſa prima ibi: *habeat mandatum*. quare mandatum habens caueat de iudicato ſoluendo, & non de rato: not.ff.e. l.non ſolùm-§.j. & hîc per Abbatem. & plenius in Specu.ti. de ſatiſdando-§. modu verſu, ſed quæ eſt ratio. Et ibi: *interponat*. quòm recipiat aduerſarius, vel tabellio · de quo in dicto-§ modo verſu, ſed quis recipiet. Et ibi: *per dictam cautionem*. Et antequam hoc faciat, poteſt iudicem recuſare excipere,& alia facere præcedentia litis cõteſtationem. De quo in Speculo de ſatiſda-§ penulti. verſu, ſed pone. Et ibi: *peti debent*. à procuratoribus datis ante litem conteſtatam, vel etiam poſt, exiguntᷣ: vt ibi not.& ſuprà de conſti.cum.Mar. in prima glo. Et ibi: *conſtituere procuratorem*. nec recipere procurationis officium. Et hoc plus facit ad propoſitum, & de hoc.ĩ.c.proxi.in glo.ij.Et in fine. hãc gloſſam plenius vide in Spec. de ſatiſdationibus-§. penulti. ¶ In gloſſa.ij.ibi: *Decipi* Hoc declaratur.ĩ.eo.c.ij-§.j.in vlti.glo. Et ibi: *in negotijs*.n matrmoniu dici:vt.ĩ.e.c.fi-§ fi.lib.vj.Et ibi: *tenet ſententia*. etiam quoad dominum. Et ibi: *vt probat*. cum Bernardo concordat Innoc.AEgi.Pe.& Abb.& Specu.Sed cõtra eum ſunt Tan. & Goff. ¶ Quid autem circa hoc tenuit Hoſtien.ſupra eo.auditis. vide notata.eo. titu.c.ij. lib.vj.in glo. Ioan.And.Sed nunquid. & quod not. Nouel. ſupra.c.in noſtra.ſuper fine.iiij.glo.& quod not.lxiij.diſtin.tibi domino. Et ibi: *cognita*. ĩ. eo.c.ij.lib.vj.Et in fi.hîc adde, quod ibi notatur.& eo.tit.c.ij.lib.vj.in glo.& eſt ſuppletio Ioã. And. ¶ In glo.vltima. ibi *vel pro &c*. &.ff.de verbo.ſigni.l.a pe. Et ibi: *alterum*. tantùm.Et in fi.idem Hoſtien.per iura alleg.ſupra proxima gloſſa in principio.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, vel minor an poſſit procurator conſtitui. Et an per huiuſmodi procuratorẽ geſta ſic teneãt, vt reſtitutio in integrum non ſit concedenda?*
2 *Procurator ad cauſas generaliter conſtitutus, an futuras procurare queat?*
3 *Procuratoribus pluribus ſimul datis, an poſſit iudex vnum ſine alio admittere vel remiſſiue.*
4 *Lite cum procuratore primo conteſtata, an dominus per ſecundi procuratoris dationẽ, primum reuocare poſſit?*
5 *Procurator ad vnum deputatus, num de alio ſe intromittere poſſit? Et ſic, num ad audiendam ſententiam conſtitutus, ab ea appellare queat?*
6 *Negotium alienum quando quis gerere queat, & id ſiue in iudicio, ſiue extra?*
7 *Procurator ad defendendum dominum, quando quis præciſe per iudicem compelli queat? Et num id tàm in procuratore rei, quàm actoris locum habeat: in numero.11.& vide num.ſeq.*
8 *Procurator, num à ſententia aduerſus dominum lata, quam iuſtam eſſe conſtat, appellare teneatur?*
9 *Procurator, qui ab interlocutoria, vel grauamine appellant, num huiuſmodi appellationẽ proſequi teneatur? Et quid ſi appellationis proſecutionẽ omittere velit, an id per ſe poſſit, vel ſequenti. Et an ſaltem ſponte quis procurator appell.cauſam proſequi poſſit, & id cuius authoritate. nume.13.& 19.*
14 *Dominus reus, an inuito procuratore, qui de iudicato ſoluendo ſatiſdedit, cedere queat?*
15 *Cauſa principalis & cauſa appellationis an eadẽ dicãtur? Et num aduocatus pro eodem ſalario cauſam quoque appell. proſequi teneatur? Et qui pro vna parte in cauſa principali patrocinatus fuerit, idem in cauſa appellationis pro altera parte conſiſtere poſſit?*
16 *Procurator actoris, an teneatur cauere de defendendo in cauſa reconuentionis? Et pœna procuratoris in cauſa reconuentionis non defendentis, quænam ſit, & qualiter intelligendum? ad finem nu.*
17 *Procurator in pluribus cauſis conſtitutus, & litem in vna conteſtatus, an ad id quoque in alijs compelli poſſit?*
18 *Procurator, num neceſſariò appellare teneatur?*
20 *Filiusfamilias, num ex patris conſenſu in prima inſtantia habito, poſſit iudicium in ſecunda ſuſcipere?*
21 *Appellatio in ſpecie de qua hîc, an ſit efficax?*
22 *Procurator ad quid teneatur?*
23 *Perſonæ coniunctæ, quænam dicantur?*
24 *Cauere, vel mandatum probare, in cuius ſit electione?*

Mandatum

25 *Mandatum ſpeciale, quibus caſibus requiratur? Et quibus caſibus quis contra voluntatem expreſſam admittatur?*

¶ CAP XIIII.

NOn iniuſtè. ¶ Sex ſunt dicta: nec
ſummatur. Secundum
ibi: *quanuis*. Tertium ibi: *quibus*. Quartum
ibi: *quod fieri*. Quintum: ibi: *potuit*. Sextum
ibi: *licet*. De quibus ſex dictis, ſex notabilia
ſumi poſſunt. Et poteſt inchoare caſum, ꝙ
tria opponebantur cõtra procuratorem. quæ quia iudex nõ
admiſit, opponens conquerebatur de iniuſticia iudicis. Et
huic prin. eſt ſimilis modus loquendi. ĩ. eo. tit. c. j. de iura.
calum. c. vlti. lib. vj. ¶ Expone literam: *proceſſit*. ergo iure
proceſſit. Similis ar. de depoſito. l. bona fides: *filiusfa*. etiam
conſtitutum abſq; patris cõſenſu. ĩ. c. qui generaliter. §. j. lib.
vj. licet Gul. Nazo. & Ægidius hîc contrarium teneret. Et
per hoc corrigitur glo. §. neceſſitate. in. l. fi. C. de bo. quæ li-
ber. *poſteriori*. ſupple in eadem cauſa, quia ſecus in alia. Quod
proſequere, vt no. Archi. ĩ. c. licet. Facit de reſcrip. ſi eo tpe.
& quod not. de appel. an ſit. Collec. Et hoc intellige etiam
ſi ille procurationẽ non recipiat: vt no. Io. And. ĩ. eo. tit. in
glo. ij. & Archid. in. c. licet. *Datus*. in ſolidum. *Occupauit*. per
litis conteſt. ĩ. eo. c. ſi duo. lib. vj. *Potuit quoque*. ſ. ſ. procura-
tor datus ad cauſam. Nouel. *in eo*, poteſt enim appellare in
vno capitulo, & non in alio. ĩ. de teſta. Raynutius. *Licet*. pro
quanuis. ¶ *Non tenetur*. hoc intellige de procuratore certæ
cauſæ. Secus enim in procuratore dato ad omnes cauſas,
vel ad vniuerſitatem cauſarum. Aut in vna cauſa etiam ad
appellandum & ad appellationem proſequendũ, qui man-
datum ſimpliciter ſine proteſtatione recepiſſet: vt Cle. j. ĩ.
eo. ſecundum Nouel. ¶ Primò opponitur contra primum
dictum de. l. minor. ff. eo. ti. & C. eo. titu. l. exigendi. §. ſanè. &
ĩ. c. qui generaliter. §. fi. vbi apparet contrariũ de filiofamil.
1 ſaltem minore. vide Ber. in glo. prima. ¶ † Dicit hîc Hoſti.
quòd filiusfa. bene poteſt, vt procurator admitti, quanuis
minor, dummodo non opponatur, vel dũmodo is, qui eum
conſtituit ſit ſoluendo, vel pro ipſo cauerit: quia tunc non
reſtituitur: vt. ff. de minori. l. iij. § ſed verum. & te. probat etiã
quia edictum iſtud eſt prohibitorium &c. ita ꝙ quilibet nõ
prohibitus, & à quolibet non prohibito poteſt cõſtitui: vt
hîc, & ff. eo. l. filiusfa. § ipſe quoq;. & l. mutus. § j. eo. titu. Nec
obſ. huic dicto iura pro contrarijs allegata. l. lex minor. &
l. exigendi. quia in vtroque valebat minor defendere ſine
mandato, & ſe & fideiuſſores ſuos obligare. Item probat,
quia minor, maior tamen. xvij. annis, poteſt conſtitui pro-
curator ad negocia generalis. ar. Inſti. qui. & ex qui. cau. ma.
nõ po. §. iuſtè. ergo & ad iudicia. Probat conſequentiã, quia
pocurator generalis ad negotia datus, agere poteſt in iudi-
cio, vt. ſ. c. dilectus. verſu. earum. Facit. ff. de poſtulã. l. j. §. j. ni-
tium. Nec ob. quòd nõ poteſt fieri delegatus principis. ſ. de
offi. deleg. cum. xx. per id, quod ibi ſcripſi in prima oppo. Et
ſi velles materiam ampliare, poſſes hîc iungere, quæ ibi tra-
ctaui in. iiij. oppoſitionibus, & quæſtionibus. vij. Nec ob. ꝙ
procurator excõmunicatur. ĩ. vt. lit. non cõteſt. c. j. in fi. Non
enim propter hoc lęditur, quia excõmunicatio medicinalis
eſt non mortalis. ĩ. de ſen. excõmu. cum medicinalis. Facit,
qui a in ſpiritualibus minor etiã nomine ſuo eſt in iudicio,
ĩ. de reſti. ſpo. ex parte. & legitur & notatur. ĩ. de iudi. c. fin.
lib. vj. ergo multò fortius & alieno. In temporalibus tamen
non habet minor perſonã nomine ſuo ſtandi in iudicio: vt
legitur & not. ſ. eo. accedens. ad fi. & ĩ. de in integrum reſti.
conſtitutus & de app. ex parte ſecunda. Facit, quia ſi malè
ſe habuerit minor in procuratoris officio, imputet ſibi, qui
talem elegit: vt. ff. de procuratoribus. l. cum mandato. in fi.
¶ Item, quid dicerent contrarium tenentes, ſi iuraſſet ſe
non petiturũ reſtitutionem in integrum decætero. Ceſſa-
ret enim tunc ratio quam allegat. C. ſi aduer. vco. authentic.
ſacramenta puberum. ĩ. de iureiur. cum contingat. Secundũ
hoc intellige, quod notatur in Summa. eo. tit. § ſi quis dari.
verſu, Item maior. ſecundum Hoſtien. & vide in Specul. eo.
ti. § j. verſu. Item quòd eſt maior. Et procedere poſſent iſta,
quando non excipitur. Et ſic intellige not. opi. Ioan. xv. quæ-
ſtione. iij. c. certis. & Vincẽ. Goſ. Ber. & Ioan. ĩ. de reſti. ſpol.
ex parte. & Hoſtien. hîc, & in ſumma eodem titu. § quis poſ-
ſit. Sed ſi exciperetur, repelleretur minor. xxv. annis Et ſic
intelligitur pręallegatum. c. qui generaliter. in fi. Et ſic intel-
lige opi. Accurſij. in. l. minor. alleg. & Ber. hîc & vide, quod
ibi dixi ſuper glo. penult. & quod notat. ſ. eo. in noſtra glo.
quando Nouel. dicã. in. c. qui generaliter. allegato vbi reci-
tabo dicta Henrici. Et Collec. & quæ ſuper hoc ſcripſi in
quæſtionibus præalleg. quæſtione. cxl. & quod infra in quę-
ſtione prima. ¶ Secundò contra ſecundũ dictũ opponitur
de. l. Item eorum. § ſed ſi ita. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis. So-
lutio, ibi in actore: hîc in procuratore. & ibi in glo. notatur
a diuerſitas rationis. ¶ † Iuxta quod quæritur nunquid pro-
curator ad cauſas generaliter conſtitutus poterit procura-
re futuras? videtur Nouel. ſentire, quòd ſic, per not. hîc
in glo. ij. & de hoc in Spec. eo. tit. § ratione aũt formę. vtrũ
procurator ad cauſas ſimpliciter conſtitutus poſſit tractare
futuras. verſu. ſed quid ſi procuratoriũ vbi Gul. idem tenet
quia cum poſſit procurator conſtitui ad præſentes & ad
futuras lites: qua ratione extenditur ad præſentes. & ad fu-
tura. ar. ff. de aur. & ar. l. j. de leg. iij. l. hæres meus. § j. de ſerui.
vrba. præ. ſi ſeruitus. xix. diſtinctio. c. j. de priuile. quia circa.
cum ibi not. C. quę res pig. ob. l. fi. ff. de pig. & quę nondũ di.
ff. de admini. tu. quoties. § fin. de libe. & poſ. l. placet. & l. ſe.
de penu legata. l. ei quoq;. Et dicit Spec. vbi. ſ. quòd ita obti-
nuit. Et idem videntur velle tenere Pet. de Bellapertica &
dominus Gaufridus de ſalinis in. l. qui habet. § fi. ff. de tute.
alleg. per illum. § & iura ibi alleg. ar. e. tit. l. ſi quis ita. § j. & de
leg. j. qui filiabus. § j. & Paulus & Matthæus ĩ. e. inſtrumento.
in Cle. vt ibi dixi in textu in verbo, cauſis. & in verbo, exten-
dunt. Sed glo. videtur tenuiſſe contrarium. ff. eo. l. omnium &
de dam. infec. l. damni. § ſi is, qui habebat. Et contrarium te-
net Gul. de Suza. ff. eo. l. iij. alleg. ff. de arbi. l. de his. & ff. de dã.
infec. l. damni. j. § ſi is qui. alleg. & de leg. iij. l. vxori. § vxori. &
quod not. in Spec. eo. tit. § j. verſu. Item excipitur, quòd licet
idem Dy. ff. de tutel. l. iij. Saluo, quod dicit, quòd ad futuras
connexas præſentibus, ſine quibus præſentes non poſſent
commodè terminari, bene extẽderetur: vt. ff. de tutel. l. iij.
de procuratorib. ſi defunct⁹. & l. ad rem mobilem. & l. ad le-
gatum. de pecul. leg. l. ij. de penu leg. l. nam quod. in prin. Se-
cus dicit, de futuris nõ pendentibus & non connexis. vt di-
cta. l. damni. & de auro & arg. le. l. de his rebus. Et hanc par-
tem ſequitur Ioã. And. in additionibus Spec. in dicto verſu.
ſed quid ſi procuratorẽ. Alleg. ĩ. de præben. qa ſępe. lib. vj. &
c. ſi iuxta. e. tit. in Cle. Allegari poteſt eodem modo. c. literas.
de reſcip. in Cle. ¶ Bar. mouet hîc in. l. omnium. § ſi is, qui,
alleg. & l. iij. ff. de tutel. & tenet in. l. omnium. & § ſi is, qui. ꝙ
non intelligitur datus ad futuras lites non connexas, nec de
pendẽ. ſicut Dynus per. l. qui habet. in fi. cum. l. ſeq. ff. de tu-
tel. alleg. Nec ob. l. fi. C. quæ res pig. ob. po. quia ibi loquitur
in pignore vbi verſatur modicum præiudiciũ partis: vt ibi
not. Cyn. Et in iſta opinione reperio Petrum finaliter re-
manſiſſe. Vltra Dyn. allegabat. ff. de libe. l. Aurelius. § Titi⁹
& § legatum. & C. de tutel. l. vlti. & iſta eſt veritas. Super quo
vide ad maiorem tui ipſius ſaturitatem qualiter pura ſeu ge-
neralis, vel vniuerſalis, aut indefinita diſpoſitio refertur ad
futura, latè per Bar. ff. de auro, & argẽ. le. l. ſi ita. poſt vltimã
oppoſitionẽ. Dicam in Cle. literas. de reſcrip. alleg. materiã
etiam extendere poſſes per ea, quæ ſcripſi ĩ. de offi. or. Roma-
3 na. lib. vj. in. vij. q. ¶ † Tertiò opponitur contra tertium
dictum, quia videtur, quòd pluribus procuratoribus ſi-
mul datis, iudex non debeat vnum admittere ſine alio: vt
ſupra. de offic. dele. cauſam ma. & ff. de re iudi. l. duo. De hoc
habes hîc latè in gloſſ. ij. & aliquid ſuprà eodem. petitio
in gloſſ. prima. Sed quia de hoc facta eſt noua decret. ĩ. eo. ſi

duo. vbi etiam dicam quid iuris, ſi vnus confitetur, & alius
negat. & in quibus glo. iſta per illam decretalem corrigitur.
& quod de hoc not. hic Nouella poſt Gof. ſuper gloſſa. iij.
4 ¶ † Quartò opponitur contra quartum dictum: quia
ſaltem lite conteſtata cum primo non poteſt dominus per
ſecundi dationem primum reuocare. j. eo. c. ij. lib. vj Solu.
hęc intelligitur ſecundum illã, i. lite non conteſta. cum pri-
mo, vt ibi dicitur. Super quo remittit Hoſtien. ad not. ſua in
Summa. eo. tit. § quis dari. ¶ Sed Collectarius videtur hîc
tenere, quòd idem eſt poſt litis conteſta. quia licet expreſsè
non poſſet reuocare, tamen tacitè poſſet alium conſtituen-
do: quia quædam poſſumus tacitè, quæ non expreſſè: vt
leg. & no. de foro compe. ſignificaſti. Sicut poſt procedendo
eo. tit. c. ſi quem. Simile. ff. ad Velleia. l. ſi ſine. & quod no. de
teſti. in ſi. dicam in dicto. c. ij. & in. c. ſi quẽ. ¶ Item ad idem
opponitur, quia in iudicum datione ſecundum reſcriptum
non reuocat primum, ſi de illo non faciat mentionem de
reſcrip. cæterùm. de offi. deleg. ex literis. licet glo. aliter hîc
dicere videatur in glo. ponit tenorem. ¶ Solu. aliud eſt in
iudicum datione, vbi etiam non eſt melior conditio occu-
paotis. Nam non fit tale præiudicium in procuratore, ſicut
in iudice. iudex enim iudicat, & communis perſona eſt: &
granare poteſt. Quæ omnia ceſſant in procuratore, ſecun-
dum Hoſtien. Sed licet verum dicat, bonum intellectum
5 habuit glo. ſecundũ Nouel. ¶ † Quintò cõtra dictum quin
tum opponitur, quia procurator ad vnũ deputatus de alio
intromittere ſe non poteſt: quia vno conceſſo, aliud vide-
tur eſſe prohibitum: vt. ff. de iudi. l. cum prætor & C. eo. l.
maritus. & ſupra de præſump. nonne. cum ibi allegatis. So-
lu. dic quòd procedunt cõtraria in caſu, in quo eſſet depu-
tatus procurator ad vnum articulum ſolùm, vt puta ad ſen
tentiam audiendã: quia tunc non poſſet aliud facere: puta
ab illa ſententia appellare, ar. iuriũ prædictorum. Sed hîc lo
quimur in procuratore ad cauſam ſimpliciter conſtituto,
qui appellare poteſt à ſententia: cum hoc ſit de pertinen-
tibus ad cauſam, ſecundum Gof. ¶ Nunquid ergo eſt hoc
verum, quòd procurator ſolùm conſtitutus ad ſententiã au
diendam appellare non poſſit ab ea, ſi lata fuerit cõtra eum,
vel contra dominum ſuum? videt quòd ſic per prędicta. Et
quia forma, ſeu limitatio mandati diligenter ſeruãda eſt. ff.
mand. l. diligenter. Pro quo bene facit. ff. de de peri. & cõ. re.
ven. l. ſi vina. & quod not. Cyn. de legib. quod fauore. in. ix.
oppoſitione. & hoc tenet Archid. ij. q. vj. non ſolent. in glo.
iij. hoc idem tenet hîc Collec. etiam de cõſtituto ad cauſam
poſt litẽ conteſtatã quia ille tenetur appellare, contra quem
fertur ſentẽtia: vt hîc. Modò cõtra tales nõ fertur ſentẽtia:
ergo &c. Verũ dominus Bernar. de Boſqueto inter quęſtio
nes Palatij, quęſtione. cxxv. ſecundum librũ meum, dicit ꝙ
in conſilijs Rotæ omnes auditores fuerunt inclinati ad cõ-
trariam partem, pro eo quòd appellare eſt de cõnexis & de
pendentibus. & quaſi viciorũ ipſi mãdato. ar. ad hoc. ff. iudi.
ſol. l. iam tamẽ. § in hac. Pro quo induco. ff. manda. l. ſi. § ſi. Et
facit ad hoc, quod not. Cõpoſt. de elec. ſtatuimus. § j. lib. vj.
in. j. q. quam mouet ſuper verbo, in perſonam. quaſi circa
medium. xij. colum. Et quia dominus non videtur in dubio
illam limitationẽ feciſſe ad impugnandũ ſuam iuſtitiam:
quod eſſet, ſi nõ poſſet appellare. ar. ff. de teſta. mili. l. iij. Pro
quo etiam facit: ſimpliciter conſtitutus ad cauſam princi-
palem videt limitatus, vt nõ poſſit proſequi cauſam appel.
& tamen hoc non obſtan. poteſt appellare: vt hîc, & C. e. l.
inuitus. Fatebãtur tamen oẽs quòd talis limitatus ad ſentẽ-
tiam audiendã, licet poſſit appellare nõ tamẽ poſſet appella-
tionẽ proſequi. arg. d. l. inuitus. cum ſua materia. ¶ Quid di
cendũ? certè pro nunc magis ad primã opinionẽ inclinor.
Nam audire ſententiã ferri, & à lata ſententia appellare, nõ
videtur eſſe actus idem, vel ſimiles, ſeu conſequẽtes, aut con
nexi, vel vicini. Sed diuerſi & ſeparati ac multùm diſſimiles
imò magis cõtrarij, maximè reſpectu finis. & per conſequẽs
non eſt bona illatio inter eos. ff. de calũ. l. ſi. de ſol. l. qui homi
nem. in ſi. Et ideò non video quare forma, & limitatio man
dati ſeruanda nõ ſit. de præbẽ. cui de non lib. vj. Licet enim
generalitas bene trahat ad ſe ſuas ſpecies: vt puta generali-
tas cauſæ de mãdato articulos appellationis certũ eſt, quòd
cadit ſub ipſa generalitate cauſę ſatis propriè. Et de ſecũdo
etiam ſatis patet, quòd ſub larga verbi acceptione etiã ſub
illa, bene cadit: vt patet ex his, quę notant. j. de iura. ca. c. ij.
lib. vj. Et ſic procedũt, quę legunt & notant hîc, & in. l. inuit⁹.
alleg. tamen de natura ſpecierũ diuerſarum nõ eſt, quòd vna
aliam trahat: imò ecõtra: vt probant iura allegata. Et facit
quod legitur & notat de procurato. nõ poteſt. in Cle. & de
prębẽ. c. cum in illis. § j. lib. vj. & cle. j. § j. eo. ti. ¶ Sextò cõtra
dictum ſextũ opponit. quia negotiũ inchoans, tenetur pro-
ſequi. j. de cõmod. c. vno. Sol. dic quòd hoc facit hîc, quia iſti
actus ſunt diuerſi, licet primũ ſit pręparatoriũ alterius: vt
not. Accur. C. e. inuitus. Quod patet quia ad hoc diuerſa tẽ
pora ſtatuũtur ſecundum Nouel ¶ Item opponit ad idem,
de. l. vna. ff. an per alium cauſæ appel. Sed illa loquit in pro-
curatore conſtituto ad appellandũ, & proſequedũ ſecundũ
Gof. ¶ Item opponitur ad idem de. l. qui proprio. § Item
quærit. ff. eod. quo cauetur, procuratorẽ cogi ſuſcipere iudi-
cium reſtitutoriũ finito principali loquit in illo, qui fuerat
ſpecialiter datus ad id circa hoc, & circa materiã huius di-
cti omnino vide Cyn. in. d. l. inuitus. C. e. in. vij. q. ¶ Item op
ponitur de. l. vlti. ff. ſi tu. vel cura. appel. Aduerte, olim erat
opinio cõtraria, quę adhuc ſaluari poteſt in generali procu
ratore, de quo. ſ. e. dilectus. Hic verò loquit in ſpeciali. Ho-
ſtiẽ. vnde dicebat Inno. hîc loqui in procuratore actoris, ac
negotiorũ geſtoribus, & fideiuſſorib⁹ Sed aliud dicit in em
ptoribus, & hæredibus vindicãtibus necem defuncti: quia
hi etiã proſequi appellationẽ tenent: vt. ff. ad Silla. l. propter
leuẽ. § ſi. & de euic. l. Hęrẽnius. § j. Et idẽ credit in tutorib⁹
& curatoribus. ar. ff. ſi tutor, vel cura. app. l. vlt. alleg. & C. de
appel. l. ſi actor. Et idem dicit ead. ratione in geſtore, qui ac-
ceſſit animo gerẽdi omnia, qui eum teneat de alijs omiſſis,
multò forti⁹, ſi omiſit appellationẽ proſequi. ff. de negotijs.
l. ſi pupillus. § vlti. Quanuis ſecundum eum poſſit dici eum
teneri proſequi: quia ſicut aliorum ſuorum negotiorũ pro-
ſequutionem nõ poteſt omittere: ſic nec proſequutionem
appel. ſecundũ eum. Pro quo. ff. de neg. geſt. liberto. § ſi. & de
his in Spec. de app. § j. in princ. Et fertur etiã Inno. ſcripſiſſe
hîc in additione, ꝙ arg. huius literæ probatur procuratorẽ
datum ad defendendũ cõtra quẽ actum fuit pſonali ex cer-
ta cauſa nõ poſſe cogi poſteà ſuſcipere iudiciũ ad idem ex
alia cauſa: poſſet tamen recipere, ſi vellet: ſed ſufficiat, ꝙ in
paucis, &c. C. de neg. geſt. l. tutori. vide cle. j. e. ti. in cuius caſu
hoc dictũ non procedit. dicã in dicta Cle. ¶ Dicit Collec. ſe
non videre hoc dictũ non velle, ſi procuratoriũ continebat
certam cãm & actionẽ: quia mutata cauſa agendi mutat iu-
diciũ ſine cauſa. j. de iudi. examinata Sed parcat mihi Collec.
quia nõ intellexit, vt puto, Inno. neq. Nouel. Non enĩ puto,
ꝙ intellexerint de procuratore limitato ad certum modum
agendi, ſed potius de dato ſimpliciter ad defendendũ con-
ſtituente contra actorem in his, quæ ab ipſo cõſtituente
petere vellet actor. & tunc ſtat bene dictũ Innoc. ceſſante
caſu Cle. vtpote. quia non receperit procuratoriũ, ſed con-
ſtitutus fuerit apud acta, vel quia recepit cum proteſtatio-
ne, &c. Et etiã ſtat bene dictum Nouellæ in caſu dicta Cle.
videlicet dum ſine proteſtatione procuratorium ſimpli-
citer recepiſſet. ¶ Oppoſitionibus expẽditis, ad quæſtio-
nes accedens & rediens ad materiam primi notabilis, &
6 ſubintrans primam diſtinctionem Henrici. † Quæro pri-
mò generaliter in qua ætate quis poteſt gerere negocium
alienum. Circa quod dic ſecundum eum, quòd extra iudi-
cium cum mandato poteſt poſt. xiij. annum: vt. ff. de manu.
vin. l. ſi collactaneus. & Inſtituta, quibus manumittere nõ li
cet. § eadem. & j. eodẽ, qui generaliter. lib. vj. vbi de hoc. &
etiã ſine mandato poſt. vij. annos: vt. ff. de inſtitor. l. ſi. & ſi
quis § paruũ. & de exercitoria. l. j. § parui. In iudicio verò ſi
quæris

quæris de iudice, dic vt plenè notaui in.c. cum viceſimum.
allega. de quo.ff. de iudic.l. cum prætor.§. non autem. ¶ Si q̃-
ris de aduocato dic, ꝙ in.xvij.an. vt.ff. de poſtu.l.j.§ initium.
¶ In procuratore verò ſiue cum mandato, ſiue ſine manda-
to requiritur ſecundum eum.xxv. annus: vt.ff. de procura.l.
minor.&.c. qui generaliter. in fine allegato. Fallit in filio de-
fendente patrem: vt.d.l. exigendi. ¶ In compromiſſo haben
te inſtar iudicij.ff. de arbi.l.j. requiruntur.xx. anni.ff. de arbi
tris. cum lege. Ratio diuerſitatis inter procuratorem & ad-
uocatum eſt, quia procurator proponis actum iudicialem
in perſona ſua: ideò læſus reſtitueretur. Et ſic proceſſus de-
luſorius. ſed aduocatus in perſonam domini, qui per conſe-
quens non reſtitueretur. Vide Ioan. Andræ. in.c. qui genera
liter. in fi. ſecundum eum: qui ſubdit no. Hoſti. & Nouellæ,
quę ſcripſi. j̃.e.c. in prima oppoſitione. Ego autem decidam
in.d.c. qui generaliter. alle. vbi etiam dicam illa, quæ de his.
hîc notauit Collect. ¶ Super quo etiam vide ea, quæ tetigi
de hoc poſt legiſtas. j̃. de arbi.c. dilecti. in magna ſuppletio-
ne glo. ſecundę.§. ſexto. verſu, ſextus ibi: attende tamen, & il-
la colloca hîc: quia ibi malè, & hîc bene ſederent. & reſpon-
7 de ad illa. ¶ Secundò ſecundam diſtin. Henrici ſubintrans
quæro generaliter: qualiter procurator per iudicem poteſt
præcisè compelli defendere dominum ſuum? Et dic ſequen
do dicta Cyn. in.l. inuitus. alleg. in.v.q. de quo etiam tangit
Archi. j̃. eo. is, qui. lib.vj. in.q.ij. vbi de hoc dicam. & de hoc
aliquid per Inno. s̃. eo. conſtitutis. & in cle.j. j̃. eo. in glo. præ
cisè. Et dicam etiam. j̃.c. quáuis. libr.vj. in oppoſitione.ij. ꝙ
ſi eſt procurator generalis ad omnia negocia generaliter cõ
ſtitutus, de quo. s̃.c. dilectus. Talis tenetur dominum, defen
dere etiam in cauſis appellationum. aliâs de negligẽtia dam
neretur. de officio Archi. ea, quæ. de offic. cuſto.c.j. ſecundũ
Hoſti. & Nouellam hîc & Specu. eo. ti.§ j. verſu, ſed pone, ꝙ
procurator. ¶ In procuratore verò ad certam litem, vel ad
certas lites deputato, de quo loquitur hîc: vt patet ibi. *Ad
futuras controuerſias.* &c. etiam quo ad principalem cauſam,
ſeu inſtantiam primam, ſatiſdatione de defendendo nondũ
præſtita, non tenetur præcisè ad inſtantiam aduerſarij de-
fendere dominum: nec iudicium in ſe ſuſcipere: ſiue ſit pro
curator actoris, ſiue rei: vt.ff. eo.l. filiusfami.§ inuitus. &.l. nõ
cogendũ.§. ſabinus. &.C.e.l. inuit' licet talis procurator teneat
domino ſuo actione mandati, ſi eum nõ defendat: vt.ff. mã-
dati.l. procuratorem.§.j. Inſti man.§ mandatum. Nam & p-
curator actorum habet tacitum mandatum de defendẽdo
in cauſa reconuentionis. argu.ff. eo.l. ad rem. Et hoc niſi ex
iuſta cauſa omittat eum defendere. Sed ſi ſatiſdatio de de
fendendo eſt iam præſtita: tunc procurator actoris nullam
cauſam proponens, quare non vult defendere compellitur
præcisè ſuſcipere iudicium in cauſa reconuentionis: vt.ff.e.
l. ſed & hæ.§. præter ſatiſdationem. vbi de hoc per Accurſ.
&.l. omniũ. eod. titu. ¶ Sed & ſi cauſam iuſtam proponeres,
adhuc idem in actione tempore peritura, videlicet vſq; ad
litis conteſta. vt.d.l. inuitus.§ vlti. &.l. ſequen. & ſeq. ¶ Sed ſi
non eſſet tempore peritura, ſecus. Sufficeret enim tunc ſti-
pulationem committi ob rem non defenſam, ſi dominus
pro eo ſatiſdedit. Sed ſi ipſemet ſatiſdedit, non committi-
tur. ¶ Procurator verò rei, ſi ipſe cauit, non cogitur præci-
sè defendere, niſi res ſit tempore peritura. vt.§. Sabinus. alle-
gato &.l. ſed etiam.ff. eo. Sed ſi dominus cauiſſet pro eo præ
ſente & non contradicente, cogeretur præcisè defendere
eum. ſed ſtipulatio committeretur ad intereſſe cõtra domi
num: vt.l. filiusfa. alleg.§ fi. vbi de hoc &.l. ſi defunctus.ff. eo.
&.ff. manda.l. procuratorem.§. fi. Sic intellige notata Innoc.
s̃. eodem conſtitutis. in glo. fina. & Nouellę. eodem titu. ac-
cedens. & Cardi. j̃. eodem. is, qui. in glo. ſecunda lib.vj. Fallit
in caſu, vbi pro procuratore abſente cauiſſet, & procurator
poſteà expreſsè, vel tacitè ratum habuiſſet: quia tunc coge-
retur præcisè defendere, ſiue eſſet procurator rei, ſiue acto
ris. Quod dic, vt legitur & notatur in Clemen.j. eod. titulo.
& hoc de cauſa principali. ¶ In cauſa verò appellationis ſi

loquamur de conſtituto in ipſa cauſa principali in qua ex-
titit appellatum ad articulum certum, puta ad ſententiam
audiendam: tunc dic de hoc prout ſcripſi. s̃. eodem in.v. op
poſi. Si verò loquimur de procuratore conſtituto in cauſa
principali ad totam cauſam, ſeu ſimpliciter & indefinitè ad
cauſam ipſam quod eſt idem. arg. C. eodem.l. ſi procuratori.
j. reſpõſo. Et ſi quæras de appellatione quę defenſionis ſpe-
cies eſt argu. j̃. de excepti. cum inter. & de reſcrip.c.j. lib.vj.
Dico ſequendo dicta Cyn. in.l. inuitus. in.vj.q. ꝙ ſi ſenten-
tia eſt lata contra dominum ſuum, ſeu contra eum nomine
domini ſui: & eſt iniuſta, tenetur appellare, niſi iuſta cauſa
eum excuſet: vt infirmitas. j̃. qui matri. accuſa. poſ. cum in
tua. vel paupertas vt.ff. manda.l. ſi procuratorem.§. ſi ignorã
tes. Et quod dico de paupertate poteſt habere locum, quan
do appellatur ab interlocutoria, vel à grauamine aut etiam
à diffinitiua non tamen in continenti: quibus caſibus appel
landum eſt in ſcriptis. Et oportet dare pecuniam aduoca-
tis dictantibus & ſcriptoribus ſcribentibus appellationem
aliâs appellare à diffinitiua ſufficeret nudo verbo: vt.ff. de
appellatio.l.j. ad fin. ſecundum Goſ. Abb. & Nouellam hîc.
& legitur & notatur. j̃. de appellatio. cordi. in princi. lib.vj.
vel metus. C. de his, qui metu iudi. non appella.l. fin. &. j̃. de
appellatio. ſi iuſtus. vel alia iuſta cauſa, quibus, & ſimilibus
caſibus tenetur domino denunciare: vt appellationis offi-
8 cium per ſe, vel alium exerceat. † A ſententia autem contra
dominum lata, quam conſtat eſſe iuſtam, ſecundum Iaco. de
Raue. C. eo.l. inuitus. non tenetur appellare: quoniam non
prohibetur bonam fidem agnoſcere: vt.ff. mandati.l. ſi fide-
iuſſor.§. quædam. &.l. Quintus. in fin. Et de adminiſtra. tuto.
l. quoties.§. ſicut. In dubio autem iuſta præſumitur. Et ideò
procurator non habet neceſſe in dubio appellare: niſi domi
nus probet eam iniuſtam: quia pro ſententia præſumitur:
vt.ff. de offi. præfecti prætorio.l.j. circa princi. & de reg. iur.
l. res iudicata. &.l. non videtur.§. qui iuſſu. ſecundum eum.
&. s̃. de renuncia. in præſentia. &. j̃. de re iudi.c. ſicut. &.c. cũ
inter vos. & eſt glo. in ſimili.ff. de euictionibus.l. Herenni'.
in fi. Dicit tamen Henricus, ꝙ licet iſta opinio Iaco. poſſit
ſuſtineri de iure, tutum tamen eſt procuratori, ꝙ denũciet
domino, ꝙ appellet. Et idem no. Cyn. in.d.l. inuitus. in.vj.q.
in fi. vide quod dicam. j̃. in q̃onibus Colle.q.iij. ¶ Proſequi
autem cauſam appellationis à diffinitiua interiectæ non te
netur talis procurator. vt hic in fi. quia per diffinitiuam fi-
nitur inſtantia in qua ſe obligauit. De appellatione verò ab
interlocutoria ſtatim dicam.
9 ¶ † TERTIO quæritur reſumendo dicta Innoc. vtrũ
procurator, qui ab interlocutoria, vel à grauamine appella-
uit, teneatur huiuſmodi appellationẽ proſequi? dicunt qui-
dam quod talem tenetur procurator proſequi. Et eſt ratio,
q̃a ad huiuſmodi incidentes quęſtiones extendit ſe manda-
tum ſecundum eos. pro quibus facit.l. ad rem. &.l. ad lega-
tum. allegatæ & de officio deleg. prudentiam. in fine &. j̃. de
in integrum reſtitutione.c. penultimo. ¶ Quorum opinio
ſecundum Innocen. Hoſtien. & Nouellam hîc, & Speculato
rem titu. de appellatione.§. primo in princip. eſt vera, quan-
do cauſa appellationis tractanda eſt in eadem ciuitate: vel
in loco, vbi non oporteat eum ſua negotia poſtponere: vt
quia appellatur ab Archidiacono Pariſienſi ad officialem
excommunicatiõis.regulariter infici ipſo iure. Et in caſu ſecundo totum contrarium ſi illos ipſo iure tenere. Primum probatur in.c.ad probandum.vbi loquitur & not.quòd geſta in iudicio per iudicem excommunicatum ratione ſuæ iuriſditionis ratione cuius cenſetur indubitanter in publico officio conſtitutus ipſo iure non valent.& hîc notat Inno.patet etiam in ſpiritualibus actibus,qui geruntur ratione officiorum publicorum,& tamen ſi fiant ab excommunicatis ipſo iure non valent:vt not.Inno.hîc,& in.c.veritatis.alleg.&.ſ.de elect.nihil vbi de hoc dixi.& de teſta. Raynaldus in glo.pactum eum. Et eſt ratio huius, quia excommunicatus eſt eo ipſo ab omni publico officio ſuſpenſus:& gèſta per ſuſpenſum durante ſuſpenſione ipſo iure,non valent,prout legitur & notatur.in.d.c.veritatis. Verum eſt tamen,quòd dictus dominus Martinus de ſalua in.d.c.veritatis.quoad id,quod dixi de ſpiritualibus, excipit tres caſus. Primus eſt in actibus,in quibus imprimitur character, ſicut Baptiſmus & ordo ſacer.quia collati ab excommunicato,vel ſuſpenſo ipſo iure tenent: vt legitur & nota. de ordi. ab Epiſcopo,qui renun.Epiſcopa.c.ij. ¶ Secundus caſus eſt in actibus ſpiritualibus irrectractabilib⁹,ſicut ſunt votum profeſſio & matrimonium,& eſt ratio huius: quia prohibitio communis eſt in odium excommunicati ideò in eius fauorem retorqueri non debet.argu.ff.de neg.geſt.l. ſine hæreditate.& de interdict.& releg.l.iij.in fi. Sicut nec econtra: vt.C.de legi.l.quod fauore.& eo.titu.ff.l. nullo modo. Et ſi prædicta propter excommunicationem min⁹ tenerẽt. iam cederet hoc in fauorem excommunicati. Igitur. ¶ Tertius eſt in occulto excommunicato.de quo.j.dicam. Item fallit in caſu.c.præſidentes.j.de hæreti.libr.vj. ¶ Sed in alio caſu principali dico,quòd alij actus,qui non geruntur ratione publici officij geſti p excommunicatũ.licet ope exceptionis elidi,ſeu excludi,vel impediri poſsint:vt dixi.ſ. in proxima quæſtione,& hîc probatur.tamen regulariter tenent, & nulli non ſunt ipſo iure.patet de iudicialibus per notata in.c.pia. Et de contractibus per nota.Inno.hîc.& in.c.veritatis.&.c.ſi verè.& Henrici.in.c.veritatis.in.ij.diſt. Et de teſtamento per nota Nouellæ de ſen.excom.decernimus.vbi plenè lib.vj.quod membrum latius proſequitur in.c.allegatis. ¶ Fallit in caſib⁹,vt in impetratiõe reſcripti:vt.d.c.ipſo iure.& in voto in electione præſtito:quod licet ex iure perſonali procedat:vt not.Inno.hîc,& in.d.c.illa tamen nõ præſtat ſuffragium &c.vt.ſ.de conſue.cum dilectus.de elect.cũ inter. Etiam niſi in caſu qui habetur de elect.c. ne Romani.§.cœterum.in cle. An verò fallat in procuratoris cõſtitutione.non reperio,niſi quòd de conſtitutione ad reſcripti impetrationem hîc dubitatur,vt dixi.ſ. de quo poſteà dicam. Item fallit ſecundum aliquos in ſpiritualibus. Sed contrariũ vidiſtis.ſ. ſecundũ Martinum de ſalua in voto,profeſsione, & matrimonio:fateor tamen,quòd quidam hanc fallentiã ponunt in receptione prouiſionis:vel acceptatione benefi-
14 cij eccleſiaſtici.de quo.j.dicam. ¶ † Tertiò ad tertiam difficultatem accedens principaliter.quæro,vtrum procedat illa differentia,quam quidam ponunt inter excommunicatum publicum.& occultum:dicentes geſta per occultum excommunicatum valeret quæ proximè dicta ſunt intelligi debere de publico. Et hoc eſt quærere in effectu,qualiter cõmunis opinio habens excommunicatum occultum pro nõ excommunicato facit valere geſta per ipſum excommunicatum occultum,quæ aliâs non valerent:puta ſi nõ eſſet occultus excommunicatus,ſed manifeſtus. Hoſti.tenet hîc, ꝗ valet conſtitutio procuratoris & impetratio occulti excõmunicati. Collectari⁹ remittit ad collecta ſua in.c.poſſeſsionem.&.c. prudentiam. Nouella verò tenet contrarium de impetratiõe reſcripti,per.c.poſſeſsionem.&.c. ipſo iure. Et ſic tenebat hîc olim Ber.in glo.quam poſteà cancellauit. Et ſic tenuit Cardi.in.c.ipſo iure,nõ obſtat,quòd puniatur dominus non excommunicatus, qui non peccauit in hoc, qa reſcriptum ſui procuratoris excommunicati nõ tenet:quia ſi ſciebat, ſibi imputet. Si ignorabat,agat contra eum. Vin. Hoſtien.pro opinione ſua inducit verbum hoc,ſciens de re iudi.ad probandũ.de excep.exceptionem.& l.Barbarius.C. de teſta.l.j.qui filij ſunt legi.ex tenore.de clerico. exco.mi.ſi celebrat.de ſen.excõ.ſacro.&.c.ſignificauit.ff.ad Maced.ſi qs patrem. nec obſtat ſecundum eum de reſcrip. ſuper literis. ad fi.quia & ſi Papa ſciret excommunicatum impetratum, ſed occultum,non repelleret ipſum.argu. de ſenten. excom. cum non ab homine.ij. quæſtio.vij. plerique.vj. qõ.ij.c.ij. & iij. Et dicit hoc expræſſum de excep.pia.lib.vj.& ſuper hoc iunge primam gloſſam Berñ. ¶ Dominus Raymondus de de ſargijs eſt in alia opinione quòd non valeat tale reſcriptũ impetratum per excommunicatum procuratorem non excommunicati. Et probat per.c.ipſo iure. quia loquitur indiſtinctè.argu.iij.qõ.iiij.nullus.de hæreti. fraternitatis.& eo.titu.c.ij.§.penul.lib.vj.de cleri.excõ.mi.c.illud.ff. de eo, per quem fac.eſt.l.vlti. Et quia dolus& factum procuratoris circa commiſſum negotium nocet: vt.j. vt lite non conte.c.j. Nec obſtat.c.ſi compromiſſarius.de electio.libr.vj. quia illi compromiſſarij non erant ſoluendo.ff. de dolo.l. eleganter. §.ſi dolo.cum alijs ibi no.& de in integ.reſti.in.iij.glo. ex literis.in.iij.glo. Item prædictã opinionem Cardi. Nouellę & Raymõ.tenet Calde.ſi dominus conſtituens ſciuit procuratorem eſſe talem:ſecus ſi ignorauit.quædã.j.proſequar.j.in xiiij.quæſtione:verſu,quartò quæro. Et hîc directè percutiũt notata Io. Cal.in quæſtione & diſtinctione prædictis. Et hîc etiam ſolùm diſtinguo duos principales caſus.& pono duas quæſtiones principales. Quarum prima eſt, quòd geſta per excommunicatũ occultum in publico officio cõſtitutũ ratione publici officij à communi opinione & vtilitate iuuantur.& propter communem opinionem & publicam vtilitatem valent talia, quæ de iure aliâs non valerent excommunicatione obſtante. ¶ Secundus caſus & ſecunda quæſtio eſt,quòd geſta per excommunicatũ occultum conſtitutum,vel nõ conſtitutũ in officio publico nõ tamen ratione publici officij à communi opinione,vel publica vtilitate regulariter non iuuantur. & ſi aliás facta per publicum excommunicatio de iure non valent,æquè irrita erunt,ſi fiant per occultum. ¶ Reſpondeo ad primam quæſtionem.& dico,quòd dicta quæſtio prima probatur in.d. c.ad probandũ.à contrario.& in.c.nonne.&.c.ſi tantum. & l.Barbari⁹.&.l.j.C.de teſta.aliâs.&.l.ij.C.de ſent. Notaſ per Inno.Hoſti.Nouellam Cal.Lig.& Henricum & per Cal. in quęſtione & diſtinctione prędictis. ¶ Fallit tamen iſta quęſtio in caſib⁹. ¶ Primò enim fallit in caſu,in quo opinio cõmunis non eſt probabilis:vt probat dicta decre.ad probandũ.vbi & in quęſtione prędicta hîc not.Cal.fa.xvj.diſti.qd dicitis.de poſtu.pręlato.c.j.& ibi concordantię.viij.qõ.j.c.j. Secundò fallit,cum ille in cuius perſonam & vtilitatem actus huiuſmodi per talẽ excommunicatum occultum,licet ratione publici officij exerceretur,ſcit huiuſmodi excommunicationem alijs occultam:quia enim in eo ceſſat ratio communis erroris aliorũ ignorãtia:licet probabilis ipſum ſcientem releuare non debet.argu.ff.de iur.pat.l. adigere.§. quãuis. Et probatur hîc,quia vt dixi.ſ.in.ij.not.tex. iſte loquitur generaliter. Nec ſe reſtringit ad excõmunicatos manifeſtos.& tamen ponderat ſolam ſcientiam huiuſmodi.facit, qa q in legem peccat,legis beneficio ſe iuuare non põt: vt.ff.de minoribus.l.auxilium.§.in delictis. Modò iſte communicando contra legis prohibitionem ſcienter peccat in legem.igitur in eo,in quo delinquit, iuuari non debet, ſed puniri.argu.j.qõ.j.ſi qui Epiſcopi.de cleri.excõ.miniſt.c.poſtulaſti.cum concor. Et hoc credo verius,quã id, quod ſcripſit in qõ prędicta.Calde.dicẽs actũ talem mero iure nõ valere:ſed caſſari debere.credo enim potius, quòd nec ipſo iu-
14 re valeat talis act⁹ per prędicta. ¶ † Et ex hoc ſaluo omniũ iudicio meliori,putarem,quòd facta per Bartolomeum tẽpore,quo verus Papa communiter credebatur, in perſonis illorum,qui ſciebant ipſum non eſſe verum Papam,ipſo iure nulla

re nulla fuiſſe , etiam ſi erant talia, quæ cõmuni errore aliâs
iuuari potuiſſent. Et ita dixi iam pridem de tranſla. Epiſco-
pi. Moderni Albienſis tunc Maſsiliẽſis de eccleſia Maſsiliẽ-
ſis ad eccleſiam valentinam, per dictum Bartholomæũ tũc
facta: quia dictus Epiſcopus Albienſis tunc maſsilienſis ſcie
bat, vel ſcire debebat Bartholomæum non fuiſſe canonicè
inſtitutum. Nam & ad cuſtodiam conclauu tempore intru
ſionis ipſius Bar. fuerat ordinatus. & totum tumultum. ac
rumorem & clamorem popularẽ occulatè inſpexit. Et ideò
cautè ad gratiam domini noſtri rediens obtinuit diſpẽſatio
nem & nouam tranſlationem primò ad valẽtinam, & ſecũ-
dò ad Albienſes eccleſias antedictas. ¶ Tertiò fallit in caſi-
bus omnibus, in quibus vtilitas, vel honor actus geſti cede-
ret principaliter in fauorem ipſius excõicati. ſicut præſtare
ſuffragium, vel vocem in electione, aut procuratoris conſti
tutione ad communitatem, vniuerſitatem, vel collegiũ pœ
nitente. licet eum iſtud faciat excõicatus occultus ratione,
publici officij: quod exercet: hoc eſt ratione dignitatis, cui
præeſt. vſus tamen & actus huiuſmodi perſonarum ſolùm
cedit in honorem, ſeu vtilitatem ipſius facientis: vt hîc vbi
de hoc reputo caſum expreſſum cap. intelligendo textũ etiã
de excommunicato occulto: vt ſępius dixi. Et hoc eſt, quod
voluit hic Inno. in eo, quod ſcripſi poſt eum. s̃. in ſolutione
tertiæ oppoſionis. ver. ſubdit. ij. Inno. Et hoc ratione oſten-
do. Nam ſentẽtia excõmunicationis in non excõmunicato,
ad cuius vtilitatem actus cederet, actum ipſum valere impe
dit ipſo iure: vt. s̃. dixi in proximo caſu igitur fortius in per
ſona ipſius excommunicati impedire debet. Nam propter
vnum quodq; tale, & illud magis: vt. ff. de colla. bo. l. dotem
dedit. vel incipit: dedit dotem. &. C. de ſacroſan. eccle. auth.
multò magis facit quod ſcripſit Calderi. in deciſione quæ-
ſtionis præcedentis: dicens, ꝙ ciuiles actus, quos facit excõ-
municatus ad ſuum commodum, vel vtilitatem , ſicut ſunt
eligere & impetrare non tenent: ne de ſua malicia lucrentur
de iudi. intelleximus. Et hoc verũ in priuato pro ſe impetrã
te. Secus fortè in caſu hu' decre. cõmunitati nihil valeat im
16 putari, ſecundum Ray. de ſargijs. † Et ex his infero vnã cõ-
cluſionem contra præfatum Calde. videlicet, ꝙ collatio, vel
præſentatio beneficij eccleſiaſtici facta per excommunica-
tum occultum ratione dignitatis, cui prę eſt, nullę ſunt ipſo
iure. nec cõmuni opinione iuuantur. cuius contrarium ipſe
Calde. poſuerat deciſiuè in. q. prædicta. Et patet ex dictis,
quia licet ius conferendi ſit ipſius dignitatis, vſus tamen, &
fructus ſolùm cedunt ad cõmodum, & vtilitatem, ſeu ad ho
norem, vel fauorem ipſius prælati conferentis , vel præſen-
tantis. Et ideò à generali vicariatu excipitur. de offi. vicarij.
c. ſi. lib. vj. Sicut de elec. dixi. s̃. poſt Inno. Et fatetur etiã Cal-
de. & ideò miror de eo , cum re verà ſit eadẽ ratio vtrobiq;.
Nec valet quod dixit, ꝙ eligere competit ratione canonica-
tus, vel ſpiritualis fraternitatis: vt no. Inno. in. d. c. veritatis.
& de elect. cum Vintoniẽ. in glo. vlti. Quodq; nullus cano
nicus dicitur habere publicum officium. ſed ſolùm capitu-
lum: vt no. ipſe Innoc. de conſue. cum dilectus. facit de offic.
ordi. irrefragabili. §. exceſſus. cum ibi no. per Innoc. Et quod
hic no. Inno. in glo. ſi. Dico enim, ꝙ nedum ipſum conferre
vel præſentare: ſed etiam ipſum eligere, ſeu in electione vo-
cem, aut ſuffragium prę ſtare, poteſt competere dignitati ra
tiõe ipſius dignitatis. vt. s̃. de ele. c. ſcriptum. Nec obſtat, q̃d
dicit, ꝙ eligere ab ipſo eligente fundamentum & ordinem
capit, ſicut & impetrare, quia fateor, licet oporteat etiã di-
cere, ꝙ hoc ſit ex iure & nomine dignitatis: quia vt priuat'
hoc non poſſet. Sed ideò dicuntur tales actus recipere ori-
ginem à perſona: quia tales actus non cadunt in corpore fi-
cto, quod conſenſu caret: ſed ſolùm cadunt in corpore verò
videlicet in ſuppoſitis perſonarum , quæ huiuſmodi fictis
corporibus, hoc eſt ipſis dignitatib' præſunt, prout pulchrè
no. Inno. de ſenten. excom. c. Romana. poſt medium magnæ
glo. verſi. ex iſto loco. ¶ Sed ſi aduertis, idem in præſentatio
ne & collatione omnino reperies: quia cauſas ab ipſa digni-
tate nomine, cuius fiunt, & originem ac fundamentũ à per
ſona faciente, recipiunt. vlterius hoc probo aliter. Nam iſta
ęquiparo quoad actus nullitatem, de qua agitur : agentem
pati defectum poteſtatis, vel exercitij: quia vterq; defectus
æquè impedit & annullat. de primo. j̃. de iure patron. quod
autem. de. ij. j̃. de ſent. excom. per tuas. Et quod ſcripſi. s̃. de
offi. deleg. prudentiam. §. j. Modo ad propoſitum: cum de fa-
cto in aliquo publico officio conſtitutus, qui in illo officio
ius non habet ex defectu canonici, ſeu legitimi ingreſſus in
illo toleratur & agit, vt talis, & habetur opinione pro tali.
De geſtis per eum, qualiter valeant ipſo iure: reperio talem
diſtinctionem ex textibus vtriuſq; facultatis poſſe recolli-
gi. Nam quidam ſunt actus, quorum expeditio cedit princi
paliter in commune bonum illi dignitati, vel officio ſubdi
torum: vt de cauſis inter partes cognoſcere & iudicare. Et
tales actus propter commune bonum à cõmuni errore iu-
uantur, & valent. Et ſic rectè loquuntur. l. Barbarius. &. c. ad
probandũ. allegata. Et idem dicendũ de actibus cedentibus
in commune bonum, etiam non ſubditorum, ſecundum na
turam officij: ſicut teſtari in teſte. Et ſic rectè procedit. l. j. C.
de teſta. Vel inſtrumenta conficere in notatio. Et ſic rectè
procedunt not. de verbo. ſigni. veniens. ante fin. magnæ glo.
¶ Alij verò ſunt actus, quorum expeditio non cedit princi
paliter in commune bonum, ſed ſolùm principaliter in bo-
num ipſius dignitatis, vel officij, aut perſonæ, dignitati, vel
officio præſidentis. Et de iſtis non reperio textum iuris ca-
nonici, vel ciuilis, qui dicat eos communi opinione iuua-
ri. Ideò ſtabo regulæ, quæ dicit veritatem opinioni præfer-
ri. viij. di. veritate. de biga. nuper. de re iudi. cum Berthold'.
C. plus valere, quod agitur. in rubro & nigro. Et tales actus
ſunt conferre beneficia, præſentare, vel eligere ad ea, conce-
dere antiqua feuda eccleſiæ. j̃. de feu. c. ij. Et cœtera huiuſ-
modi. Nec obſtat huic. c. ſi tantùm. & . c. nonne. allegata cum
ſimilibus iuribus indiſtinctè loquentibus. de iure patro. cõ-
ſultationibus. de cauſ. poſ. cum eccleſia. de electi. querelam.
dico enim, ꝙ dicta iura nõ dicunt talia à communi opinio-
ne, ſeu errore iuuari. Sed bene dicunt tales præſidentes non
eſſe ante ſententiam deponendos, nec ſpoliandos, ſeu impe
diendos quominus vocentur & faciant, ſicut tales. Et fateor
ꝙ etiam dicunt, ꝙ geſta per tales ratione pacificę poſſeſsio-
nis ipſorum præſidentium, vel etiam ipſarum dignitatum,
vigorem recipiunt: quæ tamen aliâs non valerent: habita ta
men iſta diſtinctione, an bona fide, vel mala fide poſsideãt:
quia cum tales actus ſint vſus & fructus iurium ad quæ per
tinent: & poſſeſſor malæ fidei de iure nõ faciat fructus ſuos.
C. de rei ven. l. certũ. Quos tamen poſſeſſor bonæ fidei ſuos
facit: vt. ff. de acqui. re. do. l. bonę fidei. Et de vſuris. l. qui ſcit.
§ præterea. &c. querelam. c. cum eccleſia. &. c. conſultationi
bus. allegatis. ideò oportet dicere, ꝙ ſi bona fide poſsideant,
iuuat poſſeſsio. ſi mala fide, nequaquàm. ¶ Et ex hoc appa-
ret differentia inter primos actus & ſecundos: quia vbi pu-
blicus error iuuat , non nocet mala fides ipſius facientis.
Quod probat. l. Barbarius. quia ille Barbarius erat fugi-
tiuus, vt ibi dicitur, continuò ſuiipſius furtum faciens. C.
de ſer. fugiti. l. j. Qui per conſequens factum ſuum non po-
terat ignorare. s̃. de reſcrip. ab excommunicato. Nec obſtat
quod dicit Calde. confirmationem electionis factam per ſu
periorem occultè excommunicatum communi opinione
iuuari. allegans ad hoc pro caſu dictum . c. ad probandi. hoc
modo: quia ſecundis iudicibus commiſſum fuit ſecundum
quod primis, quorum alter erat excommunicatus. & caſus
habetur in antiqua: ſecundis committitur confirmatio ele-
ctionis. ergo & primis. & tamen factum illorum valet, non
obſt. excommunicatione, ſi occulta erat: vt ibi patet, à con-
trario. dico enim, quòd ibi commiſſa fuit cauſa confirma-
tionis electionis iudicialiter expedienda. & ibi agitur ſolũ
de caſſatione ſententię, vel proceſſus. Talia autem videlicet
inter partes iudicialiter procedere , & iudicare , ſunt actus
concernentes commune aliorum : id eſt ipſarum partium

bonum. Ideò non mirum, ſi communi opinione iuuantur. Non ſic autem de collatione, quę non concernit, niſi particulare bonum conferentis & prouiſi. & quæ ideò non pôt à communi errore iuuari, ſed ſolùm à poſſeſsione bonæ fidei ipſius facientis. Vnde hodie fateor confirmationem electionis debere inter primos actus ſemper annumerari. Et idem puto de inſtitutione præſentati, ſeu confirmatione præſentationis: quia iſta non videntur principaliter cedere in bonum excommunicati iſta facientis: cum hæc habeat facere de neceſsitate. Et ideò in generalitate vicariatus cõpræhenduntur: ſed cedere videntur principaliter in commune bonum ipſorum confirmandorum, vel inſtituendorum, qui in vim inſtitiæ iſta petunt & aliorum, quorum generaliter, vel ſpecialiter intereſt ſe opponere: vt patet ex his, quæ leguntur, & notantur. de inſtitu. c. ij. lib. vj. & de electio. c. vlti. eo. lib. Item fallit dicta concluſio in ipſa ſententia excommunicationis, quę à communi errore iuuari non poteſt in excommunicato occulto vt. x. quę ſtio. ab excommunicatis. j. q. j. c. ſi qui. de ordi. ab Epiſco. qui renunc a Epiſcopa. c. ij. & ibi. ar. lxxiiij. qõ. j. in ſumma. hoc no. Licet contrarium videatur ſentire Innocen. in. c. ſi verò. allegato. Et idem puto quoad executionem ordinum ab excommunicato occulto collaturum: quia illam non habent ordinati, etiã ab occulto: ſed egent diſpenſatione. j. qõ. j. ſi qui à ſimoniacis. de ordi. ab Epiſcopo, qui renun. c. ij. Licet aliter notare Inno. videatur. j. de ſciſma. c. j. & ita etiam ſcripſit Calderi. in qõ. prædicta. ¶ Sed huius occaſione quæro, pone prælatus verus & canonicus prælaturæ, & iuris conferendi poſſeſſor excommunicatus occultus, & ſuam excommunicationem ignorans, confert beneficium non excommunicato eandem excommunicationem etiam ignoranti: quæritur, vtrum collatio teneat. Et fortè ſic: quia iſte eſt de actibus, qui à poſſeſsione bonæ fidei recipiunt efficaciam ſuam: vt dixi. Et ſic videtur de hoc textus in iuribus pro effectu dictæ poſſeſsionis allegatis. c. nonne. & c. ſi tantum. cum ſimilibus. Super quo vide, quod dicam. j. in proxima quæſtione & in. iiij. qõ. poſt tertiam quæſtionem: verſi, ſed nunquid tales actus in excommunicato occulto. Et tene, quod ibi dicam. ¶ Expedito igitur caſu primo, ſeu concluſione prima redeamus ad ſecundam, in qua dixi, quòd geſta per excommunicatum occultum conſtitutum, vel non conſtitutum, in officio publico non tamen ratione publici officij à communi opinione, vel publica vtilitate regulariter non iuuari: & ſi aliàs facta per publicum excommunicatum de iure non valent, æquè irrita erunt, ſi fiant per occultum. Et de hoc eſt textus in iſto cap. quia conſtitutiu procuratoris de natura ſua non eſt de officio publico. Nec etiam impetratio reſcripti. Et probat optimè, quod ſcripſi poſt Innocẽ. de reſcrip. ſuper literis. in qõ. ij. de falſo reſcripto per delegatum pronunciato vero, &c. Et patet hoc, quia ſi regula eſt in contrarium videlicet, quòd talia de iure valere non debent, excommunicatione obſtante. Et iura de communi errore loquentia ad geſta ratione publici officij ſolùm ſe adaptant: vt in his patet, neceſſariò ſtandũ eſt regulæ: cum caſus à regula exorbitantes ſtrictam interpretationem recipiant: vt. j. de regu. iur. quæ iure. Et facit, quia tales actus de natura ſua non tendunt, niſi ad commodũ & vtilitatem excommunicati. & ideò valere non debent, per ea quæ in præcedentibus dixi. ¶ Ex quibus infertur, quòd verior eſt opinio Cardinalis, & Ioan. An. notata in. d. c. ipſo iure. quæ habet, quòd impetratio reſcripti facta ab excommunicato occulto, nulla eſt ipſo iure. Et ſunt hæc vera ſecundum Ioan. Calde. iij. qõ. prædicta ſiue ſe excommunicatum ſciat, ſiue ignoret. Ad quod inducit notata de cleri. excom. miniſtrã. c. apoſtolicę. vbi etiam dicit Hoſtien. quòd eligere, vel eligi non cadit in excommunicatum. quantumcunq; ſit occultus. Et hoc intelligit, dummodo conuinci poſsit. & per hoc ſaluat notata Innocen. de electio. c. illa. dicentis, quòd excõmunicati occulti ad electionem ſunt vocandi. Intelligit enim hoc Calder. de illis, qui nullo modo poſſunt conuicti, in quibus omnino probatio deficit, prout dicit ibi patere ex verbis Inno. Pone ergo patronus laicus iure patrimonij ius præſentandi poſsidens pacificè & bona fide, excommunicatus occultus, & ſuam excommunicationem ignorãs clericum habilem ſuam excommunicationem ignorantem ad beneficium præſentauit: Nunquid præſentatio tali ratione excommunicationis eſt nulla? videtur quòd non, per id quod dixi de collatione in concluſione præcedenti. Sed oppoſitum ego teneo de præſenti: quia non ex defectu poteſtatis proprietatis, aut poſſeſsionis, ſed ex vicio excommunicatiõis talis defectus inſurgit. Siue enim expeditio actus noſtræ proprietatis, ſiue iure poſſeſsionis, ſiue vtroque modo ad aliquem pertineat, ſemper vitium excommunicationis eſt idem. Præterea, quia aut diceres illum actum ex communi errore iuuari: & hoc non: quia non fit ratione publici officij. Nec tẽdit ad aliorum commune bonum, vt dixi. Aut ratione poſſeſsionis: & hoc non. quia effectus poſſeſsionis aliud nõ facit, niſi poſſeſſorẽ quoad effectũ fructus ſuos faciendi pro domino reputari: vt. l. bona fidei alleg. Et ideò in verò domino quo ad actus huiuſmodi validationem nihil agit: maximè ſi anteà ad alium minimè pertinebat. ar. C. de iure. do. l. in rebus. Nec obſtat quòd de collatione dixi: quia ibi eſt aliquid aliud. nam ibi collatio fit ratiõe publici officij. cuius autoritas & tollerantia aliorum vna cum poſſeſsione huiuſmodi hoc inducunt. per. c. nonne. & c. ſi tantum. alleg. Aduerte tamen hic, quia quidam ſubtilis doctor voluit dicere, quòd nec collatio beneficij facta per prælatum excommunicatum valet: nec cõmuni opinione iuuatur per præmiſſa. Et ſecundum hoc dicit quòd non procedit, quod ſcripſit Bernard. in. c. iſto. Et impetrationem excommunicati occulti, contra quem non fuit exceptum, valere. nec notata Hoſtien. idem dicentis, ſiue ſuo, ſiue procuratorio nomine impetraſſet. Nec etiam notata Inno. in. c. ſi verò. ad finem. ij. glo. & in. c. dilectus. de reſcrip. in fin. vltime gloſſ. Nec notata Archid. in dicto. c. ipſo iure. inquantum videlicet iſti concluſioni aduerſatur. Sed quod procedunt ibi notata per Cardi. & Ioan. And. Et ſecundum hoc etiam dicit quòd procedunt notata Innoc. de excommunicato eligente. de conſue. cum dilectus. de elect. con. ſyderamus. in gloſſ. de quo ver. melius credimus. & c. cum Vintonienſis. in gloſſ. ex hoc in fin. & de dolo. & contu. c. veritatis. in glo. magna. verſi. dicunt aliqui. ¶ Nec obſtat, vt dicit, quod ſcripſit Innoc. de elect. nihil. in gloſſ. vltima. dicens, q ea quæ fiũt ab his, q canonicũ habuerint ingreſſum. licet poſteà facti hæretici, vel ſymoniaci quouſque tollerantur. niſi eſſent cõſecratiões vel ordinatiões, quę quoad executionẽ irritę ſunt: vt. d. c. ſi quæ à ſymoniacis. & nona qõne ſecunda capitulo primo & ſecundo valent. Cum tamen collatio videatur actus ſpiritualis: quia dictum Inno. intelligere & ſaluare debes ſecundum eum in actibus primis. & ab illo excipere actus ſecundos per præmiſſa. Licet enim conferre ſit actus ſpiritualis: quia ius quod inde acquiritur, ſpirituale eſt. argumen. eorum, quæ leguntur, & notantur. infra de iudicijs. c. quantò. tamen non eſt eiuſdem nature, ſicut ſunt conſecrationes & ordinationes. Nam illæ bonum commune conſecrandorum & ordinandorum, & non bonum conſecrantis principaliter reſpiciunt. collatio verò ſic licet prouiſi vtilitatem etiam reſpiciat. Præterea, quia conſecratiões, & ordinationes, communiter ſubiunt neceſſitati atque communi iuſtitię: prouiſiones verò principaliter non continent, niſi gratiam: quia licet ſit neceſſe conferre gratiæ tamen non eſt, cui conferre: vt legitur & notatur. de præbendis c. relatum. in verbo, liberaliter. Ideò in dictis Innocen. verbum illud, vel alia ſpiritualia: non referam ad beneficiorum collationes. argumen. infra de præbendis. c. ſi dignitate. § adhæc. in clementina. in verbo, ſeu quamuis aliam, &c. Et facit pro hoc quod ipſe notauit in. c. Raynaldus. de teſtamentis. allegato. in gloſſ. pactum enim. verſi. in

beneficijs

beneficijs tamen. vbi ipſe ſcripſit. quòd in beneficijs eccleſiaſticis, & alijs ſpiritualibus collationes factæ à ſuſpenſis non tenent. Et quod ipſe Innocen. ſcripſit in decretalem. nihil. ad fin. dictæ gloſ. vltima facta ratione publici officij ab excommunicato tolerato, refert ille ad primos actus regulam facientes: à qua tamen actus ſecundi excipiuntur, ſicut collatio, vt prædixi. ¶ Sed prædictis nimis obſtare videt quod not. Innocen. in dicto. c. ſi verè. poſt medium magnæ glo. dicens, quòd dum tolerantur in aliqua dignitate, & ſunt occulti non nominatim excommunicati, ſatis videtur, quòd poſſint excommunicari, beneficia conferre, & literas impetrare: quia hoc ipſa dignitas facere videtur, & nõ perſona excommunicata: vt. c. nõne. facta enim eorum tuetur prætor: vt ipſe nota. in. c. nihil. Reſpondens ad. c. ij. & in xxiiij. queſtione prima. vbi dicitur, quòd excommunicatus non poteſt excommunicare, quòd ibi loquitur de nominatim excommunicato non tolerato. Dicit enim ille ſe poſſe multùm probabiliter dictum Innocen. quo ad hoc declinare. ¶ Nam de primo omnes, vel quaſi, & præſertim ipſe Calder. tenet contrarium. Et de tertio eſt caſus in contrarium in dicto. c. ipſo iure. vnde ſi Innocen. errauit ibidem in primo & tertio caſibus, potuit errare etiam in ſecundo. vel vt de honore in dicto Innocẽ. dicit ſe dicere poſſe, quòd ad factum ſe retulit, videlicet, quòd ſicut prędicti tolerantur, ita tolerari debent excommunicationes, collationes, & impetrationes ipſorum: ſubaudi quandiu eorum collatio durat: ne videantur depon, ſeu ſpoliari ante ſententiam: vt dicto. c. nonne. Nec obſtat, quòd Innocen. no. de cleri. excommuni. c. vlti. in gloſ. alij dicunt. vltra medium. vbi videtur dicere, quòd ſi etiam erat excommunicatus electionis tempore valent, quæ exercet circa ſpiritualia, & temporalia. Et quod ipſe nota. in. c. primo. de ſciſma. dicens, quòd ordinationes & ſacramenta alia collata ab hæreticis excommunicatis & ſimoniacis & alijs, quibuſcunq; criminoſis occultis valent, & tenent: nec recipientes indigent diſpenſatione, reſpondens ad iura contraria: vt ibi videre potes. Nam dicit, quòd ad dictas glo. ſecundum præmiſſa intellectum dare neceſſe eſt. Et eodem modo reſpondet ad id, quod ſcripſi poſt Innocen. in. c. nihil. allegato in. xvj. quæſtione. Sed contrarium tene per dictas gloſſas, ad quas non videtur quoad mentem & verum intellectum bene reſponſum, & per ea, quæ dicã. ĩ. in difficultate, ſeu quæſtione ſequenti poſt tertiam quæſtionem, verſi. ſed nunquid tales actus in excommunicato
17 occulto. & tene quod ibi dixi. ¶ † Quartò ad quartam difficultatem accedens, quæro de his, quæ gerit excommunicatus non per ſe ſolùm, ſed cum alijs adinixtus: qualiter iſta ex vitio excommunicationis redduntur infecta. Et iſta eſt materia principalis iſtius decreta. circa quam ſuppone imprimis, & hîc iunge, quæ ſcripſi de electio. c. illa. in decem quæſtionibus. & diſtinctiones Henrici. & de officio delega. prudentiam. in quæſtione ſecunda. & c. cum ſuper: in oppoſitione quarta & duabus ſequentibus. & in quæſtione. vj. & vltima. ¶ Quibus ſuppoſitis, & præmiſſis ad materiam huius admixtionis continuandam, & ad intellectum decr. explanandum, pono concluſiones, quę ſequũtur. ¶ Prima concluſio eſt, quòd illa verba poſita in principio. ij. partis dicit niſi illi eſſent in literis procurationis expreſſi. ſecundum Innocen. ſic exponi debent: hoc eſt illi ſoli. vt ſic omnibus generaliter expreſſis: dicendo ſic. commune talis loci fecit procuratorem talem: vel etiam illis nominatis ſpecialiter vna cum generalitate dicendo ſic: tale commune ſcilicet. P. &. M. & alij: etiam ciues omnes nominando etiam ſi inter alios maiores & iurati ſpecialiter tunc nominati fuiſſent, non eſſet locus quoad hoc huic decretali: imò, hoc non obſtante, valeret talis procuratio: dummodo alij eos admittẽtes illorum excommunicationem ignoraſſent. Licet, vt dicit Collec. gloſ. hęc videatur notare contrarium in duobus locis: ſed dicit, quòd intelligi poteſt vbi conſtat, quòd authoritate excommunicatorum fuit procurator conſtitutus. Et eſt ratio, quia commune, mortuis eorum rectorib⁹, vel aliàs factis impotentibus poſſent conſtituere procuratorem. vt. ff. quod cuiuſq; vni. no. l. prima. §. vl. Et fortius idẽ dici deberet ſi nõ fuiſſent tales in huiuſmodi procuratorio inſcripti: niſi vt teſtes ſecundum Innocen. hîc. ¶ Verũ Hoſtien. hîc dicit, quòd poteſtate & conſiliarijs, per quos ciuitas regitur, excommunicatis ciuitas agere non poteſt: quia quaſi mortua tunc habetur, vt hîc notatur in gloſ. ſecunda. Quod verum putat omnino, niſi non excommunicati, excommunicatis excluſis, conueniant, & alios eligãt ad regẽdum. Et ſi omnes prę ter vnum excommunicati eſſent, ille poſſet eligere poteſtatem, & ei adſiſtere. Et ſic ciuitatẽ regere: quia tunc recideret ius vniuerſitatis in vnum: vt patet ex not. ſuprà de poſtulatio. prę lato. gratum. ſeipſum tamen non poſſet eligere. de inſtitu. c. fina. ¶ Subdit, quòd ſi ſubſtitutus in locum excommunicati excluſi nõ ſatisfaceret, formidare poſſet eandem pœnam. Quod dic, vt infra de immunitate eccleſia. c. aduerſus. ad fin. Ipſe tamen Hoſtien. in ſua gloſ. vltima, ſimpliciter dicit, quòd ſi excluſis excommunicatis non excommunicati procuratorem conſtituũt, valet procuratorium & reſcriptum impetratum. Et poterunt agere conſtituto ſyndico à duabus partibus non excõmunicatorum: vt. ff. quod cuiuſq; vni. no. l. nulli. & l. ſequẽti. vel etiam ab vno, ſi alij omnes ſunt excommunicati: vt dixi ſecundum eum: & videtur recitatiuè placere Nouellę. Et quid dicendum de hoc vltimo dicto? Hoſtiẽ. videtur dicere, quòd non procedat: quia excommunicati non ſunt per excommunicationem à ſua communitate ipſo iure excluſi. Nec etiam ab actibus particularibus, qui non fiunt ratione publici officij: imò talia geſta per eos ipſo iure valent, licet ante factum exceptiõe excludi poſſent: vt dixi in difficultate proximè pręcedenti. Modò talis videtur procuratoris conſtitutio: igitur non valet, quod fit ipſis contemptis, donec priuati, vel excluſi ſint per ſententiam. ſicut dicimus in electione, vt ſupra de electio. cũ Vintouiẽſis. & c. ſcriptũ. cum ſimili. Nec obſtat. c. ipſo iure. allegatum quia vt ſcripſit Lapus illud. c. ponit ius nouum ſpeciale & exorbitans: vt etiam patet ex dictis in proxima difficultate & ideò tenendum ſolùm caſu ſuo. Modo illud cap. loquitur ſolùm de impetrato reſcripto ab excommunicato: non autem procuratoris cõſtitutione. igitur. ¶ Solutio, licet dubitẽ, ſto magis quoad mentem cum Hoſtien. Dico enim primò & iſta ſit concluſio ſecunda, quòd notarij excommunicati ſiue ſint maiores, vel iurati, ſiue alij de communitate ſic cenſentur ab ipſa communitate excluſi, quòd poſſunt & debent per alios, non excommunicatos de iure repelli ab omnibus actibus illis ab eis repulſis per ſolos alios nõ excommunicatos etiam vno pauciores, imò & per vnum ſolum non excõmunicatum, ſi alij omnes tales eſſent, poſſet & deberet ad ipſos communes actus de iure procedi. & ſic geſti valerent tales actus. ¶ Etiam probat ſatis hîc: ibi *an ſcienter* .& c. qa quod notorium eſt probabiliter ignorari non poteſt: vt. c. primo. de poſtula. prælato. & c. quod dicitis. Aliàs & probatur ratione: quia tales communes, ſeu collegiales actus geri debent per ſolos præſentes, qui debent, volunt & poſſunt commode intereſſe. Et ſic geſti tenent, vt patet in electione, quæ cenſetur de ſolemnioribus actibus collegialibus. ſuprà de electio. quia propter. §. ſtatuimus. & tamen excommunicati notorij etiam ſi velint, & de facto poſſint, non tamen debẽt, nec commodè poſſunt communi talium actuũ ſe immiſcere, vel ad huiuſmodi communionem per non excommunicatos admitti: vt. c. ſacris. & c. illud. & alijs iurib⁹ ad hoc. s. in prima difficultate allegatis. Et hoc intelligo, ſi non excommunicati poſſunt, & audent huiuſmodi excommunicatos à talibus actibus repellere: puto quòd tunc ſufficeret proteſtatiu ad excuſationem. Et quòd ex hoc actus cõmunis non inficeretur. argumen. ĩ. de appellatiu. ſi iuſtus. & quod ſcripſi in. c. illa. in. vij. quæſtione. & de maioribus, qui ratione publici officij quod exercent, talibus interſunt, eſt

minùs dubia ſecunda concluſio. Nam tales per excommunicationem à beneficio ſunt ipſo iure ſuſpenſi, ſic quòd non valent ipſo iure, quæ gerunt publici officij notoria excommunicatione durante: vt dixi. ſ. in proxima difficultate. Et ſic intellige dicta Hoſtien. ¶ Dico ſecundò quoad hoc: & iſta ſit tertia concluſio, quòd occulti excommunicati inuiti non debent, nec poſſunt à communitate, & communibus actibus iure excludi: ſed cautè facient ſcientes excommunicationẽ, ſi proteſtẽtur, quòd excommunicatorum voces ſuffragium non præſtent. & ſi nõ excommunicati ignorantes huiuſmodi excõmunicationem ſimpliciter, aut etiã ſcientes cum proteſtatione prædicta ſimul permixti dictos actus communes egerint, valent actus ſic geſti de iure, prædicta occulta excommunicatione nõ obſtante. verùm ſi ſcientes illos ſine proteſtatione admiſerint actus communes ex hoc inficiontur aut ipſo iure, aut ope exceptionis ſecundum naturam actuum eorumdem. Et patet prima pars huius concluſionis: quia excommunicati occulti antequã per ſententiam iudicis detecti fuerint eſſe tales, tolerandi ſunt: vt c. ſi tantum. & c. nn nne. allegatis aliâs ſequeretur, ꝙ in dubijs & occultis caſibus liceret priuatis propria authoritate ius ſibi dicere cõtra communia iura. C. de iudęis. l. nullus. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. l. cũ querebatur. ff. qđ me. cau. l. extat. ĵ. de præben. cum qui. Et in hac ratione fundantur. c. viam. & c. tua nos. de coha. cleri. vbi de hoc ſaltem in ratione videntur eſſe textus. ¶ Secunda pars concluſionis de cautela proteſtationis, ſatis patere poteſt ex his, quæ ſcripſi poſt Inno. in d. c. illa. in prima q. ver. ſed qđ ſi ignoretur. & in. iij. q. ver. ſed qualiter. & in. vij. q. quæ cauſa breuitatis reepilogare omitto. & ſecundum ibi no. intellige cautelam prædictam. ¶ Tertia verò pars dictæ concluſionis de ignorantibus excommunicationem occultam. &c. ſatis hîc probatur. Et per id quod dixi in prima concluſione poſt Innocẽ. quia electio collegij eſt, vt. ſ. de ele. in Geneſi. ¶ Quarta verò pars dictæ concluſionis de ſcientibus &c. infertur ex prima parte concluſionis eiuſdem & his, quæ ſcripſi in d. c. illa. in quibus antedictis. Et patet ratione: quia tunc ex huiuſmodi admiſsiõe inſurgit talis infectio, ꝙ videlicet voluntas contrariatur poteſtati: hoc eſt cum admittentes admittant illos: vt ius habentes, qui ius non habent, ſecundũ ꝙ legitur, & not. ſ. de offi. deleg. cum ſuper. Et maximè quæ ibi ſcripſi in. vj. q. modo per proteſtationem pręedictam proteſtantium animum declarantem apparet, ꝙ ſic proteſtantes non habent voluntatem contrariam poteſtati. igitur. ¶ Quinta verò pars dictæ concluſionis hîc probatur in verbo, an ſciens eos eſſe tales, ꝙ ſic debet intelligi & modificari: quia ceſſante proteſtatione, de qua. ſ. apparet voluntas contraria poteſtati. & ſic ſumus in caſu. c. cum ſuper. allegati.

18 ¶ † Dico autem actus, qui fiunt ratione publici officij eſſe huius naturæ, ꝙ à vicio excommunicationis inficiuntur ipſo iure: & alios actus, qui nõ fiunt ratione publici officij, non infici ipſo iure, ſed ope exceptionis, prout deduxi. ſ. in difficultate præcedenti. vnde cum procuratio non ſit actus talis, quæ à communitate ſeculari fiat ratione publici officij pluſquàm contractus cęteri, ſatis putarem valere ipſo iure ipſam talem procurationẽ: licet procurator poſsit in exceptiõe repelli, etiam ſi maiores, & iurati, vel etiam ſi oẽs ipſi de communitate procuratorem conſtituentes eſſent tẽpore conſtitutionis notoriè excommunicati fuiſſent ſcienter admiſsi, vel expreſsi. Et hoc eſt, quod ſcripſi. ſ. poſt prin. huius. iij. difficultatis. verſi. nec obſtat. c. ipſo iure. allegatũ. Et eſt ratio, quia tales actus particulares, qui geruntur non ratiõe publici officij, ſed ex priuato & particulari intereſſe, non inficiuntur à vicio excommunicationis ipſo iure: ſed tantùm ope exceptionis, vt deduxi in difficultate proximè pręcedenti. Nec aliud dicit iſta decre. Sed ſi collegium eccleſiaſticum publico fungens officio elegiſſet, vel pręſentaſſet ad beneficium eccleſiaſticum aut illud forſitan contuliſſet ex poteſtate aliâs ſibi ex communi, vel ſpeciali iure canonicè competẽte, & fuiſſent in actu tali excommunicati notorij, vel ſine proteſtatione, & ſcienter occulti cum non excommunicatis admiſsi non valeret tunc electio, præſentatio, vel collatio ipſo iure, qa tales actus de natura ſua ab excommunicatione inficiuntur ipſo iure: vt deduxi. ſ. in difficultate. ij. Et per hæc puto expeditam materiam admixtionis quãtùm tangit materiam iſtius decre. quæ tota ſubtilis, & caput meum multùm commouit. ¶ Sed pone, ꝙ prælat⁹ eccleſiæ vel collegium eccleſiaſticum nomine eccleſiæ, vel collegij ſyndicum actorem, vel procuratorem conſtituit, aut alium contractum, vel quaſi contractum iniuit: nunqđ tales actus cenſentur geſti ratione publici officij, vt ſic ab excommunicatiõe notoria inficiant ipſo iure? videretur, ꝙ non per nota. Inno. hîc & in. c. veritatis. & c. ſi verè. allegatis vbi videtur dicere, ꝙ contractus facti cũ excommunicatis valent, & concernunt priuatum intereſſe contrahentium. facit quia procuratorium prælati videtur eſſe perſonale: vt ĵ. e. c. procuratorem. in Cle. De præſenti puto contrarium. Nam negari non poteſt, quin fiant ratione publici officij, poſtquã fiunt nomine eccleſiæ: vt ſupponitur. Et ſaltem fateri oportet, quę fiunt ratione adminiſtrationis à qua ſuſpẽſus eſt prælatus excommunicatus: vt c. veritatis. ĵ. de dolo. Modò per ſuſpenſum non tenent. vt ibi not. per Inno. in c. Raynaldus. glo. pactum enim. allegata. Et probaƭ de ſen. ex-

19 com. per tuas. cum ſimilib⁹. ¶ † Sed nunquid tales actus in excommunicato occulto à communi opinione iuuantur? certè puto, ꝙ ſic regulariter, reſpectu eccleſiæ, & aliorum contrahentium, vel quaſi: dummodo illi contrahentes, vel quaſi excommunicationem huiuſmodi probabiliter ignorent. Et hoc per ea, quæ ſcripſi. ĵ. in. xiiij. q. principali verſu, quarto quęro & per. l. iij. in prin. ff. ad Macedo. cum concor. ibi ſignatis. Et per hoc veriùs puto collationes, præſentationes, & electiones beneficiorum factas per tales prælatos eccleſiaſticos excommunicatos occultos toleratos de perinnis excommunicationes eorum probabiliter ignorantibus à communi opinione iuuari. Nam tales donationes habent vim contractus: vt. C. de dona. l. ſi quis argentum. & co. ti. inſtituta. § alia autem. & § ſe. Nec obſtat, ꝙ talia cedunt ad cõmodum, & honorem excommunicati pręlati: quia ſic cedebat ad honorem & vtilitatem Barbarij Phil. officium prætoriarum, qui ratiõe officij. ſalarium de publico recipiebat. & tamen valebant geſta per eum propter vtilitatem illorũ qui cum eo in iudicio quaſi contrahebant: vt. d. l. Barbari⁹. Nec obſtat, ꝙ collatio facta ibi non concernit, niſi bonum tuum: quia dico, ꝙ imò concernit bonum commune eccleſiæ, & ſuorũ clericorum, atq; plebis. Nec etiam illud bonũ commune, cuius reſpectu talia geſta tuentur, conſideratur, vt vnoquoq; bono ſingulari per ſe conſiderato: ſed ex communi vtilitate multorum in iure conſideratorum. & ideò non conſideratur in. l. Barbarius. allegata. vtilitas iſtarum partium, vel illarum in cauſa iſta litigãtium: vel in illa: quia de per ſe non poſſet validare acta delegati in iſta cauſa: vel in illa per falſas literas talis vtilitas pro eo, ꝙ ille non cenſeretur communis error. Nec illud cenſeretur commune bonum: vt no. Innoc. de reſcrip. ſuper literis. Sed conſideratur vtilitas multorum, qui ſecundum exigentiam caſuum ad illum in officio publico recurſum habebãt ac communis error illorum & aliorum. Si ergo pro collationibus, electionibus, præſentationibus, ſicut & pro alijs contractibus & quaſi cõtractibus, atq; iudicijs recurſus publicus & communis habebatur ad tales tuentur geſta eorum ex tali errore & publica vtilitate: eadem ratione in iſtis, vt in illis. Aut enim dices talia ſortiri naturam iudicialium: & eris tunc in caſu. l. Barbarius. Aut extraiudicialium & eris tunc in caſu dictæ leg. iij. ff. ad Macedo. Et huic opinioni cõmuniter aſſentiũt omnes ſcribentes, & præſertim Calde. in. q. prædicta decre. & doct. ibi per eum allegati. & nouiſsimè Lapus & alij Moderniores in. c. ipſo iure. allegato. Et ideò talis opinio minimè mutãda videtur, vt. ff. de legib. l. minimè. ¶ Nec obſtat quod oppo-

quod opponitur de poſſeſsione malæfidei,&c.quia illa materia locum habet,cum prçlaturç ius proprietatis non competit:ſed poſſeſsionum ita conſideratur,& in dubium reuocatur ibidem ius prælaturæ,non perſonæ:hic verò conſideratur,& in dubium reuocatur ius prælaturæ & non perſonæ. ¶ Præterea ibi ceſſant error publicus,& vtilitas communis,& conſideratur ſola poſſeſsio, cuius malæfidei vitiũ impedit acquiſitionem fructuum:ſed hic non cõſideratur: nec conſideratur principaliter ſola poſſeſsio eccleſiæ,vel perſonç:ſed potiùs publica vtilitas & communis error.& ideò mala fides cohærens perſonæ & poſſeſsioni, & nõ cõmuni errori, & vtilitati,quominus geſta valeant,impedire nõ poteſt. Nec obſtat,ꝙ intruſi,qui in prælaturis,qui cõmuni errore reputantur canonicè inſtituti nõ poſſunt alienare res eccleſiæ:vt.ſ.de elec.nihil.vbi hoc tenent Inno.Hoſtien.& Nouella & Henricus.argu.ff.de eo,qui pro tuto.neg.geſsit. l.ſi is,qui.& de rebus eo.qui ſub tute.ſunt.l.qui neq;.xij.qõ.ij.alienationes.&.c.ſi qua de rebus.quia tunc eccleſia vacare dicitur.de tranſla. Epiſcopi.c.ij.§ ſed neq;.verſi. ſicut iuxta. de præſcrip.c.j.in fi.&.c.cum nobis.eo.ti.Nec ſtatuta facere nomine eccleſiæ C.de ſacroſan.eccle.l.decernimus.cum ibi not.per Cyn.& tenuit Barto.in tractatu de Tyr.dico enim ꝙ quia illi ſunt caſus ſpeciales, probant in contrarium eſſe ius commune:vt.ff.ad municip.l.j.in fi.&.C.de theſau.l.j.li.x.Non enim & maximè,quia collatio beneficij non eſt alienatio eius,ſicut nec poſſeſsio feudi antiqui ad eccleſiam reuertentis:vt probatur.ĩ.de feu.c.ij.iuncto canone,ſine exceptione.xij.q.ij.in qua conceſsione feudi idem quod in collatione beneficij:dico ex identitate rationis.Et ad cle.ſi.ĩ.eo.dabitur tibi ibi reſponſio.Nec obſtat quod dixi poſt Innoc.ſ.in confirmatione.iij.oppoſitionis.verſi.ſubdit.ij.Inno.quia illud dictum non eſt mihi clarum,& poteſt referri ad voces ſiue ſuffragia,non tanquã iure publici officij : ſed magis ratione cõmunis fraternitatis tanquã concanonicis, vel cõciuibus competẽtes.Et ita exponit Lapus in.d.c.ipſo iure. inducens nota. Nouellæ in.d.c. ſi vere. Et facit ad hoc quod ſolet dici, diſtributiones debitas iure confraternitatis & canoniæ ac ſeruitij perſonaliter exhibiti in fructibus præbendæ computari non debere:de quo notari ſolet in cle.vt his.de æta.& quali. Non autem ad ipſam electionem collegialem:quia illa ad ſolum collegium pertinet.ſ.de elect.c.j.&.c.in Geneſi.Et ſi pertineret ad prælatum ratione publici officij ad eum pertineret.Nec obſtat,ꝙ opponitur,ꝙ generalis adminiſtrator,qui non eſt dominus,non confert beneficia:vt.c.ſi.de offi.vica.pro eo,ꝙ collatio gratiæ eſt, & non iuſtitiæ:vt legitur,& nota.per Card.in.c.ſi.de ſupplen. negli.præla.lib.vj. ¶ Nam imò bene cõfert eccleſiaſtica adminiſtrator habẽs plenam & liberam adminiſtrationem, prout legitur & nota.de elect.c.is cui.lib.vj.Modò talis prælatus putatiuus propter communem errorem ac publicã vtilitatem & tolerãtiam,cenſetur habere plenam & liberã adminiſtrationem:quia donec per ſententiam declaretur,põt omnia,quæ poteſt verus prælatus:vt.c.nonne.&.c.ſi tantũ. allegan.ſ.cum ſimilib.Et per hoc retracto illa,quç in contrarium ſcripſeram de geſtis per Bartholomçum in tractatu ſciſmatis.parte vndecima.articulo.vij. quẽ ꝓlixa.q. deſcribo,concluſione quinta. ¶ †Quintò ad quintam difficultatem accedens,principaliter quæro,an circa præmiſſa inter ſententiam iuris & hominis ſit differentia facienda? Et vides,vt prçdixi,ꝙ Hoſti.& Nouella ac Lignanus & Martinꝰ prædicti tenent,ꝙ non,pro eo,ꝙ eadem ratio vtrobiq; eſt. Dominus verò Ray.de ſargijs dicit dictum Inno.ponentis differentiam,quam dixi in ſolu.iij. oppoſitionis , verum in his,quæ alios tangunt:vt ſunt ſententiæ: ſed in tangentibꝰ conſtituentes & ipſorum honores,ſicut ſunt conſtitutiões, procurationes,electiões, & ſimilia dicit repellendos conſtitutos ab excommunicatis,etiam non per ſententiam.Sed ſi per ſententiam,dicit nedum illos repellendos cõſtitutos ab excommunicatis, etiam non per ſententiam. Sed ſi per ſententiam,dicit nedum illos repellẽdos,ſed etiam factum huiuſmodi excommunicatorum non tenere,etiam ſi non exciperetur:vt.c.ad probandũ.Saluo,ꝙ in priuato iure agente, ſeu conſtituente,dicit ſufficere ſententiam canonis.Sed iſta non intelligo:cum nec iure,nec ratione fulciantur.Ideò cõſulo ſtari opinioni Hoſtien.quantũm ad hoc : quia non video rationem diuerſitatis inter iſta.Nec reperio huiuſmodi differentiam aliquo iure tactam.argu.ff. de verbo. oblig. l.à Titio.& in authẽ.de trien.& ſemi.§ conſideremus.inquantũm magis poteſt eſſe de ſententia iuris,qualiter liget occultum quàm de ſententia hominis.& facilius de ſententia hominis notorium,quàm de ſententia iuris.ſecundum ea,quç ſcripſi in.c.illa.allegato in.q.ix.Et ita ſaluari poteſt dictum Inno.de ſententia iuris ad occultam:& de ſententia hominis,ſiue notoria,prout & communiter tales exiſtunt.arg.ff. de legi.l.non ad ea.Saluo,ꝙ ſententiam hominis generaliter latam de qua de ſententia excõm.c.à nobis.i.Idem habberes dicere,ſicut de ſententia iuris identitate rationis. ¶ †*Sextò* ad ſextam difficultatem accedens,principaliter quçro de geſtis per non excommunicatos,quibus excõmunicati præſtant authoritatem,qualiter valere,vel non valere poſſunt. Et videtur ſimpliciter hîc expreſſum,ꝙ tale actum inficiat. Quod intelligit Inno.etiã ſi hoc,videlicet,ꝙ eorum authoritate factum eſſet,non exprimeretur in inſtrumento procurationis.Et fortius,ſi exprimeretur vel forſitan diceretur hoc modo.Talis conuentus fecit talem procuratorem , ſeu actorem:& maior , & iurati tãquàm iudices interpoſuerũt decretum,vt.ff.quod cuiuſq; vniuerſi.nomi.l. item eorum. Sed quæ eſt ratio huius?reſpondet Inno. dicens , ꝙ hæc eſt ratio:quia actoris conſtitutio vim habet ex authoritate decreti. ¶ *Sed* contra hoc opponit Inno.Nam vniuerſitas domina eſt,vt.ff.de re.diui.l.in tantum.igitur nõ facit actorẽ, ſed ſyndicum:vt.ff.quod cuiuſq; vniuerſita.nomi.l.j.in quo non eſt decretum neceſſariũ,vt Inno.dicit ſe credere.Quid plura?certum.ꝙ imò & procuratorem conſtituit vniuerſitas,tanquàm domina,vt hîc expreſſum eſt.Et patet ex his, quç ſcripſi.ſ.eo.quia in cauſis.in prima oppoſi.vbi etiam ſatis expreſſum eſt. Nec obſtat,quod dicitur in.d.l.j.ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine.quod licitum eſt vniuerſitati habere actorem:quia lex illa loquitur ſecundum Inno.de actore cõſtituto ad negotia, vel de actore ab adminiſtratore vniuerſitatis conſtituto.vel de cõſtituto ab vniuerſitate in negotijs,in quibus vniuerſitas non eſt domina , ſecundum eum. vel accipitur ibi actor pro ſyndico , ſeu procuratore: vt probat ibi textus,dicendo ſic.& actorem ſiue ſyndicum recipiẽdo ibi verbum ſiue,expoſitiuè.Et ſi reperies ampliatiuè,ſeu copulatiuè,adhuc propoſitum haberemus, ꝙ ſyndicum conſtituere poſſet.Et idem,ſi reciperet alternatiuè: cum natura ſic alternatiuè poſſet ſaluari i vtroq; membro: vt.ff.de conſti.pecu.l.illud.in prin.& de verbo.obli.l.ſi duo. §.j. ¶ Quid dicẽdum?Inno.metu huius oppoſitionis ad intellectum huius decre.inquantũm de authoritate loquitur tradit talem regulam generalem dicens hoc generaliter verum,ꝙ non valet procuratio facta authoritate excommunicatorum:ſiue authoritas ſit de ſubſtantia procurationis, ſiue non:puta,quia procuratio valeret,etiam ſine authoritate maioris.Et dicit hoc eſſe ſpeciale ſtatutum in odium excommunicatorum.Et dicit idem dicendum in omnibus cõtractibus,vbi decretum eorum interponitur. Et hanc concluſionem probat iſta ratione : quia quod minus eſt , etiam ſi non ex authoritate præſtantes, ſed tanquàm alios admiſerunt ſcienter excommunicatos,non valet procuratio : licet ſecus,ſi ignoranter:vt hîc.& licet etiam ſecus ſi alios excommunicatos ſcienter:ſed cum proteſtatione admiſiſſent , eo modo,quo notatur in dicto.c.illa.Quanuis aliud poſſet dici in ſpiritualibus:aliud in conſtitutione procuratoris , vel alijs temporalibus. ¶ Dicit dominus Mart. de ſalua dictam regulam Innocen.reſtringi debere ad caſum,in quo excommunicati per non excommunicatos ad præſtandum autho

ritatem procurationũ ſcienter admiſsi fuerint, ſi erant occulti excommuoicati, per illud quod in eadem gloſ. dicit Innocen. de alijs ſcienter, vel ignoranter admiſsi: ſed ſi eſſent publicè excommunicati, tunc ſtandum dicit regulæ indiſtinctè. Tum quia hoc facerent ratione publici officij: tum q̃a in publica excommunicatione non eſt ignorantia probabilis. Et patent iſta omnia ex prædictis poſſet ſatis probabiliter ſuſtineri: licet & poſſet aliquis dicere non improbabiliter fuiſſe de mente Inno. q̃ de excommunicatione authorizantium publica vel occulta contra procuratorem excipi poſsit: ſiue authoritas ſit neceſſaria, ſiue non: dummodò ꝓpoſita exceptio probetur. Et per hoc excommunicatio occulta manifeſtetur, quia aliàs non prodeſſet exceptione ꝓponere, niſi probaretur. j̃. de appel. interpoſita. Et ad omnia quæ ex præcedentibus in cõtrarium opponi poſſent, reſpõderi poſſet hic eſſe caſum ſpecialem in excommunicatorũ odium inductũ. Et hoc per iſtam literam quæ loquitur indiſtinctè. Et quia ſi textus voluiſſet, ita potuiſſet de expreſſione, vel ſcientia ad iſtum caſum addere, ſicut addidit ad alium caſum admixtionis: quod non fecit. Et per conſequẽs intelligam textum indiſtinctè, & tenebo regulam Inno. generaliter, ſiue excommunicati authorizantes fuerint publici, ſiue occulti. & ſiue ſciuerint eos admittentes ad authorizandum illos, eſſe excommunicatos, ſiue non. & ſiue expreſſum fiunt in procuratorio de eorum nominibus, ſeu excõmunicationibus, vel authoritatum interpoſitionibus, ſiue non: & ſiue eorum authoritas fuerit neceſſaria, ſiue nõ: quæ omnia ex dictis Inno. ſatis colliguntur literæ applaudere. &
22 ita de præſenti ſatis placet. ¶ † Septimò ad ſeptimam difficultatem accedens, quæro de geſtis per non excommunicatum procuratorem excommunicati, qui tempore conſtitutionis ipſius procuratoris, & tempore quo procurator ipſos actus geſsit, erat excommunicat⁹, qualiter ex vitio talis excommunicationis inficiantur? vt hîc videntur concordare omnes, quòd ſic. Inno. hîc tradit regulam, quòd ſi repellitur quis, repelletur & ab eo conſtitutus. Quam latiùs Lignanus proſequitur, & ſcripſi in ſolutione. iij. oppo. quia quod non poteſt quis per ſe, nec per alium vt. j̃. de regu. iur. c. pót. quis
23 à contrario. ¶ † Vnde circa illud dubium, qualiter reſcriptum impetratum per procuratorem conſtitutum per excommunicatum valeat, Henricus ſic diſtinguit: quia aut eſt vnus ſolus, ad quem pertinet conſtituere, & qui conſtituit procuratorem: & tunc non valet, ſiue tempore conſtitutionis procuratoris cõſtituens erat publicè excommunicatus, ſiue occultè: vt. d. c. ipſo iure. cum ibi nota. per Calde. & Io. An. Aut ſunt plures, ad quos pertinet conſtituere: & tunc aut ſunt omnes excommunicati; & tunc idem per dictum. c. ipſo iure. Aut aliqui ipſorum ſunt excommunicati, & alij qui non: & tunc aut ſoli excommunicati cõſtituunt: & tũc idem. Aut ſoli non excommunicati conſtituunt, vel authoritatem præſtant excommunicatis excluſis: & tũc valet cõſtitutio procuratoris: & valet reſcriptum etiam ſi eſſet vn⁹ ſolus non excommunicatus cõſtituens, & omnes alij eſſent excommunicati: quia hoc caſu ius vniuerſitatis reſidet in vno: vt l. ſi quis. allegata ſecundum Hoſti. & Nouellam hîc. Aut cooſtitutio procuratoris, vel authoritas conſtitutionis, ſeu expreſsio nominum per excommunicatos, ſiue de ipſis inſimul, vel mixtim vna cum non excommunicatis, & facta: & tuoc aut illi excommunicati erant tempore conſtitutionis procuratoris publicè excommunicati. & tunc non valet, vt hîc ſecundum Hoſti. Aut erant occulti excommunicati, & valet nihilominus reſcriptum. argu. hîc in verſicu. aut ſciens. à cootrario ſenſu. Et eſt ratio quare ſecus in publico excomunicato, & ſecus in occulto: quia in publicu poteſt culpa, ſeu delictum imputari non excommunicatis, ar. dicto. c. ſcriptum. Sed non in occulto, argu. de cleri. excommuni. Apoſtolicę. ſecundum Hoſti. Et remittit Henricus ſuper hoc ad notata ſua in dicto. c. illa. vbi generaliter diſcutit qualiter excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti ad electionem ſunt vocandi, admittendi, vel repellendi. Et licet Inno. hoc cap. intelligat, quãdo maiores, & iurati ſunt excommunicati ab homine, dicens ſecus in excommunicatione canonis, etiam notoria, quoad vniuerſitatem: vt. c. nonne. licet ſecus quoad priuatum: tamen Henrico ſicut & Hoſti. non placet hęc ſubtilitas. datam autem procuratorij dicit Hẽricus poſt Hoſtiẽ. & Nouellam attendi. ¶ Sed ſingulorum dictorum ipſius diſtinctionẽ nõ proſequor. ſed remitto te quoad ea, ad illa quæ in præcedentibus & in ſequentibus dixi. & quoad id de quo nunc agitur ſequens Innoc. & Lignanũ pro regula tibi trado, quòd procurator ab excommunicato conſtitutus conſtituentis excommunicatione durante repellitur regulariter ab omnibus, à quibus repelleretur ipſe conſtituens ſine ope exceptionis, ſiue ipſo iure fieret talis repulſio: de quo reputo caſum. j̃. de offi. vica. in. c. Romana. in ſi. lib. vj. quod latiùs ibi diſcuſsi. ¶ Fallit tamen ibi repulſio ipſo iure fieret per ius nouum & exhorbitans: vt eſt. c. ipſo iure. argu. de regu. iur. quæ iure. de regula. c. non ſolum. & c. conſtitutionem. li. vj. ſecundum Lapum in dicto. c. ipſo iure. Quod tamen latius ibi intendo proſequi, & hoc intel-
24 ligit verum Inno. ¶ † Octauò ad octauã difficultatem accedens, quæro principaliter de geſtis per non excommunicatos excommunicatorum procuratores, in caſu in quo tẽpore conſtituti omnes, & non tempore geſtionis erant excommunicati conſtituentes. ¶ Et ſuper hoc dicunt Innoc. Hoſtiẽ. & Nouella ac Henricus idem ac ſi vtroq; tempore conſtituens eſſet excommunicatus: quia tempus datæ procuratorij debet attendi ſecundum eos. ¶ Vnde dicit Inno. ſic, quòd ſi procurator eſſet ante conſtitutus ab excommunicatis nomine vniuerſitatis, tamen is poſt abſolutionem non poterit poſteà inchoare litem. Et quòd etiam ſi inchoaſſet litem antequàm excommunicaretur conſtituens nihilominus eo poſteà excommunicato remoueretur à proſecutione cauſæ, ſicut & ipſe conſtituens remoueri deberet. Et hoc intelligit verum, etiam ſi ad ipſum excommunicatum conſtituentem pertineat exercitium actionis, licet alio nomine agatur, ſicut eſt in prælato, ad quem pertinet agere, licet non nomine ſuo, ſed eccleſiæ: vt not. s̃. de reſcrip. ed oceri. ¶ Nam hîc cum iſte procurator habeat neceſſe agere nomine prælati, ad quem pertinet agere: ſi ipſe Prælatus repellitur. ergo & ab eo conſtitutus. verum ſi fallit membrum præcedens, fortius & iſtud in caſu dicti. c. ipſo iure. vbi hoc
25 decidam. ¶ † Nonò ad nonam difficultatem accedens, quæro quid de geſtis per non excommunicatos procuratores excommunicatorum, qui tempore conſtitutionis excommunicati non erant. & hîc videtur dicere Hoſtien. quòd tunc valet reſcriptum impetratum nomine vniuerſitatis, dummodò non exprimantur nomina excommunicatorũ in reſcripto: quia cauſa eſt vniuerſitatis, & non ſingulorum. Quod placet Collecta. remittenti ad collecta ſua. de officio delega. prudentiam. & j̃. titu. j. c. j. ¶ Sed tu diſtinguas: quia aut ceſſabat excommunicatio tempore conſtitutionis & geſtionis, & etiam tempore medio: & iſte caſus non habet dubium: quia ſuperueniens excommunicatio, licet ſuſpendat exercitium in Prælatis, tamen perpriùs facta legitimè ipſo iure non tollit: vt regula, factum legitimè. j̃. de regu. iuris. lib. vj. ¶ Aut non erat conſtituens excommunicatus cõſtitutionis & geſtionis temporibus, ſed bene tempore medio: & tunc adhuc credo idem. Tum quia, quod tollit excõmunicatio, abſolutio reddit: vt dixi in dicto. c. Romana. ¶ Aut erat excommunicatus conſtituens tempore geſtionis, licet non tempore conſtitutionis. ¶ Aut tempore medio excommunicatus non eſt: & hoc caſu certum eſt, quòd eo modo repellitur procurator, quo repelleretur conſtituens ſi non ipſo iure, ope exceptionis repelli deberet: vt dicto. c. Romana. æquanimiter intelligas de quolibet excommunicato notorio, vel occulto ad caſum repulſionis, vel non repulſionis ipſius principalis ſingularia referendo.
26 ¶ † Decimò ad decimam difficultatem accedens, quæro, quid de

quid de œconomis,ſyndicis,actoribus,vicarijs,officialibus & alijs officiarijs,&c.¶ Dicit hîc Innocen. quòd ſi talis eſt perſona,quæ poſſet nomine eccleſiæ agere, non nominatis excommunicatis, vt eſt vicedominus, qui poteſtatem agendi & iuriſditionem habet à canone.lxxxix.diſtin. volumus.ac œconomus,viſitator,ſyndicus,& actor vniuerſitatis,qui non à perſona priuata, ſed à lege habent adminiſtrationem: vt .ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine.l.j.§. quibus.&.l.item.§ penulti.&.vij.quæſtione prima.quia frater.&.lxj.diſtinct.obitum. &.lxxxix.diſtinctio.quod in quibuſdam.tunc non repellitur ab agendo nomine vniuerſitatis,etiam ſi ſinguli eſſent excommunicati:quia vniuerſitas, cuius nomine agitur,excommunicari non poteſt:vt.xxiiij. quæſtio.iij.ſi habes.&.j.de ſenten. excommuni. Romana.§. in vniuerſitatem.lib.vj.¶ Saluo,quod ſi conſtituentes tempore conſtitutionis excommunicati fuiſſent, bene repellerentur tales ab his conſtituti:quia non teneret talis conſtitutio,vel datio officij ſyndicatus, ſeu aliorum officiorum prædictorum facta ab excommunicatis ſecundum eum. ¶ Subdit tamen,quod dicunt quidam, & non improbabiliter,quòd diſtinctio facienda eſt quoad hoc inter ſyndicos,actores, & alios huiuſmodi officiarios temporales ad libitum reuocabiles, & vicedominum & alios officiarios perpetuos:dicendo in primis idem quod in procuratorib⁹, ac in ſecundis,id quod proximè diximus,iuxta lecta & notata de officio delega.licet.& in.c.Romana.allegato.¶ Item ſubdit differentiam poſſe poni inter officiarios temporales:quia quidam ſunt, qui agunt conſtituentium nomine, vt ſyndici:& in his idem quod in procuratoribus ex eadem ratione dicendũ videtur. ¶ Alij verò ſunt temporales,qui nomine conſtituentium non agunt:vt viſitator & coadiutor.ibi enim non agunt nomine dantium,ſed nomine eccleſiæ,cuius eſt ipſe viſitator,vel coadiutor. In his enim officialibus non nocet,ſi is cuius coadiutor eſt ſit excommunicatus: cum ab eo non fuerit inſtitutus. Nec nomine eius agat,ſed eccleſiæ.ſic not.Archidi.vij.quæſtio.j. quia frater. Et idem dicit etiam ſi conſtituens eſſet excommunicatus. Quod intelligo de tempore geſtionis non de tempore conſtitutionis:niſi ſecundum ea, quæ dixi.ſ. in ſecunda tertia. & quarta ſexta & ſeptima difficultatib⁹. ¶ Vnde ſuccinctè circa hoc ſequendo Innocen.ſic diſtinguere poſſes:quia aut quęrimus de officiarijs perpetuis,aut de tēporalibus.¶ Primo caſu, aut tempore conſtitutionis conſtituentes erant excommunicati:& tunc dic idem, quod in procuratoribus diximus in quæſtio.præcedentibus diſtinguendo inter publicum & occultum circa conſtitutos ratione publici officij:vt ſuperius in procuratoribus eſt diſtinctum ex identitate rationis. ¶ Aut non erant excommunicati tempore conſtitutionis,ſed tempore geſtionis:& tunc dic, quòd talis excommunicatio huiuſmodi conſtituentium talibus officiarijs perpetuis ſic conſtitutis obeſſe non debet:vt ſcripſi.ſ. poſt Innocen. ¶ Secundo caſu principali ſubdiſtingue:quia aut quæritur de officiarijs temporalibus, qui agũt conſtituentium nomine, vt ſyndici:& tunc idem quod in procuratoribus.¶ Aut quęris de his,qui nomine conſtituentium non agunt:& tunc idem quod dixi in perpetuis ex identitate rationis,ſecundum dictum Martinum de ſalua. ¶ De officialibus autem & vicarijs dixi plenè in dicto cap. Romana.in tertia & quarta oppoſitionibus,& duabus quęſtioni.primis:& iunge,quæ ſcripſi.j.de arbi.c.fina.in.ij.Collect. quęſtio.octaua & quęſtio.decimatertia.& in remiſsiõibus vtrobiq; datis.¶ Vndecimò ad vndecimam difficultatem accedens,principaliter quæro de geſtis per excommunicatum procuratorem non excommunicati: & hîc eſt cõmunis opinio,quòd tali vitio ſubiacent,ſicut ſi per excommunicatum ipſum proprio nomine gererentur. per regulã: quod alieno.de regulis iuris. lib.vj. Quod latiùs proſequar in.c.ipſo iure.¶ Duodecimo ad duodecimam difficultatẽ accedens,quærere poſſem de geſtis per non excommunicatum in perſonam excommunicati,qualiter valere poſſunt. Sed quia materia iſta magis conuenit ca. poſtulaſti. infra de cleri.excommuni.miniſtran.Ideò ibi dicam.Et iunge ad cõplementum materiæ,quæ ſcripſi.j.ſupra de iudic.intelleximus.quæſtione prima.& in remiſsionibus, quas ibi dedi.

28 ¶ † DECIMOTERTIO quæritur, vtrum ſi vniuerſitas,capitulum, collegium, aut communitas ſyndicum,vel procuratorem conſtituant,ſit neceſſe in inſtrumẽto ſyndicatus,vel procuratorij nomina conſtituentium exprimi.Super quo vide hîc Bart.& Gul.in Specu.titu. de ſyndico.§.primo.verſu,porro.& ibi.Ioan.And.in additione. ac Hoſtien.in ſumma de ſyndico.§.& qualiter. ¶ Opinio Ber. eſt,quòd neceſſe eſt nomine exprimi. & idem videtur velle Innocen.cui concordant Odofre. & Dulius .C. de legati .l. quoties.libro decimo.& bene videtur ibi probari & .C. de vendi.re.ciui.l.fina.& de prædi. curiali.l.vltima.libro vndecimo.facit de albo ſcriben.l. prima,ſecunda & vltima & .j. de his,quę fiunt à prælato.c.quanto.&.C.de cuti.l.nominationum.&.ff.quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine.l. placet.& l.nulli.& qui ſatiſda.cogan.l.inter omnes.§.fina.cum.l.ſequẽ. & de euictio.l.ſi rem.§.primo.cum concordan.¶ Et pro parte iſta inducuntur aliquæ rationes. ¶ Prima ratio eſt, quia vniuerſitas,collegium,& capitulum ſunt nomina iuris,quę in indiuiduis conſeruantur.Sed notarius & teſtes non videntur poſſe deponere,prout de teſte notat Innocen.de teſti.c.cum cauſam.& Specu.de teſte.§.nunc tractandum, verſicu.quid ergo.Modò teſtibus pariſicantur inſtrumenta.C. de fide inſtrumento.l.in exercendis.& notarius dicitur teſtis.ff. de teſtamentis.l.Domitius.¶ Secũda ratio quia ſi nomina conſtituentium non exprimerentur,auferretur facultas defenſionis circa reprobationem inſtrumenti:de qua loquitur.l.optimam.C.de contrahenda & committenda ſtipulatione.Et circa exceptionem excõmunicatiõis, de qua loquitur iſta decre.& aliàs exceptiones contra perſonas cõſtituentium proponendas:quod fieri non debet.j. de re iudica.paſtoralis.in Clemen.¶ Tertia ratio, quia licet ſolennitas intrinſeca præſumatur.ff. de verborum obligationib. l ſciendum.C.de contrahenda,& committenda ſtipulatione.l.j.inſtitu.de fideiuſſori.§.vltimo.etiam ſi aliquid de iure importet:quia ſuper hoc creditur notario:vt nota gloſſa.C. de vſuris.l.prima.tamen vbi ſolennitas in mero facto conſiſtit, nunquàm creditur notario: niſi in his, quæ vidit & de quibus rogatus fuit. Modo ad hoc, vt conſtituentes collegium repræſentant:& ſic poteſtatem conſtituendi habeant.requiritur,quòd faciant maiorem partem præſentiũ vt.l.planè.&.l.nulli.Quod non poteſt ſciri, niſi ſciatur qui, & quot numero ſint de illis, qui debent, volunt & poſſunt commodè intereſſe. de electio. quia propter.§. ſtatuimus. Super quibus non deponit notarius: nec deponere poteſt. Tum quia non rogatus: tum quia non ſubiecta occulis ipſius notarij.Et licet non ſit neceſſaria vocatio abſentium niſi in electionibus,alienationibus & canonicorum receptionibus:vt nota.Ioan.And.de officio ordinarij.ſi canonici.de teſtibus.præſentium.& de prębendis.c.in eccleſijs.lib. vj.Et faciunt notata Bernardi de cõſtitutionibus.c.omnes. de maioritate & obedientia.c. humilis.de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.c.primo.Et Compoſtellanus in dicto §.ſtatuimus.ſuper verbo, maior. & Innocentius. de operis noui nunciatione.capitulo ſecundo.Tamen viget prædicta ratio,quæ non ſe adaptat, niſi ad præſentes. ¶ Alia opinio habet totum contrarium,quam ſequuntur Oldradus & Lignanus dicentes,quòd ſufficit ſi in inſtrumento dicatur tale capitulum talem procuratorem ſic conſtituit, &c. Et hanc quæſtionem reperies inter quæſtiones Oldradi. quæſtione vigeſimaprima,cuius dicta recitat Ioan.in additione prædicta.& probat Oldradus per rationes,quæ ſequuntur. ¶ Prima ratio eſt,quia in executiõe incumbentium actuũ actiuè & paſsiuè ſe habent vniuerſitas & collegium ſicut vnum certum & determinatum corpus.vt.ff.de fideiuſſori.

l.mortuo.ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur.l.ergo.§ fi.C.de officio rectoris prouinciæ.l.ciuitas.vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos,vel vicus eorum.l.prima.libro vndecimo.& de ſtud.lib. vr.ro.l.ſecunda.Sed vnum per circunloquutiones certum,& determinatum corpus implet opus intentum:quia non refert proprio nomine,an eadem monſtratione,quæ vicem proprij nominis fungatur,aliquid demonſtretur:vt ſi dicatur opus talis eccleſiæ talem procuratorem conſtituit &c.vt.ff.ſi certum petatur.l.certum.& de conditioni.& demonſtrationi.l.nominatim. Ergo idem erit in collegio:vt ſi dicetur tale collegium talem procuratorem conſtituit: de iure procedit. ¶ Secunda ratio,quia in re certa,& demonſtrata,aliam demõſtrationem requirere ſuperuacuum eſt:vt ff.de dote prælegata.l.prima.§ vltimo.Sed cum dicitur,capitulum talis eccleſiæ:res eſt certa,& demonſtrata. Quod probatur: nam vt teneat legatum in perſonam legatarij requiritur certitudo.Inſtitu.de legatis.§ incerta.Sed ſi aliquid relinquatur collegio talis eccleſię,valet legatum.C.de ſacroſanctis.l.j.ff.de legatis tertio.l.pater.§ Tuſculanus. & l. Lucius.§ collegio.Item patet hæc certitudo:quia in iudicijs perſona actoris,& rei debet eſſe certa tam in principio,quàm in fine.Cõſtat autem ſub nomine capituli vniuerſitatis,ciuitatis, & collegij actionem,& defenſionem proponi.& cum eorum deſignatione ſententiam ferri.de reſcrip.cauſam,quæ.&.c. capitulum.vt lite pendente.capi.eccleſia.j.de probationibus.c.licet.de iureiuran.venientes.de exceptionibus.ſignificarunt.C.de officio rectoris prouincię.l.ciuitas.de Epiſcopis & clericis.l.omnes.In talibus enim continens ponitur pro contento,ſecundum eum. ¶ Tertia ratio,quia in nominib⁹ collectiuis ad veritatẽ ꝓpoſitionis,indefinita ęquipollet vniuerſali,vel ea quæ pro vniuerſali habetur:vt.ff.de interrogatorijs actionib⁹.l.ſi defenſor.§ primo.vnde hæc ꝓpoſitio:populus talis loci,tale quid fecit.non eſt vera.niſi omnes de populo fecerint,aut tanta pars,in qua totus populus iuris fictione repræſentatur: vt de decur.l. nominationum. de regulis iuris.l.aliud.§ refertur.Et qd cuiuſq; vniuerſ.no.l.nulli.&.l.planè.Sed ſi in procuratorio,de quo eſt ſermo,eſſet ſignum vniuerſale,valeret ſecundum omnes.ergo & ſic indefinitum. ¶ Quartò ſatis videtur expreſſum.ff.de legatis tertio.l.ſi corpus.vbi dicitur,quòd ſi corpus, aut familia legẽ,perinde eſt,quaſi ſinguli homines legati ſint. Quod ergo aliquando notant doct.debere nomina exprimi,locum habet,quãdo fit procuratorium per nomina ſingularia deſignantia:vt canonici talis eccleſiæ fecerunt. Et eſt ratio:quia talis ſermo poſſet verificari in duobus tantùm:vt.ff.de verborum ſignificatione.l. inter illam.§ vlti.de manumiſſ.teſtam.l.libertas.§ finali.Sed ſecus,ſi per collectiua certam à iure determinationem habentia: vt capitulum talis eccleſiæ.argumento diſſolutionis duarum legum.ff.de acquirenda poſſeſſione.l.poſſideri.in fine tertij reſpõſi.& ad Trebellianum.l.reſtituta.in principio. Et probatur bene hæc diſtinctio.ff.de legatis ſecundo.quoties.&.l. grege.Et ita loquitur hæc decretalis. & quod hîc notat per Innocentium ſecundum eum. ¶ † Et addit,quòd tabellionis officium non eſt deponere,vel fidem facere de his,quæ iuris ſunt:ſicut nec teſtis reſpondet dicens hoc falſum: quia aliud eſt in tabellione,cuius fides eſt approbata:quia de ſolennitate præſumitur niſi contrarium appareat:vt.l. ſciendum.& alijs ſupra allegatis.Et hoc eſt,eo quòd notarius de ea liberè atteſtari poteſt.& aliud in teſte,cuius fides approbata eſt.Et hoc quod voluit dicta gl.l.in.l.prima. C.de vſuris allegata.licet Bulg.idem eſſe iuris in teſte dixerit. argu. legis quoties.ij.ff.de rebus dubijs.quæ tamen hoc non probat.ſequenda eſt igitur opinio Ioannis per textum formalem.dicta lege ſciendum.de verborum obligationibus. Aliâs non poſſet notarius dicere aliquem ſolemniter ſtipulatum: quia hoc iuris eſt.cuius contrarium de iure,& de conſuetudine eſt verum. ¶ Subdit tamen ipſe,quòd ſi procuratorio vna cum notario appenſum ſit ſigillum capituli, hoc minus dubium habet:quia ſigillo ſtandum eſt argumento de appellationibus.c.ſignificauit.de probationibus.c. tertio.ff.eodem.l.ſi procuratorem.Ad fidem enim rei geſtę inſtrumentum,& ſigillum parificantur.de electione.vt circa.de ſententia excommunicationis. cum medicinalis. C. de Epiſcopis,& clericis.l.ſi quis in hoc. &.l.ſi quis.argumento.infrà de probationibus.poſt ceſsionem. & eodem titulo.C.l.cum precibus.ſecundum eum.Sed vt aduocatus loquutus eſt. ¶ Ioan.verò de Lignano ſequitur hanc opinionem Oldradi.& probat eam per rationes, quæ ſequuntur.

¶ Prima ratio eſt:quia quædam ſunt meri iuris: & de talibus non atteſtatur notarius, neq; teſtis, teſtis enim de facto,& non de iure deponat.l.ſi quando inuitos.C.de teſtibus.ſicut de lege,vel de canone: ſed debet iudex per librorum reuolutionem informari. Quædam ſunt iuris. quibus annectuntur actus,vel ſuppoſita facti:ſicut apparet in conſuetudine & fama.Conſuetudo enim eſt facti, & in facto conſiſtit.c.primo.de conſtitutionibus.libro ſexto.quę quãdo iuris ſit,tradit gloſſa.in dicto.c.licet.Cõſuetudini enim quæ iuris eſt,annectuntur actus vicibus iterati. prima diſtinctione.mos.&.c.conſuetudo.ff.de legibus.de quibus. & famæ,quæ nomen iuris eſt,etiam annectuntur actus,&c.vt publica loquutio populi.Modò de huiuſmodi actibus deponunt teſtes.de accuſationibus.cum oporteat.&.c.inquiſitionis.ff.de quæſtionibus.l.de minore.§ tormenta. & ibi notatur.& tamen ſi teſtis deponat ſuper articulo de conſuetudine & fama,ſcilicet quòd eſt conſuetudo, vel fama, valet depoſitio,licet ſit neceſſaria interrogatio,ſic quòd interrogatus de actibus non deponit,repellitur. Sic de notario dicit in capitulo.quod eſt nomen iuris, cui annectuntur ſuppoſita indiuidualia capitulum facientia. de quibus de exceſſibus prælato. dilecta. per Innocentium. de iure patronatus.poſtulaſti.de electiõe.c.primo.decima quæſtione tertia.congregatio. ¶ Secunda ratio eſt:quia hic non deponit notarius,ſuper diſpoſitione iuris,ſed meri facti: vbi eſt attendendum,quòd in hac oratione probanda capitulum fecit ſtatutum:& eſt ſuppoſitum ſine ſubſtantia. Et eſt diſpoſitio,quam ſignificat verbum,fecerunt. & cum teſtes deponunt ſuper factione ſtatuti,hæc depoſitio meri facti eſt,ſicut & aliæ factiones.ff.de verborum obligationibus.l.ſtipulationes.§ Celſus.licet ſtatutum ſit ius.ff.de iuſtitia & iure.l.omnes populi.de conſtitutionibus.c. ſecundo. libro ſexto. de ſententia excommunicationis à nobis deponentes.ergo ſuper ſolo facto,ſolùm pro cauſa exprimunt nomen iuris.Imò nec aliud teſtes exprimere debuerunt: cum non ſuppoſitis indiuidualiter,ſed collegialiter iſtud competat.argumento.ff.ad municipales. l. quod maior. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli.nouit.&.c.quãto.& maximè.quia vbi exprimuntur nomina collectiua reſtricta ad locum,& alias circunſtantias indiuiduales,æquiparantur quoad illam indiuidualitatem:vt not.Innocen.de prębendis.in lateraneñ.dicens ciues Bononieñ.interdictos haberi pro nominatim interdictũ.faciunt notata Bern.de ſententia excomunicationis. à nobis. ¶ Tertia ratio, quia teſtis deponens ſuper aliquo actu,debet deponere de cauſa immediata ipſius.infrà de teſtibus. cum cauſam.C.eodem.l.teſtium.Sed capitulum,& non ſinguli nominatim,vt ſinguli,ſunt cauſa ſtatuti. ¶ Tertia opinio Gul.in Speculo.tit.de ſyndico.§ j.verſi.porrò.vbi dicit,quòd ſi notarius in inſtrumento ſyndicatus dicat,quòd Abbas de conſenſu omnium monachorum,vel Abbas,& omnes monachi hoc fecerunt,ſufficit in actu,qui nõ requirit abſentium vocationem. ¶ Item idem Speculator in eodẽ.§ verſ.quid ſi in aliquo inſtrumento.dicit,ꝙ omnes ad ſonitum cãpanę,vel ad vocem pręconis cõgregati talem ſyndicũ fecerũt:obtinuit hoc valere.facit,quia qui omne dicit,nihil excipit.xix.diſt.

ſi Roma

ſi Romanorum.de maior.& obedien.ſolitę.Et quia credendum eſt inſtrumento,donec probetur contrarium:vt.l.cum precibus.&.l.optimum.allegatis.& de præſcriptionibus.ad audientiam.Sed ſi dixiſſet duas partes hoc feciſſe,indubitanter eſſet neceſſarium nomina exprimi,ſecundum eum: quæ differentia eſt inter vniuerſalem adiectionem,& ſpecialem:vt.ff.de euictionibus.l.ſi venditor.ff.de operis noui nunciatione.l.de pupillo.§.qui nunciat. ¶ Quarta opinio fuit Hoſtienſis qui in Summa de ſyndico.§.qualiter. tenet nomina exprimenda:niſi impoſſibilitas, vel grandis difficultas eſſet in exprimēdo propter ipſorum multitudinem. ¶ Quinta opinio fuit Ioan.Andr.in additionibus ſuper dicto verſi.porrò.diſtinguentis ſic:quia quædam ſunt vniuerſitates,quæ conſiſtunt in numero,, ſicut ciuitas habet centum conſiliarios,eccleſia,vel monaſterium centum canonicos,vel monachos,& in his ſolent notarij ſine expreſſione perſonarum ponere in genere numerum verum, & præſentem,ſic dicendo:in quo interfuerunt pluſquàm duæ partes. Nam cum centum ſint conſiliarij, interfuerunt octoginta.& ſic de clericis, vel monachis. & hoc ſufficit. Conſulit tamen,quòd in arduis maximè in longinquo tractandis nomina exprimantur. ¶ Reuerendiſsimus autem pater dominus.G.Nouelleti tunc palatij Apoſtolici cauſarum auditor,& nunc Romanæ eccleſiæ ſancti Angeli diaconi Cardinalis, iampridem de tempore domini Vrbani Papæ quinti de hoc dubio, cum reuerendiſsimo patre domino Petro Flandrini tunc eiuſdem palatij auditore, & poſteà ſancti Euſtachij diaconi Cardinalis .& mecum tūc cum ipſis in familia domini Petri Rogerij, aliâs de bello forti,tunc ſanctæ Mariæ nouæ diaconi Cardinalis poſteà facto Papa Gregorio vndecimo viterbij commorante habita collatione manum ponens ad calamum, & prædicta recolligens finaliter dixit indiſtinctè nomina exprimenda, per rationes ad partem iſtam primo tactas. ¶ Et ad horum euidentiam,& pro ſolutione rationum Oldradus adiunxit ſciendum eſſe,quòd aliquando loquimur de vniuerſitate, capitulo,& ſimilibus nominibus iuris collectiuis ponendo illa,prout ſunt formata & in actu eſſe: & ſic ponuntur in legibus & canonibus de capitulo,vel vniuerſitate loquentibus,quando dicunt, quòd capitulum dedit libellum,vel ſententiam ſuſcepit,aut ſimilia. Supponunt enim iura illa nomina collectiua,prout eſſe debent in debito actu,& forma.Fruſtra enim fieret lex,niſi ſupponerent veritatem terminorum.& ſic leguntur rationes domini Oldradi. ¶ Sed in quæſtione noſtra loquimur de capitulo,vel vniuerſitate prout eſt dubium, an illa ſuppoſita facerent ipſam vniuerſitatem,vel capitulum:quod non poteſt ſciri, niſi per expreſſionem nominum ſubiectorum indiuidualium vniuerſitatem,vel capitulum conſtituentium:alioquin ſequeretur quòd notarius,vel teſtes iudices eſſent. quod eſſe non debet. Tales enim non poſſunt teſtari,niſi in illis quæ ſenſu corporali poſſunt appręhendi.Iudex autem iudicat de his quæ ſolo mentis,& rationis oculo appręhenduntur, & ad mentem, & rationem per ſenſuum exteriorum corporalium appręhenſionem deducuntur,ſecundum Innocentiū. de teſtibus.cum cauſam. ¶ Item pro ſolutione rationum Lignani,dicit præfatus dominus præmittendo,quòd duplex eſt cauſa teſtimonij,vna quæ pars eſt dicti ipſius teſtis: & tunc non valet dictum illa nō expreſſa:ſicut eſt in his,quæ ſolū mentis oculo appręhenduntur:ſicut in probatione domini & ebrioſitatis. ¶ Alia eſt ſolùm cauſa ſcientiæ ipſius teſtis,& ſine tali valet dictum non interrogati, ſecundum Innocentium.in.c.cum cauſam.allegato.Modò de ſecunda, non de prima Lignani rationes procedunt ſecundum eum. Et licet factio ſtatuti facti ſit,tamen vt valeat,requirit perſonam veram,vel fictam facientem.argumento.ff.de confirmando tutore.l.naturali.Sed de ficta non poteſt conſtare, cum ſit iuris niſi per relationem habitam ad indiuidua.

¶ Præterea facere ſtatutum competit ſingularibus,vt capitulum conſtituentibus,non capitulo, vt eſt nomen iuris quia ſic manu & lingua caret. ergo de cōſtituentibus teſtes, & notarij teſtari debent,per notata Innocen.de ſententia excommunicationis.Romana.§.finali.& in.c.lateranenſi.de præbendis,& dignitatibus.de ſententia excommunicationis.ſi cinitas.libro ſexto.§.primo. Nec ſufficit ſignum vniuerſale etiam in corporibus,quæ in certo conſiſtunt numero:vt tollantur motiua & argumenta Speculatoris,quę non multūm vrgent.& Ioan. Andr.in additione per rationes in principio factas de defenſione per ſubſtractionem talis expreſſionis parti ablata. ¶ Ego autem tunc Viterbij ſine libris exiſtens,& tunc Hoſtien.opinioni adhęrens, primas rationes confirmabam hoc modo. ¶ Et primò,quia deformis ſolennitas etiam intrinſeca propter dubiū fraudis,non præſumitur. Quod proſequere:vt in Cy.C.de contrahenda,& committenda ſtipulatione.l.licet epiſtolæ. per illum textum.in vltima quæſtione.vbi etiam Bartolus latiùs hāc regulam proſequitur,quę habet fictionem intrinſecam ſemper præſumi.& idem Bar.in.l.ſciendum.ff.de verbo.obliga. hanc tamen regulam videtur limitare.gl.in dicta.l.ſciendū. Modò talis eſt ſolennitas conſtituendi capitulum,&c. ¶ Secundò,quia per hoc daretur occaſio(quæ tñ ſemper tollenda eſt,vt eſt textus rotundus.l.conuenire.ff.de pac. dotal.) notarijs malignandi ſic,ꝙ nunquàm in hac materia de falſo conuinci poſſent,& etiam poſſet eſſe periculum de incautela & imperitia notarij circa huiuſmodi ſolennitatem errantibus:quia iura illam inducētia non videreť eſſe de illis,quæ notarij tenentur ſcire explicitè,vt videtur notaſſe Bertrandus drocęanus.C.de tabularijs,ſcribis,lugographis,& cenſualibus.l.generali lege.in gloſ.magna circa medium. li.x.maximè,quia etiam magni doctores de his conſueuerunt dubitare,videlicet,qui & quot in ſingulis actibus expediendi capitulum repræſentent.& qui vocandi admittēdi,vel repellendi ſunt. ¶ Tertia ratio eſt,quia aliâs crederetur notario ex quadam tacita fictione,& in vim generalitatis implicitę ſuper eo,ſuper quo eidem nullo modo deberet credi ſpāliter & expreſſè.&.ī.plus operaretur fictio falſitatis,quàm veritatis expreſsio,cōtra cōia iura.Quod ſic patet:quia notarius non poteſt fidē facere per expreſſum,niſi de his,quæ nouit. Et de quibus rogatus eſt,cuiuſmodi non eſt ſolemnitas neceſſaria ad conſtitutionem capituli. ¶ Alia verò opinio habet,quòd cum ſigillo capituli ſufficiat narratio generalis ipſius notarij,vt tetigi.ſ.poſt Oldra.Et hanc ſequitur de æquitate palatiū Apoſtolicū. ¶ Alia opinio diſtinguit inter magnitudinem & paruitatem ipſorū actuū: dicens in magnis actibus primam opinionem expreſsionē requirentem eſſe ſeruandam.& ſecundam opinionē Oldra. tenendam eſſe in paruis negotijs. Ratio diuerſitatis,quia in maioribus maius eſt periculum.& per cōſequēs cautela maior & probatio arctior adhibenda.ī.de electione.vbi maius eſt periculum.li.vj.de probationibus.C.l.fin. ¶ Alia opinio diſtinguit inter cōicantem magnæ,vel modicæ multitudinis vt in magna ad vitandā difficultatem,ſeu qñq; impoſsibilitatē de æquitate ſequenda ſit ſecunda opinio.Et in parua prima opinio de rigore. ¶ Alia opinio diſtinguit inter actus requirentes vocationes abſentium,vt in illis teneatur prima opinio:vt ſciatur de abſentibus ſi vocati fuerunt,aut interfuerunt. Et alios actus,qui huiuſmodi vocationem nō requirunt:vt in illis non requiratur talis expreſsio. ¶ Alia opinio diſtinguit, vtrum notarius narret ſolemnem & conſuetam vocationem:& tunc non ſit neceſſaria expreſſio:quia cum talis vocatio non comparētes conſtituat conſtituat contumaces,ceſſet periculum:an verò tunc hoc nō narret:& tunc ſecus. Expreſsio enim eorum, quæ nihil operať,fruſta fit.arg.l.aliqñ.ff.ad vell. Tria aūt expreſsionū genera ponit Bar.l.prætor ait.ff.de operis noui nuntiatione. ¶ Alia opinio diſtinguit,an ſuperior interuenerit, & de-

cretum, vel authoritatē interpoſuerit, ſeu interuenerint maiores & iurati. & hoc notarius referat. & tunc præſumantur omnia ſolemniter acta: & per conſequens non requiratur talis expreſſio. aliâs autem neceſſaria ſit. ¶ Tu verò ex omnibus prædictis facias tibi vnam theoricam, dicens quòd in modicis, vbi agitur de modico præiudicio, & etiam in magnis non requirentibus vocationem abſentium narrata vocatione præſentium conſueta, & etiam his ceſſantibus, ſi ſpecificatio propter multitudinem impoſſibilis eſt, dummodò notarius aſſerat duas partes præſentium, vel vltra interfuiſſe: hiſque ceſſantibus, ſi maiores, vel iurati, aut ſuperioris authoritas, vel decretum, vel communitatis, ſeu ſuperioris ſigillum interuenerit, non ſit neceſſaria expreſſio nominum ſingulorum: aliâs bene. Et ſic omnes prædictas opiniones concordabis. An tamen hoc poſsit opponi poſt litis conteſt. vide Specula. de ſyndico.§.j.verſicu ſed quid ſi omiſiſti. & verſicu.ſequenti.vbi notatur quis probet, cum opponitur

30 duas partes non interfuiſſe. ¶ † Decimoquartò, vt habeas ea, quæ Collecta. vltra præmiſſa hîc ſcripſit: quæro ibi, *maiores & iurati*, quid ſi aliqui alij ſingulares in procuratorio expreſſi ſunt excommunicati? Credit Collectarius, quòd tenet: quia procurator nomine illorum non agit. xij. quæſtione.ij.c. Epiſcopus.§. qui manumittitur. Inducit nota. Innocen.hîc in fin. Sed de hoc dic meliùs & verius, vt ſcripſi. in.iiij. quæſtione principali in prima concluſione.

31 ¶ † SECVNDO quæritur poſito, quòd procurator excommunicati reſcriptum impetret: & ſuppoſita opinione, quæ habet, quòd reſcriptum non valet. de qua videbitur in.c.ipſo iure. quæritur, nunquid poſt abſolutionem poterit procedi vigore reſcripti. dicit Collectarius, quòd non: remittens ad collecta ſua.ĩ.de probatio. poſt ceſſionē & not. Specula. eo.titu. circa princi. Idem tenent dominus Raym.de ſargijs per dictum.c.ipſo iure. Et per hoc impugnat gloſſ.poſitam in.c.pia. quia.c. pia. loquitur in ordinario: ſecus in delegato. Et rationem diuerſitatis not. Ioan. And.in.c.ipſo iure. Et ſic loquitur in delegato, ibi excommunicatio poſt impetrationem ſuperuenit. & ſic fuit ab initio interdictio ſufficienter fundata. ¶ Poſteà autem ſubdit Collectarius. viij. quæſtione. Specul. quas, quia tranſcendunt materiam iſtius decret. iam multùm oneratæ per me obmitto, & dicam.ĩ.eo.c.j.libr.vj.

32 ¶ † TERTIO, vt habeas dicta Raymund. præfati quæro quid de contractibus excommunicati geſtis excommunicatione durante. Vides opini. Innoc. quæ habet, quòd valent. & quòd excommunicatione durante agi poteſt contra eum: ſed non ipſe contra alios, niſi poſt abſolutionem: ſed poſteà benè, & eſt ratio: quia tales contractus non improbantur, nec habetur iure, quòd nulli ſint. & ꝙ valeant. allegat.xj.q.iij.q̃m multos in fin. & de ſententia excommunicationis.ſi verè.vbi dicit hoc expreſſum. & ſic no. in.c.veritatis. ¶ Sed dicit Raym. quòd opinio Hoſtien. contrariam ipſe tenet cauſa collationis: quia contractus ſic facti ſunt contra ius probibens cōmunionem excōmunicati ipſi excommunicato, & alijs. igitur non valent: vt.c.illud. alleg. &.x.diſtin. vides. & regula ea, quæ contra ius. lib.vj. Item, quia illa quæ verè debita ſunt ante excōmunicationem per excommunicationē tolluntur, ſeu ſuſpendũtur. xv.q.vj.iuratos. &.c.nos ſanctorũ. Igitur fortiùs impediuntur iſti contractus naſci. at.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iuris.l. patre furioſo.ĩ.de iureiuran.c.quemadmodũ. ¶ Sed in hoc bene fecit, quòd hoc ſolùm cauſa collationis dixit. Nam ſine dubio vera eſt de iure opinio Inno. vt dicetur in.c.veritatis. & c.ſi verè. Nec eſt illa regula, quæ contra ius. in omnibus ſemper vera. Nam non habet locum in his, quæ non habēt cauſam, ſeu prohibitionem perpetuam: vt not. Bern.ĩ.de ſponſa duorum.c.penul.glo.ij. & Ioan. And. de iure patronatus.in verbo, prohibentes. in Cle. Modò non perpetua eſt iſta prohibitio, cum multis caſibus, & tēporibus permittatur, vt probant.c. ſi verè & .c.ipſo iure. cum multis. Nec eſt verum, quòd excōmunicatio tollat, vel ſuſpendat, licet exceptionem repulſionis.

33 ¶ † QVARTO quæro de quæſtione, quam moui circa tertiam principalem in prin. vtrum reſcriptum impetratũ pro non excōmunicato per procuratorem excōmunicatum occultum habeat ipſo iure. Recitaui opiniones, vbi.ſ.quas vide latius in.c.ipſo iure ¶ Circa hoc diſtinguit Calde. quia aut dominus ſciuit excōmunicationem procurationis: & tunc non valeat: quia non prodeſt beneficium ignorantiæ ſcienti.de ſententia excōmunicationis. cum nō ab homine. j.reſpon. & quod not.de clerico excōmuni.miniſtrãte Apoſtolicæ. Et quod ſolet dici, reſcriptum impetratum à procuratore reuocato non valere in fauorē domini reuocãtis. & per conſequēs ſcientis, licet non noceat aduerſario ignoranti.de reſcriptis.ex parte Decani. & quod ibi no. Nouel. ſuper vlti.glo. & de præben.dilectus.primo.ſuper glo.ij. ſcilicet, quòd non tenet impetratio iudicis excōmunicati occulti facta à ſciente. & bene facit ad hanc rationem de præbendis, & dignitatibus.in antiquis.cap. inter cętera. & optimè.e.tit.ſi beneficia.lib.vj. vnde nulla eſt emptio liberi hominis facta à ſciente: ſed ignorantia emptoris non prodeſt venditori.ff.de contrahenda emptione, & venditione.l.liberi hominis emptionē. &.l.ſi in emptione.§ liberũ. ¶ Aut dominus ignorauit excōmunicationē procuratoris, & habebatur cōmuniter pro nō excōmunicato, q̃a occultus: & tunc valet impetratio, ſicut electio & collatio: q̃a hîc non agiẜ de cōmodo, vel vtilitate excōmunicati. ſed dñi, qui in nulla culpa fuit. ¶ Prætereà, quia ratione publici officij prædicta fecit excōmunicatus: quo caſu opinio iuuat: nec curat cōſtituens poſſit tollere impedimentũ occultũ, an non. Item an multa alia fecerit ratione publici officij, an nō: ſicut quidā intelligunt.l. Barbarius Puto enim ſufficere, ꝙ ratione pub. officij fecit ex quo cōmuni opinione habilis putabaẜ, ſecũdum eum. Sic dicit valere collationē beneficij factā per occultum excōicatum, qui cōmuni opiniōe habebatur pro nō excōicato ignoranti hmōi excōicationem: quia ratione publici officij, &c. vt.d.c.nonne. &.j.q.j.dedit. &.c.Chriſtus. xxiiij.q.iiij.tu bonus.j.q.j.prophetauit. &.c.dictũ. In quibus patet tolleratos in officijs feciſſe ſicut veri.ar.de cohab.cleric. vſa.xxxij.diſt.ad hoc. & quod no.de elec.dudũ.ij. in glo. quia cum, de presbytero nō bap.c.ij. Ideò valent inſtrumēta notarij excōicati occulti. No.Io.And.de ſentētia excōicationis decernimus. & Inn.in.c.pia.Proban.d.l. Barbarius. C. de ſententijs & interlo.iij.q.vij.c.pręter.§ verũ.j.q.j.ſi quæ à ſimoniacis. ſecundũ vnam lecturā. &.§ iuxta. &.d.c.ad probandũ iuncto, ꝙ conferre eſt iuriſditionis de electio.noſtri &.c.tranſmiſſam. & idem dicit de electione facta à canonico occultè excōicato ratione ſui canonicatus. Et hæc faciũt pro his quę ſcripſi in.iiij.q.principali.verſ. ſed nunquid tales. vide tamen Inn.in.c.ſi verè in glo.ij.ad ſi. &.c.dilectus.de reſcript.in gl.vlti.in ſi. & Archi.ac Card. & Nouel.in.c.ipſo iure. ¶ Supp.glo.Glo.j.ibi: *vel etiam credentibus*. Supple illum excōmunicatũ. Et ibi: *vniuerſis*. interdũ refert, vt.j.de hęreticis.c.ij.§ ad hoc. Et ibi: *tenent*. dic contra, vt ſcripſi.ſ. in.q.iij. & in.xiiij.verſ.ſecundò quęriẜ. Et ibi *ſed verum*. imò tenet quod ſcripſit Io. And.in.d.c.ipſo iure.in glo. Nunquid ergo. ¶ In glo.iij.in ſi. hęc fuit additio à tēpore Inn. ¶ In glo.vlti. ibi: *cum.I.& A.* dic, vt.ĩ: de regulis iuris. vtile per inutile libro ſexto. & per Henricum de officio delegati.cum ſuper. in prima diſtinctione & per Cynum.C. de donationibus. l.ſancimus. & per text.formalem.l.j.§ ſed ſi mihi.ff.de verborum obligationib. & per Bartolum. ff. de fideiuſſoribus.l. Græcè.§ illud. Et ibi: *exprimi*. dixi.ſ.xiiij.quæſtione. Et ibi *nonnulli*. contrarium ibi ſcripſerint Goffredus. Hoſtien. Compoſtellanus, & Nouella, ſcilicet quòd canonicus non impetrat pro eccleſia ſine mandato. Pro glo. quòd admittatur ſaltem cum cautione de rato. facit.ſ.de o'di.deleg.corā.

¶ Verum

¶ Verùm Archidi. de reſcrip. ſtatutum § cum autem. libro ſexto. dicit de conſuetudine curiæ nullum admitti ad impetrandum, vel contradicendum pro alio ſine mandato ſpeciali: niſi ſit coniuncta perſona carnali proximitate, vt intellexerunt Goffre. Hoſtien. imò nec etiam Epiſcopus ad contradicendũ pro ſuo ſubdito admitteretur: Sed interſit contradicentis, quòd litera non transeat, teneatur ei, & literam recipiat impetrator. ¶ Dicit etiam in curia non requiri mandatum, niſi literæ contradicantur. Allegat quod notatur Hoſtien. in Summa de reſcript. § quæ poſſunt. verſi. ſed nunquid canonicus. & verſ. imò eſt. ¶ Dicit demum, quòd licet decret. nonnulli. permittat cõiunctos impetrare, non permittit illos contradicere impetrantibus. Et ſic ad agendum admittendi non videntur ſine ſpeciali mandato: cum talis actus ſit potius quoddam contradicere, quàm defendere.

De ſyndico. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Syndici qui dicantur? & qualiter ſyndicus aliter vocetur? Et quid differant actor, & ſyndicus?*

2 *Oeconomus quiſnam ſit.*

DIximus De procuratore, qui agit, & defendit cauſam domini: nũc dicamus de ſyndico, qui agit, vel defendit cauſam vniuerſitatis Goffred. ¶ De oeconomo habetur. lxxxix. diſtin. per totum nona quæſtione. j. cum ſumus. ¶ De ſyndico ſingularium vniuerſitatum, vide de probatio. ca. licet. de capellis monachorum. dilectus. ¶ Et quomodo ſyndicus, in cauſa collegij reſpondet ſine iuramento. de teſti. c.
1 ij. verſi. ſine iuramento. libr. vj. ¶ † Et vt ſcripſit Ioan. And. in additionibus Spec. tit. de his, qui alieno nomine in iudicio interue. § j. addi. quæ incipit: *ſequitur*. dicit, dicuntur ſyndici, qui ad certam cauſam agendam, vel defendẽdam conſtituũtur, ſeu eliguntur. & hoc ſignanter, quia diuerſæ diffinitiones ſyndici dantur ab antiquis, & tamen non reperit alium, qui ponat dictum Specu. dicentis in dicto § j. verſi. ſyndicus autem. quòd ſyndicus tantùm conſtituitur ad iudicia, & dicitur quaſi ſingulorum de collegio, vel vniuerſitate cauſas dicens: vt. ff. de munerib. & ho. l. munerum § defenſores. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomine. circa fi. & § quibus. vbi de hoc, & l. ſicut § j. ĩ. de proba. licet. ĩ. eo. c. j. ¶ Et vocatur ſydicus quandoq; Apochryſarius in authẽ. quomodo opor. Epiſ. § non aliter. & § in eum. & de elec. ſignificaſti. Licet Apochryſarius ponatur pro œconomo in authen. e. tit. § reuerendiſſimi. Item ſyndicus defenſor vocatur: vt dicto § defenſores. Et ordinatur cum cõſenſu Epiſcopi. & tractatu in ciuilibus & ſecularibus cauſis. Et eſt perſonale mũnus, dicto § defenſores. & in hoc differt à procuratore, vt. ff. de procurat. l. filiusfamilias § inuitus. ¶ Actor verò conſtituitur ab vniuerſitate & ad vnam cauſam: vt. ff. quod cuiuſque vniuer. l. item eorũ. Sępè tamẽ vnum ponitur pro alio: vt ibi. & ſ. tit. j. petitio. & ff. quod cuiuſq; vniuerſi. nomine l. j. in fine. Sed in hoc differunt, quia actor ad lites pręſentes tantùm conſtituitur propter decretum, quod non ſe extendit ad futura: vt. l. item eorum § decuriones. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomine. Non ſic de ſyndico, qui datur etiam ad futuras, & ſine decreto, ſicut procurator. Sed quãdoq; actor pro procuratore accipitur. liiij. diſt. ex antiquis. Item etiam datur actor inuitus & ab vniuerſitate, & ante litem conteſtatam. Et in his differt à procuratore. & ſic conſtitutio, & ſtipulatio actoris municipum in perſonam municipij: & procuratoris in perſonã ſuam cõcipitur. ff. de cõſti. pecu. l. eũ
2 qui § Iulianus. ¶ † Oeconomus autem, cui res eccleſię gubernanda mandatur. C. de ſacroſanct. eccle. l. Iubemus. in prin. de Epi. & clerici. l. omnes, qui § hoc nihilominus. lxxxix. di. quia in quibuſdam. de offi. ordina. cum vos. de iura. calum. Imperatorum. Et interuenit in iudicijs, & contractibus: & eligitur cum tractatu Epiſcopi: vt. l. Iubemus. & c. Imperatorum. allegatis. Et dicitur vicedominus. lxxxix. diſtin. volumus. & c. ſeq. j. q. iij. ſaluator. propriè tamen in rebus canonicorum œconomus. & in Epiſcopalibus vicedominus, de ſimonia. conſulere. ¶ Et ſonat idem quod præpoſitus. j. q. iij. ſaluator. ſecundum Spec. vbi ſuprà. ¶ Sed Ioan. And. in additione prædicta dicit, quòd dictum. c. conſulere. nõ probat id, ad quod inducitur: dicens varias deriuationes dari de iſto nomine œconomus. vna quòd dicitur ab oicos græcè, quod latinè dicitur diſpenſator: & comes pauper, quaſi pauperum diſpenſator. Sed hoc non congruit ei, quod dictũ eſt ſupra. Hug. non dicit, ꝙ œconomus dicitur ab ycon. quod eſt ymago, vel ſignum, & noma, quod eſt lex, vel regula: quia ad eius ſignum, vel regulam tota familia diſpenſatur. vnde yconomus idem quod diſpenſator. vnde extat liber, qui dicitur œconomicus demophontis ab acto, quod eſt ſonus: quia ad eius ſonum familia ordinatur. ¶ Subdit etiam Ioan. in additione prædicta, quòd Damaſus Tancre. & Io. de deo dicunt ſyndicum conſtitui ad agendum, & defendendum cauſas vniuerſitatis. Et Vbertus in Sum. dicit ſyndicum, qui ad certam cauſam agendam, vel defendendam eligitur, laborem perſonalis muneris aggrediens, vtẽs verbis. d. § defenſores. Sed ſtatim ſubdit & generaliter ad omnes cauſas. Ioan. And. no. ij. q. vij. ſi quis erga. quod hîc dixit diſiunctim, dicit coniunctim dicẽs ſyodicũ per vniuerſitatẽ conſtitui ad vnã & plures cauſas. Et in. c. qm. xvj. q. vij. dicit conſtitui ab vniuerſitate ad vniuerſitatẽ cauſarum. ¶ Hoſti. e. ti. in Sum. § quis ſyndicus, dicit ſyndicum conſtitui ad cauſas vniuerſitatis agendas, & defendẽdas præſentes & futuras ſine decreto. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomine. l. j. & l. Item eorum. ¶ Goffre. dicit, quòd ſyndicus eſt procurator vniuerſitatis ad iudicia conſtitutus, non adijciens tantùm, ſicut Speculator. Illud enim eſt contrarium cõmuni obſeruantiæ, quæ habet per vniuerſitates, eccleſias & ſeculares cõſtitui ſyodicos ad extraiudicialia & tractatus quoſlibet per vniuerſitates faciendas: vt venditionum, emptionum, locationum, conductionum, obligationum, mutuorum, & his ſimilium. & facit. ĩ. eo. c. j. ibi: *monaſterij generaliter debeat negotia commendare*. Ex quibus patet concluſiuè, quòd ſyndicus dicitur procurator vniuerſitatis ad iudicialia, vel extraiudicialia aut vtraq; ſimul pręſentia, vel futura, ſeu præſentia & futura, ſine decreto conſtitutus. Alia vide per Summiſtas Hoſtien. Goffre. & Spec. eo. tit. & Ioã. And. in addit. ſuper illo œconomo, orphanatropho, vicedomino, tutore, & curatore. vide ibi in titulis ſequentibus Spec. & additio. Ioan. quę cauſa breuitatis omitto: aliqua tamen forſan tangam. ĩ. de his, quæ fi. à maio. parte capituli, in rubrica. & in. c. primo.

SVMMARIVM.

1 *Syndicatus officium num determinationem à iure ſcripto habeat?*

2 *Syndicus ſi à maiore collegij parte conſtituatur, minore contradicente, num ſiue obtineat, ſiue ſuccumbat, teneatur minor ad expenſas.*

3 *Syndicus ab alijs alieno nomine agentibus, qualiter differat?*

¶ CAP. I.

SIcut ſtudii. ¶ Caſus. Decet religioſos à litigijs abſtinere. Et ideò debent habere ſyndicum, qui cauſas monaſterij agat, & defendat. ¶ Et præmittit exordium, & caſum in principio. & in fine ponit duas cauſas mãdati ibi. *Expedit enim* Et in medio. ¶ Expone literam. *Submouere*. de poſtulan. c. ij. de offi. ordi. quanto. *Negotia*. quaſi diceret, & ſi diligenter

ſint exercenda ſpiritualia, non ſunt tamen temporalia negligenda. Sicut enim ad vitam corpus neceſſarium eſt animæ, ſic ad ſuſtentationem neceſſaria ſunt temporalia eccleſiæ Dei. j. quæſtinne. iij. ſi quis obiecerit. xij. quæſtione. ij. expedit. & c. videntes. & c. Epiſcopus. *Ita neceſſe.* notatur pro compenſatione facienda. & quòd contrariorum eſt eadem diſciplina. Collect. *fauſto.* fortè proprium nomen alicuius partis. Laicus erat: vt not. Hoſti. in Summa. eo. tit. § fin. in fi. Facit infra. de procuratoribus. c. j. Nec obſtat de iudic. decernimus. vt ibi not. imò poteſt eſſe religioſus, ſecundum Hoſtien. in Sum. eo. tit. § j. an poſſit eſſe infamis. Dixi de iudi. cum deputati. Collectarius. *Si voluerit.* ſcilicet Fauſtus. Aliâs, *voluerint.* ſcilicet monachi. *Salario.* quia nec cogitur ſuis militare ſtipēdijs. de preſcrip. cum ex officij. ad fi. De hoc ſalario in ſum. de procuratorib. § quis ſit effectus. verſ. tenetur etiã dominus. & ſequenti. Hoſtien. *Generaliter.* habet enim talis poteſtatem agendi & defendendi quomodocunq; vocetur: cum nec ſit vis in nomine. ſ. tit. j. petitio Hoſtien. *Negotia.* id eſt lites de verbo. ſigni. forus. § negotiũ. *Incommoda.* ne dum humana lucra attendunt: æterna præmia perdant. v. q. iij. c. vlti. *Strepitu.* facit de accuſa. c. penul. de ſta mon. c. fin. verſicu. fin. quòd ſi Abbas. *Seruos Dei.* id eſt monachos, qui per antonomaſiam dicuntur ſerui Dei: quia illi melius & purius, quàm alij ſibi ſeruiunt. & pro ipſo relinquunt omnia. de exceſſ. præla. nimis. de no. oper. nunc. c. ij.

¶ PRIMO quæro quid dicatur ſyndicus. Sed dic. ſ. in rubri. vnde ſciendũ quod Hoſtien. in ſum. de ſyndico tractat, & præmittit, quid ſit vniuerſitas: quid collegium: quid corpus: quid ſocietas: ſubdẽs demum quid ſyndicus, quid actor, quid œconomus. & de differentijs eorumdem. & ibi vide & prius per Goſtre. ea. rubri. in fi. ¶ Hic autem tractatur de ſyndico, qui procurat cauſas vniuerſitatis. ¶ Sed in Italia eſt quoddam officium ſyndicatus Rectoris & officialium locorum, qui dicuntur in officio deliquiſſe: qui de iſtis habent cognoſcere: & culpabiles repertos punire. ¶ De quibus ſæpe quæſitum eſt, an merum, vel mixtum imperiũ,
1 poſſunt exercere, vel pœnas corporales imponere. ¶ † Et breuiter iſtud officium non habet determinationem à iure ſcripto, quia, vt ſic loquamur, Rector, vel poteſtas ſuccedens deberet aliâs pœnas pro forefactis imponere, quàm tales ſyndici cognitores defectuũ, vel extorſionum. faciendũ autem eſt quòd hoc diſcerni oportet ex ordinatiõe officij & poteſtate ſibi attributa. Non enim venirẽt ardua meri, & mixti imperij: niſi ſpecialiter eſſent commiſſa: vt. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdic. l. j. Sicut de officiali & vicario dicitur de offi. vica. c. ij. lib. vj. & de arbitro. ff. de arbi. non diſtinguemus. § de officio. Et priuilegiato, de priuile. c. porro. Vnde vniuerſitas ſtudentiũ cum Bononiæ per ſua ſtatuta eligit ſyndicos, qui contra præteritos Rectores & Maſſarios audiuerint querelantes, & denunciantes, & habent officium limitatum.

¶ QVINTO ad materiam quinti & octaui notabilit accedendo, imprimis opponitur de notabili quinto contra textum: quia plus eſt approbare facto. quàm verbo. infrà de appellationibus. dilecti. cum concordātijs ibi ſignatis Sed ſi mulier poſt ingreſſum, marito viuente, per vnum annō, vel duos ſteterit in monaſterio portando habitum profeſſarū, & pro religioſa profeſſa ſe habendo: & ita facto approbauerit ingreſſum, & votum in ingreſſu emiſſum, ſibi non nocet, quominus marito mortuo reſilire poſsit: vt patet hîc in textu, in verſu, *Tandem igitur &c.* Innocentius volent ſoluere hanc oppoſitionem ſic dicit: nota metum mortis non tantùm ei imminere, quando gladij erant præſentes, ſed toto tempore, quo vixit maritus: quia poteſtatē necis habebat ſuper eam. C. eodem titu. l. ſi per impreſsionem. Et intelligo hunc metum præſentem, cum ſemper poſſet occidi per maritum: quia ita potens erat, quòd non poterat habere locum, ad quem confugeret ſine timore mortis. ff. eodē. l. metum. ſecunda, in principio vnde toto tempore vitæ eius non præſumitur ratificare: ſed eo mortuo, ſi poſt remaneret: tunc præſumitur habere ratum. Innocen. Idem Hoſtiē. Et eſt tunc ratio: quia ratihabitio ſequēs tunc tollit, & purgat proximam turpitudinis cauſam, ſcilicet, vicium metus. ff. de condi. ob turpem cauſam. l. ſi ob turpem. in principio. & quod legitur, & notatur. C. eodem. l. cum te. ¶ Et ad materiam ſubijcio quæſtionem, quam format Cynus in dicta l. cum te. Circa ſecundam quæſtionem principalem. Pone ergo ſtatutum fuit in ciuitate Piſtorij, quòd bona extitionum, & expulſorum venire deberent in publicas rationes, tam mobilia, quàm immobilia, & iura, & actiōes &c. Hoc ſuppoſito, accidit, quòd debitor cuiuſdam expulſi per officialem communis fuit coactus ſoluere communi, & fuit detentus ob hoc in palatio, & fame affectus per aliquot dies, ita quòd dixit ſe paratū ſoluere, & cauit, & poſtea relaxatus eſt eadem die, vel ſequenti ſoluit: demum reuerſus creditor repetijt ab eo, qui ſe tuebatur ex ſolutione iam facta communi per coactionem Iudicis. Et ad hoc inducebatur tota illa cōſueta diſputatio de debitore expulſi per iudicem coacto ſoluere communi: quæ ponitur in quæſtionibus ſtatutorum, de qua per Dynum. & pleniùs per Bartolum. ff. de ſolutionibus. l. creditor. Item allegabatur ſtatutum, quod dictam difficultatem tollere videbatur. ¶ Ex aduerſo dicebatur, quòd licet probaſſet ſe coactè promiſiſſe, non probauit ſe coactè ſoluiſſe, & ideò fuit lata ſententia contra illum, per gloſſam Accur. dictæ. l. ſecundæ. C. eo. quę not. quòd ſi promitto per metum, ſtatim ſoluo, non repeto. Sed Petrus dicit illud verum, ſi interueniſſet tantum interuallum, quòd appareret per metum non ſoluiſſe. argumento dictæ. l. ſecundæ. Aliâs ſecus. argum. ff. ad velleianū. l. ſi mulier. &. ff. quarum rerum actio non detur. l. prima. § quę onerandæ. Cynus autem dicit dictam ſententiam contra dictum debitorem repulſi latam, fuiſſe malè latam: quia non erat remiſſa inſtantia iudicis. imò ſemper imminebat, & ſemper durabat coniectura metus. Ad hoc enim deputatus erat, & poterat facere. & ideò ſemper ille iuſtè timuit iam expertus. & ſic ex præterito in præſenti cōiectura erat præſumptio. ¶ Præterea ſecundum eum videtur caſus. ff. quod fal. tu. l. prima. § nouiſsimè. ¶ Vltimò inducit, quòd contra officialem præſumitur metus: vt. l. ſi per impreſsionem. allegata. ¶ Et pro his, quę ſcripſit Butrig. in dicta. l. cū te. dicens quòd ſi ille, qui per metū promiſit poſteà ſoluit, metu adhuc inſtante, videtur metu ſoluere: ideò repetit. Et quòd ideò dicit lex, quòd confeſsio facta in tormentis non valet, niſi perſeueret confeſſus in loco remoto à loco torturæ. & ſic non immineat metus tormentorum propinquorum: aliâs perſeuerare non videtur. vt colligitur ex. l. prima. § diuus Seuerus. & § quæſtioni. & § ſi quis vltro. ff. de quæſtionibus. & ex lectis, & notatis. C. de cuſto. reo. l. ſecunda. vbi etiam vide Butriga. Sed illud facit magis contra, vt videtur, quia loci remotio, vel perſeuerantia, viuente marito, hîc metum, vel eius effectum non auferunt.

& tamen

& tamen ibi ſi manens ſub poſſe iudicis,& in vinculis eius,
in confeſsione perſeueret,ſtatur illi confeſsioni.Sed ibi lo-
quitur de metu iuſtè illato:hîc de illato iniuſtè:ideò tam va
riè &c.ar.ff.e.l.ſi mulier.Bartolus verò in.l.cum te.allegata
addens ad dicta Butrig.dicit puto autem metum inſtare ſi
cauſa,propter quam metus inferebatur,ſubſiſtit:Verbi gra
tia:aliquis Tyrannus compulit me ad promittendum:cer-
tè toto tempore ſuæ vitæ tyrãnidis durat metus.Et inducit
iſtam decretalem.&.ff.ex quibus cauſis in poſſeſsionem ea-
tur.l.Fulcinius.§.quid ſit autem latitare.verſu,veluti. Et idẽ
notat ipſe Bartolus.in dicta.l.ſi ob turpem.Et id ibi etiam
exemplificat in metu illato in promiſsione per commune
ciuitatis:dicens quòd durante regimine illius ciuitatis du-
rat cauſa metus:& per conſequens ipſe metus. Nec poteſt
dici ſecundum eum : tu debebas recedere de ciuitate illa,&
dimittere domum,& omnia tua bona:quia imò primò de-
buit ſoluere. Metus enim perditionis omnium bonorum
æquiparatur morti:vt.ff.de excuſationibus tutorum.l.poſt
17 litem.in principio.& infra eodem.c.proximo.¶ † itẽ aliud
exemplum ponit Bartolus in dicta.l.ſi ob turpem. Pone
vir percuſsit optimè vxorem,quæ nolebat conſentire cui-
dam inſtrumento:poſteà conſenſijt ex interuallo : certè vi-
detur metu feciſſe.Donec enim matrimonium durat, me-
tus viri durat.Inducit lecta & notata.in dicto.§.quæ onerã-
dæ.&.C.de tranſactionibus.l.interpoſitas.& infrà de cõuer
ſi.coniuga.accedens.de ſponſalibus.c.veniens.primo,& ſe-
cundo.Optimè facit.infra eodem,ad audientiam. ſecundũ
intellectum, quem ibi ſignaui in quinto notabili. ¶ Plus
dicit ipſe Bartolus.ff.de ſolut.l.creditor. allegata ad finem.
quòd ſi vna parte de ciuitate expulſa remanente in ciuita-
te ordinarunt,quòd debitores expulſorum ſoluant commu
ni illi,qui poſt hoc ſoluunt,alia cauſa metus eis non illata,
cenſentur ſoluiſſe per iuſtum metum quandiu illi tyranni
ſunt.Inducit.l.ſi.§.primo.& ſequen.ff.eo.&.§.quid ſit latita-
re.&.§.quę onerandæ.allegatos & no.in dicta.l.interpoſitas.
& per Azo.in ſumma.Et iſtud facit quòd licet poſt dictam
electionem Bart.Cardinales ſteterint cum eo in vrbe per
duos menſes cum dimidio,vel circa,& tempore illo pendẽ-
te Romæ exiſtentes eum inſtallauerint, & coronauerint.
& cum eo in conſiſtorijs interfuerunt, ac ſibi reuerentias
Papales exhibuerunt,& aliqui diaconi ab eo communionẽ
ſacram receperint,de eiuſq; mandato literas recommanda-
torias regibus ſcripſerint,non cenſentur hæc feciſſe liberè:
quia durabat eadem cauſa metus.Et ideò ſubiacent eidem
vitio,ſicut electio prima, per prædicta.Imò tunc videba-
tur iuſtior cauſa metus:tum,quia turpiùs eijcitur, quàm
non recipitur hoſpes.de iureiurando.quẽadmodum.& dif-
ficilius ratione poſſeſsionis talis,qualis, cuius defenſio fa-
uorabilis eſt.Et ideò aduerſus eam turbantes, vel minitan-
tes ꝓdita ſunt interdicta & diuerſa iura & remedia.ff.eo.C.
de interd.cum titulis ſequentibus. Et licet hic ſit ſpeciale,
quòd fallunt illa iura:quia de facto licet illum eijcere.vige-
ſimatertia diſtinctione.in nomine.in fine.iij.quæſtione.j.c.
Dixus ergo.§.patet. Tamen de facto grauiùs eſt expellere,
quàm non admittere.argumento.Inſtitu.de interdict.§.cõ-
modum.Tum.quia intruſus cum ſuis fautoribus dediſſet
authoritatem & directionem, & procuraſſet fortiorem
populi inflammationem:& Romani tũc habuiſſent maio
rem colorem,quæ omnia cum in Romanis maiorem indu-
cerent ad inferendum periculum prouocationem,& in do
minis:per conſequens iuſtè inducere potuerunt maiorem
timendi occaſionem arguendo ex regula illa,ſi ſimpliciter,
ad ſimpliciter:& magis ad magis,ac maximè ad maximè.de
electione.cum in cũctis.in prin. ¶ Secũdò opponitur cõtra
dictum notabile quintum:quia præcedentem electionem
vitioſam ex defectu conſenſus non firmat ratihabitio ſe-
quens.de elect.auditis.Solutio,ibi de electione, quæ vltra
cõſenſum requirit formam.de electione.quia propter.Ideò
ſolus conſenſus ſuperueniens non ſufficit vt in contrario.

Sed hic loquimur in caſu,qui vltra conſenſum formam nõ
requirit. Et ideò ſolus conſenſus ſuperueniens hîc ſufficit
infrà de regulis iuris.c.rati.cum ibi not.per Dynum.& per
Nouellam tertia quæſtione.Mercuriali,& eodem titu.non
firmatur.per Dy.& quod ſcripſi poſt Innocentium de offi
cio delegati.prudentiam.in principio.q.quinta & quatuor
18 ſequentibus.¶ † De electione Papali eſſet dubium quia il-
la formam non requirit,ſed ſolùm conſenſum dominorũ
Cardinalium de electione.licet de euitanda.Dicunt tamen
aliqui,quòd conſenſus ille neceſſariò debet eſſe collegialis.
de quo aliquid tetigi.de electione.auditis.quæſtione ſepti-
ma.& cap.in Geneſi.oppoſitione prima. & remiſsionibus
vtrobiq; datis.argumento dicti.c.in Geneſi.verſu,quoniã
licet Cardinales vt collegium pertinet eligere decimaſex-
ta quæſtione.ſi.congregato.de electione.nullus.& quod no
tat Innocentius de conſtitutionibus.cum omnes.& quod
ibi ſcripſi oppoſitione tertia.& quæſtione prima,& ſecun-
da.ac in remiſsionibus ibi per me datis,ac etiam electiuis,
& diſpoſitiuis non conſequutiuis tantùm.argumẽto de mi
noribus.l.tertia.§.ſcio.C.ad velle.ſi mulier perfectæ ætatis.
ff.de condictione ob turpem cauſam.l.penultima.j.de re-
gula.cum videtur de voto.c.licet.& lege nouiſsimè allegata
de officio delegati.cauſam matrimonij.& quod notat gloſ.
in dicto.§.ſcio.Sed obſtat de ſponſalibus ad id, quod. & de
deſponſatione impuberum.ſi infantes.libro ſexto. Sed ibi
non loquitur de accuſationibus collegij.nec de actu delibe
ratur ratione præiudicij alieni:ſicut hic.,Tu cogitabis.
¶ Tertiò opponitur ad idem:quia ad recedendum à mona-
ſterio,& ad deliberandum ſuper hoc poſt mortem mariti,
dari debet aliquantulum tempus.ff.de ſolutionibus.l.quod
dicimus.ex quibus cauſis maiores.l.ab hoſtibus.§.ſed quod
ſimpliciter.& ita malè videtur loqui textus ita ſimpliciter.
penis vltima gloſſa.Ber.ſol.Omnes concedunt argumentũ.
& in hoc ſupplent hunc textum,& gloſſam prædictam. &
dicunt quidam, quòd recitat manendo ibi per integrum
menſem.argumento primo.quæſtione prima.conſtat. Alij
dicunt de duobus menſibus.argu.de conuerſi. coniuga. ex
publico.Inn.& Hoſtien.dicunt hoc arbitrarium.arg. nota-
torum.de offi.dele.de cauſis.in fin. Etiam intelligitur quod
ſupplet,& colligit hic Hoſti.qñ non potuit ad locum alium
confugere tutè:qui etiam dicit,quòd debet hoc frequenter
proteſtari coram conuentu, vel ſaltem coram Abbatiſſa.
Et hoc ſi talis proteſtatio tutè fieri poteſt:aliâs non impu-
tabitur ei,vt hic not.in.j.gloſſa Ber.& facit ad materiã ꝓ-
teſtationis,de qua dixi ſuprà circa materiam primi nota-
bilis quod dic,vt ibi.¶ Quartò opponitur,quia non vide-
tur procedere quod hic de ratificatione dicitur, argu. eius,
quod no.Inno.infrà de regularib.ex parte.&.c.vidua. Solu-
tio,aut mulier ſolenniter velum accepit fortè de manibus
Eporum,& monaſterium ingrediendo vouit. Et tunc, ſi
ceſſante timore in monaſterio perſeueret,hoc votum rati-
ficare videtur,vt hîc. Aut ſine ſolẽnitate accepit,nec verbo
voluit:& tunc non intelligitur ratificare,vt no.per Inn.vbi
ſ.& hic.& idẽ ſi in eodẽ monaſterio eſſent non profeſſę ha
19 bitum portantes.¶ † Subdit hîc Inno.quòd eſt differentia
inter votum,& habitus ſuſceptionem:quia votum tenetur
ſeruare:niſi metus interuenerit, qui in virum conſtantem
caderet. Et dicit,quòd nec tunc valebit ei proteſtatio: niſi
talis iuſtus metus interuenerit.quia non iuuat proteſtatio,
niſi iuſta cauſa interuenerit vt no.de elect. Cumana. Non
eſt autem iuſta cauſa,niſi metus ſit talis,qui caderet in con
ſtãtem virum.Sed in habitus ſuſceptione ſufficit, ꝙ qualiſ-
cunq; metus vel etiam alia præſumptio,aut proteſtatio ſu
per hoc habita appareat,quòd habitum inuitus ſuſcipie-
bat.vnde ſi non commonitionibus patris habitum ſuſci-
peret, illum poſſet dimittere.xx.quæſtione tertia.præſens.
Secus ſi voluiſſet.Ratio diuerſitatis,quia in voto, cum ex-
preſſa ſit voluntas, ei ſtandum eſt : niſi expreſſum ad con-
trarium appareat.Sed cum ſuſcipiendo habitum non ex-

preſſè voueat, ſed præſumptiuè tantùm, talis præſumptio facilè per aliam præſumptionem eliditur, ſecundum Inno. hîc. idem Hoſti. qui allegat de elect. cum inter. R. facit, quia tacitus conſenſus meticuloſi non recipit extenſionem: nec de facili operatur diſpoſitionem: vt colligitur ex nota. Inn. de reſcript. diſpendia. poſt principium maioris gl. facit optimè, quod not. Bartolus. ff. de acceptila. l. & per iuſiurandū. in §. ſi legatorum. & ſi ita, ibi: quæro, quæ eſt cauſa, q porrigatur &c. ¶ Facit, quòd actus prædicti, quos domini Cardinales fecerunt Romæ poſt intruſionem Bartho. ex leuiori metus præſumptione eliduntur, quàm principalis ipſa electio præcedēs: quod eſt valde notabile & faciūt optimè no. Inno. de renunc. c. ſuper. gl. ij. poſt principium. col. ij. verſu, ſed dices, nonne eo ipſo &c. quæ notata hîc recitat Collect. Et ideò illa etiam recitare potes. Et idem etiam in effectu notat Bar. C. e. l. ſi per vim. licet Inn. non alleget. Faciūt optimè, quæ ſcripſi poſt Arch. ĵ eo. c. abſolutionis. libro ſexto.

80 in quinta oppoſitione. verſu, & finaliter elicit. ¶ † Circa materiam ſexti notabilis opponitur, quia videtur, quòd timor mortis non impediat votū, vt infrà de regula. ſicut nobis. & c. porrectum. So. ibi loquitur de naturali morte. Facit de conuerſi. coniug. ex parte Abbatis. Et idem de morte accidentali, caſuali periculi maris, vel incendij, ruinæ, aut peſtis: quæ forſan Deus mittit, vt hoīes conuertātur. xvj. qō. j. rñ. & §. j. vt nō luxu. cō. nat. ho. coll. vj. Hic loquimur de morte accidentali violenta, quæ impedit votū ipſo iure: vt hîc. Ratio diuerſitatis horum caſuum eſt, quia in hoc vltimo caſu immittitur ab homine, non à Deo. Et ideò contra violētiam hominis ſubuenitur. ff. quod met. cauſa per totum. Sed in primis caſibus immittitur timor à Deo: vt forſan anima conuertatur: contra quod non competit reſtitutio. de regula. cum vitum. Sed nec debet fieri, nec poteſt reſtitutio per aliquem. de ma. & obe. cum inferior. Nā & Deus qñq; per flagella corripit peccatores. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. & §. de Thyrijs. ſecundum Hoſti. in c. ſicut nobis. allegato. & in ſumma de regularibus § & qualiter. circa principium. Ber. eñ dicit, q timor naturalis nō impedit votū. Accidētalis verò impedit, ſi violentus ſit. Nā caſualis idē videt qd in naturali: ergo timor īmiſſus ab homine impedit: immiſſus à Deo nō impedit, ſcdm eum. Et idem. H. Sed quod dixit de accidentali violento illato ab homine, intellige ſanè, videlicet dum propter hoc inferebatur, & aliâs non: per ea, quæ no. ff. eo. qui in carcerem. ¶ Secundò opponitur quia imò ſpiritualia per metum extorta ipſo iure tenent ĵ. eo. abſolutionis. libro ſexto. à contrario. Sed ibi dicam. ¶ Et hîc poſſet tractari de electione, maximè Papali, an facta per metū teneat ipſo iure. Sed dic, quòd non. & proſequere prout ſcripſi ſuprà de elect. licet euitanda. in ſeptima oppoſitione. De receptione ordinum dicit hic Collect. quòd ſi per vim abſolutam recipiuntur nil confertur de baptiſ. maiores. ar. ĵ. c. ſacris. Aliâs recipitur character, ſed non effectus: videlicet quia cōpelletur continere. Ad quod vide lo. lxxiij. diſt. quorundā. dicā in c. maiores. ſed dicā de hoc plenius in pdi-

81 cto. c. maiores. in. iij. q. ¶ † Septimò ad materiā ſeptimi notabilis accedendo, opponitur: quia imò minor metus, quàm mortis: puta omnium bonorum perditio. infra. c. Abbas. vel cruciatus excuſant. ĵ. c. cum dilecti. Solutio, hîc factum ſolùm narrat. ¶ Quæri poſſet, qualis metus vitiet electionem maximè papalem. Sed dic de hoc ſcripſi ſuprà de elect. c. licet. de euitanda. q. ix. & ix. ſequentibus. hîc etiam ſingulariter no. probari id, quod not. Inno. de cēſ. ſuper. vxorem eſſe ſub viri potentiam, eo, quia ſibi ſubiecta eſt, q quicquid facit ad mandatū viri, quod aliâs præſumitur eſſe cōtra ſuam propriam voluntatem, cenſetur feciſſe per metum cadentē in conſtantē. Tñ non eſt verum niſi qñ metus, vel verbera præceſſerunt. vt hîc. Et hoc verum in diſpoſitione expreſſa. Secus enim in tacita, iuxta id qd ſcripſi ſupra. e. c. iuxta materiam quinti notabilis in. iiij. oppoſitione. ¶ Aliqua alia no. per Cy. C. e. l. cū te. alle. ſcripſit hic Collec. quæ cauſa breuitatis omitto. Henricus etiam hîc ponit vnam diſtinctionem, quam colligit ex not. Ber. hîc in vltima gl. & ſuppletionibus quas ibi dabo. Et ex dictis alijs Hoſti. quæ ſuprà ſcripſi, inducens lecta, & not. de conuerſi. coniug. c. quidam intrauit. c. placet. c. ex parte. c. cum ſis. c. vxoratus. & c. ad Apoſtolicā. de quibus ibi videbitis. ¶ Octauò ad materiā octaui notabilis condeſcendens: quæritur circa illud ſuppoſito facto intruſionis Barth. de quo dixi ſuprà: & quòd domini Cardinales poſteà ab eo recedentes infra duos, vel tres menſes atteſtantur per propria iuramenta ſe illum elegiſſe per metum. Pone iuxta hoc, quòd dicti in medio tempore fecerunt multos actus liberos circa perſonam Bart. vt Papæ: vt quia ab eo ex ſua ſpontanea voluntate gratias, & beneficia pro ſe & ſuis petierunt: nunquid per hoc debet præſumi, q liberè eum per prius elegerunt. Et facit bene, quod ſcripſi ĵ. c. abſolutionis. libro ſexto. in. v. q. verſu, & hoc vltimum facit. puto, quòd non. Et primò pro hoc induco tres gloſſas Inn. per me ſupra circa finem. v. notabilis allegatas. Secundò probo ſic: quia Cardinales ex alio reſpectu facere potuerūt dictos actus: vt puta ratione poſſeſſionis, aut incerti euentus. Ideò contra voluntatem certam præſumptionem contrariam non inducunt. ff. de furtis. l. penult. quia nō probat hoc eſſe, &c. C. vñ cog. l. nō ob hoc. ¶ Tertiò, qa media præſumptionem, & determinationem recipiunt ab extremis: vt patet ex his, quę no. xvj. q. iiij. volumus. in gl. ecce. in fine. Facit. j. q. iij. quæſitum. & quod legitur, & notatur. de priuilegiis. accedentibus. & de cauſa poſſeſſionis. cū eccleſia. verſu, ex parte clericorum. & de conuerſi. coniuga. accedens. & quod not. Goff. in ſumma, de præſcript. § j. ad finem. Modò conſtat, quòd Cardinales inuiti ab initio cōpulſi fuerint, & quòd in fine etiam ab expreſſo ſe oſtenderūt fuiſſe coactos. ¶ Quartò, quia ſecunda diſpoſitio tendens ad effectum primæ, illum nō tollit: vt. ff. de leg. j. l. legata inutiliter. & de ademendis legat. l. legata. Et præſertim cū prima durante emanat: quia imò tunc ab illa, & conſequutione præſumitur pceſſiſſe: vt. l. cum te. Et. l. ſi ob turpem. allegatis. quia ſic cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit § penul. Modò ſic eſt in propoſito: quia non exercebant illos actus aliâs voluntarios circa eum, vt Papam: niſi quia ipſe Italicus per eos in Papā fuerat electus: & tamen hoc per metū, qui adhuc durabat. igitur. ¶ Præterea videtur hîc textus, quòd quicunq; actus per mulierem in monaſterio eliciti, viuo marito: & ſic durante eadem cauſa metus, cenſentur metus vitio ſubiacere. Nec aliquam declarant animi libertatem. Prętereà verò, quia vltra mentem agentis non progreditur diſpoſitio. ff. ſi cert. pet. l. non omnis. de actionibus & obligat. l. obligationum. ſubſtantia. & tñ hîc domini per tales actus ſupponebant eum eſſe Papā, & de hoc diſponendo minimè cogitabāt. igit. ¶ Sextò qa iſti ſunt act⁹ cōſecutiui, q ſupponunt, & nō diſponūt vt dixi. Itē ſunt actus acceſſorij ſequētes naturā principalis nominationis infectæ. ĵ. de regul. iuris. c. acceſſoriū. libro ſexto. cum concordan. ¶ Nonò circa materiam. ix. notabilis opponitur, quia contra ſpoliatum non admittitur exceptio proprietatis ĵ. de reſtitu. ſpol. in literis. & c. Item cum quis. Solutio, dic quòd moniales non intentarunt interdictum reſtitutorium, ſed ipſam vendicabant, adiecta cauſa de iure canonum. ff. de rei vendicatione. l. prima § per hanc. Et ita notant gloſſ. & Arcbidiaconus vigeſimaſeptima quæſtione prima. ſi cuſtodientes. & hîc Collec. & Lignanus. ¶ Supple gloſſas. in gloſſa prima ibi: *Communa*. Et in Cle. inſtrumento. ĵ. de procuratoribus. Et in fin. ad hoc. ĵ. de appellationibus. c. ſi. Fiat ergo proteſtatio coram alijs probis viris. de officio ordinarij. paſtoralis. ad finē. Hoſtien. in gl. ij. ibi: *quod interrogaſti*. vbi de hoc. & ĵ. de regula. vidua. & c. j. ¶ Et ibi. ij. Reg. vj. Et in fine. de hoc de ſumma trinitate. ¶ In gloſ. quarta. ibi: cum deſideres. gloſſ. Ala. & j. q. vj. ſi qui voluerint. Et in fi. idem no. in. d. decretali. ex tenore. Dicebat Goſ. quòd poſſet eſſe differentia in formis: quia iurat quis ſtare mandato nominatæ perſonæ, iuramentum non extē

non extenditur ad ſucceſſorem, de quo mentio facta non fuit. ff. iudi.ſol.l.cum apud. Sed ſi iurat ſtare mandatis eccleſiæ vel iudicis, vel excõmunicationis illud erit reale, ita ꝙ reſpicit ſucceſſorem etiam delegatum ſi delegati facta eſſet commiſsio de offi.dele. quoniam. In gloſ.pe.ibi: *reſpondetur.* primæ tres reſponſiones. Vinc. Et ibi: *Præmiſſa.* vnde, & hic de facto, ſub quo continetur proteſtatio mandat inquiri. Materiam autem proteſtationis tractat hic Lignanus ſuper prima gloſſa dicens quòd proteſtatio quãdoq; repugnat ſubſtantiæ actus: & tunc non valet de conditio. appoſi. c. ſi. Aliâs bene valet extra iudicium, ſi concernit ius proteſtã tis tantùm. ſeptima quæſtione prima. pontifices. de poſtulã do. bonæ, ij. Et idem ſi etiam reſpicit ius alterius, ſi eſt iuſta cauſa, vt hic. & de officio ordinarij, paſtoralis. & idem ſi ve. ſtitur conuentione: vt. c. Cumana. allegato vel cohærentia expenſarum, aut conſenſus. ff. de negotijs geſtis. Neſennius. Aliâs nuda tolluntur extra iudicium per factum contrarium. de conſtitutionibus. cum acceſsiſſent. de elec. in Geneſi. Sed in iudicio ſuper actu cõtrario tollitur ſecundũ quoſdam. de quo remittit ad notata ſua de litis conteſtatione. c. vno. dixi pleniſsimè. in dicto. c. cum M.

SVMMARIVM.

1 *Metum à ſuperiore illatum iuſtè timet ſubditus.*
2 *Metum iuſtum inducere, omnium rerum amiſsionis periculum.*
3 *Cauſa prima reſoluta, cauſas omnes conſequentes reſolui.*
4 *Beneficij renunciatio, metus cauſa, aut vi facta reuocanda. Et ſub hoc actio, quod metus cauſa, aduerſus quem competat?*
5 *Reſtitutio, qualiter facienda.*
6 *Metu facta nũ ipſo iure teneãt? Et ſub hac limitationes huius regulæ.*
7 *Soluente vno, vbi plures ad idem ex facto eodem tenentur, qualiter alij liberentur?*
8 *Traditio, vel promiſsio & cætera de rebus eccleſiæ metu facta, an iure ipſo teneant?*

CAP. II.

ABbas. ¶ Caſ. qui per metum amiſsionis patrimonij ſui beneficio renunciat, illud repetere poterit. Et prima pars narrat factum, ſecunda dat iudicẽ, ibi: *Vnde quis.* ¶ Expone literam. *Tenere.* & ideò magis poterat timere. C. e. ſi per impreſsionem. *Qui.* ſ. milites. & Burgenſes. *Poſſeſsione.* ſ. patrimonij. *Expellerent.* hic tenuit Goff. quod not. infrà de ord. cog. c. ſecundo. in tertia glo. *Eccleſiam.*
1 pertinentem ad collationem Abbatis. Pe. & Abb. ¶ † Primò nota, quòd iuſtè timet ſubditus metum illatum à ſuperiore, cuius materiam plenè ſcripſi de elec. quiſquis. ¶ Secũdò no. quòd milites, & Burgenſes apti ſunt ad metum perſonis eccleſiaſticis inferendum. Et facit, quòd domini Cardinales in impreſsione per Ciues Romanos, Bar. Barenſem
2 in Papam oominarunt metum iuſtè timuerunt. ¶ † Tertiò no. quòd periculum amiſsionis omnium rerum inducit iuſtum metum. Inno. plus dicit Inn. damnum omnium, vel maioris partis rerum, quas quis habet in domo eſſe graue. & inducere iuſtum metum: vt. ff. de excuſa. tut. l. propter litem. Et dicit ſoluendo contrarium de canone. omnes cauſationes. xxxij. quæſtione ſeptima. Et ſoluit quòd loquitur de damno non graui. De hoc dicam infra. e. ad audientiam. q. prima. verſu, de metu verò perditionis. ¶ Quartò, quòd licet meticuloſus peccet, quia citiùs conſentit in malum ꝓ euitando periculum, quod nollet ſuſtinere: quia abiurat eccleſiam in manibus laicorum ſine licetia Epiſcopi. de renũ. admonet. & c. quod in dubijs. Tamen nihilominus datur ſibi reſtitutio in odium metũ inferentis ſecundũ Inno. Et bene facit, qd hîc notat Bern. circa mediũ primæ gl. ꝙ etiam ſi quis per metũ in quẽ incidit culpa ſua contrahat matri-
3 moniũ, cũ illud nõ tenet, ¶ † Quintò nota, ꝙ reſoluta cauſa prima, hoc eſt, renunciatione facta per metũ, reſoluitur & omnis cauſæ ſequentes. ſ. collatio facta per Abbatem de eccleſia ſic vacañ. ar. ff. de pigno. l. lex vectigali. io ſi. cũ concor. Et ita habes hîc caſum vbi priuatur quis à iure in re ſibi in beneficio cõpetente ſine culpa ſua contra communia iura. Sed hoc eſt, quia ſucceſsit vitium. Et quia remedium huius edicti datur contra tertium poſsidentem, vt hîc not. poſt principium primæ gloſſæ. vbi iura pro hoc, quod eſt menti tenendum. Facit enim ad hoc, ꝙ ſi priuatus per Papam de beneficio ratione impoſitæ falſæ adhæſionis Antipapæ, aut ex alia falſa cauſa poſt ea probatus innocẽs, reſtituitur, reſtitui debet etiã contra poſſeſſorem, cui papa per priuationem contuliſſet. & ita de dominorum auditorum conſilio pronunciaui. & fuit ſententia mea confirmata per
4 duas. ¶ † Sexto no. quòd renũciatio beneficij, & alia metus cauſa, vel vi facta in irritum reuocanda ſunt. Et per conſequens non ſunt nulla ipſo iure, ſecundum gloſ. Quod eſt de renunciatione beneficij: quia eſt actus merè ſpiritualis menti tenendum. ¶ Septimò nota, ꝙ nedũ contra metum inferentẽ cõpetit actio quod metus cauſa. ſed etiam contra poſſeſſorem. Sed vno ſoluente, alter liberatur, vt hîc in gloſ.
5 ¶ Octauò not. ꝙ cum integritate eſt facienda reſtitutio. ff. de vſur. l. videam*. § in fauiana. de minori. l. quòd ſi minor. § reſtitutio. C. de ſen. paſsis. l. j. § fi. j. de reſti. ſpol. Piſcus.

¶ PRIMO opponitur contra textũ notabile: quia videſ, ꝙ imò facta per metum non teneant ipſo iure. j. de ſpon.
6 veniens. ij. & c. cũ locum. ¶ † Vide Bern. poſt medium primę gloſſæ, qui dat iſtud pro regula: ꝙ ea quæ per metũ fiũt, ipſo iure tenent. Et concordat Hoſt. idẽ dicens de his, quæ vi fiunt, & de iuramento, dicens illud obligare. j. e. ad audiẽtiam. Et hoc ideò, quia coacta voluotas, volũtas eſt. xv. qõ. j. meritò. & ibi notatur de electione cum inter. R. ff. e. ſi mulier. § ſi metu. licet talia ſint reſecanda agẽdo actione, qđ metus cauſa, vel per alia remedia. & in hoc caſu omnes concordare videntur. Et pro hoc induco. C. de inuti. ſtipu. l. dolo. ¶ Ad contrariũ reſpondetur, ꝙ dicta regula fallit in ſex caſibus notatis in gloſſa. Alium caſum habes. infra. e. c. vno. li. vj. ¶ Octauum caſum ponit Hoſtiẽ. videlicet qñcunq; tale quid eſt, quod non poteſt ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ. infra. e. cũ dilectus. primo reſpõſo. ver. cum vtrũq;. j. de iureiu. ſi verò. de re iudi. tenor. & cõſanguinei. Illud enĩ ſeruandum non eſt. xxij. q. iiij. ſi aliquid. & argu. ſ. de pac. c. ſi. nec pro aliquo metu debet quis mortali conſentire. j. eo. ſacris. ¶ Nonum caſum addit Bernardus j. e. ſacris. in prima gl. cũ teſtes in teſtamento detinentur inuiti. Sed Hoſti. ponit generalius in teſtamenti factione. ¶ Decimũ caſum dicebat addendum Hoſti. in prolatione ſententiæ per. c. iniuſtum. ij. q. iij. De quo ſunt opiniones. & de hoc dicam j. e. c. vno. li. vj. vbi de hoc per Archid. Et. xj. in procuratoris cõſtitutione: vt. ſ. de procuratori. accedens. de quo ibi dicam. ¶ Duodecimum addere potes de electiõe. vt ſuprà de elec. c. bonæ memorię Ma. & c. quiſquis. argu. eius. quod hîc notatur de ſpirituali matrimonio. Facit de renunciatione. inter corporalia. & quod ſcripſi de elect. l. licet de euitanda. in ſeptima oppoſitione. Decimũtertium caſum ponunt quidam de renunciatiooe beneficij. arg. ſ. de renun. ſuper hoc. Sed contrariũ ibi notat Bernardus & ſatis colligitur hîc ex notatis ſuis. & videtur etiã hîc probari, vt dixi in ſexto notabili. Sed tunc eſt difficile dare diuerſitatem rationum inter acquiſitionem, & perditionem beneficij. Sed poteſt dici, quòd conceſsio iuris publici iuris eſt, & à publica ſuperioris authoritate procedit. Et ideò non mirum ſi priuata vſurpatione cõuelli nõ debeat. ar. quod hîc notatur de authoritate tutoris & alienatione Prælati, ac iuriſditionis cõceſsione. & quod dictum eſt ſecundum Hoſtien. de prola. ſententiæ. Sed in renunciatione agitur de iure priuato renunciantis, quod à conſenſu eius pendet: quem conſenſum metus non excludit. Sed contra videtur. ff. de officio præſidis. l. penul. ſuprà de renunc. admonet. Solutio procedit qđ

proximè dixi:cum prælatus in receptione renunciationis
conſentit.& hoc intelligo, ſi conſentit liberè:quia ſecus, ſi
ad hoc induceretur per metum: cum illud etiam procedat
ex iure publici officij. Et verſavice faterer ex identitate ra-
tionis,quòd ſi liberè electus,ſeu prouiſus per metum con-
ſentiret,obligaretur prælaturæ ipſo iure.Sed contra id, qđ
dixi de his,quæ geruntur ratione publici officij,videtur te-
xtus.infra.e.c.vno.cum ibi notatis:per quæ veriùs videtur
dicendum,quòd prædicti ſint caſus ſpeciales nullam com-
munem regulam de geſtis ratione publici officij inducen̄.
ſuoſq; proprios terminos minimè exceden̄.arg.infrà de re-
gulis iuris.quæ à iure.quia re vera abſolutio, & excommu-
nicatio iure publici officij exercentur.Et ante.c.iſtud.infra
e.tenebat abſolutio·vt ibi patet.& hodie tenet excommuni-
catio,metu non obſtante:vt ibi notatur,& tenet iuramen-
tum metu extortum:vt dicetur infra.c.ſeq.in ſecunda oppo
ſitione.Saluatur tamen iſte caſus.xiij.de renũciatione in ca-
ſu cle.multorum.de pœnis.in fine.Alij verò ponunt.xuij.
caſum in contractibus bonæ fidei, quibus metus cauſam
præſtitit p notata.ff.de dolo.l.& elegãter.vbi notatur,quòd
dolus dans cauſam iſtis contractibus,illos reddit nullos, &
metus dolo æquiparatur:vt.l.dolo.allegata.Nec mirum,qa
in metu,& vt eſt dolus manifeſtus,& in dolo abſconſus.ff.
de dolo.l.prima.¶ Sed non placet Petro,qui, vt notat Cyn.
in.l.dolo. allegata.&.C.de reſcindenda venditione.l.ij. di-
cit indiſtinctè,quòd ſiue dolus det cauſam contractui. ſiue
incidat in contractum,contractus tenet, & actio naſcitur:
ſiue ſit contractus ſtricti iuris,ſiue bonæ fidei. Probat pri-
mò,quia contractus bonæ fidei initus per metum tenet.ff.
e.l.metum-§ volenti. Licet glo.in dicta.l.dolo.ſoluat ad hoc,
& ponat differentiam inter dolum apertum, & velatum:
quaſi iura contra velatum magis inſurgant.argu.eius,quod
notat Cardinalis de elect.auariciæ.cui fortiter repugnat,ꝙ
iura magis inſurgunt contra fures manifeſtos, raptores, &
violentos,quam contra non manifeſtos,& doloſos.vt.ff.e.l.
ſi cum exceptione-§ qui vim intulit.Et videtur textus pro
Petro ibi in-§ ſequenti.probat etiam Petrus, quia extrin-
ſeca cauſa contra actum habentem ſua ſubſtantialia non
eſt nulla.ff.de pactis.l.iuregentium-§ ſi hoc maleficium. Et
qualiter ad leges contrarias reſpondetur, vide per Cynũ.
in.l.dolo.allegata.vnde quicquid ſit de dolo velato in dolo
aperto metus tenet Butrig.cum gloſſa. Et tenent commu-
niter omnes,quòd ille dans cauſam contractui etiam bo-
næ fidei, regulariter non annullat:licet de dolo velato ſint
opiniones:vt dixi. ¶ Alium caſum addit Collectarius per
clementinam multorum.de pœnis. De materia iſta plenè
vide per Hoſtien.in ſumma.eodem titulo-§ fin.verſu,quod
7 autem fit metu. ¶ † Vlterius ad declarationem eius, quod
notat hic Ber.poſt principium gloſſæ.ibi:*ſed ſi ab vno*.quę-
ro qualiter quando plures ad idem ex eodem facto tenen-
tur,vno ſoluente,alij liberantur.Ecce ſuper hoc Hoſtien.
dat talem doctrinam,quòd quandocunq; plures mihi obli
gati ſunt ex eodem facto,& peto quod mihi abeſt, & eis
adeſt:vno ſoluente cæteri liberantur. & quando pœna pro
priuato cõmodo introducitur:ſecus quando peto id, quod
mihi abeſt,& tibi non adeſt.& qñ pœna eſt pro bono publi
co introducta.ff.de iur.om.iud.l.ſi quis id quod-§ finali. vel
quando pura pœna eſt:vt.ff.ſi quis ius di. non ob. l. vna.
§ fin.Hic enim,vno ſoluẽte,alij nõ liberanť.ff.ad legẽ Aqui
liam.l.item Mela-§-ſi plures.& de hoc notať ſuprà de reſcri
ptis.capitu.fina.vbi Hoſtien.idem not.ſuper verbo, mode
ratis.vel dic,vt in ſequenti.c. ſecundum eundem Hoſtien.
¶ Ego autem dum legebam Aureliæ.l.ſi quis id quod-§ vl-
timo,ſic diſtinguebam:quia cum quæritur, vbi plures ad
idem tenentur,an vnus ſoluens alios liberet: diſtinguitur,
quia aut agitur ad rem,aut ad pœnam. Si agitur ad rem
ſubdiſtinguitur:quia aut quilibet tenetur inſolidum ex ea-
dem cauſa: & tunc vnus ſoluens alium liberat.Sic intelli-
gebam.l.primam.C.de condictione furtiua.Sic eſt in obliga
tione duorũ reorum.ff.de duobus reis.l.ſecunda. & eodem
titulo inſtitutionibus-§ finali. Ac fideiuſſione, & mandato.
Et poteſt ratio dari per. l. bona fidei.ff.de regulis iuris.&
l.ſi ex legati.ff.de verborum obligationibus.Aut debent ex
diuerſis cauſis:& tunc,aut ſunt tales, quarum vna in ſub-
ſidium ſeu defectum alterius ſubrogatur: vt vtilis in lo-
cum directæ:& tunc idem:vt.ff.de petitione hæreditatis.l.
nec vllam-§ finali.cum leg. ſequenti.quia videntur cauſam
eandem repręſentare.argumento.ff.de re iudicata.l.poſt rẽ.
de rei vendicatione.l.ſin autem-§ primo.cum ibi allegatis.&
de alienatione mutandi iudicij cauſa facta.l.prima.in fine.
& de noxalibus actionibus.l.electio-§ primo. ¶ Hoc autem
ceſſante ſubdiſtingue,quia aut illę plures cauſæ ambæ lu-
cratiuę:aut ambę oneroſę:aut alia lucratiua,& alia oneroſa.
Et de iſtis trib⁹ mẽbris remittebã ad lecta,& notata per gl.
& doctores. ff.de actionibus empti. l. non eſt nouum.&
de actionibus,& obligationibus.l.ſi is,qui ſtichum.&.l.ex
promiſſione.& de leg.j.l.ſi ſeruus legatus-§-primo.&.l.huiuſ
modi-§-primo,& ſecundo. ¶ Secundo caſu principali,vide-
licet, vbi agitur ad pœnam ſubdiſtinguebam:quia aut agi-
tur actione merè pœnali:aut agitur actione mere rei perſe-
quutoria:aut agitur quæ non eſt merè pœnalis: nec merè
perſequutoria. ¶ Primo caſu cum agitur actione merè pœ
nali:dicebam cum dominis legum,quòd vnus ſoluens alios
non liberat:vt dicta.l.ſi quis id, quod-§-finali.&.ff.ad legẽ
Aquil.l.Mela-§-ſed ſi plures. & de furtis.l. vulgaris-§ penul
timo.&.C.de condictione furtiua.l.prima.& eſt ratio,quia
tunc ſoluens,ſoluit ratione proprij delicti:& exigit publi-
cum intereſſe,quòd aliorum flagitium puniatur: vt. ff. ad
legem Aquiliam.l.ita vulneratus-§ finali. Secundo caſu, vi-
delicet cum agitur de actione pœnali merè tamen perſe-
quutoria ex parte actoris:ſubdiſtinguebam: quia aut talis
actio ſolùm rei perſequutoria ex parte petitoris,& ab ini-
tio ſui originis:& tunc vnus ſoluendo alium:vt.ff.de eo,per
quem factum eſt.l.prima-§-ſi plures. aut talis actio licet eſ-
ſet ab initio, & originaliter merè rei perſequutoria ex par-
te actoris, ex poſt facto accidentaliter fit pœnalis, vt a-
ctio quod metus cau.ab initio eſt merè rei perſequutoria
originaliter:& ideò non competit, vbi nihil abeſt metum
paſſo.ff.quod metus cau.l.ſi cum.in principio.Et ſi ex poſt
facto reus per contumaciam diſtulerit ſoluere, & ſenten-
tiam expectauerit, fit pœnalis: quia ſimplum in quadru-
plum conuertitur:vt.eo.l.ſi cum exceptione-§ primo. &-§-
hæc actio.&-§-quatenus.cum-§-præcedenti.in fine. ¶ Et tũc
aut vnus rem præſtitit, aut intereſſe loco rei: ſi vnus rem
præſtitit:tunc ſiue ſoluerit,cum hoc pœnam propter con-
tumaciam ſuam,ſiue non:alij liberantur: vt. l.ſi cum exce-
ptione.allegata.Si verò intereſſe præſtiterit, ſubdiſtingui-
tur:quia aut præſtitit totum intereſſe:& tunc idem:quia il-
lud ſuccedit loco rei.Aut non præſtitit totum intereſſe: &
tunc in illo,qđ ſupereſt,alij nõ dicuntur liberati. Et ꝓbãtur
hæc in.d.l.ſi cũ exceptione-§-ſi.cũ.l.ſeq. Et eſt rõ,qa ſi res,vel
æſtimatio tota ſoluta eſt,nihil abeſt. Et iõ nõ cõpetit actio
originaliter merè perſequutoria:vt.l.ſi cum exceptione. in
principio. Et hoc verum,niſi in actione,quod metus cau-
ſa.alij facti fuiſſent contumaces,& ex contumacia teneren-
tur ad pœnam:quia tunc quo ad pœnam non liberarentur:
vt dicta.l.ſi quis id, quod-§-primo. ¶ Tertio caſu,cũ agitur
ad pœnã actiõe,quæ ex parte petitoris partim eſt pœnalis,
& partim perſequutoria:vt ecce:Actio legis Aquiliæ, quæ
ad veri damni æſtimationem dicitur perſequutoria. Quo-
ad hoc autem,quod inſpiciť retro,dicitur pœnalis. Poteſt
enim eſſe,quòd multò pluris æſtimabitur pro tempore re-
tro,quàm valeat pro tempore,quo damnum datum eſt. ff.
ad legem Aquiliam.l. inde Neratius-§-idem Iulianus. &-§-
ſed ſi hodie.&-§-in ſumma. Et tunc dicebã,quòd pro parte
illa,pro qua pœnalis eſt vnus ſoluens alium non liberat.Sic
intelligebam dictam.l.idem Mela-§-ſi plures.i.pro parte au-
tem,ꝑ qua dicitur rei perſequutoria, dicebam quòd vnus
ſoluens

ſoluens alium liberat. Et ita notat gloſſa in.l.illa. Et ita videtur placere Odofredo. Facit, quia debet eſſe ratio eadem totius, & partis. ff. de rei védicatióe. quæ de tota. Fatebar tñ talé debere dici ſimpl'r pſequutoriã: qa per aliã perſequutoriã tollitur: vt ſit litiũ finis: quia poteſt imputari illi, qui potuit agere, & non egit. Sic intelligebam.l.ita vulneratus. allegatam. & l. vnde quæritur. in fine. ff. commodati. arguméto. ff. de actionibus empti.l. non eſt nouum. & de leg. primo.l. huiuſmodi.§. qui ſeruum. & ita videtur ſenſiſſe gloſſ. in.§. ſi plures. & l. ita vulneratus. allegata. Dicebam etiam poſſe intelligi.§. ſi plures. Quo ad pœnam, quę creſcit ex poſt facto per inficiationem: vt. ff. ad legem Aquiliam.l. ſecunda. in fine primi reſponſi. & l. inde Neratius.§ penulti. & eodem titulo Inſtitu.§ his autem verbis. verùm quia de iſta materia habes gloſſam Inno. magiſtralem. infrà de homicid. ſicut dinum. ſuper verbo, occupauerunt. vbi de hoc per Henricum in quarta diſtinctione. Ideò hîc non decido: ſed Deo propicio ibi dicam. Et ſuper hoc etiam quæ leguntur, & notantur. ff. de tabulis exhibendis.l. quarta.§. condemnatio. & de tutelis & rationibus diſtrahendis.l. prima.§ finali. & ff. eodẽ. l. ſi plures dolo.

2 ¶ † SECVNDO quæritur ad declarationem eiuſdem gloſſæ Ber. verſu: *item & in rebus eccleſiæ*. vtrum traditio, vel promiſſio, ſeu iuramentum factum de rebus eccleſiæ per metum facta teneant ipſo iure. de quo per Archidiaconum de rebus eccleſiæ non alienandis. c. primo. libro ſexto Ber. tenet quòd non. Sed Io. decimaquinta quæſtione ſexta. c. primo. in gloſſa ſecunda. tenet contrarium videlicet, quòd per huiuſmodi traditionem eccleſia perdit dominium. Quod placet ibi Laurentio. Et videtur idem tenere Vinc. de reſtitutione ſpoliatorum. cum ad ſedem. in fin. Sed non loquitur ibi de eccleſia, ſed de priuato. ¶ Hugo verò in dicto. c. primo tenet primam opinionem Ber. pro qua facit textus dicti. c. primi. ibi: ad nullum eis præiudicium, vel nocumentum valere cenſemus. vbi de hoc per Archidiaconum. Et pro hoc ſecunda quæſtione ſecunda. c. primo. & quod notaſ de renunciatione. ſuper hoc. cum remiſſionibus ſuis. Et hoc putat Nouel. veriùs per dictum. c. primum. decimaquinta quæſtione ſexta. Et per ea, quæ hîc notantur in gloſſa Ber. forſan dici poſſet, quòd opinio Ber. & Nouellæ in rebus, quarum alienatio requirit ſolennitatem. c. ſine exceptione. decimaſecunda quæſtione ſecunda. omnino vendicatur ſibi locum per rationes hîc tactas in gloſſa. Et hoc cum metus etiam contractui dedit cauſam. Sed in rebus mobilibus, quarum alienatio prædictam ſolennitatem non requirit. & in alijs, cum contractus alienationis præcedens fuit abſq; metu: aliâs legitimè factus. & ſolùm ipſi traditioni, & non contractui dedit cauſam metus, ſaluari poteſt opinio Ioannis: quia de his caſibus ceſſat ratio Ber. & quia his caſibus expreſſè non reperitur ius huiuſmodi traditionis naturalem effectum annullans. Et tamen regula habet, quòd facta per metum ipſo iure tenent: vt dixi ſupra. igitur ſtabo regulæ extra caſus exceptos. ff. de regulis iuris.l. prima. cum ibi notatis. ¶ Collectarius hîc quærit de no. Cy. C. eodem. l. ſi vi, vel metu. quæſtione quinta & vltima, de quibus ibi remitto. ¶ Supple gloſſas. In gloſſa prima. ibi: *intellige*. ſecundum Vin. & Alanum. Et ibi. *omnes cauſationes*. loquitur de illa quæ ſe vult excuſare de adulterio propter metum. Et ibi.§. *ſi plures*. de. xij. q. ſecunda. monemus. & .j. & de regulis iuris. bona fides. libro ſexto. Et ibi: *enim locum*. vbi de hoc per Gof. ¶ Et ibi: *non precepti*. ſ. c. proximo. Et ibi: *auctionatur*. Hoſtiẽ. exponit hoc verbum. i. lucratur. vel. i. ſua authoritate acquirit, ſeu fraudulẽter mercaſ, vel auctionaſ, ab augeo auges: qa per hoc numerus ſuorum augetur, vel auctionatur ab ango angis. quia appręhẽdit talem inter anguſtias. Threnorum. j. Authoritas. vt. xxij. q. iiij. inter cætera.

SVMMARIVM.

1 *Metum iſtum inducit laicorum terror clerico illatus.*

2 *Renuntiatio electi per metum extorta abſque iuramento & fide præſtita, confirmationi impedimentum non affert.*

CAP. III.

AD aures. ¶ Caſ. Qui terrore laicorũ electioni de ſe factæ renunciat: ſi renunciatio iuraméto, vel fide firmata. nõ ſit, regimini ad quod electus erat, præfici poterit. Communis diuiſio, ſecunda ibi, tuæ. igitur. ¶ Expone literam. *electioni*. & ſic hæreditati ſpirituali ſibi delatæ. ei verò, qui renunciat tẽporali dupliciter prætor ſubuenit. ſ. dando vtiles actiones quaſi hæredi. aut præſtando actionem, quod metus cauſa. ff. de eo, quod met. ſi mulier. in fine. Hoſti. excepto, qui contradicens fuerat, nõ contentus, vt patet in antiqua. Et infrà. deciditur hic quæſtio, an non obſtante renunciatione poſſit cõfirmari. Pet. & Abb. *iuramento*. facto ſuper libro, vel reliquijs, aut alia re ſacra. Inn. *Preficiatur*. non obſtante prędicta renũciatione, ex primo iure, vel ex nouo. Inn Dicunt Pe. & Abb. priùs petita reſtitutione in integrum contra hanc renunciationem.

1 ¶ † Nota, ꝙ laicorum terror illatus clerico iſtum metum inducit. Quod facit ad hoc, quòd terror romanorũ in Bar. electione Cardinalibus illatus iuſtum metum induxit. Concor. ſuprà de electione. Oſius. argu. lxj. diſt. Miramur. octaua quæſtione prima. licet. & c. ſi ergo. C. de pœnis.l. decurionum. facit. ff. de appellationibus. ſi conſtat. vnde dicit Coll. quòd licet denunciatio noui operis verbo facta non ſit ita efficax, ſicut facta per iactum lapilli. vt notatur. infrà de noui operis nunciatione. c. primo. terror verborum inducit iuſtum metum: vt legitur, & notatur. infra eodem. cũ dilecti. & notatur prima quæſtione ſexta. ſi quis in fine. Et hîc repete, quæ ibi ſcripſi in ſecunda quęſtione. & quatuor ſequẽtibus.

2 ¶ † Secundò, quòd renunciatio electi per metũ extorta abſq; iuramento & fide præſtita confirmationi impedimentum non affert: & per conſequens ipſo iure non tenet. ¶ Tertiò notatur. quòd iuramentum, & fides præſtita æquiparantur. xxij. q. quinta, iuramenti. Et extorta per metum obligant ipſo iure: & donec relaxata fuerint, ſunt ſeruãda. inducit Inno. xxij. quæſtione quinta. qui compulſus. & c. ſi quis coactus. de reſtitutione ſpoliatorum. accepta. de iureiurando. ſi verò.

¶ PRIMO opponitur contra ſcd'm notabile. de his quæ leg. & not. ſupra. c. proximo. & quod ibi ſcripſi in ſexto notabili. & in diſſolutione oppoſitionis, quam ibi feci contra illud notabile vide ſolutionem, quam Ber. videtur tacitè velle dare ad hanc oppoſitionem. hîc in gloſſa prima. Sed hęc ſolutio, licet ꝓcedat in cõfirmato, nõ tñ in electo tãtũ. De quo loquitur hęc decretalis: quia talis ſine ſuperioris authoritate bene renunciatur. vt legitur, & notatur de elect. ſi electio. lib. vj. Et per ipſum Ber. de tranſla. c. inter gl. ergo ante Inno. per id quod ſcripſi in expoſitione ſuper verbo, præficiaſ. videtur ſentire, quòd tàm ex nouo, quàm ex antiquo iure poteſt fieri hęc præfectio, quod alij tamen intelligunt priùs reſtitutióe petita, vt ibi ſcripſi. & hoc ſecuriùs. Sed hæc tunc eodem libello peti poſſunt, videlicet reſtitui, & pręfici argumento eorum, quę leguntur, & notantur. infrà de in integrum reſti. conſtitutus. Sed non videtur hoc eſſe de mente Inno. quia poſt medium ſuæ primæ gloſſæ. in verſu, ſed ſi iuramentum. dicit, quòd ſi iuramentum, vel fides hîc nõ interueniſſet, ſua authoritate poſſet cõtrauenire: vt hîc dicit. ¶ Et igitur aliter poteſt dici non confirmabit electionem: quia illius renunciatio licet per metum extorta ipſo iure, tenet: vt in contrario. Sed quia conſtat de naturali, & legitimo electorũ conſenſu, & de iure, ad quod electus propter metũ illatum foret reſtituendus ſuperior, qui aliâs cõfirmare haberet electionẽ, cui ſic renunciatũ nõ eſſet, poterit, & debebit ſaltẽ authoritate huius cõſtitutionis directa via talẽ, qui ſic renunciauit, nihilominus præficere prælaturę, vt circuitus euitetur. arg. ff. de cõdi. inde.l. dñs teſtamento. cũ ſi. Pro quo faciũt quę ſcribã.j. ſeq. oppoſitione.

verſu, ex quibus. ¶ Secūdò opponitur cōtra ſecundam par-
tem tertij notabilis: quia videtur, ꝙ iuramentū metu extor
tum non teneat ipſo iure: nec ſeruandū ſit: vt. xv. q. vj. autho
ritatem inducit Innoc. c. ſ. proxi. &. j. proximū, & de reſti.
ſpol. ſolicitè. vide Ber. in glo. j. & ſuppletiones, quas j. dabo
ad illam. ¶ Poſtmodū deſcende ad glo. primā Inno. quę pri-
mò recitat tres opiniones, quas reperies per Ber. in. c. ſi ve-
rò. alleg. in glo. iij. ideò hic illas non recito. Poſteà ſubdit in
verſu, oos diſtinguimus. quòd duplex eſt iuramentū turpi-
ter præſtitum. Quoddam enim eſt quod etiam eſt ſui natu-
ra malum: & tale non obligat. Nec ſeruandum eſt: vt quia
eſt tale, quod non poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis ęter-
næ. Et ſic notat Inno. de elec. venerabilem ſuper verbo, ve-
nire: inducēs xxij. q. iiij. c. j. & ſeq. Aliud verò eſt ſolùm tur-
piter, id eſt, metu, vel dolo extortum. Sed nō eſt aliàs ſui na-
tura malum: vt quia pōt ſeruari ſine diſpendio ſalutis ęter-
næ: & de iſto agimus hîc. Et ſuper hoc dat Innoc. talem re-
gulam, videlicet, quòd tale iuramētum metu extortum ſu-
per rebus ſuis non repetendis obligatorium eſt, quātùm ad
hoc: quia tenetur illud ſeruare quouſq; per Epiſcopū ab-
ſoluatur. Sed primò abſolui debet, & poſteà petere, etiā lo-
quitur dicta decretalis, ſi verò, &. c. verum. j. de iureiuran. ſu
per quo vide not. Cyn. poſt Pet. C. eo. l. cum te. in. ij. oppoſi-
tine. Dicit quòd in cauſæ cognitione, quæ ſuper abſolutio-
ne huiuſmodi impendenda habenda eſt, debet cognoſcere
Epiſcopus, an fuerit metus, qui caderet in cōſtantem virum
ff. quod me. cau. l. metum. ¶ Subſequenter Inno. laxando in-
terſerit vnam aliam ſolutionem, dicēs quòd hæc decretalis
etiam poteſt intelligi, quando talis metus, ſcilicet, qui cade-
ret in conſtantem virum, nō interuenit. Nec obſtat tunc, ꝙ
non obſtante tali renūciatione pręficiendus eſt: quia ſupe-
rior, ſeu eccleſia ipſa non tenetur habere ratā eius renuncia
tionē, nō vult: quanuis renunciās nō poſſit repetere: vt no-
tat ipſe Inno. ſ. de renun. quod in dubijs. ſed finaliter nō vi-
detur placere Inn. hæc ſolutio. & ideò ſubdit: vel dic, ꝙ hic
metus bene fuit tantus, ꝙ in cōſtantem virum caderet. Sed
tamen nō poteſt contrauenire, niſi prius obtenta abſolutio
ne à ſuo Epo. Sed ſi iuramentū, vel fides non interueniſſet,
ſua authoritate poſſet, cōtrauenire: vt hic dicit. Et ꝙ tale iu-
ramentum metu ſic extortum obliget ipſo iure, ſed relaxan
dum ſit, videtur text. exprēſſus in. d. c. verùm. Et ideò dicit
hîc Nouel. in fin. Ego inhæreo textui illius decretalis, verū.
de iureiur. vt ibi dicam. ¶ Ex quibus valde corroboratur ſolu
tio, quam dedi. ſ. ad oppoſitionem: quia ſi cum nō interue- 1
nit iuramentū nec fides, eſſet neceſſaria reſtitutio: iam non 2
videretur differentia inter illum, & alium, in quo interuenit
iuramentū quia etiam tunc per viam reſtitutionis auditur 3
ille, qui iurauit videlicet petendo relaxationem iuramenti: 4
inter quæ tamen textus noſter differentiā ponit. & qd dicit
hîc Inno. in primo caſu authoritate propria poſſe cōueni- 5
re &c. intelligo. i. ipſo iure, ſeu directa via, ſuper præfectio- 6
ne ſua ſuperioris officiū implorando. Collec. tamen intelli-
git hunc textum alio modo, videlicet dum renūciatio fuit
coactè facta, & iuramentū præſtitum liberè. Et hęc inducit 7
quòd ſi ille, qui per metum iurauit ſoluere, ſoluit libere, re- 8
petere pōt, ſecundū Pe. vt not. Cyn. C. eo. l. cum te. in vlti. q. 9
Sed alius intellectus magis placet. & maximè, quia ſponta- 10
neum iuramentū poſt ſequutum vitiū purgaret. arg. dictę. l.
cum te. & l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turp. cau. licet non
ſit de ſolutione libera ſequente promiſſionem iuratā metu
extortam: quia iuramētum licet meticuloſum quendā me-
tum infert: vt. ff. de alie. mu. iud. cauſa fac. l. item ſi res. Etiam
proceduot dicta notata Pet. & Cyn. faciunt, quæ infra ſcri-
bam poſt Tancre. & Vincen. in prima ſuppletione gloſſę. ij.
¶ Lignanus tamen aliter intelligit hanc decretalē. dicēs ꝙ ſi
interuenit iuramentū, duo ſunt neceſſaria. Priò, ꝙ procedat
relaxatio iuramenti. Secundo, ꝙ aduerſus renontiationē de-
tur reſtitutio. & ſi noo interuenit iuramentum requiritur.
vnum ſolum, videlicet reſtitutio prælibata. Dicit etiam ꝙ
vtroq; caſu reſtitutio facit recooualeſcere primum ius. &
ita intelligit, quod hîc notauit Innoc. in glo. vlti. videlicet
præfici debere ex primo iure, vel ex nouo. Et licet hoc ſecu-
rius, alius tamen intellectus per me datus probabilis eſt.
iūge tamen quę ſunt vera. j. c. proxi. oppoſitiōe. ij. ¶ Sed iux
ta præmiſſa ſubdit poſteà Inno. In eadem glo. ꝙ ſemper iu-
dex quantūcunq; poteſt, cauere debet, vt directè nō veniat
contra iuramentū. Verbi gratia, ſi iurauit ſoluere vſuras, ſol-
uat. ſed poſteà repetat. j. de iureiur. debitores. & c. ad noſtrā.
& etiam ſi iuraſſet non repetere, poſſet index ex officio ſuo
compellere detentorē ad reſtituendum, de iureiur. ad noſtrā
ſecūdo. Poſſet etiam denunciare ad pœnitentiam, & ſi iu-
raſſet non denunciare, illud non deberet ſeruare: quia eſſet
contra regulam euangelicam. ij. q. j. ſi peccauerit. Vnde quo-
uſq; aliter prouidere poteſt Eps non veniat ad abſolutionē
à iuramento, quāuis cōtra ius non reputē, ſi alijs vijs omiſ-
ſis abſoluat. Inn. Et adde quod not. j. c. proxi. in vlti. glo. Re-
mittit Collec. ad lecta, & not. de ver. ſigni. c. ius, & de re. iu-
ris. licenter, & c. qui ęſtimare. quę modicū faciūt. ¶ Et vlti-
mò proſequitur quędā notata Archid. Io. An. & Nouel. j. e.
c. vno. lib. vj. quæ ibi dicam. Circa hoc tamen qualiter quis
poteſt venire contra iuramentū metu extortum, vide Hoſt.
in Sum. eo. ti. §. ſi. verſu, in hac autem retractatione. vbi ple-
niſſimè de hoc. ¶ Supple glo. ¶ In glo. j. ibi: *ſuperiorem.* vnde
dicebant Tanc. & Vinc. in arbitrio ſuperioris pēdere. ¶ In
glo. ij. ibi: *quidam dicunt*: ſ. Abbas, & Lan. ſecundū Tanc. Sed
ipſe Tao. & Vinc. dicūt ſe ſequi Alanū, & magnę authorita-
tis viros: dicebāt, ꝙ qui per metum, qui cadere deboit in cō
ſtantem renunciauit & abiurauit, repetere poterit: ſecus ſi
ſponte iurauit, vel renunciationē aliàs ratam habuerit. Vel
ſi metus fuit vanus. & ibi: *expoliatus*, & ſit ratio: quia primo
caſu oon eſt res affecta, quando traditur, & interuenit volū
tas, licet coacta. Sed in ſecundo, quando iuratur, nec inter-
uenit volūtas ſpoliati in traditiooe rei, res eſt affecta, & vi-
tioſa. Hoſti. Et in fine: vel dic ꝙ in contrarijs plenū ius habe
bat in re: hîc verò ooo. vel dic, ꝙ renunciatio impedita per
ſuperiorē fuerit: vt. d. c. verum. Goff. Tu verò teneas, quod
ſcripſi. ſ. in oppoſitione. ij.

SVMMARIVM.

1 *Meticuloſus quiſnam dicatur?*
2 *Iuramenti formam ſeruandam eſſe, & idem ſtrictam interpretatio nem habere.*
3 *Timor periurij, an ſit iuſtus metus.*
4 *Renuntiatio poſterior ſpontanea præcedens iuramenti vitium per metum extorti, non probat.*
5 *Vitium principali inhærens, ad actus conſequutiuos transfundi.*
6 *Metu ſuperioris, ſi quis quid dare promiſit, vel facere, ſi poſtea illo ſuperſtite id dederit, vel fecerit: hoc factum eodem metu durante, cenſetur.*
7 *Metus quotuplex ſit, Et ibidem cuiuſuis ſpecies exempla.*
8 *Metu facta, qualiter retractentur.*
9 *Metum paſſus, quotuplex remedium habeat.*
10 *Metum inferre quis poſſit?*

¶ *CAP. IIII.*

AD audientiam. ¶ Caſus. Qui per
metum, qui de-
boit cadere io conſtantem, beneficio ſuo re-
nunciare iurauit & renūciauit, illud repete-
re poterit. ¶ In prima partis cōqueſtio. ¶ In
ſecunda iudicis datio, ibi: *quia verò.* ¶ Expo-
ne literā. *Canonicè.* includit authoritatē illius, ad quem ſpe-
ctat. Et excludit vitium ſimoniæ, vel ſimile. *Poſſediſſet.* ma-
ximè

ximè quoad caſum propoſitum. *Reſignaret*. ergo pondera, quòd ſolùm reſignando iurauit. *Grauiſsimo tandem regis metu.* ſi interueniſſet captio, vel arreſtum perſonæ, propter hoc dicerem ipſo iure non tenere renunciationem: vt clementina, multorum. de priuilegijs. aliâs non credo, quod ibi dicitur, locum habere:cum ponat caſum ſpecialem exorbitantem à iure.vt not.ſupra eodem.Abbas. Colle.*Reſignant*.propter metum periurij.Hoſtien. *Conſtantem*. Imò conſtantiſsimum.ff.eo.l.metum. Ioan.non meticulosum,ſeu formidoloſum,qui mouetur ad volatum auium. Sed non ſemper ferret quodcunq; minabitur arcus.Contra talem dicit Seneca:Noli eſſe miſer ante tempus: ſatis dolebis,cum veneritːinterim tibi meliora promitte. Item plu-
1 ra ſunt quę nos terrẽt,quã quæ opprimant.† Is meticuloſus dicitur,qui timet timenda & non timenda.ff.eo.l.metum.j. &.l.timorem.Conſtans vero ſecurus ſtat.Hoſti.*Reſtitum*.ipſo
2 intentante actionem,quod metus cauſa.Inno.¶ † Nota primò, quòd forma iuramenti ſeruanda eſt, & ſtrictam habet interpretationem:quia iurans renunciare,non ideò non repetere iurare videtur.Facit.j.de iureiurã.debitores.Et hoc maximè ſecundum Collec.cum in iurantis,vel alterius præiudicium vertuntur:vt hic.Et de iureiurã.c.quanto.vel vbi per eius obſeruationem iura lęderentur.de iureiurando.ad
3 noſtram.iij.ſecundum eum.¶ † Secundò nota,quòd timor periurij etiam cui poteſt per ſuperioris relaxationẽ obuiari
4 iuſtus metus eſt.¶ † Tertiò nota, quòd ſequens ſpontanea renunciatio non purgat præcedens vitium iuramenti per
5 metum extorti. ¶ † Quartò nota,quòd vitium principali
6 adhærens ad actus conſecutiuos diffunditur. ¶ † Quintò nota ſecundum vnum intellectum, quòd qui ad terrorem potentioris aliquid promiſit dare, vel facere, ſi poſteà illo ſuperſtite id dederit,vel fecerit,cẽſetur hoc factum eodem metu durante,& per metum. Et ad hunc intellectum facit textus ibi:*mandamus quatenus ſi eundem ad reſignationem vobis conſtiterit per talem metum fuiſſe exactum*.Iſte enim textus clarè demonſtrat,quòd nedum iuramentum de renunciando, ſed etiam renunciatio dicebatur factũ fuiſſe per metum. Et hæc faciunt ad ea,quę ſcripſi.ſ.eo.c.j.in.v.oppoſitione.Nec obſtat,quod dicit hìc textus in fine de non obſtantia iuramenti.quia illud dicit pro eo ſolùm, quòd iuramẽtum etiã metu præſtitum obligat,donec relaxetur:vt dixi:vt.ſ.c.proximo,cum his,quæ ibi ſcripſi in.ij.oppoſitione.Et hoc modo non bene procederent ea,quę.ij.&.iij.ſ.notaui.Quę tamen referuntur ad alios intellectus. ¶ Opponitur tamẽ cõtra tertium notabile:vt veritas illius aliqualiter diſcutiatur de l.cum eo.C.eo.&.l.ſi ob turpem.ff.de condi.ob turp.cau. & de ſimo.c.ſicut tuis. ante fin. per quas videtur, quòd per ſpontaneam voluntatem ſequentis renunciationis ſublata ſit proxima cauſa turpitudinis.Tunc enim cum adeſt volũtas ſpontanea,non poteſt dici metus, metus præſens.& ita non poteſt eſſe locus actioni,quod metus cauſa. vt.ff. eod.l. metum.ij. ¶ Soluit Hoſti.dicens, quod hoc facit metus periurij. Nam quicquid facerent de anima non curantes, Chriſtianus tamen maximè clericus,quæ procedunt de labijs ſuis non debet facere irrita.vt patet in eo,quod legitur. & notatur.ſ.de pac.c.j. &.iij. Ergo ſemper imminet metus tranſgreſsionis & peccati,etiam ex quo ſimpliciter hoc promiſiſſet:quia inter ſimplicem promiſsionem& iuramentũ, Deus non facit differentiam.xxij.q.v.iuramenti.&.ſ.c.proximo.¶ Sed ſic cõtra præmiſſa rectè videtur expreſſum in l.cum te.ſ.pro contrario allegata vbi clarè colligitur, quòd ſi promittat per metum,ſponte ſoluit, non repetit. Sed ad hoc ſoluit Hoſti.dicens,quòd hoc ideò eſt, quia promittat per metum, fortè non intendebat ſe obligare cum effectu: ſicut.Nec prima facie præſumitur.Et ideò nullo modo quãtùm ad Deum obligatus erat:quia ad cor reſpicit Deus.xv. q.vj.c.j.in fine.xxij.q.v.qui peierare. Et ideò talis promiſſionem ſoluere non habebat: quare non repetit: vt ibi.

¶ Sed cõtra adhuc opponitur,quia videtur,quòd idem ſit, & quando iuramentum præſtatur:vt.c.iuramenti.allegato. ¶ Soluit Hoſtien.dicens,quòd eccleſia aliud ſtatuit in iuramento.vt in maiori reuerentia habeatur:ſicut eadem ratione ſtatuit,quòd periurus, quantuncunque pœniteat, ſemper infamis remanet.j. de teſtib.c. finali. Et dicit iungenda notata ſua.j.eodem.c.penul.j.reſponſo.verſicu. volentes.& ſupra capitu.proximo.in fine.&.j.de iureiurã.ſi verò. & .c. verum. vbi euidenter hæc ſoluit. comprobatur ſecundum eum.Subdit,quòd meritò hoc ſtatuitur ob reuerentiam iuramenti:quia & cum toto iſto pauci ſunt,qui obſeruent,ſicut deberent.& ne videatur eccleſia viam periurij aperire, legitur & notatur in dicto verſicu. volentes. igitur. Et reſignat,cum ſciat ſe non obligatum quantùm ad Deum tenet reſignatio: vt in pluribus iuribus. & quia hoc fecit,ſibi eſt imputandum.Sed propter metum illatum ſubuenitur:vt ſequitur in.§.j.Hoſti.¶ Aduerte,habes hic ex dictis.qõ.Hoſt. duas quæſtiones ſatis dubias.prima eſt,quòd in promiſsione metu extorta non eſt obligatio quoad Deum,ſaltem cũ effectu.Secunda eſt,quòd eccleſia poſitiuè ſtatuit ob reuerẽtiã iuramenti quòd licet ex illo metu extorto nõ oriatur cum effectu obligatio quoad Deum, tamen ſeruandum eſt, donec relaxetur. prima enim differentia eſt,quia volunt ciuiles & canonicæ ſanctiones,quòd ex promiſsione extorta obligatio oriatur,licet non cum effectu: quia poteſt metus exceptione repelli,&actione,quod metus cauſa,reſcindi:vt iſto titulo,&.ff.&.C.e.per totum.& maximè.ſ. eod.Abbas. cum ibi notatis.& quæ in oppoſitione ibi ſcripſi. Aut ergo dicens idem quoad Deum: & tunc non valet imaginatio Hoſtien.Aut dices aliter quoad Deum:& hoc non:quia ſic ſanctiones huiuſmodi non ligarent.de conſuetu.c.j.de præſcrip.c.fina.viij.diſtinctio.qui contra mores. Præſumuntur enim leges à Deo promulgatę.omnis enim lex donum Dei eſt. ff.de legibus.l.ſecunda.C.de præſcrip.long.tempo.l.vltima,in fine.in authentica de fide inſtrumento.§. propptereà. circa principium & fortius decretales editæ à Chriſti vicario.de quo non eſt veriſimile, quòd aliud velit, quàm ipſe Deus.argumen.ff.de officio prætoris.l.vna.penulti.reſponſo.ibi:credidit enim Princeps. ¶ Prętereà non reperitur iſta diſſonantia Dei & legum,ſeu canonum à patribus ſanctis ſcripta,vel tradita.Igitur non eſt ſuperſtitioſis adinuentionibus imponenda. Nec obſtat, quòd Deus cor reſpicit: quia metus cor huiuſmodi non excludit: ſed potius includit:cum voluntas coacta ſit. decimaquinta quæſtione prima.meritò.¶ Prætereà,ſecunda concloſio etiam dura eſt: quia non reperitur canon, qui hoc dicat, quem meminerim me legiſſe.Nec Hoſtien.allegat,niſi iuſtum, qui tamen non probat:quia textus vltra reuerentiam iuramenti requirit, quòd conſtet eundem ad reſignationem per metum fuiſſe coactum. ¶ Quid ergo dicendum?diſtinguere potes: aut conſtat,quòd non propter reuerentiam iuramenti,vel promiſsionis hoc fecit.Aut conſtat de contrario, aut dubium eſt. ¶ Primo caſu,cenſetur liberè & ſponte feciſſe:& purgatur vitium præcedens:vt.l.cum te.&.l. ſi ob turpem. Et idem fortius, ſi à iuramento, vel promiſsione iam abſolutus fuiſſet ſecundum Henricum hìc.Sic intelligit notata Bernardi,& Hoſtien.hìc. &.c.debitores.allegato & Archidiaconus decimaquinta quęſtione ſexta.capitulo primo gloſſa adde ad intelligendum. ¶ Secundo caſu, aut poterat obuiare ſine nota infamiæ & periurij, petendo relaxationem iuramenti à ſuperiore. Et tunc idem, quia imputatur illi,qui poteſt facere,vt poſsit,ſi non facit:vt.ff.de regu. iuris.ſi non poteſt.& ibi concordantiæ. Non enim ſuccurritur ei, qui per culpam ſuam incidit in metum.ff. de eo, quod metus.l.ſi mulier.in fine primi reſponſi. Aut non ſic: &c. & tunc ſecus: maximè de hoc iure. Nam nullo metu quis debet peccare: vt.j.c.proximo.& tamen directè veniret cõtra iuramẽtũ,vel fidẽ præſtitam,quæ æquiparanſ.ſ.c.

ad aures. Peccare eſt, vt.c.iuramenti.allegato.& quod notatur de pac.c.j. ¶ Pone enim, ꝙ promiſi tam arcto termino ſoluere, quòd non poſsim interim ſuperiorem adire, vel ꝙ, nobilis promiſit in præſentia nobilium ignorantium metum ſecretò illatum, quin per conſequens notabiliter, ſi fidem frangit. Facit quod notat Cy. poſt Pet. C. vnde vi.l.prima ver. adhuc quæritur. pone, quòd quidam eſt valens. arg. ff. ſi quis omiſ.cau.te.l.Iulianus. Nam qui famam ſuam negligit, crudelis eſt. decimaſecunda quæſtione. j. nolo. Et ſic intelligo not. in dicta.l.cum te. Et idem fortiùs, ſi eodem metu durante, hoc fecit: vt hîc, &.ſ.c.j. ¶ Tertio verò caſu dico ad circunſtantias boni viri arbitrio recurrẽdum. ar. ff. de verborum obligatio.l.continuus. quia ſi erat homo nobilis, & grauis, timẽs notari, ſeu verecũdari de periurio, vel fide fracta: & aſſereret maximè cum iuramento propter hoc ſe feciſſe: dicerem hoc caſu tertio eo modo, quo dixi in caſu tertio eo modo, quo dixi in caſu ſecũdo. ar. eorum, quæ ſcripſi ſupra eodem.c.primo. in quæſtione quarta. Sed ſi eſſet homo leuis conditionis mentiri aſſuetus, ſeu parum curans de iuramentis, & promiſsionibus ſuis: ſicut, prohdolor, hodie plures ſunt. & tunc dicerem idem, quod in primo caſu: quibus ceſſantibus in dubio, ſi promiſiſſet ſine iuramento non audire eum: quia rariſsimi ſunt hodie, qui in talibus promiſsionibus hodie curarent. & tamen in dubio ad communiora nos referre debemus. arg. ff. de legi.l.nam ad ea. Et ita procedit.l.cum te. allegata. Sed ſi iuramentum interueniſſet, licet adhuc talem difficulter audire vellem, donec videlicet ſuam aſſertionem aliquibus probabilibus indicijs adiuuaret: tamen quia communiùs homines timent venire contra iuramenta. & de hoc magis notantur. Et quia quilibet præſumitur in dubiu bonus, & grauis. de præſumptionibus.c.fin. cum concor. ſtarem ſuper animo ſuo ſuç aſſertioni iuratæ: cum de illo aliter conſtare non poſsit. Et diſtinguerem, vt in caſu ſecundo argumen. eorum, quæ ſcripſi in dicta quarta quæſtione, & eorum, quæ leguntur, & notãtur in iuribus per me allegatis ibi: verſu, & ex iſto intellectu.

¶ SECVNDO contra præmiſſa, & decretalem noſtrã opponitur de.c. proximè præcedenti. verſu: niſi fortè. Soluit hîc Henricus dicens quòd ibi loquitur dum quis renunciat iuri ſibi non ad plenum quæſito: vt iuri quęſito ad rem per electionem. Tunc enim non poteſt repetere ius illud, obſtante iuramento. Sed hîc loquitur cum quis renunciat iuri ſibi ad plenum quæſito in re. Et ideò non mirum, ſi id poſsit repetere non obſtante iuramẽto. Loquitur enim hîc de illo, qui renunciauit beneficio ſuo. Et hanc ſolutionem etiam ponit Abbas. ſupra. c. proximo inducit Henricus: quia faciliùs tollitur ius ad rem, quàm ius in re. de præbendis.c.penul.& de conceſsione prębẽ.c.vlt. libro ſexto. Sed re vera iſta ſolutio non valet: tum quia licet certis caſibus faciliùs tollatur ius ad rem, quàm in re, per illos qui ex iuris diſpoſitione: aliâs ius licitè tollendi habent, vt in iuribus proximè allegatis. Et in his, quæ no. de elec. ſi electi.n. libro ſexto. Tamen reſpectu huius edicti, quod metus cauſa. eſt eadẽ ratio vtrobiq;: quia ęquè prohibet in vno ſicut in alio metum inferri: ſic æquè in modico, ſicut in magno: cum prohibitio, & ratio ꝓhibitionis generales ſint. Tum etiam, quia falſum ſupponit iſta ſolutio, videlicet quòd contra renunciationem iuramento, vel fide firmatam, metu extortam, reſtitutio non detur. Hoc enim falſum eſt: quia datur, ſed primo debet peti relaxatio iuramenti, & poſtmodum reſtitutio aduerſus renunciationem poſtulari: aut directè peti, quòd pręficiatur: prout ſecundum diuerſos intellectus plenè tetigi ibidem in oppoſitione ſecunda per quod patet ſolutio oppoſitionis. Nam ſi recipis ſingularem intellectum, quem dedi, patet quòd verſus: niſi fortè. ibi adiectus eſt ad deſignandum, quòd dum iuramento, vel fide interpoſita firmata eſt renunciatio, impedit: nihilominus renuncians directa via præficiatur: quia primò debet relaxari iuramentum. Si verò recipis alium intellectum Ioan. de lignano, & aliorum, qui communior eſt, videlicet quòd ſint duo pręambula neceſſaria. videlicet iuramenti relaxatio, & reſtitutio, habes illum verſum intelligere, videlicet, donec, vel niſi iuramentum priùs fuerit relaxatum. Si vero recipis intellectum aliorum, qui habet, quòd ille verſus intelligitur de iuramento, aut fide ſponte interueniente: tunc litera ſtat plana: quia illo caſu non eſt pręficiendus, nec directa via per modum reſtitutionis.

¶ OCCASIONE gloſſæ ſecundæ Ber. poſſem quærere, quid eſt metus. Sed de hoc dixi circa rubricam in prima quæſtione. ¶ Secundò quærere poſſem, quid eſt vis, & qualiter diſtinguitur vis. Sed de his dixi circa rubricã in ſexta, & ſeptima quæſtionibus. Ideò, his omiſsis, quęritur qualiter metus diſtinguatur, ſeu quot ſunt ſpecies met⁹, de quo in dicta rubrica remiſi ad hunc locum. de quo per Hoſtien. in ſumma.§.ſecundo. ¶ † Dic ergo, quòd metus diſtinguitur, quia alius probabilis, alius improbabilis. Probabilis dicitur ille, qui cadit in conſtantem. & ille excuſat, & continetur hoc verſu. Excuſat carcer, ſtatus, & mors, verbera, ſtuprum. De carcere. ff. eodem. qui in carcerem. De morte ſubaudi, & corporis cruciatu, quæ hîc recipiuntur ad idem habes. C. de tranſactionibus.l.interpoſitas. & infra eodem. cum dilecti. De ſtatu, id eſt ſtatus ſubuerſione: vt puta de infamia iuris. & habes quod legitur, & notatur. ff. eo. nec timorem. in principio. de verberibus, ſeu vinculis, habes in dicta.l.nec timorem.§.primo. De ſtupro verò in ſe, vel in filias, habes. ff. eodem.l.is iſti quidẽ. in fine. improbabilis verò dicitur, qui non cadit in conſtantem. & de illo habetur. infra eodem.c.penultimo. & infra qui clerici, vel vouentes. inſinuante. ¶ De metu vero perditionis rerum, qualiter excuſet, tetigi ſupra eodem.c.primo. in ſeptima quæſtione. & ſupra eodem.c.Abbas. in tertio notabili. ¶ Super quo dicit Hoſtienſis in ſumma.§.ſecũdo. allegato. quòd modicum damnum non excuſat. trigeſima ſecunda quæſtione ſeptima. omnes cauſationes. Sed graue, puta omnium rerum, & maioris partis, bene excuſat. de excuſationibus tutorum.l. propter litem. ſupra eodem.c.Abbas.l.ds. præsbyteros. & iunge notata Hoſtien. in ſumma de procuratore.§.& in qua re. ver. & quod dixi. Vel veriùs ſecundum Hoſtien. vbi ſupra poſt Goff. metus damni, excuſat in dato, vel promiſſo, vel remiſſo: quia datum repetitur, & promiſſum non ſoluitur, & remiſſum exigitur. Sed non excuſat in commiſſo.ſ. in peccato mortali. quia potiùs debemus omnia mala tolerare, &c. j. eodem. ſacris. xxxij. qõ. v. itàne. ¶ Sed ſalua pace, idem eſt in quocunq; metu, vt videbitur. j.c. ſequenti. ideò diſtingue ſolùm inter graue damnum: vt proximè dixi, ꝓut diſtinguit Inno. ſupra eodem. Abbas. ¶ Sed qualiter exemplificatur metus probabilis? ecce vidiſtis ſupra plura exempla. Sed Hoſtien. vbi ſuprà poſt Goff. ponit alia plura. & primò metus honoris, ſeu beneficij perdendi inf:ã de inſtitu. cum veniſſent. ¶ Secundò, metus onerandæ libertatis. ff. quarum rerum actio non datur.l.j.§. quæ onerandæ ¶ Tertiò metus iudicis. ij. q. j. imprimis. C. eo.l.pe. & finali. de quo dixi de elec. quiſquis. ¶ Quartò metus verborum. xxiij. qõ. viij. commemor. & hoc verum, ſi pręceſsit proteſtatio.ſ. qa in ſecreto dixi coram amicis: ſciatis, quòd quicquid fecerim, timore facio. Sed poteſt intelligi. ff. de acquirenda hæreditate.l.qui in aliena.§.vltimo. Secus ſi proteſtatio non præceſsit: vt. ff. eo.l.ſi mulier. aliàs incipit, ſi metu. Sed hoc quod de proteſtatione dicitur, non bene placet: per ea, quæ ſcripſi.ſ.e.c.j. in prima oppoſitione. ideò circa hoc arbitrariè ad naturam, & circunſtantias perſonarum, & rerum recurrendum eſt. Attendenda eſt enim potentia, & qualitas, vel conſuetudo comminantis. Sunt enim quidam minas inferentes, ad inferendum potentes, & ita mali, vt id quod dicunt, conſueti ſunt facere. & tunc talis timor verborum inducit iuſtum metum. vt eſt textus formalis, & apertus. C. eodẽ. l. ſi donationis. & hîc dicta.l. ſi per impreſsionem. Quidam verò ſunt impotentes, vel potentes: ſed tales qui

conſueuerunt

conſueuerunt multa dicere, & pauca facere:& tunc talium minæ eluſoriæ ſunt, & non veriſimiles.& ideò iuſtum metum non inducunt: vt ff.ſi cui pluſquàm per legem ſalcid. l.tertia. Nec tunc iactatio, conteſtatio, ſeu proteſtatio proficeret: vt. C.eodem.l.metum.&.l.ad inuidiam. & de tranſactionibus.l.ſi maior.& colliguntur iſta ex dictis Bar.in.l. metum. proximè allegata. vide quod dicam infra eodem. c.penulti.in tertia quæſtione. quanquàm periculum timeret, licet verè periculum non fuiſſet: vt in.§.finali.penult.reſponſo dictę.l. ¶ Sextò in victo, qui victorem inuitum retinet ad ludendum: vt. ff.de alea.l.prima.in fine.&.l.ſequenti. Sed ille textus non meruit ſignari: quia non exprimit cauſam ſpecialem, cur timendum ſit. ¶ Septimò, metus vinculorum, & carcerum: vt. ff.eodem.l.iſti quidem. de quo dixi in dicto.c.quiſquis. ¶ Octauò in metu excommunicationis, de quo per Ber.infra eodem.c.penultimo.in gloſſa tertia. vbi de hoc dicam. & de prædictis habes in gloſſa Ber. in dicto.c.penult.in penultima gloſſa.

8 ¶ † SECVNDO principaliter quæritur, qualiter illa quæ fiunt per metum, retractantur. Hoſtien.in ſumma. eodem titulo.§ vltimo.dicit, quòd aliquando retractantur per verba, & mentē edicti:& tunc competit actio, quod metus cauſa, directa: vt in metu cruciatus corporis, vel verberum. Aliquando per metū, & non per verbera: vt in metu ſtupri, vel ſubuerſionis ſtatus.& tunc competit vtilis, quando per reſponſa prudentium ex officio iudicis: vt quando quis potens minatur mihi, quòd ducet me victum ad præſidem: niſi, &c. vel quando coactione iudicis ſoluitur vltra debitum. ff.eodem.l.vltima. & in caſu dicti.§.quę oneranda.& ſupra eodem. Abbas.&.ff.de varijs, & extraordinarijs cognitionibus.l.medicus. Item per conſtitutiones principum: vt ff.de contrahenda venditione.l.non licet. & dicta.l.non eſt veriſimile.§.primo.& fi.& de iure fiſci.l.aufertur.§ quod à præſide.&.C.de contrario iudicio.l.vna. in fine.&.C.eodem.l.vltima.&.C.de paganis.l.Chriſtianis. & finium regundorum.l.ſi conſtiterit.& de ſuffragio.l.vna.C. & locati.l.nec cui.infrà de locato c.primo.C.vnde vi.l.meminerint.&.l.ſi quis in tantam.&.l.non ab re.&.l.cum quę rebatur. ff.eodem.l.extat.& infra eodem.cap.vltimo. &.l.ſi quando.C.vnde vi.in authentico vt nulli iudicum.§.& quia vero.colla.ix.& vt nō fiant pignorationes.collatiōe quinta. iunge, quæ ſcripſi infra eodem.c.penultimo.in ſuppletione penultimæ gloſſæ. Subdit de impreſsione, & concuſsione, quæ ſcripſi in dicto.c.quiſquis.in tertia quæſtione. ¶ Subdit etiam qualiter facta per metum tenent ipſo iure, vel retractanda ſunt. de quo dixi ſupra eodē.c.ſecūdo.in oppoſitione. ¶ Item ſubdit qualiter dolo, vel metu quis poteſt induci ad bonum agendum: de quo dicam. infra eodem.cū

9 dilecti. ¶ † Deinde redeundo ad materiam quæſtionis dicit, quòd metum paſſus triplex habet remedium. Primum eſt actio perſonalis, quod metus cauſa in rem ſcripta, ſi tradidit, & ſi non ſoluit, exceptio.& ſi dominus rei vtilis vendicatio. ff.eodem.l.metum.§.ſed licet.vſq; ad finem legis.ſaluo caſu.l.ſecunda.C.eodem. ¶ Subdit etiam ad primum remedium perſonalis actionis redeundo quòd contra quemlibet poſsidentem competit infra annum in quadruplum: poſt annum, in ſimplum: licet ante ſententiam ſoluens vitet pœnam. ff.eodē.l.ſi cum.§.j.§.in hac.&.§.hæc antē actio. ¶ Et quid ſi plures ſententiæ latæ ſint, an poſt primam & ante ſecundam ſoluens vitet damnum? tractat ibi Hoſtien. Super quo vide notata in dicto.§.hæc autē actio. &.§.quatenus.ea.l. vbi latè per ſcribentes de materia huius. Et etiā quid ſi res prout ante, vel poſt primam, vel ſecundam ſententiam. De quo etiam vbi ſupra per Hoſtienſem. Dicit etiam quòd actione perſonali non poteſt agi in rē.& quòd ita demum competit perſonalis, ſi nulla alia ſupereſt. ff.eo.l. metum.§.licet tamen.&.l.ſi cum exceptione.§ in hac.

10 ¶ † TERTIO principaliter quæritur quis poteſt metum inferre? & dic ſecundum Hoſtienſem vbi ſupra, quòd ſingularis perſona, populus, plebs, collegium, & corp⁹: vt dicta.l.metum.§.animaduertendum eſt. Submittit etiam caſum.l.metum.§.ſed licet.&.l.ſi quis alius.&.l.fideiuſſori.ff.e. ¶ Subdit, quòd ſi quis obſidet caſtrum meum, & non valens euadere, caſtrum reddo, ſic tamen quòd cum familia, & armis exire poſsim, competit hæc actio. ff.eodem.l.metum.primo reſponſo.ibi aliter atq;. Dummodò bellum ſit iuſtum ex parte mei. quod dic, vt ſcripſi ſuprà de treuga, & pace.c.j.qō.ſecunda.& quęſtione duodecima cum ſequenti. Sed non cōpetit interdictū vnde vi. ff.de vi & vi ar.l.ſi rerum. Ego antē non verifico dicta Hoſtienſis, quia nimis vagantur extra materiam.& quia in ſingulis locis ſunt examinanda. Sed propter memoriam quarundam remiſsionum hæc inſerere dignum duxi ¶ Qualiter autem metus probetur, tangam fortè infra eodem.cum dilecti. ¶ Supple gloſſas. In gloſſa ſecunda ibi. *expulſimus*. de his. infrà de cauſa po. paſtoralis.& Hoſtien. remittit ad ſummam huius tituli.§. qualiter diſtinguatur:& dixi circa rubricam in ſeptima.q. Et in fine. vel terret. In gloſſa nota quod in fi.de hoc. decimaquinta quæſtione ſexta.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Soluenti diſtinguere quandoque neceſſe.*
2 *Coactionem abſolutam à culpa & à pœna excuſare. Et quid de vi ſeu coactione conditionali?*
3 *Metum, paſſo, quam ignoranti, vel neceſſitatem habenti minus faueri.*
4 *Communicare excommunicato mortale eſſe.*
5 *Coactiones conditionalis & abſolutæ, quid ſint: & earundem exempla. Et num vbi vna incidit, incidat & altera? nu.6.*
7 *Metus de quo hic, quiſnam eſſe intelligatur?*
8 *Metus vanus, an attenuet delictum?*
9 *Communio prohibita, de qua hic, quænam intelligatur?*
10 *Communicare excōmunicato in caſibus non permiſſis, an ſit peccatū?*
11 *Cardinales qui Bart.de prinihano antipapam in Papā inſtituerint, an ſint metus occaſione à mortali excuſati?*
12 *Peccare pro quacunque re temporali, corporali, vel quocunque cōmodo, nunquàm debet ſimpliciter eligere vir conſtans ac fortis.*
13 *Peccare nullus ſimpliciter cogi poteſt.*
14 *Conſenſus conſtantis, ac fortis, an coactus eſſe poſsit?*
15 *Malum pœnæ minus eligere, vt maius vitetur, etiam in forti, ac conſtanti virtutis eſt.*
16 *Deus qualiter iuramentum accipiat.*
17 *Fictio, aut diſsimulatio, quando mortale peccatum inducat.*
18 *Metus ac coactio conditionalis, quando à peccato mortali excuſet?*
19 *Mortem fugere an ſemper liceat?*
20 *Peccata quænam à teſtimonio repellant, & an authores canonica infamia notet?*
21 *Peccatoribus grauiſsimis eccleſia credit.*
22 *Cardinales publicando Bart. aſſumptionem ad Papatum per ſuas literas, an neceſſariò peccant? Et quid ſi in his peccaſſent, numquid &c. & numero.23.*
24 *Deceptio eccleſiæ, ſciſma atque ſcandalum de quibus hic, ob antipapatum Bart. quibus imputari debeat?*
25 *Sciſmata in Dei eccleſia per Romanos inducta, quinque, & viginti, de quibus hic ordine. Et quænam earum cauſa?*
26 *Vis, ac metus, qualiter in voluntate inueniuntur? Item qualiter vis voluntati inferri poſsit? Et qualiter metus inuoluntarium inducat? Et quid in patiente? nu.27.*
28 *Metu mortis faciens id, quod natura ſua bonum non eſt, neque malum, ſed indifferens, &c. excuſatur à peccato?*

CAP. V.

SAcris. ¶ Excōmunicatus non eſt, qui abſolutè coactus cōicato cōicat. Secus ſi coactio fuerit conditionalis, & pars huius de ſent.exc.ſacris.de ſepul.ſacris. Et diuiditur in duas. In prima ponitur decisa con

ſultatio.In.ij.reſponſo diſtinguens.& primum membrum proſequitur ibi in primo:& ſecundum ibi,in ſecundo.¶ Et hác repetijt dominus Gebardus comes de fribourc in ſcholis.Io.An.Bononiæ.& in repetitione interfuit domina Milantia vxor prædicti Ioannis.Ideò propter tantam nouitatem Ioan.Andr.hanc decretalem proſequutus eſt cõmentando.argu.xxxv.q.viij.c.j.Quod vtinam feciſſet de omnibus:quia licet aliqualiter diffuſiùs proceſsiſſet,doctrina tamen clarior incomparabiliter extitiſſet. Nec tunc tantum aſſumpſiſſem laborem,ſed ſolum per modum additionis proceſsiſſem:dummodò gl.Inno.per contraria,& quæſtiones,diuidens etiam commentaſſet,Sed puto,quòd vt hanc vitaret difficultatem,id omiſit.¶ Expone literam. *Et infra.* hoc deciſum habetur.de ſepul.ſacris.*Communicat*.in oratione,conuiuio,& ſimilibus,per quæ contrahitur minor, vel aliter,vt infra. *Excommunicato.* maiori excommunicatione, de ſententia excõi.ſi quem. communicans cũ excommunicato minori,nullam excommunicationẽ incurrit.xj.qõ.iij. quoniam.& dicam de ſenten.excõ.cum deſideres.in principio.Coactionem abſolutam.vt in in gloſ.*Metum* ſcilicet cõditionalem.In primo.ſ.cũ fuerit abſolutè coactus.*Non credimus*.nec nos credimus.vt habet hoc verbum infra repetitum.Et alibi quadruplicatum.infrà de deci.paſtoralis. *Excommunicatione.* etiã minori.*pati.ſ.* vim,quę infert,vel communione illorum.*Agere*.i. communicare.¶ In ſecundo.i. quando per metum inductus.*Licet*.pro quamuis, *Attenuet*. de pœni.diſtin.prima poteſt. *Eam*. culpam.*Nullo*.morti,vel alij,qui etiam poſsit cadere in conſtantem.Licet enim quidam hoc intelligunt de metu,qui non caderet in conſtantem virum.Et de communicante ſolùm in crimine,non in menſa,vel hoſpitio.infrà de ſentẽtia excom.nuper.Tamen aliorum opinio,qui intelligunt etiam de metu,qui in conſtantem virum,& de cõicante etiam aliâs,quàm in crimine magis placet Innoc.pro eo,quòd hoc ſonare videtur litera, quæ loquitur indiſtinctè.*Mortale*.ergo communio excommunicati eſt mortalis.de quo dicam infra excommunicatione maiori,vel minori.*Labe*.ſic fortè dictum,quia multi labuntur:vt etiam dicam infrà de ſimo.tanta.in principio.
1 ¶ Primò nota,quòd interdum ſoluenti incumbit diſtinguẽda neceſsitas. nec aliter diſtinctè ſoluere poſſet: propter quod interdum diſtinctio vocatur diſcretio.de reſcripe.ſuper literis.concordat de ordinatis ab Epiſcopo.c.primo.de reſti.ſpol.literas.de ſententia excom.cum illorum.cum ſimilibus.¶ Secundò no.quòd abſoluta coactio excuſat à culpa
2 & à pœna.¶ ✝Tertiò,quòd vis,ſeu coactio conditionalis
3 culpam attenuat:ſed non excuſat à pœna. ¶ ✝Quartò, ꝙ minus fauetur metum paſſo,quàm ignoranti,vel neceſsitatem habenti.de primo hîc:de ſecundo de ſententia excom. cum deſideres.in fine primi reſponſi.de tertio .inter alia. &
4 c.ſi verò.¶ ✝Quintò,quòd communicare excommunicato mortale eſt.

¶ PRIMO opponitur contra tertium notabile quia videtur,quòd metus nullo modo culpam attenuet, ſeu excuſet.ar.de cõſe.di.iiij.c.eos.&.xj.q.iij.q̃ſquis metu. ¶ Solutio. dic ꝙ imò coactio cõditionalis vtrobiq; attenuat, vt vtrobiq;notat & non excuſat,ſicut ab excõicationis cõione; vt hic.Nec ab irregularitate rebaptiſationis : vt . c.eos. Nec à periurio:vt.c.quiſquis.Sed omni caſu,ſi iuſtus eſt culpã attenuet:vt hic Nouella.

¶ SECVNDO opponitur de canone,quod prædeceſſor.& canone,anteceſſor.vndecima quæſtione.iij.vbi participatio cũ excommunicatis recipit excuſationem. Super quo vide Ber.in glo.vlti.Soluit Hoſti.dicens.quòd participanti per metum,ſi iniquitati non conſentiat, nullum coram Deo eſt detrimentum:vt ibi.Tamen quantùm ad eccleſiam eſt excõicatus minori:vt hîc.Et ſic diſcordant iudicium Dei & eccleſiæ.de ſen.excom.à nobis.ij.& c.tu.inquiſitioni.& de ſpon.c.tua.cum ſi.Sed multũ aduerſatur huic litera huius decretalis loquens de culpa, & peccato mortali,quæ reſpiciunt iudicium Dei.Ideò præualere videtur ſolutio Ber. Vnde Collectarius dicit de ſolutione Hoſtien. ſatis mirandum:cum minor excommunicatio non conſiſtat,niſi in peccato.iuducit.xv.q.j.meritò.

¶ TERTIO opponitur,quia viator, vel peregrinus ſine pœna excommunicationis propter neceſsitatem victus communicat excommunicatis,per quorum terram tranſit. Et idem in creditore excommunicati ne ſibi pereat debitum.vndecima quæſtione tertia.quoniam.de ſententia excommunicationis.c.inter.&.c.ſi verè.& de iudi.c.intelleximus.Sicut ergo neceſsitas vitæ,vel rerum conſeruandarum excuſat:ſic potiùs metus vitæ priuationi, vel rerum. Imò vnum videtur,quòd neceſsitas vitæ ſeruandæ contra famã excuſet,& non contra gladium. & eſt mirum etiam quòd excuſet neceſsitas recuperandi, quod meum eſt, vel mihi debetur.& non excuſet neceſsitas conſeruandi. ¶ Solutio,ſi intelligeremus hanc decretalem de communione maiorẽ excommunicationem iudicante,ceſſarent iſta contraria:ac ceſſarent,etiam ſi diceremus id,quod tangit gloſſa. videlicet quòd illa tanquàm ſpecialia contra regulam indulta nõ ſunt extendenda ad caſus alios eiuſdem,vel ſimilis æquitatis:niſi per principem.ff.ſolut.matrimonio.l.ſi verò.§.de viro.de priuile.ſanè.de regu.c.non ſolùm.&.c. conſtitutionẽ. de re.iur.quæ à iure.libro ſexto.Et quod dicitur de repetitione debiti,concernit odium excommunicati, ſecundũ Nouellam. ¶ Sed mirabilis ſatis iſta ſolutio. Nam ſoluitur & malè,cum ſoluitur per ſpeciale:cum ſpecialitatis ratio nõ redditur. & maximè,quia licet communicare exorbitet à prohibitione communionis, redit tamen ad regulam libertatis,à qua dicta prohibitio exorbitat.argu.ff.de pact.ſi vnus.§.pactus.verſi.quid in ſpecie.Non enim caſum iſtum ab exceptione exorbitanti exorbitantiam pati, ſed potiùs non ipſam exorbitantem exceptionem. Sed potiùs regulã generaliorem,à qua exceptio ipſa exorbitat,locum ſibi vendicare in dictis caſibus iura contraria declarare videntur. Modò cum declarationes non ſint contra ius, ſed ſecundum ius,videtur quòd in illis poſsit argui ex identitate rationis.argu.ff.de verborum obligationibus.l.à Titio. &.C. ad leg.falcidiam.l.vltima.¶ Soluendum ergo videtur aliter diſtinguendo:quia aut directè incutitur metus alicui, ſiue neceſsitas,vt ipſe contra prohibitionem iuris,vel hominis excommunicato communicet.Et tunc parere tali neceſsitati non licet,vt hîc.Aut ad hoc directè non incutitur, ſed ineſt aliâs:& tunc ſecus:vt in contrarijs caſibus.Et non ſecundo offenditur,& iniuriatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ:vt patet ex his,quæ leguntur.& notantur.infra eo.libro ſexto.Facit,quia in primo caſu conſentiens participat in graui crimine cum metum inferente:& elegit potiùs ſuæ voluntati damnatæ,quàm Deo,& eccleſiæ obedire. & talis neceſsitas à principio damnato progrediens, & ad finem damnatum tendens,non excuſat.ſed accumulat peccatum & culpam.quod non habet locum in contrarijs. Ideò fortè probabiliter poſſet dici,quòd dicto fine præcluſo, nõ eſſet locus iſti decretali.ſuper quo tu cogitabis.

¶ QVARTO opponit Hoſtienſis de decretali,ſignificauit.infrà de ſententia excommunicationis. vbi metus ab excommunicationis pœna excuſat.¶ Soluit Hoſtienſis, licet excuſet à ſententia, & pœna, vt ibi: non tamen excuſat à culpa, vt hîc.Licet enim Papa quemlibet poſſet à ſua ſententia eximere, vt dicto capitulo,quoniam.non tamen peccandi licentiam dat: vt notatur de conceſsione præbendæ.cap. propoſuit. In obedientia verò ſecundum omnem legem,peccatum eſt.Allegat notata de tranſlatio. c.ſecundo.§.ſed neque.Sed ſolutio non videtur ſufficiens: cum ſoluat ſolùm partem illam,quæ hîc dicitur,quòd metus non excuſat culpam.& ideò aliter ſoluit Nouella. dicens quòd decretalis illa inducit ſpecialem caſum excommunicationis:cuius abſolutionẽ Papa ſibi reſeruat. In quo quinq; requiruntur.& inter alia ſpontanea communio: vt ibi dicetur:

ibi dicetur.Hîc loquitur de generali ſententia iuris. qua ligatur maiori,vel minori communicans in crimine, vel extra crimen. & tali ſententia bene ligaretur is,de quo loquitur prædicta decretalis.licet per metũ cõmunicaret,vt hîc. ¶ Quintò ſecundum vincẽ.opponiť de quadam decretali de immunitate eccl.quoniam.§.ſi verò.quam hodie non habemus.& erat in cõpilatione ſecunda:vbi dicebatur, ꝙ ſi à domino,vel aliquo potente viro vis fuit illata hoſpiti in hoſpitando excõmmunicato,ipſe hoſpes reus non erit.Solutio. Vincẽ.Lan.& antiqui ſupplebant ibi:ipſe hoſpes reus non erit. ſubaudi tantùm.vel intelligebatur de coactione abſoluta ſecundum eos.& ſic concordat hîc.

5 ¶ † PRIMO quæritur,quæ ſit abſoluta coactio,& quæ conditionalis,& quæ ſint ipſarum exempla. ¶ Et primò de abſoluta videam⁹.dic ergo,quòd abſoluta denominatio ſecundum Nouellam propriè cadit ſub illa denominatione. de vi præciſa de antiquo edicto prætoris: vt notatur ſupra c.proxi.Et eſt maioris rei impetus,cui reſiſti non poteſt:vt dixi circa rubri.in ſexta quæſtione.& habet in ſe attractionem,vt dicit textus.& ſic ſit pèr manuum attractionem,vel detentionem.Exemplum,vt dicit Boatinus:inuitus trahor intra eccleſiam ad audiendum miſſam excommunicati,vel cum excommunicatis ibi audientibus: vel ibi exiſtens detinere inuitus:nec permittor exire:ſicut in Baptiſmo,ſi Iudęum,vel paganum inuitum Chriſtianis veſtibus exuunt, ad fontes portant,& illum baptiſant:vel hæretici per eundem modum rebaptiſant Chriſtianum.vel cogunt illum Idolis thurificare,aperiendo manum ipſius, & imponendo thus, & demum ipſam manum reuoluendo ſuper primas, quæ ſunt ante Idolum.l.di.præsbyteros.j.quæſtione prima.conſtat.de Baptiſmo.maiores.§.vlti.vel detinetur acolitus inuitus coram Epiſcopo,per quem ſit ſubdiaconus.vel veſtitur quis inuitus veſte religioſa,vel veſte ꝓfeſſorum,vel hu ſimilib⁹.Coactio conditionalis propriè cadit in metu,quando propter inſtans,vel futurum periculum aliquid ago, qd ſponte non agerem:vt ſi timens mortem, vel membrorum truncationem,vel rerum confiſcationem, aut aliud ſimile, ago aliquid de ſupradictis,vel ſimilibus ſine coactione abſoluta.& hoc caſu procedit, quod dicit canon, quòd coacta voluntas eſt.xv.quæſtione prima.meritò.Certum eſt enim, quòd hoc caſu volui communicare,Baptiſari, rebaptiſari, thurificare,vel ordinari,vt periculum illud euaderem. Primo igitur caſu in vi abſuluta,nec mœreor,nec demœreor, vnde nec recipio ſacramentorum characterem. Secundo caſu in conditionali circa illicita demęreor: circa ſacramẽtalia,& licita non męreor:tamen recipio characterem:vt dicto.c.maiores.vbi etiam notatur,an cõditionaliter coactus ad ſacrum ordinem continere cogatur. Nouel.

6 ¶ † SECVNDO quæro,an vbi cadit abſoluta coactio, cadat conditionalis,& econtra. ¶ Solutio,dic quòd vbi cadit,vel interuenire poteſt abſoluta,& conditionalis, ſed nõ nõ conuertitur. ¶ Hinc eſt,quòd in emiſsione verbi, non poſſet abſolutè quis cogi:ad actuale ſic.puta ponere manum ſuper librum iuramento mihi delato:vt dicam.j.de iure iurando.verum.iode eſt,quòd in verbali diſpenſatione non poſſet interuenire abſoluta coactio.Sed in actuali per annulum bene.Poſſet enim man⁹ attrahi,ſed non verbum.Item videtur poſſe eſſe abſoluta coactio cõiunctionis ſeminum, vel opreſsio ad copulam cadere in mulierem, & non in virum:vt dicam infra.de ſponſa.is,qui.Non nego tamen,quin vir per ſodomiam poſſet abſoluta coactione ſtuprari.infrà de raptoribus.in archiepiſcopatu.Horum rationes patent. Nouella.Præterea licet conditionalis coactio cadat in animo,& ipſum faciat trepidare, etiam ſi conſtans ſit homo: vt.ff.eodem.l.prima.§.primo.&.l.quinta.in fine.eodem titu. ſimul iũctis.Tamen vis ſeu coactio abſoluta animo inferri non poteſt:vt notatur.trigeſimaſecunda quæſtione quinta. in principio.Si enim vis inferretur animo in totum excuſaret a culpa contra textum iſtum:vt patet per ea, quæ dixi in quęſtione ſupra proxima ad finem.De hoc habes per ſanctum Thomam quæſtionem diſputatam.prima ſecundę.q. ſexta.articulo quarto.vbi vide.Et vtrum violentia, metus, concupiſcentia,vel ignorantia cauſet inuolũtarium,ibi vide in quatuor articulis ſequentibus.Item de timore obiecto cauſa,& effectu timoris,vide Tho.ſecunda ſecundæ.q. xlj.& tribus ſequentibus.Et ſpecialiter ibi vide, an malum culpæ ſit obiectum timoris.xlij.q.arti.ij.&.iij.

7 ¶ † TERTIO quæro,de quo metu intelligatur,quod hîc dicitur?Inno.quoſdam intelligere de metu vano:aliâs omninò excuſaretur participans. Aliâs ſi eſt talis metus,qui cadit in conſtantem virum,excuſat:vt dicunt.Nec ſic cõicans excommunicato incurrit minorem excommunicationem. &.j.videtur ſenſiſſe Hug.xj.qõ.iij.quoniam multos. Et iſta opinio humanior,& verior videtur.Cùm caſus neceſsitatis excuſet in talibus,& etiam caſus vtilitatis,quod minus eſt, prout notat gloſ.ſuper Summa Ray.ti.de ſententia excommunicationis.& ſuper Io.in Summa conſerre.e.ti.de ſentẽ. excom.q.clxv.ſecundum quoſdam.Sed Inno.& Hoſti. contra:vt intelligatur etiam de illo,qui cadere potuit in conſtantem.Et ſatis videtur quæſtio ſolui per textum,qui dicit quòd pro illo nullo metu &c.metus ergo iuſt⁹ attenuat culpam:ſed non excludit eam.Henricus dicit,quòd hæc opinio videtur ſibi verior:quia quod dicunt prædicti de caſibus neceſsitatis,& vtilitatis,habet locum in caſibus exceptis à iure.Et intelligit aliquem participare excommunicato,ſiue participet cum eo facto,vel verbo,vel nutu, vel ſigno:argu.de ſenten.excõ.ſi ſummus.in cle.&.ibi notatis.per

8 Land.& zenzel. ¶ † Sed incidenter quæro, an vanus attenuet? & apud Deum non dubito, quinetiam vanus attenuet, licet nõ tantùm,vt iuſtus.Certum eſt enim,quòd meticuloſus,qui timore,licet vano ductus,agit quod diſplicet minus contemnit,quàm ſponte agens,ergo minus peccat, iuxta notata.xl.diſtinc.homo Chriſtianus.& infrà de iureiurando cum quidam.Nouella. Et idem putarem in arbitrijs,ſaltem quo ad nos:quia debemus quantùm poſſumus conformare iudicium noſtrum cũ iudicio Dei: vt dicetur infrà de ſententia excommunicationis.à nobis.

9 ¶ † QVARTO quæro,de qua communione hîc intelligatur,an de illa,quæ inducit maiorem, quæ ſcilicet ſit in crimine,vel cum excõicato & participibus?dicit Inn.quoſdam intelligere de ſecunda. Vnde Tan.& AEgid. intellexerunt de cõione in crimine. ¶ Sed ipſe Inno.& Hoſti.tenent contrarium.ſ.quòd intelligatur de prima oppoſitione. ſ.ꝙ intelligatur de prima.Et ſic communiter ſolet legi licet fortiter obſtet quod dixi in tertia oppoſitione.ſ.ꝙ intelligatur de prima.Et facit quod dicam in proxima quęſtione Nouellę.Nec haberet dubium ſi intelligeretur de participatione in crimine.Igitur?ar.ff.ad Carb.l.quod Labeo.

10 ¶ † QVINTO quæritur,an ſcienter cõicare excõicato in caſibus nõ permiſsis,ſit peccatum etiam mortale. Et intelligo de participante excommunicato excõicatione maiori:nõ aũt de participãte excõicatione minori excõicato: quia talis non eſt excluſus à cõione hominum:ſed tantum à participatione ſacramentorũ.xj.q.iij.quoniam.de except.à nobis & cleri.ex.mitu.ſi celebrat.vbi de hoc habeť. ¶ Item intelligo de participante ſcienter,&c.Nã ignorans,dico ꝓbabiliter,nõ peccat:nec incurrit excõicationẽ aliquam.xj.q. iij.excõicatos.&.c.ſe.&.c.excellẽtiſsimus.de ſen.exc,cũ deſideres.j.reſponſo.in ſi verſu,quia qui cũ à cõtrario.argu.de cleri.ex miniſtr.illud.&.c.Appoſtolicę.de cõſti.c.ij.li.vj. C. de tabu.l.gñali.li.x.ignorantiã tñ craſſam,& ſupinã haberẽ ꝓ ſcietia:vt legiť,& no.in.c.illud.alle.&.d.c.Apoſtolicę. Et idẽ puto de attracto per vim ſeu coactionem abſolutam: potiùs dicitur pati,quàm agere:vt hîc.Concordat.l.di.preſbyteros.xlv.diſtinct.de Iudęis.j.quæſtione.j.cõſtat.de bapt. maiores.ad finem.verſu,ſi ille verò. Et adhuc idem intelligo de participante in caſibus permiſsis à iure: puta in his, quæ ad ſalutem animæ ipſius pertinent: vel in alijs

caſibus, qui notátur in illis verſibus. Vtile, lex, humile, &c. no. in dicto. c. cum deſideres. in glo. niſi in caſibus. argu. ĩ. de ſententia excommunicationis. cum voluntate. & c. reſponſo. & not. hîc Ber. in gl. minor. arg. xxiij. q. iiij. qui peccat. in principio. Et idem in participante ex priuilegio papali cóceſſo, notant Inn. & Hoſti. de ſen. excom. nulli. vbi per Henri. Et idẽ dicit hîc Henricus de participante ante denũciationem eccleſiæ. arg. de hæreti. excommunicamus. ij. § ſi verò clericus. verſu, ſi qui autem. not. Hoſt. de appel. c. dilectis. & in ſumma de ſententia excommunicationis. § vlti. ſub. § ſed nunquid participans. & gl. de ſenten. excom. ſtatuimus. gl. fi. libro ſexto. Nec intelligo de participãte in crimine criminoſo: quia iſte indubitanter excõmunicatus eſt, & peccat mortaliter. de ſenten. excom. nuper. & c. ſi concubinę: quia excommunicatur maiori. Igitur ar. xj. q. iij. nemo Epiſcoporũ. & c. excommunicatos. de conſti. ex literis. ¶ Quibus ceſſantibus, hîc videtur expreſſum, quòd ſic. Ad idem. xj. q. iij. rogo. vbi dicitur talẽ cõmunionẽ eſſe contra animam cõicantis. Ad idem de except. exceptionem. & c. pia. libro. vj. & de homici. ſicut dignum. § illi præterea. Ad idem tripliciter. de clerico excõicato miniſtran. c. fin. ¶ Primò in eo, quod ibi dicit, ꝙ grauiter peccent celebrando. & ſic in mortali. ¶ Secundò colligitur ex eo, quod ibi dicitur eum ineligibilem, quod non inducit veniale. ¶ Tertiò, quia per hoc excõmunicatur maiori: Sed maior non infligitur, niſi pro mortali. xj. q. iij. nemo Epiſcoporum. & c. ſeq. Contra dicitur ergo. ꝙ eſt mortale. & eodem modo inducitur de ſent. excom. ſtatuimus. lib. vj. Item talis communio prohibita per excõicationis pœnam, quę priuat à participatione ſacramentorũ. ij. q. iij. ſicut Apoſtoli. & tribus cap. ſequentibus. de ſenten. excõ. cum deſideres. Ergo ex cõtemptu prohibitionis. lxxxj. diſt. qui ſunt. in fine. Et qualitate pœnæ, quæ pro veniali infligitur. de conſecratione. diſtinct. ij. ſi non fuit. iudicabitur mortale. Ad hoc. xxiiij. q. j. non afferamus. in fine. Item hęc communio deſcribitur ſub nomine criminis. xj. q. iij. qui meritò. Sed crimen eſt graue peccatum. lxxxj. diſt. c. j. ergo mortale. Item ipſum ingerere ſe communioni, videtur in excommunicato mortale. de clerico excõicato miniſtrãte. illud. in fine. ergo & communicanti. Item inducitur authoritas Apoſtoli. j. ad chorinthios. v. auferte malum de vobis ipſis. xl. di. ſed illud. ij. q. prima. multi. Sed illud auferte eſt imperatiuum & quod imperatur, neceſſe eſt fieri. xiiij. q. j. quod præcipitur. de verborum ſignificatione. In his ergo obligat ad mortale. Item videtur expediens hæc opinio: ne fruſtretur cenſura eccleſiaſtica, quæ maximè in hac pœna conſiſtit. propter quod licet interpretari in duriorem partem. de ſententia excommunicationis. ſi quem. ¶ In cõtrarium facit, quia certis perſonis etiam non adſtrictis, vt peregrinis permittitur iſta communio. vndecima quæſtione tertia. quoniam. de ſententia excommunicationis. c. inter. & c. ſi verò. ergo de ſe non eſt mortalis. Item ſi omnis communio induceret mortale, fruſtrà diſtingueretur inter communionem criminis, & extra crimen. de ſententia excommunicationis. nuper. ¶ Solutio, diuerſa inuenio circa hoc ſcripta. Vnde Goſ. in ſumma de ſententia excommunicationis. § vltimo. verſ. quæritur an peccet. tenet, quòd ſic per hanc decretalem. & per rationem illam, quòd excõmunicari poteſt minori. Quod dicit ſe intelligere, cum determinatione decre. ſi celebrat. in fine. ¶ Raymundus in ſumma ipſius tituli ad finem. verſi. quid ſi aliquis communicat. tenet quod peccat mortaliter: maximè ſi ius nouit. vel ſi eſt clericus per c. excellentiſsimus. & c. vltimum. xj. q. iij. Et per hanc decretalem. & dicit contrarium tenentes blandiri peccatoribus in ſtragem, & periculum animarũ. ¶ Et pro hac opinione facit, quod variè tamen notat Inno. de dolo. veritatis. in vltima gloſſa. de exceptionibus. c. ſecundo. & Bernardus. in dicto. c. ſi celebrat. in. iij. gl. & Inno. & Hoſtien. ibi in ſuis primis gl. Hoſti. verò in ſumma. e. ti. § vltimo. verſ. ſed nunquid participans. tenet, quòd participans contra prohibitionẽ canonis, niſi hoc faciat minus frequenter, & in contemptũ canonis, venialiter peccat. ¶ Et quòd communicans cõtra prohibitionem hominis generaliter, vel ſpecialiter, mortaliter peccet, etiam pobat: quia ante prohibitionem hominis non poteſt excommunicari. Ergo prius non eſt mortale, poſteà ſic. per decretalem ſtatuimus. e. ti. libro ſexto. Sic dicit intelligendam iſtam decretalem. & decretalem ſi celebrat. & c. excellentiſsimus. Ipſe etiam hîc, & in decretali ſtatuimus. tenet idem Ray. in decretali celebrat. quem Abbas hîc ſequitur dicit meliorem eſſe opinionem Theologorũ qui dicunt, quòd talis non peccat mortaliter. Ad hanc decretalem reſpondent, quòd loquitur de excommunicatis cum participibus. quod patet per decretalem ſacris. de ſententia excommunicationis. quæ eſt pars huius. Ad. c. ſi non fuit. de conſecratione. diſtinct. ij. & ſimilia reſpondent: excluditur à ſacramentorũ participatione, qui non eſt in mortali. Allegant de pœnitentijs & re. omnis. Facit quod notatur de ſententia excõmunicationis. ſi quem. Ad rationem Goff. quòd propter hoc excommunicatur, illud verum, ſequuta contumacia, aliter non. Archidiaconus in dicto. c. rogo. vndecima quæſtione tertia. recitat fratrem Thomam ſuper quarto ſententiarum hoc tenere, quòd communicans non peccat mortaliter. niſi communicet in crimine, vel in contemptum: vel in diuinis. Sed dicit ibi Archidiaconus ꝙ in duobus vltimis caſibus requirit admonitionem. Dicit Nouella quòd ſibi videtur ſalua pace Ray. & ſequacium, ꝙ communicare excommunicato regulariter ſit veniale. & hoc tenent doctores allegati in locis allegatis. & Hoſtiẽ. de hæreti. excommunicamus. in. § ſi verò. verſu, ſi qui autem. Pet. de ſaxo. c. ſi celebrat. Abbas & Nouella. hîc. Tho. quarto ſententiarum. & Archid. in c. rogo. & Aſtenſ. libro ſexto. de pœnis participantium cum excommunicatis, vbi vide plenè. Henricus. niſi in caſibus hîc poſitis. ¶ Primus, ſi hoc facit in contemptum clauium, ſeu eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſuram eccleſiaſticam truffam putans. ſecundum Hoſtien. & gl. in c. ſtatuimus. alleg. & Goſ. in ſumma de ſententia excõmunicationis. § reſtat. verſu, quæritur, an peccet. Ray. in ſumma ipſius tituli ad fi. verſu, ſi aliquis communicat. Facit. c. excellentiſsimus alleg. Non tamen eſt excommunicatus maiori excommunicatione. vt c. ſtatuimus. alle. & c. conſtitutionem. de ſententia excõ. ¶ Secundus, quando id facit in contemptum ſuperioris contra ipſius admonitionem de nõ participando ſpecialiter, vel generaliter ſibi factam. vt hîc. & no. Hoſti. dicto verſ. ſed nunquid participãs. & hîc, & dicto. c. ſtatuimus. & gl. j. in gloſſa finali. & Nouella, ibi Archidiaconus de ſententia excommunicationis. quod in dubijs. Et faciũt omnia ad hãc partem ſupra in princ. allegata. Cal. tamen non eſt excõmunicatus, niſi ſpecialiter & nominatim fuerit monitus. iuxta formam dicti. c. ſtatuimus & c. cõſtitutionẽ. libro. vj. de ſenten. excom. Henricus. ¶ Tertius, quando in crimine. ¶ Quartus quando ille excommunicatus erat cum participibus per eum, qui hodie poteſt ſcilicet per Papam. Sed iſte poſſet includi ſub ſecundo. ¶ Quintus, quando in diuinis communicat. & præcipuè in caſu decretalis, ſignificauit. de ſententia excõmunicationis. etiam intelligit Hu. & Archid. c. rogo. vbi de hoc plenè per eum. ar. ĩ. de ſen. excõ. is, qui. li. vj. Fallit in ſacerdote, q iam inceperat canonem miſſæ ante aduentum excommunicati. Quod dic, vt no. Inn. de ſent. excõ. nup. & Archi. in. c. Epõrũ ĩ. alle. & xj. q. iij. ſicut. & gl. in Cle. grauis. de ſen. excõ. nõ tñ incurrit excõicationem maiorẽ: licet ingreſſus eccleſiæ ſit ei interdictus. de priuile. Epõrũ. li. vj. Fallit in clerico participante cũ excõicato à Papa in dictis ſcienter & ſpõte: licet ſecus in laico: vt. d. c. ſignificauerũt. Quod intellige, vt ibi no. per Henricum. Henricus. ¶ Poſſet addi ſextus, quando nimis frequenter. argumẽto. decimaquinta diſtin. § cauſas. Et iſte poſſet etiã includi ſub primo. Et facit quod notatur in Spe. de ſentẽ. prolatione. § vt autem. verſi. quandoq; etiã. in fine. Aliâs non credit Nouella cõmunicantem in oratione, vel

cõiuiuio

conuiuio peccare mortaliter. Aliàs nimis magnus eſſet ri-
gor dicere, quòd ſi excommunicatum cui in via occurro, ſa
luto, vel reſaluto, vel per communem forſan amicum inui-
tatum in conuiuio non euito, quòd per hoc ſim dignus ge-
henna infernali, quam inducit mortale. Facit, quia potiùs
ſe obijcit hæc communio ad feruorem charitatis, quàm
ad charitatem. ergo dicitur veniale. argumento eius, quod
notat ipſe Io. And. in ſalutatione ſexti libri. glo. vltima, ibi:
ſiue igitur. ſumitur veniale quaſi cito veniens: vel ſine quo
præſens vita non ducitur: ſiue ſumatur, vt veniæ cauſam ha
beat annexam: vel vt dignum venia. de quo notatur de pœ.
diſtinct. j. ſerpens. Satis huic competit: vt dicatur veniale.
Ad contraria reſpondetur, quòd habēt locum in prædictis
caſibus exceptatis. vnde decretalis iſta intelligatur in quar-
to caſuū prędictorum per decretalem, quę eſt pars huius.
Et ſic legendo ceſſabunt etiam aliqua de contrarijs ſuprà
ſignatis ad hanc decretalem: quæ aliàs plenè non ſoluuntur.
Capitulum verò, rogo. & c. duo. ſimul coniuncta loquun-
tur in caſibus exceptatis ſupra. & ſaltem in vltimo ad. c. ſi
celebrat. in primo & ſecundo inducendi modo dic, quòd id
non inducit culpa communionis, ſed pœna. ¶ Ad vltimū
eſt reſponſum de maiori excommunicatione, & de ſacramē
torum priuatione, ad id quod ſuprà dixi ſecundum Petrū,
quod dicitur deſcribi ſub criminis nomine, fateor in ex-
ceptis. Decretalis autem non probat, ad quod inducitur au
thoritas Apoſtoli. vel intelligitur ſua ſiue, vel in caſibus ex-
vel in caſibus exceptatis: quod dicitur expedire, ne fruſtre-
tur cenſura. Verum eſt in caſibus prædictis, in alijs non ex-
pedit propter periculum animarum. & in decretali ſi quē.
non ſit durior interpretatio culpæ, ſed pœnæ ſecundū No-
uellam. ¶ Collect. tamen dicit ſe dubitare & ſe putare fore
notatum, quod tantorum virorum ſententia nos excuſet,
hoc caſu contrarium faciendo, eo quòd litera iſta indiſtin-
ctè loquens, violenter probat contrarium. & etiam. c. ſi ce-
lebrat. cum ibi notatis per Inno. & c. veritatis. de dolo. Et
quia contra pręceptum Apoſtoli. Allegat etiam dictum. c.
rogo. & c. ſicut dignum. § illi præterea. Et Henricus hoc ſo
lùm addit, quod non eſt magna nota dignum videlicet, ꝙ
differentia eſt, vtrum participet per metum cadentem, vel
non cadentem in conſtantem, vel vtrum participet ſpōta-
nea voluntate: quia in primo caſu metus ſiue ſit talis, qui ca
dat in conſtantem, ſiue non, culpam attenuat. ſecundū Ho-
ſtien. Sed in ſecundo caſu, in nihilo excuſat. ¶ Ego autem
nil addo, niſi quòd quia Theologi omnes communiter ſe-
quuntur opinionem, quam Nouella tenet, illi tutiùs puto
ſtandum. Maximè quia in foro animę certiùs eligendum
eſt. de homicid. ad audientiam. argumen. de hoc. in. e. ſi-
gnificaſti. & c. penultimo. e. titu. cum ſimilibus.

11 ¶ † SEXTO quæritur vtrum domini Cardinales qui
Bar. poſt mortem. G. Papę. vndecimi metu mortis per Ro-
manum populum eis illato, nominarūt in Papam, & ipſum
intronizarunt, & coronarūt, & ſibi in conſiſtorijs admiſsis
& reuerentijs per duos menſes, vel quaſi exhibitis obedie-
runt, eodem tamen metu durante, poſsint à peccato morta
li excuſari. Super quo videantur vincentius in ſpeculo hy-
ſtoriali, parte ſecunda, libro vndecimo. c. xcj. & gloſſam ad
Galatas tertio. c. ſuper illo verbo, *quomodo gentes*. vbi vide-
tur, quòd non, per ea quæ ſupra in proxima quæſtione ſunt
dicta. Nam aut ſciuerunt eum eſſe Papam, dum obedi-
uerunt: & tunc ceſſat quæſtio. Aut ſciuerunt eum non eſſe
Papam: & tunc ſcienter excommunicato participauerunt,
etiam in diuinis. vigeſimatertia diſtinctione. In nomine do
mini. in fine. Quinimò quod deterius eſt, intruſerunt. & ita
authoritatem peccandi ſibi dederunt. & per conſequēs ma-
gis, quàm ipſe, peccarunt, per ea quæ dixi ſuprà de officio
delegati. e. primo. in quarta quæſtione. & ſaltem peccarūt,
quantùm ipſe in conſenſu cooperationis, iuxta ea, quæ ibi
ſcripſi in tertia quæſtione. ¶ Et quicquid ſit, in loco dece-
perunt eccleſiam Dei dando ad intelligendum illum eſſe
Papam, qui papa non erat. & quodam modo idolatrarunt,
ponendo in eccleſia Dei idolum, & illud adorando pro vi-
cario Ieſu Chriſti: quę carere peccato mortali non poſſunt.
¶ Nec obſtat, quod id fecerunt fictitiè, & propter metum:
quia leuiùs eſt apertè, quàm ſimulatè peccare: vt ſcripſit
Hieron. in glo. Iſa. xij. Ideò gl. ſuper illud Iob. ij. Sicut enim
placuit domino, &c. dixit, quòd ſimulata æquitas non eſt
æquitas: ſed duplicatum peccatum facit. quod notat Ioan.
Mo. poſt Gregorium de elec. auaritiæ. in fine. & ſuper illud
threnorum. iiij. maior effecta eſt iniquitas populi mei pec-
cato Sodomorum. ¶ Dicit gloſſ. ſcelera animę, quæ in hy-
pochriſim labitur, cuius maior eſt peccato Sodomorū. Sed
peccata Sodomorū ſunt peccata mortalia. ergo hypochri-
ſis, ſeu fictio ſemper eſt peccatum mortale. ¶ Præterea Gre-
go. dixit. xxxj. moralium, quòd hypochritæ ex malicia pec-
cant. Sed hoc eſt grauiſsimum. & hoc eſt in ſpiritū ſanctū.
¶ Præterea nullus męretur iram Dei, & excluſionē à viſio-
ne: niſi propter peccatum mortale: ſed per fictionē aliquis
męretur iram Dei, ſecundum illud. Iob. xxxvj. Simulatores
& callidi prouocant iram Dei. Excluditur talis viſione
Dei, ſecundum illud. Iob. xiij. Nō veniet in conſpectū eius
omnis hypochrita. quæ argumēta reperies per Thomam. j.
ſecundæ. q. cxj. articulo. in principio. ¶ Præterea, vt ſcripſit
Thomas. ea. quæſt. articulo. j. loquendo deciſiuè ad virtutē
veritatis pertinet, vt aliquis talem ſe exhibeat exterius per
ſigna exteriora, qualis eſt. Sinautem exteriora non ſolū, ſed
etiam facta ſicut. ergo veritati opponitur, quòd aliquis per
verba exteriora ſignificet aliud, quàm quod habet apud ſe:
quod ad mendacium pertinet. Ita etiam opponitur, ꝙ ali-
quis per aliqua ſigna factorum, vel rerum aliquid de ſe ſi-
gnificet contrarium eius, quod in eo eſt, quod propriè diſſi
mulatio dicitur. vnde ſimulatio propriè eſt mēdaciū quod-
dam in extrariorū ſignis factorū conſiſtens. Facit. xxiiij. q.
j. officij. Vbi de triplici fictione. Non refert autē vtrū aliqs
mētiaſ verbo, vel quocunq; alio facto. vnde cū omne mēda
ciū ſit peccatū, cōſequens eſt etiam, quòd omnis ſimulatio
eſt peccatū, ſecūdū Thomā, vbi ſuprà. ¶ Nec metus videtur
poſſe excuſare eos à peccato vt hîc. & in his, quæ ſcripſi. ſ.
q. pręcedēti. & in his quæ ſcripſit Thomas. ij. ſedæ. q. cxxv.
articulis. j. iij. & iiij. qui cauſa breuitatis omitto. Nec poteſt
ignorantia, ſeu dubitatio allegari in perſonis duorū Cardi-
nalium quoad factum: quia proprium erat, & recens. ſ. de
reſcrip. ab excōicato. cum ibi notatis. & ff. pro ſuo. l. vltima.
Nec etiam quoad iuriſdiſpoſitionem: quia turpè eſſet tan-
tis columnis eccleſiæ circa canonicas ſanctiones, in quibus
verſantur continuò. argu. ff. de ori. iu. l. ſecunda § ſeruus. cū
concor. ibi ſignatis. ¶ In contrarium videtur, quia ſimula-
tio cauta & prouida, diſcreta, pia, honeſta, & officioſa, &
ad bonum finem tendens, peccatum non habet. Sed talis
fuit fictio. Cardinalium, prout iſta deduxi. ſupra eo. c. j. in
ſecunda quæſtione. ¶ Quidā verò Epiſcopus in Theolo-
12 gia magiſter hîc ponit. iiij. concluſiones. ¶ † Prima eſt, ꝙ
vir conſtans, & fortis, nunquā debet ſimpliciter eligere pec
care pro quacunq; re temporali, vel corporali, vel quocūq;
cōmodo. iſta patent per omnes doctores, & per Anſelmū
de caſu Diaboli. Ac etiam probatur, quia malū culpæ, ma-
ximè mortale magis eſt, quàm quodcunq; malum damni,
vel pœnæ. Et vir fortis, & conſtans virtuoſus eſt, & virtuo-
ſus ſemper eligit minus malū. Caſus eſt in iſto. c. cum cōcot.
13 hîc ſignatis. ¶ † Secunda cōcluſio, quod nullus poteſt cogi
ſimpľr ad peccandum. Nā ſimpliciter cogi eſt ſimpliciter
violentari, & ſimpliciter violentari eſt cogi. igitur ſi quis
ſimpliciter cogetur, ſimpliciter violentaretur. & ſi ſic pec-
cando, non peccaret: quia nemo peccat in eo, quod vitare
14 nō pōt, teſte Auguſtino de libero arbitrio. ¶ † Tertia con-
cluſio, ꝙ cuiuſlibet fortis & conſtantis conſenſus poteſt eſ
ſe coactus ſecundum quid. Probatur, Aliquis fortis, & con
ſtans eligit in caſu aliquid, quod aliàs non eligeret. Sequiſ
ergo cōſenſum fortis &c. Añs notū eſt: qa ſi ꝓponaſ alicui

tali, quòd moriatur, vel det ſubſtantiam ſuam: eliget dare
ſubſtantiam, quod eſt dare contra volũtatem ſuam. Et hoc
eſt, quia impellitur quodam modo ad hoc volũtas habitua-
liter. Et probatur conſequentia: quia nõ eſt ibi coactio ſim-
pliciter ſecundum ſuperiorem concluſionem. ergo ſecundũ
quid. vt etiam tradit Phyloſophus. iiij. phyſicorum. de il-
15 lo, qui proijcit merces in mare. ¶ † Quarta concluſio, ꝙ in
viro cõſtanti, & forti eſt virtuoſiſsimum eligere minus ma
lum pœnæ, vt vitet maius. Probatur. nam vir fortis, & con
ſtans agit ſecundum iudicium rectæ rationis: aliâs nec eſ-
ſet talis, nec virtuoſus. patet antecedens: probatur cõſequẽ-
tia: quia ratio recta dictat, quòd minus malũ pœnæ eſt eli-
gendum. ¶ Ex iſta concluſiune ſequitur, quod licet illud ad
quod induxit metus in viro inconſtanti ſit ſemper peccatũ
mortale veniale, in conſtanti non: quoniã illud ad quod in-
ducit metus inconſtanti viro, eſt malum pœnæ ſolùm. & iõ
licet inconſtans ſit duplex & mendax, conſtans tamen non.
His ſuppoſitis fatetur quòd domini Cardinales ſciuerunt
Bar. non eſſe Papam. dicit tamen quòd ex hoc non ſequiť,
quòd ex hoc peccauerint, vel diſcinderint eccleſiã Dei. Nã
ſcire Bar. non eſſe Papam, nec eſt per ſe peccatum: nec eſt
deceptio: nec vnquàm Cardinales habuerunt pro obiecto
velle decipere eccleſiam Dei: nec aliquod malum culpę ele-
gerunt, ſecundum primam concluſionem. Eandem opinio-
nem ſequitur alter in Theologia magiſter ingenio ſubrilis
valde, & etiam ſundat ſic: quia quandocunq; ad illudẽdum
iniquorum maliciæ pro morte propria & aliena vitanda, li
citum eſt abſq; reprę henſione in iuramentis, & ſcripturis
vti verbis æquiuocis, anologis, ſeu multiplicibus orationi-
bus. Inducit notata gloſſę. xxij. q. ij. ne quis arbitretur. ad me
dium primę gloſſæ. ver. qualiter autem. & c. quæritur. ſuper
verbo, ſoror. & . xliij. diſtinct. in mandatis. ſuper verbo. illu-
dere. Et hoc tenet Pet. de Tarentaſia in quæſtionibus ſuis de
præceptis. vbi quærit vtrum omoe mendacium ſit pecca-
tum. Et idem Raymõdus. li. j. ti. de mendacio. inducens exẽ-
pla de Iacob, de Àbraham, de Iheri. Geñ. xxvij. Geñ. xij. &
xx. iiij. regum. x. & Thobię. vj. imò ponit Raymõdus ꝙ ſi cõ
ſcientia ſua dictat ſibi, quòd debeat negare verum, vel affir
mare falſum ex iuſta cauſa: tunc enim non mentitur: quia
contra mentem non dicit. xxij. q. ij. primum. Licet alij hoc
non approbent iudicis exemplum: quod habetur. iiij. regũ.
viij. & quod legitur. xxij. q. ij. vtilem. inducit, quod habetur
Io. ij. vbi Ieſus dicit, ſoluite templum hoc, intelligens de cor
pore ſuo, & diſcipuli intelligebant de materiali. Nec talis cẽ
ſetur mentiri: quia iſte ſenſus licitus eſt ratione æquiuoca-
tiunis. Inducit exempla, quæ habentur eccleſiaſtici. xix. luc.
xxij. iudic. xx. Ioſue. viij. Facit, quia propoſitio ambigua ex
ęquiuocatione vnius termini nõ eſt tota negãda, ſed diſtin-
guenda, ſecundum philoſophum iij. elenchorum. & proba-
tur in iſta decretali. Aliâs enim quaſi omnia dicta ſacræ ſcri
pturæ ſauctorum, & Philoſophorum pro maiori parte eſ-
ſent falſa: cum requsrãt expoſitionem & diſtinctionem. Et
idem de communi ſermone, qui communiter eſt figurati
uus & tropicus: aliâs non excuſarentur ſancti patres à men-
dacio in dictis exemplis: nec Paulus actorum. xxiij. ibi: neſcie
bam fratres, quia princeps eſt ſacerdotum. Quod tamẽ Pau
lum non poterat latêre: quia notorium, ſecundum notata
in. c. ne quis arbitretur. Quod tamen ſaluatur, quia retulit
ſe Apoſtolus ad hoc quòd principatꝰ ceſſabat apud Iudęos.
Inducit quod habetur in. c. quæritur. allegato. Cùm ergo fi-
ctio poſſet tendere in bonum, & in malum, tendẽtes ad bo-
num finem, neq; mentiantur, neq; peccant. Modò verbum
eligo, vel eligimus, eſt æquiuocum ad electionem canonicã
& non canonicam. ſicut verbum deſponſo, de ſpon. cum lo-
cum. Sic ſaluatur æquiuocatio illius, qui dicit de imagine:
ecce beatum Ioan. Pet. vel Paul. aut franciæ regem & c. vbi
tamen maior eſt diſtantia veritatis. Nec obſtat. xxij. q. ſecun
da. nec artificioſo. quia hîc nullomodo eſt mẽdacium per-
uerſitas animi propter ſolum rectum finem, qui intendeba
16 tur. ¶ † Nec obſtat, quod habetur. iij. ſententiarũ. diſt. xxx-
ix. c. vltimo. vbi dicitur ſciendum eſt, quòd quacunq; arte
verborum quid iuret, Deus tamen qui conſcientiæ teſtis
eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, qui iurat, intelligit. Ad hoc eñ
reſpondet in ſimili Gulielmus Altiſsiodorẽſis. li. tertio, tra-
ctatu de mendacio. q. qua quærit, vtrum Iacob licite potuit
iuramentum firmare, quòd ipſe eſſet Eſau. & dicit ſic: dici-
mus, quòd bene potuit Iacob iuramentum confirmare: &
tamen ſi iuraſſet, intellexiſſet ſic Deus, ſicut Iſaac. Illa enim
authoritas intelligitur de illis, qui iurant per fraudem. hæc
ille. Nec eſt verum, quòd vnum dixerint, & aliud ſenſerint:
quoniam verbo eorum ſignificabant ad bonum intellectũ,
quem in corde ſentiebant: videlicet de electione non cano
nica, & tendebant celare hoſtibus veritatem: aliâs conclu-
derent contra Chriſtum dicentem ſe templum, intelligen-
tibus de templo Salomonis, ſecundum dictum magiſtrum.
Idem dixit alius magiter in Theologia Epiſcopus Seneteñ.
dicens quòd aliâs ſimilis conſequentia poſſet fieri de beata
maria virgine: quia appellauit virum ſuum Ioſeph patrem
filij ſui Ieſu Chriſti. Lucæ ſecundo arguendo ſic. Aut ſciuit
illum eſſe patrem Chriſti: & propoſitum habet hæreticus.
Aut ſciuit illum non eſſe patrem Chriſti: & ſic mentita eſt.
& ſic ampliùs ei credi non debet, & c. quod falſum eſt. Sol-
uiturʼ enim quòd intellexit de patre putatiuo. & ſic hîc Car
dinales qui dixerunt Bar. Papam, intellexerunt de papa pu
17 tatiuo. ¶ † Quidã verò dominus Cardinalis vtriuſq; iuris
doctor multùm ſolẽnis eandem concluſionem hoc modo
intelligit: præmittit enim, quòd peccatum mortale diſtin-
guitur à veniali ex fine. Si enim aliquis diſsimulet, & fingat,
quod non eſt propter ſuum vtile, vel delectabile: quia tunc
facit falſum & mendoſum propter ſe, poſtponendo Deum
& mandata eius: tunc eſt peccatum mortale. Si quis diſsimu
let. vel fingat, vt malum tollatur, & bonum publicum fiat:
talis diſsimulatio, vel fictio poteſt non eſſe peccatum mor-
tale: quia hîc ꝑponit Deum, propter quem talem diſsimu-
lationem vel fictionem operatur. Non enim voluntas agen
tis fertur in malum: nec habet malum pro obiecto. Excuſa-
re enim poteſt peccatum mortale bonus zelus in actibus,
qui non ſunt de genere malorũ: ſed ſe habent indifferenter.
& in talibus iudicium fit ex fine: quia ſi ad bonum finem, bo
ni ſunt: ſi ad malum, mali ſunt. Et tales actus ſunt illi de qui-
bus diſſeruimꝰ ſcilicet nominare, inthronizare, coronare,
& ſimilia. Inducit quæ ſcripſit Thomas ſecunda ſecundæ. q.
centeſima vndecima articulo vltimo, in fine: dicens diſsi-
mulatiooes hypocriſis, quòd non ſemper eſt peccatũ mor-
tale, ſed quandoq; veniale. Et quòd hoc diſcernitur ex fine:
ſi repugnat charitati Dei, vel proximi: tunc erit peccatum
mortale. Sed ſi finis intentus non repugnat charitati Dei,
nec proximi, erit peccatum veniale. vnde de tali dicit phi-
loſophus in. iiij. Ethycorum quòd magis videtur vanꝰ, quã
18 malus. ¶ † Secundò præmittit, quòd metus, ſiue coactio
conditiunalis in actibus, qui non ſunt abſolutè de genere
malorum, ſed ſunt indifferentes ad bonum, vel ad malum:
excuſare poteſt à peccato mortali: quia licet illa voluntas
procedat à libero arbitrio, non tamẽ producitur liberè ſim
pliciter actus: cum oſtendit, quòd ſi voluntas eſſet ſimpli-
citer libera, non faceret illum actum, qui producitur à vo-
19 luntate coacta, ſecundũ quid. ¶ † Tertiò præmittit, quòd
quicũq; debet fugere mortẽ, niſi eſſet neceſſaria cã, vel pars
maxima vtilis ad exaltationẽ fidei. Sed ſi eſſet maioris vti-
litatis viuendo, quàm moriendo: nunquàm debet ſe facere
interfici. Sponte enim ſe offerre morti abhorret natura.
Hoc docuit Ieſus ſaluator exemplo. Fugit enim in Egiptũ
puer. Et alibi dicitur, quòd dum iudæi leuauerunt lapides,
vt iacerent in eum, abſcondit ſe ab eis, & exiuit de tem-
plo. Sic Apoſtolus voluit ſe ſubmitti in porta per feneſtrã:
vt euaderet manus præpoſiti Damaſcenorum, videns ſe
ampliùs proficere viuendo & prædicandu, quàm feciſſet
moriendo. Sic domini Cardinales plus proficerunt agen-
do cum

do cum Bartol. ſicut egerunt, quam ſi ſponte ceruices ſuas impiorum gladijs ſubmiſiſſent: vt ſtatim clarius patebit. Non enim quis debet ſe ſponte morti exponere, quandiu remedium humanum ſupereſt: alás eſſet tentare Deum. ¶ Quibus præmiſſis dicit, quòd Cardinales ſciuerunt, & ſcire debuerunt Bartho. non eſſe Papam. Sed dicit, quòd ex hoc non ſequitur, quòd deceperint eccleſiam Dei imò ad vtilitatem eccleſiæ cum Bartho. ſic egerunt: quia ſi non feciſſent, maior pars Cardinalium interfecta fuiſſet. Et ſic ſponte ſe morti obtuliſſent: quod facere non debuerunt: vt dictum eſt. Item idolum in eccleſia remanſiſſet, & non verus Papa: quæ fuiſſet horribilis & deteſtanda eccleſiæ deceptio. ¶ Item ambitioſi & tyranni traxiſſent hoc in exemplum, & ſemper facerent in futurum impreſſiones in electione Papæ. vtilis ergo fuit talis actus: quare domini Cardinales potuerunt ex hoc non contrahere peccatum quia non intẽdebant decipere eccleſiam dei, ſed prouidere

20 ipſi eccleſiæ. ¶ † Item, quia in his quæ ſunt eſt de genere malorum, ſicut eſt furari, adulterari, & ſimilia, quæ ſunt capitalia vitia, determinatum eſt, quòd ſunt capitalia & mortalia. & talium peccatoribus non creditur: quia ipſos concomitatur infamia canonica, quæ ſola repellit à teſtimonio. Sed in alijs, quæ non habent ſpeciem mali, & non ſunt mala: vel quando poſſunt ſe habere indifferenter ad bonum, vel malum, de quibus Nouella poſt Abb. de vi. & ho. cleric. cum ab omni. in prin. eſt difficile iudicare peccatum mortale. & per conſequens infamiam canonicam interuenire. Nec aliquis ſanctus Doctor certam determinationem circa hoc peccatum tradidit. Nimis ergo præcipitatur ſententia, quando dicitur, quòd Cardinales mortaliter peccauerunt: cum non intẽderent decipere eccleſiam: nec malum

21 lum culpæ. ¶ † Item grauiſſimis peccatoribus eccleſiã credit, vt apparet de Balam idololatra, de Caypha, de Centurione, & ſimilibus, qui veras prophetias poſuerunt. ¶ Item Auguſt. trahit in teſtimonium de Chriſto gentiles: vt Virgilium, Ouidium, & alios plures. ¶ Item peccatoribus poſt peractam pœnitentiam creditur, ſi aliás ſpecialis iuris ordinatio ipſum non impediat. Scriptum eſt enim: Age pœnitentiam, & bona opera fac. Aliás nõ crederetur Apoſtolis, qui receſſerunt à Chriſto metu Iudæorum, & poſteà reuerſi ſunt: ſicut fuit Petrus, & aliqui alij, Ac etiam pauci boni teſtes aliâs reperirentur. ¶ Item, ſi fuit aliquod inordonatũ, illud eſt imputandum his magis, qui metum intulerũt, tanquàm cauſæ efficienti & principali, non dominis Cardinalib'. ¶ Alius verò dominus Cardinalis Doctor decretorum magnæ authoritatis eandem opinionem ſic deducit. Dicit enim, quòd illi, qui ex geſtis per Cardinales inferunt eccleſiam dei debuiſſe reputare Bar. eſſe verum Papam, prout dicta ratio præſuponit, non bene attendunt qualiter ipſi domini Cardinales ad hoc euitandũ collegialiter & particulariter ſcripſerunt & diuulgarunt, quantùm potuerunt per Italiam, Franciam, Angliam, Scotiá, Hyberniam, Hyſpanias, Alamaniam inferiorem, & aliâs partes orbis, quòd Bart. non erat Papa, ſed intruſus per violentiam Romanorum. & miſerunt ſolennes nuncios & legatos, qui etiam pro adſtruenda veritate de intruſione Bart. ſe expoſuerunt. & multi paſſi ſunt magna pericula, & aliqui duros carceres, & tormenta. Certè, qui ſic arguit, non bene attendit, quòd dicti domini Cardinales, prout in dictis eorum literis continetur, antequàm ingrederentur conclaue, requiſiti pluries per Romanos, & quandoq; cum cõminationibus magnis, quòd eligerent Papam Romanum, vel Italicum: aliquando reſponderunt in communi, & ad partem, per certos deputatos ſerioſius ipſos informari fecerunt: quòd ſi tales modos tenerent, electio, quam facerent, non valeret. Et qualiter aliqui ex ipſis dominis Cardinalibus hoc expreſsè dixerunt coram alijs in conclaui. & aliqui fecerunt ſuper hoc confici publica documenta. & qualiter aliqui nullum voluerunt nominare in Papam. & quomodo hoc non obſtante prout etiam continetur in dictis literis: Romani impreſſionem & violentiam per modum popularis publicę ſeditionis eis intulerunt, quandiu in conclaui fuerunt. Et alia multa habentur in dictis literis ad iſtud propoſitum, quæ luce clarius manifeſtant Bartho. non eſſe Papam. & quòd domini Cardinales hoc dixerunt ante factum, & in ipſo facto, & poſt factum vbicunque, & quandocunque potuerunt. vnde conſtat quòd domini Cardinales toto poſſe procurarunt, quòd eccleſia Dei non deciperetur, nec crederet Bartholo. eſſe Papam, ſed intruſum. & hoc publicarunt vbicunque, & quandocunque potuerunt. ¶ Et ſi dicatur, quòd Anglici, Vngarij, & Alamani, & alij multi prædictorum hoc neſcierunt, certè hoc non fuit culpa dominorum Cardinalium, ſed ipſorum, qui de veritate informari noluerunt: nec certificari etiam poſtquàm audierunt, qualiter aliæ gentes, Reges, & mundi Principes qui priùs tenuerant. Bartholo. eſſe Papam veritate comperta, ipſum tanquàm intruſum diuiſerunt, & abiecerunt, & condemnarunt. ¶ Et ſi dicatur, quòd omnis in hoc tardauerunt, & quòd potius debuiſſent ab initio omnia mala & mortem pati, quã feciſſe talia, per quæ Bartho. poſſet reputari & credi Papa. ¶ Reſpondetur, quòd cum nõ potuiſſent Romanorum propoſitum præcibus, vel rationibus immutare, nec effugere manus ipſorum, quinimo illi, qui effugere attentauerunt, coacti ſunt ad Bartho. redire: neceſſe fuit eos tenere modos, quos tenuerunt, vt poſſent exire manus & dominium Romanorum, & in loco tuto ſe congregare, & deliberare ſimul, quid eſſent facturi. Alioquin, interfectis omnibus Cardinalibus in vrbe reclamantibus, tota eccleſiam Dei perpetuò remanſiſſet ſub obedientia Bartholo. falſi pontificis, tãquàm veri ſummi pontificis, & Epiſcoporum præficiendorum, & ſucceſſorum ſuorum. Quoniam igitur domini Cardinales, ſi inconſyderatè & ante tempus opportunum, contra Barthol. loquuti fuiſſent, nil proficere potuiſſent, ſed radicaſſent fortius tantùm malum: prudentius fuit veritatẽ diſſimulare ad tempus & tacere, quàm inconſyderate, & ante tempus opportunum loquendo nil proficere, ſed radicare fortius tantùm malum. Sic enim in magnis periculis, & perplexis negocijs, attendendum & agendum fore & ponderandum inſtruunt iura & authoritates ſanctorum, quæ duritatem animæ, & neceſſitatem conſyderantes, & præferentes damno priuato maiorem, & publicam vtilitatem: quin imò propter neceſſitatem ac grandem eccleſiæ vtilitatem, ſic agentem excuſatum habere videntur à crimine quod aliâs incurriſſe videretur per actùs exteriores, ex quo ſeruat in anima puritatem & ſynceritatem. ij. q. j. multi. xj. quæſtione. uj. quod prædeceſſor vbi etiam ſanctus Bonifacius veniebat cõtra id, quod iurauerat priùs. Abſit enim q; ea, quę propter bonũ finem facimus, nobis imputentur ad culpam. ¶ His ſuppoſitis, cum dicitur quòd Cardinales pro nullo debuerunt decipere eccleſiã Dei: reſpondetur, quòd tota intentione & toto poſſe fecerunt, & procurarunt, quòd eccleſia Dei non deciperetur: vt eſt præmiſſum. Et vt hæc poſſent efficere & vitare, quòd ipſemet non haberent perpetuò adhęrere intruſo, licitum fuit eis tenendo modos, quos ipſi tenuerunt Romanis illudere: ſicut ſemper licet decipere publicũ hoſtem. & præſertim frangentem fidem, & rem publicam ſubuertentem. Nullos autem alios decipere voluerunt: nec certè Romanos in hac materia fallere, ſeu decipere potuerunt: quia bene ſciebant, quòd ipſi cogerant Cardinales ad Romanum, vel Italicum eligendum. Prætereà, vbi procuratur ſalus hominis, non poteſt prætendere ſe dolo, falſa pr omiſſione fuiſſe deceptum. de conuerſi. coniug. c. veniens. &c. dudum. hæc ille. Facit. j. c. proxi. ¶ Subdit ille dominus: cum dicitur, quòd melius eſt omnia mala pati, & c. ponderandum eſſe, quod dicit pati, quàm malo conſentire: quod interiorem

animum requirit præter actus exteriores. etiam non fuit in facto præſenti, imò ſemper fuerunt domini Cardinales pro veritate, & iuſticia in animis ſuis. hæc ille. Super quo vide notata Ioan. xiiij. diſtinctione quod ait. j. quæſtione. j. baptizandus glo. penulti. vbi de hoc per Archidiaconum ac Bern. Hoſtien. Nouellã, & Henric. ne clerici, vel monachi. c. non magno. vbi pulchrè de hoc. ¶ Facit. xxiij. quæſtione. iiij. recedite. & vij. quæſtione. j. aduerſitas. ¶ Item inducebat quidam dominus pro caſu exemplum de Ieſu quod habetur, quarti Regum. x. & xxij. quæſtione. ij. vtinã. qui exiſtens rex Iſrael, vt interficeret ſacerdotes Baal, quos aliâs interficere non poterat, idolum adorauit, cuius fictio commendatur in textu: vt videtur. Dicit enim in. c. x. allegato dominus ad Ieſu: quia ſtudioſè feciſti, quod rectũ erat, & placebat in oculis meis: & omnia, quæ erant in corde meo feciſti contra domum Achab, filij tui ſedebunt vſque ad quartam generationem ſuper thronum Iſrael. Et dictam fictionem dixit expreſſe Hiero. fuiſſe vtilem in dicto c. vtilem. in prin. ¶ Sed quidam domini hoc non admittebant, dicentes quòd Ieſu non fuit excuſatus à peccato idololatriæ, licet fuerit præmiatus temporaliter: fundantes ſe in dicto Thomæ, qui ſecunda ſecundæ quæſtione. centeſima. xj. articulo primo in ſolutione ſecundi argumẽti dicit, quòd ſimulationem Ieſu non eſt neceſſe excuſari à peccato, vel mendacio: quia malus fuit: vt puta ab idololatria Hieroboam non recedens commendatur, & temporaliter remuneratur à Deo, non pro ſimulatione, ſed pro zelo quo deſtruxit templum Baal. ¶ Sed ad veritatem vrget multùm in contrarium textus ille, qui in hoc quòd dicit: quia ſtudioſè feciſti, &c. Non enim, niſi in fictione huiuſmodi tale ſtudiũ conſiſtebat. Vrget & textus Hierony. quia peccatum mortale, quo Deus offenditur, & perpetua gehenna paratur, vtile dici non poteſt. ¶ Inducebam ergo & vnum, quod in veritate facti conſiſtit, videlicet, quòd dum domini prædicta in vrbe agebant, ipſi erant in tanto periculo conſtituti, quòd non audebant ſe congregare in vnum: imò, quòd non audebant inuicem vnus alteri in facto, vel in iure, aut ſua finali intentione ſuum animum declarare. Nec vnus cum alio deliberare in tanto facto, quid agendum foret: aut qualiter in eo procedi deberet. ¶ Ex quo infertur, quòd quilibet poterat intra ſe dubius, & ſcrupuloſus eſſe, non quidem propter ſe, ſed propter alios. ¶ Item eſt aduertendum, quòd quilibet ſcire poterat, & debebat, quòd ſua voluntas ſola, aut etiam voluntas paucorum quoad faciendum Barthol. eſſe, vel non eſſe Papam, non poterat, vel poterat ſufficienter operari. ¶ Ex quo infertur: quòd pendente huiuſmodi dubio debebat quilibet potius obedire, quàm ſe morti exponere ſine cauſa. Et quòd piè credendum eſt, ſic obedientem non peccaſſe. arg. viij. quæſtione. iiij. nonne. cum ſimilibus. ¶ Ex quibus patet reſpõſio ad prædicta obiecta. Primò enim non obſtant ea, quæ dicta fuerunt in quæſtione præcedenti, & quæ leguntur in iſta decretali: quia intelliguntur de communione inducente malum culpæ: cuiuſmodi non fuit iſta, vt ſuperius eſt oſtenſum. ¶ Nec obſtat, quòd dicitur: Aut ſciuerunt & cætera. quia illa eſt inſufficiens diuiſio: quia omittit caſum dubitationis valde probabilem vt ſuprà deduxi. Et cum dicitur quòd ſcientes Bar. non eſſe papam & communicantes cum eo excommunicato in diuinis non poſſunt excuſari à peccato propter metum: vt hîc. Dico, quòd hoc non eſt verum: quia comunicare cum excommunicato in caſu neceſsitatis non eſt peccatum mortale. vndecima quæſtione tertia capitulo, quoniam. de ſententia excommuni. ſi verè. & capitulo inter. ¶ Nec obſtat iſta decretalis. Nam metus inferebatur dominis per Romanos ea intentione, vt participarent excommunicato: cum Bart. excommunicatum non haberent per ea, quæ ſcripſi ſuprà. eadem decretali. in tertia oppoſitione. verſiculo. ſoluendum ergo. ¶ Nec obſtat, quòd inſtallando & coronando ſibi & alijs peccandi authoritatem dederunt: quia hîc non fecerunt ad illum inordinatum finem: nec cum tali intentione mala & corrupta. ſed hæc fecerunt, vt per ſuarum ſaluationem perſonarum: quia aliâs ſubitæ & deteſtabili morti expoſitæ, poſteà poſſet ecclesiæ ſalubriter prouideri. & tale ydolum ab eccleſia abijci & ſciſma exortum ſedari: quod ipſis peremptis fieri minimè potuiſſet. Nam ille nihilominus ſciens ſuam nominationem, prædicta authoritate propria recepiſſet & retinuiſſet. Patet, quia authoritate propria, vt electus per anteà in palatio Apoſtolico ſe intruſit, & poſt receſſum omnium Cardinalium ab eo ſtatim iſtum de facto retinere præſumpſit. Nec licet charitatiuè per Cardinales admonitus, illum dimiſit. & ideò cum peccatum iudicetur ex fine, vt. ff. de furtis. lege verum. cum concordantijs. & dictum eſt ſupra ex his peccatum non infertur. Et per hoc etiam ad conſenſum cooperationis eſt reſponſum. ¶ Et cum dicitur, quòd deceperunt eccleſiam dei dando ad intelligendum illum Papam eſſe, qui Papa non erat: Reſpondetur, quòd hoc non eſt verum: imò eccleſiæ potiùs prouiderunt. Expediebat enim eccleſiæ dei potiùs per tales modos euitare periculum mortis, tot & tantarum notabilium eccleſiæ columnarum, necnon & aliorum prælatorum & cæterorum omnium clericorum, & laicorum Curteſanorum citramonteſanorum: quia aliâs veriſimiliter, vt credit, omnes interfecti fuiſſent quàm reclamando & contradicendo dictas ſuas perſonas omnes exponere periculo prælibato. Et hoc maximè apparet conſyderanti finem exitus vtriuſque. Nam prædictis morti expoſitis ex morte nullum commodum, ſed plura incommoda eccleſia reportaſſet. & hoc præſertim, quia remanſiſſet ydolum forte perpetuum in eccleſia dei. Nam remanſiſſet. Bart. intruſus qui Anticardinales & Epiſcopos intruſiſſet, prout & fecit, qui Anticardinales illo mortuo alium intruſiſſet loco ſui: & ſic deinceps. quę fuiſſent maxima ac deteſtanda irremediabilis, ſaltem humanitos, deceptio eccleſiæ Dei. ¶ Prætereà ex hoc ſequutum fuiſſet aliud notabile malum in eccleſia Dei: quia per hoc, quòd ſic remanſiſſet Bartho. intruſus per violẽtiam perpetuò ſeculares poteſtates ambitioſos inſtantibus ex hoc ſumpſiſſent exemplum & occaſionem in electionibus Romanorum pontificum & aliorum Prælatorum violentias, & impreſſiones contra libertatem eccleſiaſticam electoribus inferendi: à quibus tamen malis exemplis abſtinendum eſt: vt ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. § qui abortionis. cum ſex concor. ibi ſignatis. Et ſaluatione verò dictarum perſonarum vltra alia bona, quæ ſalute perſonæ fecerunt poſteà, & facient in futurum, prouenerunt, ſeu prouenient multa notabilia bona. ¶ Primò quidem quia veritas detegitur, error confunditur: idolum de eccleſia Dei tollitur, & tanta deceptio eccleſiæ euitatur, ac tam pernicioſum exemplum aufertur: & tot & tanti boni viri ſaluti eccleſiæ reſeruantur, & tantum flagitum impeditur: iudicet igitur quilibet ſanæ mentis, quæ præponderent inter iſta. ¶ Et cum dicitur, quòd quodã modo idololatrarunt ponendo in eccleſia Dei idolum adorãdo pro vicario Ieſu Chriſti. reſpondetur, quòd ſyncera intentio, propter quã hoc faciebãt, excuſabat à peccato, etiam in caſu iſto. Nam iſti actus, eligere, inſtallare, & coronare non ſunt de per ſe meritorij, vel demeritorij, licet ratione circunſtantiarum adiacentium meritorij, vel demeritorij poſſent dici iuxta dicta notata in c. cum ab omni. & ideò fictio vtilis bonæ intentionis excuſet à peccato: vt probãt iura & exempla de fictione loquentia allegata ſuprà. eod. quæſtione. & ĩ. eo. c. j. in. ij. quæſtione. Nec enim eſt opus fictione in his quæ ſe non poſſunt habere, niſi ad bonum: cum veritas ibi obfuſcare habeat fictionem. C. de iure doti. l. in rebus. Nec in ſimpliciter malis cadere poſſit. quia illa nullam excuſationem recipere poſſunt: vt hic. ĩ. de reg. iuris. c. ij. in fine. Modo fictio in talibus facta propter bonum finem ex recta intentione vtilis eſt,

lis eſt, & peccatum non habet: vt probatur in dictis iuribus authoritatibus & exemplis. Modò Cardinales iſtos actus fecerunt ex bona intentione, & ad finem rectè ordinatum, eo modo quo proximè dictum eſt: igitur non peccarunt. Et fecerunt hoc ex cauſa rationabili, videlicet, propter metum iuſtiſſimum. Et cum dicitur, quòd talia non poſſunt fieri ſine peccato. negatur. Ideò non obſtat, quòd leuius apertè, quàm ſimulatè peccatur. Nec illuc quod ſimulatores prouocant iram Dei, & non venient in conſpectum eius. Nec illud, quòd ſimulatio eſt mendacium: quia hæc omnia intelliguntur de ſimulatione, quę ex mala intentione, & ad malum finem tendit: vt ſcripſit Thomas ſecunda ſecundę quæſtione centeſima. xij. articulo vltimo. Et ſi re vera peccaſſent: quod negatur propter tantum metum, venia digni forent: per ea, quæ ſcripſi ſupra in tertia quæſtione. Nec per hoc iuſtificaretur Bart. factum: cum conſtitutio canonica impreſſiua in electionem nullam reddens, puniat etiam electores, qui in culpa ſunt. ſ. de elect. c. quiſquis. Qualiter autem vis poteſt, vel non poteſt voluntati inferri, vide Thomam prima parte ſummæ. quæſtione. vj. articulo. iiij. & qualiter quod fit per metum voluntarium dici poſſit. ea. q. articu. vj.

22 ¶ † SEPTIMO quæritur, nunquid domini, qui aſſumptionem Bartho. ad Papatum per ſuas literas publicarunt, in hoc neceſſariò peccauerunt? & videtur quòd ſic quia pro quacunque re non eſt mentiendum, etiam pro ſalute hominis: quia omne mendacium eſt peccatum. Nec pro ſalute etiam infinitorum mendacium, ſeu quodcunque aliud peccatum minimum perpetrandum eſt: vt deduxit Anſelmus titu. deus homo. lib. j. c. xxiij. c. & de ſimilitudinibus. c. vltimo, & ad probandum, quòd omne mendaciũ ſit peccatum: cum etiam nullus hoc neget: ſufficit determinatio Auguſtini in libro de mendacio: quæ ponitur ſecundo ſententiarum diſtin. xxxviij. c. iij. vbi inquit Auguſtinus: Mihi videtur omne mendacium eſſe peccatum: ſed multùm intereſt quo animo, & de quibus rebus quiſque mentiatur. Non enim ſic peccat, qui conſulendi, ſicut qui nocendi voluntate mentitur. Idcirco ait Philoſop. iiij. Ethic. c. vij. per ſe autem mendacium improbum eſt fugiendum: verum autem, & bonum eſt, & laudabile. & pro hoc xxij. quæſtione. ij. c. primum eſt. cum nouem. c. ſequentibus. Sed domini Cardinales, vt videtur non poſſent à mendacio excuſari cum vnum ſcientes aliud ſcriberent: & ita contra proprias mentes. igitur nec à peccato. ¶ In contrarium facit, quod ſcripſi. ſ. quæſtione proximè præcedenti in multis partibus. & præſertim in § eandem opinionem. ver. nec eſt verum. & in § quidam verò domini. & § ſequenti.

¶ Facit, quia ſcripturæ à ſacerdotibus conſcriptæ, ſeu roboratæ quoquo ingenio per metum ab eis extortæ nullam vim habere debent: nec ipſis ſacerdotibus præiudicium, vel nocumentum afferre. xv. quæſtione. vj. c. ſi à ſacerdotibus. Quod fuit Alexandri Papæ. & tamen ſi induceret peccatum mortale, nocumentum afferret. ¶ Quid dicendum? reſpondetur, quòd cum illi per metum iuſtiſſimum in vrbe extortæ fuerunt, à peccato, & mendacio excuſantur domini, qui ſcripſerunt ſe Barthol. elegiſſe: quia verbum eligo eſt æquiuocum, & bene accipitur pro electione minus canonica, vt prædixi. Non enim apparet ratio, quare minus admitteretur in ſcriptura fictio, quàm in verbo. & tamẽ in verbo ęquiuoco indubitanter admittatur: vt probant iura, authoritates, & exempla in præcedenti quæſtione. & ſupra. c. j. in quæſtione. ij. allegata. Igitur & in ſcriptura æquiuoca cadit fictio. arg. ff. de verb. obliga. l. à Titio. in fine. facit quod notat Ioan Andr. de ſententia. excommu. conſtitutionem. libr. vj. gloſſ. iij. in fin. Et idem puto de illis, qui per metum nominaſſent, dixiſſent, vel ſcripſiſſent eum eſſe Papam: cum iſtud verbum Papa in vocibus, & in literis oſculis, & ſiguis ad papatus poſſeſſorem referri poſſit: vt clemẽ. ſi ſummus. de ſententia excommunicationis ¶ Imò etiam excuſarem à peccato, & mendacio, etiam dominos, qui per metum ſcripſiſſent illum concorditer gratia Sancti ſpiritus fuiſſe electum: quia omnes finaliter attraxit ſpiritusſancti gratia ad cõcordandum in illum: non ſiquidem, vt verus, & canonicus Papa foret: quia hoc fieri non poterat illo modo: ſed vt euitarentur illa mala, de quibus in quęſtione ſuperiori eſt dictum: cum enim ſecundum Apoſtolum Spiritusſanctus ſit ſpiritus conſilij, videlicet iuſti, & rati. Et conſilium euitandæ mortis iuſtum, & rectum hoc caſu fuerit: vt deductum eſt in proxima quæſtione à Spirituſancto piè exiſtimandum eſt proceſſiſſe: vt in beniniorẽ partem interpretatio fieret. Maximè, cum agitur de bono, vel malo in homine præſumendo. de ſcrutinio. c. vno de præſumpt. c. fin. ff. pro ſocio. l. meritò. & de dona. inter virum & vxor. l. Quintus. de regulis iuris. l. quoties nihil. & l. ea. § primo. cum ſimilibus. ¶ Fateor tamen, quòd ſi ſcientes eum non eſſe Papam dixiſſent, vel ſcripſiſſent eum fuiſſe canonicè inſtitutum, etiam per metum non excuſarentur à mendacio: etiam nec à peccato: quia verba talia adeò certa ſunt, quòd recipere æquiuocationem non poſſunt: ſicut in certis non eſt locus præſumptioni, nec cõiecturis. ff. de verb. obliga. l. continuus. § cum ita. & de ſupellec. lega. l. Labeo. ad finem. cum concor. ibi ſignatis. Et ſic procedunt omnia in contrarium allegata. Vide ſuper hoc Thomam prima ſecundę quæſtione. vj. articulo quarto, & vj. quæſtione. lxxj. articulo. v. ante ſi. quæſtione. lxxiij. articulo. vj. circa medium.

23 ¶ † OCTAVO quæritur: ſuppoſito, quòd Cardinales in his peccaſſent: nunquid ex hoc cenſeri deberet tantùm fuiſſe attenuata eorum opinio, ſeu fides, quòd literis eorundem ſcriptis in loco libero collegialiter, per quas eorum minas, & modum intruſionis ipſius Bartho. vniuerſo clero, & populo publicauerunt, minus ſit credendum? & videtur, quòd ſic: tum quia variarunt etiam ex interuallo. de teſti. cogen. prætereà. cum ibi notatis. Tum, quia viles facti ratione delicti, non videntur ad teſtimonium admittendi. de teſtib. c. teſtimonium. cum ibi notatis. ¶ In contrarium vrgent ea, quæ ſcripſi. ſ. quæſtione. vj. § quidam verò dominus. verſi. Item quia in his. Quæ probantur per ea, quæ leguntur, & notantur in. c. teſtimonium. allegato. videlicet quia, qui peccarunt, ſi non perſeuerant in peccato, nec eos concomitatur infamia: idonei teſtes eſſe poſſunt: vt in dicto. c. legitur & notatur. ¶ Modò conſtant, quòd domini ſi peccarunt in peccato huiuſmodi non perſeuerarunt: Nec diceret aliquis, quòd ex hoc concomitaretur infamia: cum peccatum huiuſmodi ſi aliquod fuit, non poſſit dici notorium: vt patet ex notatis ſupra in proxima quęſtione. ¶ Prętereà quis ob ſolum peccatum ſine periurio non eſt regulariter. à teſtimonio repellendus. de accu. c. inquiſitionis. § ad hoc. ver. aut etiam. ibi. niſi forſan. ¶ Prętereà, quia in caſu, qui non poteſt probari, niſi per certos, illi ad teſtimonium admittuntur etiam ſi aliâs admittendi non eſſent. c. tertio loco. cum concordan. ibi ſignatis in ſecunda gloſſa. & de teſtib. cogendis. c. vltimo. & cum ibi notatis in fine vltimæ gloſſæ, & in concordantijs ibi ſignatis. Nec obſtare poteſt variatio, quia depoſitio facta in loco libero, ſolummodo attendenda eſt: vt. c. ſi ſacerdotibus. allegato. & xxxj. quæſtione. ij. Lotharius. ¶ Prętereà teſtis varians & variationem probabiliter excuſans, & incontinenti. s. arbitrio boni viri, quàm citius commodè poteſt, errorem corrigens. bene auditur: vt patet ex his, quę leguntur, & notantur per Hoſtien. & Nouellam in. c. prætereà. allegato. Modò domini cauſam variationis ex metu iuſtiſſimo veridicè iuſtificant, ſic quòd non variatio ſed correctio in melius dici debet, quod laudatur in fine in authenti. de nup. in fine primę columnę. de reſcrip. ab excommunicato de vſu palij. niſi ſpecialis. de accuſationibus. qualiter. de appellationibus. cum ceſſante. ff. de re iudi. quod iuſſit. Et citius quàm commodè potuerunt, fece-

runt hanc correctionem: quia non fuerunt auſi eam facere in vrbe: cum metus duraret etiam maior, quàm ante. Nec etiam poſt receſſum ab vrbe, donec veniret ad eos pro eorum tuitione gens armorum. Sed incontinenti, quòd applicuit ad eos gens armorum, ad dictam correctionem proceſſerunt. Et ita hæc fecerunt citiùs, quàm commodè potuerunt. arg. eorum, quæ leguntur & notantur per gloſſam & Bartolum. ff. de vi & vi armata. l. tertia. §. cum igitur. & Bernard. de loca. c. potuit & de homici. c. ſignificaſti. & Cyn. C. vnde vi. l. j.

24 ¶ † NONO quæritur, Quibus imputari debeant deceptio eccleſiæ, de qua ſupra, ac ſciſma, ſcandalum, &c. infinita mala, quæ occaſione huius facti in Dei eccleſia, probdolor, contigerunt? & videtur quòd dominis Cardinalibus: quia ipſi huiuſmodi Bart. intruſionem, ex qua hæc ſequuta ſunt, fecerunt. & qui cauſam, ſeu occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. penultimo. cum concordan. multis ibi ſignatis. & infra de teſtibus. ſicut nobis. vbi de huc in gloſſ. iij. verſicu. ad hoc concordan. multæ. Et de homicid. decæterò. vbi de hoc per Henricum. & præſertim eſt hoc verum, quando talis ſic faciendo dedit operam rei illicitæ: not. per Bern. & Hoſtien. in dicto. c. ſicut nobis. & ibi probatur etiam per Henricum poſt alleg. in. c. decæterò. allega. & ibi etiam probatur. Et pro hoc etiam. ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. j. ff. ad leg. cor. de ſiccar. l. nihil. & infra de iniurijs. c. fina. cum ſi. Modò Cardinales videntur dediſſe cauſam malorum iſtorum perperam intrudendo idolum in eccleſia Dei, & ipſum illicitè adorando. ¶ Solutio, dicendum videtur, quòd non à facto Cardinalium cenſenda ſunt mala iſta proueniſſe: quia in illo magis pati, quàm agere videbantur: quia ad hoc per Romanos cogebantur inuiti. Et quia operam rei illicitæ non dederunt: vt deductum fuit, in ſexta, & ſeptima quæſtionibus, & diligentiã quam potuerunt, adhibuerunt. Nam ſicut fuit oſtenſum in octaua queſtione, verſi. præterea teſtis ſtatim quòd potuerunt, errorem eccleſiæ detexerunt. Modò talibus ſequentes euentus impingi non debent. xxiij. quæſtione. v. de occidendis. ff. ad legem Aquiliam. ſi putator. in fine. Et. eo. titu. inſtituta. §. item ſi putator. Et ſic notaruut Bernard. & Hoſtien. in. c. ſicut nobis. allegato & Henri. in dicto. c. decæterò. ¶ Quibus igitur imputari debent? Reſpondeo quòd Romanis principaliter: quia ipſi rem damnatam & illicitam committendo, Cardinales ad hæc per metum mortis cõſuluerunt. Et ita per culpam ſuam cauſam dederunt omnibus iſtis malis. Et per conſequens eis debet meritò imputari per iura in principio allegata. Dans enim operam rei illicitæ, tenetur de caſu ſequenti: vt. c. ſicut nobis. & ibi notatur notatur per Bernardum & Hoſtien. Et. c. de-
25 cæterò. alleg. & ibi notetur per Henri. ¶ † Nec fuit hoc nouum: quia reperio. xxiiij. alia ſciſmata per Romanos in dei eccleſiam introducta. Primum fuit Anno domini. ccc. lxvj. cum Papam Liberium hoc nomine primum, natione Romanum: quia in Arrianorum hæreſim noluit conſentire de Papatu eiecerunt, & in exilium tranſportarunt, & quendam præsbiterum nomine Fęlicem in ſedem Apoſtolicam intruſerunt. Poſteà verò, quia Liberius exilio fatigatus in dictam hæreſim conſcripſit, eum ad Papatum reuocarunt, & prædictum fœlicem, vt catholicum decollarunt, quem Liberium, vt hæreticum immediatè ſequens Papa Damaſius condemnauit. ¶ Secundum ſciſma fuit Anno domini quingenteſimo, quo anno Papa Symmachus hoc nomine primus, natione Sardus, per potentiam Romanorum à ſede Apoſtolica eijcitur, & quidam Laurentius intruditur. Sed poſt temporis proceſſum Symmachus reſtituitur, & Laurentium Antipapam prædictum fecit Epiſcopum Nicernium. ¶ Tertium ſciſma fuit Anno domini. dxxxj. quo anno Papa Bonifacius ſecundus natione Romanus per violentiam Romanorum à Papatu eijcitur, & quidam Dioſcorus dictus intruditur. ſed mortuo hoc intruſo Bonifacius ab exilio reuocatur, & ad ſedem reſtituitur. ¶ Quartum ſciſma fuit Anno domini. ccccxxx. vij. quo anno Romani Papam Siluerium hoc nomine primum, natione Campanum à Papatu de poſuerunt: quia Antonium propter hæreſim ab Agapito Papa primo noluit reuocare. & quidam Vigilum intruſerunt, quem poſteà pœnituit, & pro fide vitam martirio conſummauit. ¶ Quintum ſciſma fuit Anno domini ſexcenteſimo nonageſimo octauo, quo anno Romanorũ patronus electus eſt in Papam, natiotione Romanus, quem leonem tertium vocauerunt, cui quàm plures obedire voluerunt. & quia Romanorum patrocinio eſt electus in catalogo Romanorum pontificum in multis chronicis non habetur, neque in chronicis Romanorum, neque etiam in decreto: ſed ſequens loco Papa Leo tertius nominatur. ¶ Sextum ſciſma fuit Anno domini. cccccccvij. quo anno quidam natione Romanus in Papam eligitur, Siſimusq; appellatur. hic ſedit diebus. xx. tantùm: cuius tempore in eccleſia fuit magnum ſciſma quibuſdam ex Romanis ei obedientibus, quibuſdã contradicentibus. ¶ Septimum ſciſma fuit Anno domini quingenteſimo ducenteſimo ſexageſimoſeptimo, quo anno quidam natione Romanus ex layco ſubitò clericus factus per violentiam Romanorum in ſedem Apoſtolicam intruditur, & Conſtantinus ſecundus appellatur: Sed poſt annum expellitur, intruditur, excœcatur, & quidam natione Siculus in Papam eligitur, & Stephanus ſecundus appellatur. ¶ Octauum ſciſma fuit Anno domini quingenteſimò ducenteſimo ſexto, quo anno quidam natione Romanus canonicè Romæ in Papam eligitur: & Leo tertius appellatur. hic poſtmodum à Romanis capitur, excœcatur, ac lingua priuatur, & à Roma expellitur. Sed dei omnipotentia viſus & loquella ſibi reſtituuntur: & ad Regem Franciæ pergens, cum eodem rege Romam redijt. Et facta vindicta de ſuis inimicis Romanis ad ſedem reducitur per Regem Francię Carolũ nuncupatum. ¶ Nonũ ſciſma fuit Anno domini quingenteſimo quadringẽteſimo quarto quo annu quidã natiõe Romanus in Papam eligitur, & Leo quintus dicitur: hũc auxilio Romanorũ quidã Chriſtophorus pręſbiter Cardinalis cœpit, & in carcerem detruſit, & Papatum inuaſit, ac in ſede Apoſtolica ſe intruſit. Sed poſt hęc Chriſtophorus expellitur, & Leo reſtituitur: quo mortuò, Sergius Papa primus eligitur, qui Chriſtophorũ prædictum cœpit, & vt inuaſorẽ martyrio mancipauit. ¶ Decimũ ſciſma fuit Anno domini quingẽteſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, quo quidam filius Papæ Sergij prædicti auxilio Romanorum Papatum inuaſit: ſed poſt à populu Romano, vt inuaſor & à complicibus comitis Guidonis capitur, & ſtrangulatur, & quidam ſubrogatur: quo poſtmodum etiam expulſo, quidam alter, qui Ioannes appellatur, ſubrogatur: Sed poſt eijcitur. ¶ Vndecimum ſciſma fuit Anno domini quingenteſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, quo quidam Octouianus natione Romanus, viuente Papa Agapito: vt, eodem defuncto, eligeretur. Tractatu facto per nobiles Romanorum, iuramento firmato defuncto Papa prędicto, in Papam eligitur: & Ioannes vndecimus nominatur, à generali cõcilio Epiſcoporũ Italię vt malus, criminioſus deponitur, & Leo Romanus adhuc laicus ſubſtituitur. Sed Ioannes à Romanis iterum recipitur, & in ſede Apoſtolica collocatur &, ſynodo conuocata, Leonem depoſuit ante dictum. ¶ Duodecimum ſciſma fuit Anno domini quingenteſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, quo anno viuente Leone Papa, quidam natione Romanus, à Romanis intruditur, & Benedictus qnintus appellatur: propter quod Imperator Romam veniens illam obſedit, & Romani hunc Benedictum ei tradiderunt, qui Leonem in ſedem ſuam reſtituit, & Antipapam illum Benedictum in Saxoniam exilio relegauit,

& in

& in Ambuth. moritur: & ibidem ſepellitur.

¶ Tertiumdecimum ſciſma fuit Anno domini quingenteſimoquadringenteſimoſeptuageſimoſecundo, quo anno Romani quendam natione Romanum in Papam per violentiam intruſerunt, & Bonifacium ſeptimum vocauerunt, prius tamen Benedictus verè Papa ſextus. Idcirco & poſtmodum ſtrangulatur.

¶ Qartumdecimum ſciſma fuit Anno domini quingenteſimouonageſimoſexto, quo Anno quidam dictus Bruno natione Saxus, ad inſtantiam Imperatoris in Papam electus eſt, & Grægorius quintus appellatus. Sed poſt paruum tempus Romani quẽdam Creſcentinum dictum Epiſcopũ de legatione Conſtantinopolis cum magna pecunia reuertentẽ in Papatum intruſerunt, quem Ioan. decimumſextum nominarunt, & prædictum Papam Grægorium eiecerũt: Sed Imperator poſtmodum hunc Ioannem eiecit, & decapitauit, & Papam Grægorium ad ſedem reſtituit.

¶ Quintumdecimum ſciſma fuit Anno domini milleſimo duodecimo, quo Anno in Papam quidam natione Tuſculanus eligitur, & Benedictus octauus appellatur. Sed ad tempus per Romanos eijcitur, & alius quidam intruditur, propter quod maximum fuit ſciſma.

¶ Sextumdecimum ſciſma fuit Anno domini milleſimo trigeſimoſexto, quo anno quidam natione Tuſculanus in Papam eſt electus, & Benedictus nonus vocatus. Hic poſteà per violentiam Romanorum à Papatu eijcitur: & Cardinalis Epiſcopus Sabienſis intruditur, & Siluefter vocatur. ſed poſt eijcitur, & Benedictus prædictus reſtituitur. Sed poſtmodum iſte Benedictus rurſum eijcitur, & quidam Ioannes Archipræsbiter ſancti Ioan. Ante portam latinam in Papatum intruditur, & Grægorius ſextus nominatur. Iſte cum eſſet literarum neſcius, ſecum fecit quẽdam alium in Papam conſecrari ad vices eccleſiaſtici officij exequendas: poſt tertius in Paparum ſuperinducitur, vt ſolus vices illorum duorum exequeretur: & altercantibus de Papatu duobus contra vnum, & vnus contra duos, Imperator contra eos Romam acceſſit, facta ſinodo canonica, & Imperiali cenſura illos tres depoſuit, & ſinderum Mardeburgarenſem Epiſcopum in Papam ipſum inſtituit, qui Clemens ſecundus eſt vocatus.

¶ Decimumſeptimum ſciſma fuit Anno domini milleſimo quinquageſimo, quo Anno per violentiam Romanorum quidam in Papatum intruditur, & Damaſius vocatur cui per omnes non obediebatur: ſed infra. xxiij. annos ab intruſione eſt defunctus.

¶ Decimumoctauum ſciſma fuit Anno domini milleſimo ſexageſimoſecundo, quo Anno Lucanus Epiſcopus natione Mediolanus in Papam concorditer à Cardinalibus eſt electus, & Alexander ſecundus vocatus. Sed poſt quidam Cadulus dictus Parmenſis Epiſcopus ab omnibus Lombardis Epiſcopis in Papam eſt electus, allegando, non deberem in Papam eligi, niſi de paradiſo Italiæ. Fuit tunc magnum ſciſma, multaque ſequuta homicidia: tandem Alexander approbatur, & Cadulus reprobatur.

¶ Decimumnonum ſciſma fuit Anno domini milleſimo ſeptuageſimoquarto, quo anno quidam natione Ethruſcus Ildebrandus vocatus in Papam canonicè à Cardinalibus propter eius vitam laudabilem eligitur: & Grægorius ſeptimus appellatur. Poſtmodum verò plurimi Epiſcopi ſeditioſi apud Brixiam conuenientes auxilio Imperatorum Romanorum fieri quendam Gilbertum Epiſcopum Rauennatem in Papam elegerunt, Clementemque vocauerunt. & in ſede Apoſtolica Romæ intruſerunt auxilio Romanorum. & concertantibus Papa Grægorio, & Cardinalibus ad caſtrum ſancti Angeli, ibique ſunt obſeſſi: ſed per quendam Robertum Guiſtardum de Apulia liberantur, & Grægorius reſtituitur: ſed poſt electus intruſus Romam reuertitur, & Grægorius exulans Salernum venit, & coruſcans miraculis moritur. Intruſus verò Romæ mala morte defunctus eſt.

¶ Vigeſimum ſciſma fuit Anno domini milleſimo nonageſimonono, quo anno quidam natione Thuſchus in Papam Romæ eligitur, & Paſcalis ſecundus appellatur. Hic à clero Romano à ſede ſua eijcitur, & tres videlicet Albertum, Agnulphum & Theodorum ſucceſſerunt ei, diuerſis temporibus in ſede Apoſtolica intruſerunt, ſed infra annum à Papa Paſcali confuſi, & proſtrati ſunt.

¶ Vigeſimumprimum ſciſma fuit Anno domini milleſimo centeſimovigeſimo, quo anno filius Comitis Burgundiæ Archiepiſcopus Viennenſis Guido dictus à Cardinalibus in Burgundia in Papam eligitur, & Calixtus ſecũdus nominatur, Sed Romæ à Romanorum Imperatore quidam dictus Burdinus Hiſpanus intruditur: ſed Calixto Romam veniente, intruſus fugit, & Sutrium ſe recepit. Sed Papa Calixtus ibi eum obſedit, & cepit, & ante ſe in aſino verſa facie ad tergum habens caudam aſini pro freno vſque Romam ante ſe præcedere fecit: quem Papa in arce fimionis retruſit, vbi ignominioſè obijt.

¶ Viceſimumſecundum ſciſma fuit Anno domini milleſimo centeſimotrigeſimo, quo anno Romæ defuncto Papa Honorio, eadem die electi ſunt ad Papam duo, ſcilicet, Grægorius ſancti Vincentij Cardinalis, qui Innocentius ſecundus eſt appellatus, & Petrus Leonis Cardinalis ſanctę Mariæ ruſcubeam, qui Anacletus eſt dictus, & celebratis concilijs generalibus, Innocentius in Papam confirmatur, & Petrus Leonis reprobatur, & anathematizatur.

¶ Viceſimumtertium ſciſma fuit Anno domini milleſimo centeſimoquinquageſimonono, quo anno mortuo Adriano Papa Cardinales adinuicem diuiſi duos ſibi ſummos pontifices elegerunt, ſcilicet Rolandum cancellarium natione Thuſcum, qui Alexander tertius appellatur, & Octouianum, qui victor nominatur: Romanorum autem quidam vni, quidam alteri adhæſerunt. Rex Franciæ Ludouicus, & Rex Angliæ Henricus cum ſuis Alexandrum in Papam receperunt. Fredericus autem huius nominis Imperator primus Octouiano adhæſit: & nouendecim annis in tali ſciſmate perdurauit: quo tempore mortuò Octouiano, qui Victor à ſuis dicebatur, intruditur, in Papam Guido Cremonenſis Epiſcopus reeligitur, qui Paſcaſius fuit dictus: quo mortuò intruditur quidam dictus Lardo, qui Innocentius nominatur: Primi tres fuerunt præsbiteri Cardinales. qui omnes quatuor mala morte perierunt: quibus mortuis Alexander Romam reducitur, & ibi conciliũ celebrauit, & Imperatorem prædictum ad veniam recepit, & tunc Papa ponens pedem ſuum ſuper ceruicem Imperatoris ipſum conando, dixit. Super aſpidem, & baſiliſcũ ambulabis, & conculcabis Leonem & draconem.

¶ Vigeſimumquartum ſciſma fuit Anno ab incarnatione domini milleſimo trecenteſimoquadrageſimo tertio, quo Anno de menſe Maij Ludouicus dux Bauariæ, qui in imperium ſe intruſerat, & imperatorem ſe nominabat viuente Papa Ioanne vigeſimo ſecundo. Huius multæ & elegantes extant decretales, quæ extrauagantes appellantur. Eo verò in Auinione reſidente, ac contra dictum intruſum Imperatorem procedente Romę auxilio Romanorũ quendam de ordine fratrum minorum profeſſorem, vocatum fratrem Petrum Rauillucij de Corbario, de diœceſi Artatinæ in Papam fecit eligi, & cõſecrari, ac coronari, eique dicto Romano pontifici dictus Ludouicus fidelitatem promiſit, ipſumque tenuit, & defenſauit. Hic fecit ſe vocari Nicolaum quintum, & Romæ fecit vnam ordinationem Anticardinalium: hic Antipapa vxorem habuit Ioannam monachi de Corbario: qua viuente & renitente, ipſe habitum ordinis fratrum minorũ recepit, & regulam profeſſus fuit. & Antipapa poſtmodum eſt effectus: poſtque captus Piſis ad obedientiam Papæ Ioannis apud Auinionem

venit, & veniam poſtulauit, & obtinuit: quo peracto vxor eius Ioanna ipſum repetijt, & coram Epiſcopo aretino libellum obtulit, & pro ſe ſententiam obtinuit. Sed ipſe ſententiæ non paruit, ſed in domo fratrum minorum Auinione moram traxit, & ibi obijt.

Vigeſimumquintum ſciſma fuit Anno domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimooctauo, quo anno defuncto Romæ Papa Gręgorio vndecimo, vigeſimoſeptimo die menſis Martij ſequenti immediatè menſe Aprilis decimo die illius menſis per notoriam, & manifeſtam Romanorum impreſſionem per Cardinales metu mortis, aliâs non facturos, quidam Bartholomæus de Pingnano tunc Archiepiſcopus Barenſis de Ciuitate Neapolitana in Papam nominatur: Vrbanusqꝫ ſextus appellatur, & perſeuerantibus eiuſdem violentia atque metu inthroniſatur, & coronatur. Et ferè per duos menſes ab omibus Cardinalibus & reuerentijs, & alijs conſuetis, vt Romanus pontifex pertractatur, & nominatur. Poſtque cautelosè omnes Cardinales de Roma exierunt, & Anagniam peruenerunt, dempto vno, qui infirmus Romæ remanſit, & obijt. Poſtque in Anagina ciuitate Cardinales ſæpe & ſępius etiam de ſcipſis ad eundem intruſum miſerunt tractantes, quòd deſereret ſedem Apoſtolicam occupare: quod cum noluiſſet: in eccleſia Cathedrali celebrata miſſa ſolenniter de Spiritu ſancto ex facto ſermone per Patriarcham Conſtantinopolitanum declararunt palam & publicè ibi per eorum proceſſum dictum Barthol. per metum mortis, aliâs non facturos, ſe illum in Papam nominaſſe, & Papam non eſſe, ſed potiùs Antipapam. Quæ declaratio facta fuit nona menſis Auguſti eiuſdem anni, & poſt eodem anno vigeſimo die menſis Septembris. in ciuitate Fundorum, Cardinales concorditer elegerunt dominum Robertum de Gehennis, tunc Cardinalem præsbyterum tituli Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, qui fuit, & eſt Papa Clemens ſeptimus nominatus, ex quibus ſequutum eſt magnum ſciſma, & vſque hodie perſeuerat exiſtente prædicto Papa Clemente in Auinione cum omnibus Cardinalibus. Intruſo Romę remanente cum ſuis Anticardinalibus, fauente eidem communi populo Romanorum.

¶ Prædicta autem ſciſmata extraxi eo modò, quo ſupra ſunt ſcripta, de quodam tractatu ſuper materia dicti vltimi ſciſmatis ædito à venerabili fratre Nicolao Eymerici ordinis fratrum prædicatorum in Aragonia inquiſitoris hæreticæ prauitatis, & in theologia magiſtro, & hoc Auinioni ſub anno domini milleſimo trecenteſimooctogeſimoquarto, & de menſe Maij, dominis duce Bituriæ & Armaniaci conuenarum, & inſulæ comitibus exiſtentibus cum dicto domino Clemente.

¶ Item ſciendum, quòd ſciſmata vigintiquinque ſub alia forma recitata reperies in fine huius libri poſt finem. c. vltimi. infra de arbitris. quæ tamen cum iſtis pro maiori parte coincidunt.

¶ Item etiam dico, quòd prædicta mala ipſi Bartholomęo intruſo non modicum imputanda ſunt: quia violentiæ, & impreſſioni conſenſit, illam ſciens & electioni per eam factæ ſcienter aſſenſum præbens, & licet per dominos charitatiuè pluries requiſitus, ab ea recedere nolens. Talis enim magis proximam cauſam his malis dedit, & ideò tenetur, cum cauſa magis proxima pre alijs ponderetur. ff. de condictione ob turpem cauſam. l. penultima, & ff. locati & conducti. l. qui domum. ſi bene inducatur, & inſpiciatur. & infra de homicidio voluntario, vel caſuali. c. exhibita. Et notant Bernardus, Hoſtienſis, & Henricus eodem titulo. de cæterò. allegato. Et bene apparet malus homo, & modicæ conſcientiæ: quia cum ſolùm de ſuo temporali faſtigio ageret ſecundum deum, & veritatem ſibi debebat eligibilius eſſe dimittere ſtatum illum, vt ſic pacificaretur eccleſia, & tolleretur tantum ſciſma, quàm retinere, etiam ſi ius haberet propter exempli perniciem, ſicut dicitur feciſſe beatus Clemens, & ne ex hoc tot mala in Dei eccleſia ſequerentur. ſed re vera eum damnata ambitio totaliter excecauit. ¶ Dico etiam quòd alia fuerunt, quę magnum fomentum dederunt iſtis malis. Et primò Romanorum, & aliorum cupiditas: quia volebant apud ſe curiam, & eius commoda retinere.

¶ Secundo multorum ambitioſitas. Illi enim qui à Bartholomęo pingues gratias, & promotiones habuerunt, quas amittere timent.

¶ Tertio contra Galicos concepta odioſitas, videlicet per Italicos, Anglicos, & Alamanos, eo quòd Gallici tanto tempore ſedem Apoſtolicam poſſederunt.

¶ Quarto multorum nimis propera & præcipitata credendi facilitas: quia audita violentia, & impreſſione, quæ in Bartholomæi intruſione notoriè interuenerūt, debuerunt fideles antequàm crederent expectare, quòd domini Cardinales eſſent in ſua libertate: & tunc declaraſſent mentes ſuas. & qui prius in Bartholomęum crediderunt, iudicium præcipitarunt, & ſeipſos decœperunt.

¶ Quintò multorum obſtinata, & indurata pertinacitas: quia ſunt plures Reges, principes, populi, & nationes, quæ quaſi ignorantiam, & damnationem affectatam ſibique & ſaluti ſuæ ac veritati obijcere ponentes nedum obturando aures ſuas in hac materia tam in facto, quàm in iure, informationes veras, & bonas audire negligunt, & contemnut. Imò pro tuto poſſe impediunt: quo minus perueniant ad eoſdem.

¶ Sextò fortè in cauſa peccata noſtra, propter quæ forſan diebus noſtris deus voluit affligere eccleſiam ſuam: allegationes cauſa breuitatis omitto.

26 ¶ † Nonò, quia hîc dicitur, quòd metus non excuſat à mortali peccato: quod non poteſt eſſe, niſi voluntarium: quæro quid, & qualiter vis, vel metus in voluntate immutet? Et hîc ter recitabo dicta Thomæ, quæ videntur mihi valde vtilia. ¶ Et hîc duo principaliter videamus. Primum eſt vtrum, vel qualiter vis poteſt voluntati inferri. ¶ Secundò vtrum, & qualiter metus cauſet inuoluntarium. ¶ Ad primum reſpondet Thomas prima parte ſummæ ſuæ articulo quarto dicens quòd duplex eſt actus voluntatis, vnus quidem qui eſt eius immediatè, velut ab ipſa elicitus, ſcilicet, velle. ¶ Alius eſt autem actus voluntatis à voluntate imperatus, & mediante aliqua potentia exercitus: vt ambulare, & loqui: qui à voluntate imperantur mediante potentia motiua. Quantùm igitur ad actus à voluntate Imperatos voluntas poteſt pati violentiam in quantum per violentiam exteriora membra impediri poſſunt: ne Imperium voluntatis exequantur: ſed quātùm ad ipſum proprium actum voluntatis non poteſt ei violentia inferri. Et huius ratio eſt, quia actus voluntatis nil eſt aliud, quàm inclinatio quædam procedens ab interiori principio cognoſcente: ſicut appetitus naturalis eſt quædam inclinatio ab interiori principio, etiam ſine cognitione tamen. Quod autem eſt coactum, vel violentum eſt ab exteriori principio: vnde contra rationem ipſius actus voluntatis eſt, quòd ſit coactus, vel violentus: ſicut eſt & contra rationem naturalis inclinationis, vel motus. Poteſt enim lapis per violentiam ſurſum ferri. Sed quòd iſte motus violentus ſic ex eius naturali inclinatione eſſe non poteſt. Similiter etiam poteſt homo per violentiam trahi. Sed quòd hoc ſic ex eius voluntate repugnat rationi violentiæ. Ideò dicit Auguſtinus quinto de ciuitate Dei, ꝙ ſi aliquid fit voluntate, non fit ex neceſſitate. Et ſic quod fit ex voluntate, non poteſt eſſe coactum. Et ſic repugnat violentia naturali eſſentiæ voluntatis. argumento. ff. de actionibus, & obligationibus. l. ſub hac. & eodem titulo. C. l. ſicut. ff. de adimendis, & transferendis legatis. l. rem legatam. & de legatis tertio. l. fideicom.

miſſa

miſſa.§.quanquàm. cum ſimilibus. ¶ Non obſtat, quòd à deo præpotentiori agente cogi poſſit voluntas: quia Deus, qui eſt potentior, poteſt mouere voluntatem humanam ſecundum illud prouerbiorũ. xxj. Cor Regis in manu Dei.& quocunq́ voluerit, vertet illud. Sed ſi hoc eſſet per violentiam, iam non eſſet coacta voluntas: nec ipſa moueretur, ſed fieret contra ipſam. Nec obſtat, quòd voluntas, & volens motum, vt dicit philoſophus. iij. de anima. Et ita vis paſſiua mutabilis ab actiuo ſuo: quia nõ ſemper eſt violentus motus, quando paſſiuum mutatur ab actiuo. Sed tunc cum hoc fit contra interiorem inclinationem paſſiui: alioquin omnes alterationes & generationes ſimplicium corporum eſſent innaturales. & violentæ ſicut ad naturalem, propter naturalem, & interiorem aptitudinem materiæ, vel ſubiecti ad talem diſpoſitionem, etiam quando voluntas mouetur ab appetibili ſecundum propriam inclinationem, non eſt motus violentus, ſed voluntarius. Nec obſt. quod dicit Damaſcenus, quòd metus voluntas ad peccandum eſt contra naturam. quia illud verum reſpectu rationis, quæ in homine vigere debet. Sed non contra naturam voluntatis, quæ appręhendit illud, non vt malum, ſed vt bonum, & conueniens naturæ inquantùm eſt conueniens huiuſmodi ſecundum aliquam paſſionem ſenſus, vel ſecundum aliquem habitum corruptum, ſecundum Tho.

¶ Ad ſecundum reſpondet Tho. dicta quæſtione. vj. articulo. vj. referens tamen primò qualiter philoſopus. iij. Ethicorum. & Nycenus in libro ſuo de homine dicũt, quòd quæ per metum aguntur mixta ſunt ex voluntario, & inuoluntario. Illud enim quod per metum agitur in ſe conſyderatum non eſt voluntarium, ſed fit voluntarium in caſu, ſcilicet, ad vitandum malum, quod timetur. ¶ Verùm finaliter dicit Thomas, quòd ſi quis rectè conſyderet magis ſunt huiuſmodi voluntaria, quàm inuoluntaria. Sunt enim voluntaria ſimpliciter, & inuoluntaria ſecundum quid. Vnũquodque enim ſimpliciter eſſe dicitur, ſecundum quod eſt in actu. Secundum autem quod eſt in ſola appræhenſione, non eſt ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Hoc autem quod per metum agitur, ſecundum hoc eſt in actu, ſecundum quid fit. Cum enim actus in ſingularibus ſint. ſingulare autem inquantũ huiuſmodi eſt hic, & nunc & ſecundũ hoc, illud quod fit, eſt actu ſecũdum quod eſt hîc, & nunc, & ſub alijs cõditionalib. induidualibus. ſa. j. de re iudi. Abbate in ſi. cum ibi notatis per Car. ſic autem hoc quod fit per metũ, eſt voluntarium in quantũ ſi eſt hîc, & nunc prout. ſ. in hoc caſu eſt impeditiuũ maioria mali, quod timetur: ſicut proiectio in mare fit voluntarium tempore tempeſtatis propter timorem periculi. Vnde manifeſtũ eſt, quod eſt ſimpliciter voluntariũ. Vnde & cõpetit ei ratio voluntarij: quia principiũ eius eſt intra ſecundũ quod accipitur illud, quod per metum fit: vt extra hunc caſum exiſtens prout repugnat volũtati hoc non eſt, niſi per conſyderationẽ tantùm, & ideò eſt inuoluntariũ ſecundum quid, id eſt, prout conſyderatur extra hunc caſum exiſtens. vnde ea, quæ aguntur per metum, & per vim, non ſolùm differunt ſecundũ pręſens, & futurum, ſed etiam ſecundũ hoc, quod in eo agitur per vim, voluntas non conſentit: Sed omnino eſt contra motum volũtatis. Sed illud quod per metũ agitur fit voluntarium: ideò, quia metus volũtatis fertur in illud: licet non propter ſeipſum, ſed propter aliud. ſ. ad repellendũ malum, quod timetur. Sufficit enim ad rationem voluntarij, quod ſit propter aliud voluntariũ. Voluntarius enim eſt, non ſolùm quod propter ſeipſum volumus, ac propter finem: ſed etiã quod propter illud volumus, vt propter finem. Patet ergo quod in eo, quod per vim agitur, volũtas interior nil agit: ſed in eo, quod per metũ agitur, voluntas interior aliquid agit. Et ideò vt Græg. Nycenus dixit ad excludendũ ea, quæ per metum aguntur in diffinitione violenti, nõ ſolùm dicitur quod violentũ eſt, cuius principiũ eſt ab extra: ſed addere nil conferente vim paſſo: quia ad id, quod agitur per metũ, voluntas timentis aliquid cõfert. Et licet ea, quę abſolutè dicuntur, quolibet addito, remaneãt talia: ſicut album & calidum. tamen ea, quæ dicũtur relatiuè, variantur ſecundũ comparationẽ ad diuerſa: quia quod eſt magnũ comparatũ huic, paruum eſt alter cõparatum. Et ideò cum voluntariũ dicatur aliquid non ſolũ propter ſeipſum, ſed propter aliud quaſi relatiuè, nil prohibet id, quod non eſt voluntariũ dici per cõparationem ad aliud, & econtra: vt in metu &c. Nec id, quod per metũ agitur, eſt voluntariũ ſolùm ſub cõditione: vt aliquibus videretur: ſed ſimpliciter eſt volũtarium, & inuolũtariũ ſub conditiõe. ſ. ſi talis metus nõ immineret ſecundum Thomã vbi. ſ. Et ex his apparet ratio manifeſta iſtius decretalis. Nam peccatũ cauſatur à conſenſu, & arbitrio volũtatis: vt. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. & c. vaſis irę. & tamen metus volũtatis cõſenſum, ſeu arbitrium non

27 excludit. ¶ †Sed circa hoc, cum quæritur qualiter metus in patiente peccatũ inducat, habes Thomam ſecunda ſecũdæ. q. cxxv. artic. j. & iij. qui dicit in effectu, quod quando quis per metum fugit, vel proſequitur, quod ſecundũ rectam rationem ſuſtinendũ, vel fugiendum eſſet potius, quã cõminatum periculũ euadendum: tunc ipſe peccat: vt quando pro euadendo minori malo eligit facere maius malum. & ſi illud malum, quod eligit facere, ſit malum animæ, vt malum culpæ contra præceptũ legis Dei: tunc propter damnum pœnæ, vel incõmodum temporale id electum fuerit, mortale eſt vt hic: quia malum culpæ, ſeu damnum animæ maius eſt omni damno pœnæ & perſonæ, ſeu bonorum: vt. C. de ſacroſan. eccl. l. præcipimus. & xij. quæſtione prima præcipimus.

28 ¶ †VNDECIMO occaſione præmiſſorũ quæritur, vtrum metu mortis faciens id, quod de natura ſua nõ eſt bonum, neq́ malum, ſed indifferens: quod tamen in caſu illo, in quo facit ratione malæ circunſtantiæ, malũ culpę foret, ſi metus ceſſaret propter metum omnino excuſetur à peccato vt ecce, pone, quod ego poſt intruſionem, Bar. Romæ exiſtens metu mortis ſibi obediui in officio auditoris, ſibi etiã tanquàm cappellanus ſedis Apoſtolicę ſeruiui in miſſis, ac etiam reuerẽtias alias cõſuetas ſibi exhibui tãquã Papę: iſti actus nõ ſunt mali, niſi ratione circũſtantię, videlicet, quia ille licet diceretur Papa, papa nõ erat: nunquid ſum excuſatus à peccato propter metũ, etiam ſuppoſito, quod tunc crederem ipſum Papam nõ eſſe. Et breuiter puto probabiliter poſſe dici, quod ſic per exẽpla ſacrę ſcripturę. Bellare enim eſt actus indifferẽs, qui põt bene, vel malè fieri: & ratione tẽporis ſacri malũ eſt in ſabbato & in feſtis. Exodi. xx. c. & ſ. de treug. & pace. c. j. & tamẽ licuit in illis bellare ratione iuſti metus j. Machabeorũ. ij. Sic poſſunt induci de comeſtione panium propoſitionis, & collectione ſpicarum in ſabbato, quę habentur. ij. Regũ. xxj. & Marci. ij. & de fictione furoris, quod habetur. j. Regum. xxj. in fine, & de elargi. Theſau. facta proditori quod habetur Ieremie. xlj. & de adoratione Olofernis, quod habetur Iudic. x. Licet enim ſine peccato ex cauſa licuit fingere amico ſe velle facere, quod facere nõ intendit: ſicut Ieſus finxit ſe longius ire. Lucæ vltimo. Ergo ex cauſa licet hoſti fingere faciendo actum, quem non vult ſortiri effectum, à fortiori ratione: quia grauius eſt amicum decipere, quàm inimicum. Et in iſta ratione fundãtur omnes parabolæ, & alia verba Chriſti quæ veritatem myſterij diſcipulis, & Iudæis occultabant. ¶ Præterea licet voces ad bonum & ad malum ſint indifferentes, & quandoq́ malæ ratione circunſtantiæ: puta, cum ad occultandum veritatem pro alio decipiendo proferuntur in improprio ſenſu ff. quod me. cau. l. quod ſi cum ſcires. Tamen ſi ex cauſa, vt propter metum iuſtum, vel aliâs proferantur verba huiuſmodi cum intentione æquiuocandi, vel improperandi ad decipiendum hoſtem & euitandum periculum. Et patet ex his, quæ ſcripſi. ſ. eo. tit. c. j. oppoſitione ſecunda, & ſ. iſto c. quæſtione. vj. & vij. Ergo eadem ratione idem dicã in factis: quia iſta æquiparantur. de appellationibus. c. dilecti.

Sic etiam iuraui Papæ non communicare excõmunicato, & ſic à iure & ab homine prohibitus poteſt hoc ſacere in caſu neceſſitatis. xj. quæſtione. iij. anteceſſor. Facit, quia non licet priuatæ perſonæ interficere maleficum ſine publica adminiſtratione, ſecundum Auguſtinum.j. de ciuitate Dei. Et pro hoc.ff.ad.l.Iuliam repetundarum.l.antepenultima.in fine. Et tamen priuato propter metum, vel aliâs ex iuſta cauſa videlicet ad conſeruationem rerum ſuarum licet alium ſine publica adminiſtratione occidere. Exodi. xxij. Et facit. C. quando liceat ſine iudice ſe vindicare.l.j.& ij. Facit quod habetur de cura iumenti in ſabbato. Lucæ xxiiij. Item facit bene iudicio meo id, quod legitur, & notatur.ff. de bonis eorum qui ante ſenten. mor. ſibi conſci. l.j.in fine. &.C.de tranſac.l.tranſigere. Pręctereà facta iſta aliquid verum repręſentant, ſeu ſignificant ſecundum intentionem ſacientis, videlicet ſtatum poſſeſſionis pacificæ, in quo Bartho.erat. & errorem publicum quem ſequebar, & iuſtum metum, qui me mouebat. Et idcirco non poteſt dici, quòd peccatum, ſeu mendacium prædicta inferant. vnde Auguſtinus in libro de quæſtioni. Euangel. Non omne quo fingimus, mendacium eſt: ſed quando id fingimus quod nihil ſignat: tunc eſt mendacium. Cum autem fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis: vt cum fingitur quædam res, non vt aſſeratur ita eſſe: ſed eam proponimus, vt figuram alterius, quod aſſerere volumus. Hę. Auguſtinus. Facit bene quod ſcripſi in dicta ſexta quæſtione. vj. Item inducebar & verſic. ad veritatem. Nec obſtat quod metus non excuſat à peccato, licet culpam attenuet, vt hic, & deducit Thomas in dicta quæſtione. cxxv. articulo vltimo: quia dico quòd nec hîc excuſet à peccato: quia hîc peccatum non eſt, ſed facit, ſeu oſtendit talem actum geri ſine mendacio, & peccato. Nec obſtat, ꝙ actus cõmunionis non eſt malus, niſi ratione circunſtantiæ: & tamen in caſu circunſtatiæ metus non excuſat: vt hîc: quia refert, vtrum mens & intentio metum inferẽtis, ac modus coactionis tendant directè ad actum malum ratione circũſtantiæ, ſeu ratione mali: vt puta ad obediendum excõmunicato in contemptũ nerui eccleſiaſticæ diſciplinæ: & tunc parens non poſſit excuſari à peccato: vt hic. An verò mens intentio & modus huiuſmodi, licet tendant ad actum ſic damnatũ, non tamen ſub ratione mali ipſius circunſtantiæ malæ, ſed potius ſub alia ratione, ſeu conſyderatione indifferẽte: vt ſi tyrannus te cogat ad pertractandũ vnum commune negotiũ ſuum aliâs de iure non damnatũ cum quodam ſuo conſiliario, quem tu ſcis excõmunicatum. Nam tunc crederem metum excuſare. Et hoc inducere, ꝙ dicta præcipitatio peccatum non eſſet ꝑ ea, quę dixi.s̃.proximè, & ea, quæ ſcripſi.s̃.eo.in tertia oppoſitione. Et hanc opinionem tenere videtur ſanctus Thomas ſecunda ſecũdæ.q.cxx.articu. vltimo. vbi tractat, an timor excuſat à peccato. Et dicit, quòd timor intantùm habet rationem peccati, in quantùm eſt cõtra ordinem rationis. Et quòd ratio inducat quædam mala, quę ſunt magis fugienda. Et ideò, ꝙ qoicunq;, vt, fugiat mala, quæ ſunt ſecundũ rationem magis fugienda non refugit mala, quæ ſunt minus fugienda non eſt peccatum: ſicut magis eſt fugienda mors corporalis, quàm amiſſio rerum. ¶ Poſteà ad propoſitum ſubdit: vnde ſi quis propter timorem mortis latronibus aliquid promitteret, aut daret, excuſaretur à peccato, quod incurreret, ſi ſine cauſa legitima prætermiſſis bonis, quibus eſſet magis dandum, peccatoribus largiretur. Ex quo clarè infertur de mente beati Thomæ, quòd eſſet aliâs malum ſolùm ratione circunſtantiæ, facit cauſa neceſſitatis, quàm metus inducit, malum non eſſe. Et videtur textus expreſſus de regulis iuris.c. quod non eſt licitum. cũ concordantijs ibi ſignatis, & aliâs ibi notatis per Henricum in diſtinctione. ¶ Sic ad propoſitum, ſi timor fuiſſet mihi incuſſus ea conſyderatione, vt non Papæ, vt Papæ ſeruirem, indubitanter obediendo peccaſſem, vt hîc. Sed quia fuit incuſſus ſub alia conſyderatione, videlicet quia pro Papa ſe gerebat, & reputabatur, mihi licuit occultare verum tali modo ſic, quòd non debet mihi ad mendacium imputari: argumento, vigeſimaſecunda quæſtione ſecunda. ne quis arbitretur.§.j. Et ſi fuiſſet mendacium, fuiſſet valde officioſum, videlicet mihi ipſi, à quo incipit charitas.C. de ſeruitu. l. præſes. & nulli nociuum: ideò abſque peccato ſaltem mortali factum fuiſſet. argumento eorum, quæ leguntur, & notantur vigeſimaſecunda quæſtione pri.c.primò.§.penulti. & finali. &.c.ne quis arbitretur.§.duo verò. ¶ Et iſta valde faciunt pro excuſatione dominorum Cardinalium ne Bart. eligendo, ſeu ſic feciſſe ſcribendo, & eum inſtallando, coronando, vel obedientiam, & reuerentiam eidem faciendo videantur peccatum, aut verbo, vel facto mendacium commiſiſſe: quia vltra metum ſuberant in eis eccleſiæ & rei publicæ euidens vtilitas, atque neceſſitas: vt deduximus.s̃.eodem.c. in ſexta quæſtione allegata. ¶ Supple gloſſas in gloſſa.prima ibi: *de Iudæis*: & infra de baptiſmo, & eius effectu.maiores.§. vltimo. Et ibi: *conſtat*: de hoc quinta diſtinctione, ad eius verò. ¶ In gloſſ.ſecunda ibi: *imprimis*. vbi de hoc: & decimaquinta.q.ſexta.c.j.quod in gl.penultima. Et ibi: *eos*. aliâs hos, quos vbi parificat rebaptizatos ſponte, vel per metum. Et in fine, ibi parificat in teſte tacere veritatem ſponte, vel per metum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in ſalutis æternæ diſpendium vergens, ſeruandum non eſſe.*

2 *Metus vanus quando dicatur?*

3 *Dolus ex parte vnius, & fatuitas ex parte alterius vbi cõcurrunt, vter alteri præponderet?*

4 *Metus, vel dolus, qui non tendit ad damnum, ſed ad bonum illius, cui infertur, actum, qui ſic geritur, non inficit.*

5 *Metus leuis matrimonium ſpirituale non impedit.*

6 *Canonici eccleſiæ collegiatæ, an poſſint eam alteri, aut monaſterio ſubijcere.*

7 *Metus excommunicationis, an ſit iuſtus? Et quid de metu verborum, aut minus? Item quid de metu perditionis rerum nu.8.*

9 *Metus electionem communem qualiter vitiet? Et quid de Papali & remiſſiuè. Et quare in electionibus lenior requiratur? Et cur tã in matrimonio, quàm in voto exigatur: ibidem.*

10 *Religioſi non ad arctiorẽ religionem propria authoritate ſe transferre poſſint?*

11 *Metus quiſnam ad fatuitatem pertinere dicatur?*

12 *Dolus cur non ſemper puniatur.*

13 *Metus quiſnam excuſet?*

14 *Principis, aut parentum imperium, an ad metum ſufficiat.*

15 *Conſtantis quid.*

16 *Metus qualiter probetur.*

17 *Cardinalibus an ſit in caſu de quo hîc credendum? & nu.19.*

18 *Informationes recipiendæ per teſtes, quales eſſe ſoleant?*

19 *Inductio, ſeu coactio, ad bonum, an valeat. Et qualiter id procedat?*

20 *Actionis, quod metus cauſa, quęnam natura.*

21 *Dignitas qualiter præſumptionem inducat, vel tollat?*

22 *Metus mortis, accuſationis, vel comminationis, qualiter metum iuſtum inducat?*

23 *Metum, an iudex inferre intelligatur. Et quid ſi agat rem adminiſtrationis ſuæ?*

24 *Violentiam multis modis puniri.*

¶ *CAP. VI.*

CVm dilectus. ¶ Caſus. Metũ paſſo nõ ſubuenitur, ſi metus fuit talis, qui non debuit cadere in conſtantem. ¶ Primò præmittit diſſinitionis cauſam. Secundò: ibi: *non obſtante.* tollit obſtaculũ primum. Tertiò ibi: *nec obſtante.* tollit

tollit obſtaculum ſecundum. Quartò ibi: *ſuper reſtitutione.*
diffinit cauſam. ¶ Expone literam, *Conſtitus* per illorum
confeſsionem.Pet.& Abb.*Vtrumque.*ſcilicet, quòd regulam
ſeruans,& quòd Ciſterſiẽſibus ſupponantur.*Seductos.* à Ciſ
terſienſibus. *Fatuitatem.*ff.de iuris & fact.ignoran. Nec ſupi
na.de ædilit. edicto.l.quæritur.§.vltimo.Innocen. ¶ Expo-
nit Hoſtien.fatuitatem.i.ſimplicitatem,& ſalutis conſequẽ
dæ facilitatem.*Tranſlationem.*in veteri compilatione.vbi eſt
hîc tranſlationem.Innocen.*Impedirent.*ſubaudi legitimè fa-
ciendam per eos,ad quos ſpectat.Innocen. *Eterna.* idem eſt,
& ſi corporalis.xxij.quęſtio.iiij.ſi aliquid. ĩ. de iureiurando
verum.C.ſi aduerſus venditionem.l.j.Innocen. *violentia.*for-
tè tali:niſi faciatis voluntatem noſtram, cogemini ſcilicet,
authoritate domini,vel alia conſimili,quæ non cadet in cõ
ſtantem virum.Innocen.*Mortis.* iuſtus metus eſt mortis, &
cruciatus corporis,vt hic.C.de tranſac.interpoſita. &.C.eo.
l.metus. Item famæ,ſtupri,& ſtatus.ff.eodem.l.iſti quidem.
Item omnium rerum,fortè & maioris partis.ſ.eod.Abbas.
C.eo.l.penul.C.ſine iuſſu principis.l.j.Item verberum. Et ſi
negetur iuſtus metus,arbitrio iudicis relinquitur.ff.eo.non
eſt veriſimile.§.j.ex quib.cau.maio.l.iij.Innocen. *Reſtitutio-
ne.*eſt enim actio,quędam metus cauſa,vel de dolo:quia hîc
agitur reſtitutoria:qua petitur reſciſſa obligatione per do-
lum.i.per actionem dolo,vel per dolum facta in priſtinum
ſtatum reſtitui. ff. de dolo.l. arbitrio.§.j.&.ff.eodem.l.j.§.ex
hoc.Innocen.Dicit Hoſtien.vel iudicis officium imploran
do,vel ſimpliciter proponendo.de iudi.dilecti. Dicunt Pe.
& Abbas,quòd iſti petebant ſe reſtitui in ſtatum, in quo
erant ante votum emiſſum. *eis* ſcilicet canonicis inſularum.
*Imponendum.*ſcilicet duplici de cauſa. Tum quia iurauerant:
tum quia minus probabilis erat metus,quem allegauerant:
tum quia bonus dolus & vtilis erat eis, quoad hoc facien-
1 dum inducti fuerant:vt patet ex præmiſsis.Hoſti. ¶ † No-
ta primò,quòd iuramentum vergens in diſpendium ſalutis
æternę ſeruandum non eſt:alioquin omnino ſeruari debet
infra de pact.c.quamuis.in fine.& de iureiuran.cum contin-
gat.in fine.&.c. ſi aliquid. allegato. Etiam ſi per metum va-
num,aut dolum bonum exactum fuerit, vt hic. De exacto
verò per metum iuſtum,aut dolum malum dixi.s.c. ad au-
2 res.in.ij.oppoſitione.¶ † Secundò nota,quòd vanus metus
dicitur,vbi non agitur de periculo mortis, vel de corporis
cruciatu. Alioquin textus malè argueret in verſicu.non ob
3 ſtante violentia.¶ † Tertio nota, quòd vbi dolus ex parte
vnius,& fatuitas ex parte alterius ſimul concurrunt,fatui-
4 tas præponderat dolo. ¶ † Quarto nota, quòd metus, vel
dolus,qui non tendit ad damnum,ſed ad bonum illius, cui
5 infertur,nõ inficit actum.qui ſic geritur. ¶ † Quinto nota,
quòd leuis metus matrimonium ſpirituale, ſeu votum reli-
gionis non impedit.¶ Sexto nota, quòd etiam in ſpirituali
bus,vt pote in voto religionis, vbi de metu agitur non ad
declarationem nullitatis actus,qui ſic geritur,ſed potiùs ad
6 illius reſciſsionem per viam reſtitutionis agi debet. ¶ † Se-
ptimo nota,quòd canonici eccleſiæ collegiatæ poſſunt ec-
cleſiã ipſam alteri eccleſiæ, ſeu monaſterio ſubijcere, & ſta-
tum ipſius mutare ſine conſenſu & authoritate Epiſcopi.
¶ Omiſſa prima materia primi notabilis, quia de illa ſatis
dictum eſt in.c.quamuis.&.c. ad aures. allegato. ¶ Opponi-
tur contra ſecundum notabile quia plures alij metus excu-
ſare videntur:vt patet ex his,quæ ſcripſi ſupra poſt Innocẽ.
ſuper verbo,mortis.& quæ ſcripſi ſupra eodem.c.ad audiẽ-
tiam.in prima quæſtione. & quæ hîc notantur per Bernar.
in ſecunda,tertia & quarta glo.¶ Solutio: iſte textus ſupplẽ
dus eſt per alios caſus,quos ponit textus in notis & gloſsis
prædictis allegatis,& ad aliqua ipſarum ſuppletionum du-
bia accedamus.
7 ¶ † ET PRIMO quæritur, vtrum metus excommu
nicationis ſit iuſtus. Super quo vide, quæ ſcripſi infra de re-
ſtitutione ſpoliatorum.cap. olim inter te. in ſexta quæſtio-
ne ad finem.Bernardus hîc in tertia gloſſa tenet,quòd non.
Et idem Ioan.cuius fuit dicta gloſſa ac Tan. Vincen.Philip
pus & Goffredus.Probat Goffre.quia aut excommunicatio
eſt iuſta,& ſibi imputet,qui ſe talem reddidit. Aut iniuſta:
& ſic non timenda:quia non ligat.Idem Archidiaco.de ſen-
tentia excommunicationis.c.primo.libro ſexto. Fallit:quia
ſi ſententia eſt iniuſta,vacuatur:nec de ea eſt curandum.xj.
quæſtione tertia.non debet.&.§. ex his &.§.ſi ergo &.§.cum
ergo.& cap.qui iuſtus.cum ſimilibus.Nec ſententia talis li-
gat:dummodò non contemnatur vt ibi.& xxxiiij.quæſtio-
ne tertia.notandum.Henri.¶ Sed Bernardus infra de reſti-
tutione ſpoliatorũ. olim inter te.tenet contrarium, quòd
verius eſt,ſecũdum Hoſtien. quia continet nedum corpo-
ris,ſed etiam animæ detrimentum.ſecunda quæſtione pri-
ma.de manifeſta. vndecima quæſtione tertia. Audi.¶ Nec
obſtat ſecundum Hoſtien. quòd excommunicatio medici-
na eſt: qa illud eſt verũ,cũ ſubeſt cauſa,vel ꝓpter bonũ obe
dientiæ. Alioqn̄ quandoque plus aufert, quàm afferat. de
ætate,& qualitate.bonę.Et ideò non ſemper expedit ipſam
recipere. Quid enim ſi Epiſcopus dicat miſero & pauperi
præsbitero: ego excommunicabo te, niſi dederis mihi de-
cem.& fortè ſperetur de promotione ſua in aliqua eccleſia,
iuſtè & probabiliter poteſt timere.argumẽ. vndecima quę-
ſtione tertia.ſententia.& dicto cap.olim. ¶ Bonaguida de
hoc tractans ſupra titulo proximo nil approbat ¶ Tu verò
ſecundum Nouellam dicas primam opinionem in ſenten-
tia iuſta per rationem Goffre.quia regulariter non excuſat
metus:cum culpa pręcedit.ff.eodem.ſi mulier.ſecunda.& ſe
cundam opinionem in iniuſta ſententia fore intelligendas.
pro quo bene facit.C.de apo.l.bi,qui ſanctam. vbi dicitur,
quòd grauis eſt pœna eſſe inter homines, & hominum ca-
rere commercio.ergo timor excommunicationis eſt timor
grauis pœnę.Ad idem de ſententia excommunicationis.ſa-
cro.circa medium.ibi:cum non ſit culpa leuis tantam infli-
gere pœnam inſumpti.Et iſta placet Lignano & etiam Ar-
chidiacono.placere videtur ſeptima diſtinctione. fuerunt.
¶ Quod intelligit verum Collectarius,ſi ſententia lata fue
rit à iudice competenti:vt dicto cap.olim. ¶ Opinionem
verò Hoſtienſis ſimpliciter tenet Aſtenſis libro ſeptimo.ti
tulo de forma excommunicandi.articulo ſecundo verſicu.
nota etiam,quòd timor. ¶ Henri. verò ſequitur diſtin-
ctionem Nouellæ in excommunicatione lata ab homine:
quia ſententia canonis ſemper iuſta eſt,& ſemper ligat: ſed
ſententia hominis quandoque eſt iniuſta vndecima quæ-
ſtione tertia.ſententia.& § ſi ergo.de ſententia excommuni
cationis.à nobis.& eodem titulo.ſolet.libro ſexto de appel.
ad præſentiam. Et patet in his, quæ notat Innocentius de
teſtibus.teſtimonium.& de teſtibus cogendis.capitulo pri-
mo. ¶ Caue,quia forte hoc debet recipi cum diſtinctio-
ne.Pro quo ſciendum,quòd Hoſtienſis ponit hîc vnum no
tabile dictum, dicens: ſic dicas igitur, quòd hæc à iudice
erunt inſpicienda:vt arbitretur fideliter in præmiſsis,ſi ac-
ciderunt. Et refert ſe ad omnia exempla metus hic poſita
per Bernardum in ſecũda tertia,& quarta gloſſa per ipſum
Hoſtiẽſem recitata.Subdit etiam,quòd in his inſpicere de-
bet iudex vtrum metus, qui allegatur, debeat excuſare in
quo perſonas,loca,qualitatem facti, cauſas,necnon tempo-
ra,& alias circunſtantias conſiderabit, & parificabit habẽs
Deum & veritatem præ oculis,ac etiam æquitatem: vt le-
gitur & notatur de tranſactio.capitulo finali.ff.eodem.non
eſt veriſimile.ex quibus cauſis maiores.l. tertia.de rei ven-
dicatione.in fundo. infra eodem capitulo primo. Et de hoc
dicit notari ſpatioſiſsimè in ſumma eodem titulo.§. quali-
ter metus diſtinguatur.verſiculo inuenio tamen.& ſequen-
ti. ¶ Facit bene, quod ſcripſi poſt Innocẽtium ſupra eo-
dem.capitulo in expoſitione ſupra verbo,mortis. in fine.&
quod hîc notatur per Bernardum poſt principium ibi:
vnde videtur relinquendum. ¶ Ex quibus infero,quòd cum

dubitatur, an excommunicatio iniuſta induxerit iuſtum metum, conſiderare debet iudex ſecundum arbitrium boni viri: vtrum ſit talis qui conſueuerit contemnere excommunicationes vel qui poſsit faciliter ſuam abſolutionem obtinere, aut effectum ipſius excõmunicationis per appellationem legitimã impedire. Nã his caſibus crederẽ metũ vanũ. Sed ſi eſſet talis, qui conſueuiſſet excommunicationes timere, & adeò pauper, ſeu aliâs talis, qui non poſſet de facili abſolutionem obtinere, ſeu per appellationem, & appellationis proſequutionem effectum excommunicationis impedire, ſtarem tunc cum Nouella & Hoſtien. per prædicta.

8 ¶ † Secundò poſſem quærere de metu verborum, ſeu de minis potentum. Sed de hoc prout ſcripſi ſupra eod. ad audientiam. verſicu. quarto metus verborum, &c. Et facit pro eo, quod ibi dixi, id quod de hoc notat hîc Bernard. ¶ Tertiò idem quęrere poſſem de metu perditionis rerum. Sed de hoc dic, vt ſcripſi in c. ad audiẽtiam. in dicta prima quæſtione verſi. de metu verò perditionis. & proſequere aliâs materiam iſtam per ea, quæ ſcripſi. ¶ Secũdo contra tertiũ notabile opponitur, quia videtur, quòd dolus debeat præponderare ſatuitati, ſiue colpæ: vt. ff. ad leg. Aquil. l. item ſi obſtetrix. in fine. ¶ Solutio, ibi de dolo malo & pernicioſo: hîc de dolo bono, & officioſo. vide omnino, quæ ſuper hoc ſcripſi ĩ eo. c. in. j. quęſtione, per totam illam quæſtionem. & maximè in verſu, ſed quærit Innocen. vſque in ſi. Et aduerte bene ad hoc, quia in hoc vertitur totus intellectus huius decreta. Et ideò in hoc multùm laborioſè inſtetit Innocẽ. vt dicam in dicta. j. q̃õne. ¶ Tertiò opponitur ad idẽ: quia dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, ipſum reddit nullum: vt patet ex lectis & notatis. ff. de dolo. l. & eleganter. igitur ingreſſum religionis, cuius cõtractus videtur acquirere bonam fidẽ. De materia huius oppoſitionis habes glo. Ber. ĩ. de tranſact. c. j. in glo. iij. & ibi de hoc tetigi in. iiij. oppoſitione. ¶ Ecce, gloſſæ cõiter diſtinguunt, vtrum incidat in contractu: & tunc non vitiat ipſo iure. an det cauſam contractui: & tunc vitiet ipſo iure: vt notaſ in dicta. l. & elegantur allegata. Et hoc verum, ſi contractus eſt bonæfidei: quia ſi eſſet ſtricti iuris, dolus nunquàm vitiaret ipſo iure: vt. C. de inuti. ſtipu. l. dolo. Super quo vide Barto. & Butri. in dicta. l. & eleganter. & etiam Butriga. C. de tranſa. l. ſub prætextu. j. & Barto C. de tranſactio. l. interpoſitas. Cyn. tamen poſt Pe. tenet indiſtinctè, quòd in dicta. l. dolo, quòd dolus dans cauſam contractui, illum, non vitiat ipſo iure. Super quo vide, quod ſcripſi ſupra eodẽ. Abbas. in oppoſitione, verſi. alij verò ponunt. Et licet in dicta quarta oppoſitione promiſiſſem iſtum punctum expedire hîc, tranſeo tamen per remiſsiones: quia aliâs nimis extra materiam euagarer. ¶ Oppoſitio autem ſoluitur ſicut & præcedens. Præterea hîc interuenit iuramentum. Prætereà hîc interuenit ſatuitas ex parte decepti, & ceſſabit re ipſa deceptio: quo caſu non habet locum oppoſitio. ¶ Quartò opponitur contra quartum notabile: quia bonum nõ eſt per modũ illicitum extorquẽdum. Non enim eſt cõmittenda rapina: vt eleemoſyna ſiat. j. quæſtio. j. non eſt putanda. xxiiij. quæſtio. quinta. c. nolite. & c. forte aliquis. Et ideò videtur, quòd propter bonum alterius non eſt dolus per aliquem cõmittendus. ¶ Solutio, textus iſte non dicit, quòd bene fecerunt dolum hîc taliter cõmittentes, quanquàm deneget reſtitutionem ſic decepto, propter vtilitatem & ſatuitatem ac iuramentum ipſi⁹. ¶ Iuxta hæc pone: iuxta ea, quę tetigi de Bartho. ĩ. c. proximo. quòd Barth. fuerit optimus, qui elegi poſſet. & quòd ad eum eligendum in papam Cardinales per metũ mortis inducti fuerunt: nunquid tunc valeret electio? videretur, quòd ſic, per prædicta: ſed nihilominus veritas eſt in contrarium propter defectum liberi conſenſus, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra de electio. licet de euitanda. Et probatur, quia meritum perſonæ electæ non facit electionem valere: quia aliâs de iure non valet. ſupra de elect. c. innotuit. in fin. Verum licet Bartho. ante ſuam intruſionem bonus ab aliquibus, qui ipſum ab intra non nouerant, crederetur: tamẽ in continenti poſt intruſionem detexit ſuos malos, & fatuos, & incontinentes mores. Nec obſtat iſta decretalis, dico enim, quòd ſi hîc interueniſſet iuſtus metus, non tenuiſſet ipſo iure ingreſſus: vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra eodem. c. primo. in ſexta oppoſitiõe, & ibi probaſ. ¶ Quintò opponitur cõtra quintũ notabile quia videtur. quòd leuis met⁹ votum impediat per ea, quæ notantur. j. quæſtione ſexta. c. ſi quis. in fine vltimæ gloſſæ. & infra qui clerici, vel vouentes, inſinuante. in penult. gloſſ. vbi notatur, quòd leuis metus ſufficit in electione & matrimonio. per quod videtur, quòd etiam deberet ſufficere in voto.

9 ¶ † Aduerte de electione cõmuni, qualiter vitiat eam metus, ſcripſi de electio. c. quiſquis. in ſeptima quæſtione. Et de Papali ſpecialiter ſcripſi in dicto. c. licet de euitanda. iij. quæſtione. ix. & in tractatu ſciſmatis. q̃õ. ij. folio. xxiiij. cum duobus ſequentibus. & eod. tractatu folio. clxxxviij. ſuper verbo, libertas. & folio. cxcj verſicu. item alia. vſque ad finem folij & quod ſcripſi infra eod. abſolutionis. libro. vj. in. iij. q. ¶ De matrimonio verò notat Bernard⁹ in dicto. c. inſinuante. in gloſ. penul. allegata, quòd quia ibi plena libertas requiritur, ſufficit ibi leuior metus, quàm in voto: tamen requiritur tantus metus, quòd poſsit cadere in conſtantẽ virum: inducens de ſponſalibus veniens. & ca. conſultationi. ¶ Sed quare requiritur leuior in electionibus? poteſt dici, quòd in fauorem eccleſiarum & rei publicę, de quorum intereſſe ſolùm principaliter ibi agitur: vt deduxi in remiſſionibus allegatis, quæ ratio ceſſat in matrimonio, & in voto: quia ibi principaliter agitur de intereſſe priuato. ¶ Sed quare leuior in matrimonio, quàm in voto? poteſt eſſe ratio: quia vbi maius periculum, ibi cautius eſt euitandũ. ff. ad Carbo. l. quod Labeo. infra de elect. vbi maius. libro. vj. Modo in voto nullum, vel modicum eſt periculum, vt hic probatur. quia ſi ibi tollitur corporis voluptas, adijcitur tamen mentis puritas, atque ſanctitas. Sed in matrimonio eſt periculum magnum: quia inuitæ nuptiæ malos exitus pariunt. xx. quęſtio. iij. pręſens. xxx. quęſtio. ij. § j. infra de ſpon. c. prætereà. & c. cum locum. & c. requiſiuit. & c. gemma. & eodem titulo. C. l. vltima. in fine. ¶ Sextò opponitur contra ſextum notabile videtur enim, quòd votum metu extortum nullum ſit ipſo iure: & per conſequens, quòd debeat peti declarari nullum, & non agi ad reſciſsionem. vt ſupra eodem. c. primo. & hoc notatur & probatur per Bernard. ſupra eodẽ. Abbas. poſt medium gloſſę. verſiculo. Item & in voto. ¶ Solutio hæc eſt veritas, quòd votum religionis metu extortum, nullum eſt ipſo iure: vt in contrario. ¶ Nec hîc probatur contrarium: maximè, quia reſtitutio non admittitur, ſed potius ſilentium imponitur circa illa. Prętereà, quia quod hîc narratur ſic fuiſſe actum, non eſt diſpoſitio iuris, ſed continentia facti. Prętereà hîc non interuenerat iuſtus metus, qui poſſet votum reddere nullum. & ideò meritò ſuper nullitate non agebatur. Sed quia dolus interuenerat, videbatur de dolo ad reſtitutionem poſſe agi: quod, vt in textu dicitur, nõ eſt verum. ¶ Septimo opponitur contra ſeptimum notabile vt in prima gloſſa Bernardi. & vide qualiter ibi ſoluitur. Innocẽ. autem in. ij. gloſ. dicit, quòd pactum, ſiue promiſsio canonicorum hîc non tenuit, per. c. ſicut vnire. vel quòd non tenet contra alios: ſed perſonale eſt, & promittentibus tantùm obſtat. de donatio. inter dilectos. in glo. Bernar. Et ſic iuxta commune Brocardicum venire non poſſunt contra factum ſuum. de quo Brocardico remittit Innocen. ad notata ſua. ĩ. de electio. noſtri. Cuius dicta ibi expediui, quantùm ad hoc per decẽ oppoſitiones. vbi de hoc latiùs per Henri. ¶ Tertio ſoluit Innocen. dicens, vel dic & melius, quòd iſti canonici bene potuerunt ordinem Ciſterſien. profiteri tanquàm arctiorem. infra de regularibus. capitu. licet. ¶ Quarto ſoluit Innocentius dicens, quòd potuerunt promittere nõ impedire trãſlationem; ſed ipſi per ſe eccleſiam transferre non poſſunt.

Dicit Hoſti.

¶ Dicit Hoſtien. quòd vt ſinguli bene potuerunt arctiorẽ regulam profiteri: nec ſe, & locum ad eandem transferre ſine Diocœſani licentia & cõſenſu: vt patet. ȷ̃. de eccle. ædifi. ad audientiam. ij. Et in eo, quod legitur & notatur. infra de rebus eccleſijs non alienan. poſſeſsiones. & de religi. domi. inter quatuor. Inducit Nouella eodem titu. c. vno. in fine. libro. vj. & dicit, quòd etiam requiritur tunc omnium conſenſus. Et ſuper hoc remittit ipſa Nouella ad notata ſua de regula. ſuper eo. in gloſſa quanuis. verſiculo aliqui tamen.

¶ Licet tamen non poſſent ſubijcere ordini Ciſtercienſ. canonici ſimpliciter, poterant tamen promittere non impedire tranſlationem, ſi Diocœſanus vellet ipſam ſupponere Ciſtercien. Nam in eius præiudicium nihil facere poſſent: ſed factum per eos perſonaliter tenẽtes, vt. c. inter dilectos. & de arbi. cum tempore. poſſet Epiſcopus ratificare. de his, quæ fiunt à prælato. c. ij. in fine. & habere iura Epiſcopalia, ſicut prius. de religio. domib. quia monaſterium. Poſſet tamen Epiſcopus hoc petere reuocari ſecundum id quod notatur de tranſlat. Epiſcopi. quanto §. fina. de renun. quod in dubijs. Quinimo videtur, quòd ſi ſine conſenſu Epiſcopi, ſe alijs ſubmiſerint, eccleſia incidit in commiſſum: ſicut notatur in feudo alienato ſine conſenſu domini. de conſtitut. quæ in eccleſiarum. de feudis. c. ij. de locato. potuit. de ſtatu monacho. recolentes. ſecundum Huſtien. qui dicit addendum, quod notatur de re. ec. non alie. c. j. de priui. paſtoralis.

¶ Poſſet tamen ſecundum Goffr. & Bernardum iſtam ſubmiſsionem facere cum conſenſu capituli: vt. c. ſicut vnire. al legato. & . lxx. diſtin. ſanctorum. Et dicebat Goffre. talem cõſenſum hîc interueniſſe dicebat, etiam quòd ſi Epiſcopus conſentire nollet, vbi hoc ſic ageretur, quòd nullum præiudicium ſibi fieret, cogi poſſet per ſuperiorem de iure patrona. nullus. viij. quæſtiune tertia. Artaldus. ix. quæſtione tertia. nunc verò.

10 ¶ Ex quibus diſtinguit Hẽri. ſi queris, vtrum religioſi poſſunt ad aliam religionem arctiorem authoritate propria ſe transferre: quia aut quæris, nunquid hoc poſsint facere ſingulariter & per modum ſingularium? & dic, quòd ſic petita tamen licentia licet non obtenta: vt. c. licet. Aut nunquid hoc poſsint per modum collegij. ſcilicet in eodem loco remanentes aliam religionem profiteri, vel ſe & locum ſuum ad alium locum transferre, & dic, quòd non ſine licentia Diocœſani, vt dixi ſupra. vnde regulam in ipſo loco inſtitutam, vel habitum, vel ſtatum antiquum eiuſdem loci immutare, vel locum alijs ſubijcere ſine authoritate Epiſcopi, non poſſunt: nec Epiſcopus ſine capituli conſilio debet talibus conſentire. de ſupplenda negligentia prælatorum. c. ſecundo de his, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli. c. nouit. & c. quanto. vt notat Hoſtien. de reſtitutione ſpoliatorum. olim cauſam.

11 ¶ † Expeditis oppoſitionibus ad quæſtiones accedo: & intro gloſſam magnam Innocen. ſuper verbo, fatuitatem. verſiculo. Item ad fatuitatem. Et quæro primò, quis metus dicitur ad fatuitatem pertinere? Dicit Innocent. quòd ad fatuitatem pertinet omnis promiſsio, & iuramentum, & inductio, quæ eſt ſupra curſum inferiorum cauſarum: vt ſi promiſerunt Ciſtertienſes hic canonicis, quòd carnis ſtimulos à iuuenibus amouerent, Item dicit, quòd ad fatuitatem pertinent etiam promiſsiones, quæ ſunt contra ius naturale, vel ciuile, vel poſitiuum, vel contra conſtitutionem, vel contra regulam alicuius ordinis: vt infra de conuerſio. coniugato. dudum. & hic. Subdit etiam Innocen. quòd licet aliquando, rato tamen promiſsio in his tali dolo extorta infringi poſsit, iuramentum tamen nunquàm.

¶ Sed pone, quòd in iuramento talis dolus interuenit, qui peritiſsimos falleret: vt puta in facto alieno, quod de facili cognoſci non poteſt: quis deceptus iurauit: nunquid tunc iuramentum authoritate ſuperioris remitti poterit? Dicit Innocen. quòd ſic: quia dolus & fraus alij &c. de reſcrip. ex tenore. ff. de iuris & fa. igno. l. regula. & quia malitijs eſt obuiandum. ff. de rei vendicatione. in fundo.

¶ Sed opponitur, quia videtur, quòd nec hoc caſu iuramẽtum remitti poſsit, per. § ſed cum his. xxij. quęſtione quarta. vbi habes, quòd Gabaonitę decceperũt Ioſue in facto alieno. & tamen, quia iurauit, iuramẽtum ſeruare coactus fuit.

¶ Reſpondet Innocẽ. dicens, quòd ibi ad fatuitatem Ioſue pertinuit ille dolus: quia de facili Ioſue & ſui crediderunt, quod non debuerunt. Nam ſicut metus non excuſat, niſi ſit talis, qui caderet in cõſtantem virum: ſic nec dolus excuſat, niſi ſit talis qui caderet in prudentiſsimum. ¶ Vel dic ſecundum Innocen. quòd ſeruatum fuit iuramentum, ne Ioſue & ſeniores Iſrael aliquam infamiam periurij incurrerent.

12 ¶ † Sed quærit Innocen. quare non ſemper punitur dolus, licet non ſit ita magnus? Reſpondet Innocen. quòd dolus huiuſmodi licet non ita magnus, bene puniendus eſt in pœnam doloſi. Sed non in lucrum fatui quod eſſet, ſi remitteretur ſibi iuramentum, Imò. ſecundum eum, ſicut iuſtum eſt, quòd dolus cum dolo compenſetur. ff. de dolo. l. ſi duo. & culpa cum culpa. ff. de eo, per quem factum eſt. l. fina. ſic fatuitas cum dolo compenſatur: quia lata culpa dolo cõpenſatur. ff. depoſiti. l. quod nerua. ff. de verborum ſignificatione. l. latæ culpæ.

¶ Dicit tamen Innocen. quòd alij dicunt, quòd nunquàm remittendum eſt iuramentum dolo extortum. Et dicit Hoſtien. dr hoc notari ſupra capitulo proximo, & duobus cap. ſequenti. Sed verior eſt opinio alia ſcilicet, quòd iuramentum dolo extortum, dum cedit in graue damnum decepti remittendũ eſt: vt infra de pact. capi. quanuis. à contrario. libro ſexto. ibi: nec dolo præſtito, &c. Fallit propter fatuitatem decępti: vt puta, dum credidit, quòd nullo modo credere debuit: dummodo non cedat in graue damnum decępti: vt hîc. Aliàs dolus culpæ præponderaret: per id, quod legitur & notatur. ff. de ædilitio edicto. l. quæritur. § finali. Et per hoc intellige quod ſcripſi ſupra eodem capitu. in ſecunda oppoſitione.

13 ¶ † Secundò principaliter quæro, quis metus excuſet. Super quo vide, quod ſcripſi ſupra eodem capitu. in quinta oppoſitione, & in remiſsionibus ibi per me datis. & quæ notantur infra de ſponſalib. veniens. ij. per Innocen. eodem titulo. c. cum locum. & per docto. legum, & præſertim per Bar. de tranſact. l. interpoſitas. vbi Cyn. ponit vnum bonũ dictum dicens, quòd hoc eſt notabile, quòd vbi timeo graue damnum in rebus meis, ibi ſit legitimus metus, ita quòd officio iudicis conſulitur mihi aduerſus illum. & poteſt probari. C. de reuocandis donatiõib. l. vltima. ſecundum eũ. & per ipſum Bar. ff. quarum rerum actio non datur. l. prima. § quæ onerandæ. Vbi Bartolus ponit vnum aliud bonum dictum dicens, quòd licet actio, quòd metus cauſa. requirat cruciatum corporis, vel metum mortis: tamen propter metum, qui eſt ex nimia reuerẽtia vt eſt illa, quã habet vxor ad virum, clericus ad Epiſcopum, reſcinditur promiſſio. Et hoc colligit ex gloſſa Accurſ. ibi poſita: quæ videtur hoc dicere in effectu. Et dicit, quòd gloſſa illa continet veritatem. & quòd huiuſmodi reſciſsio fit per officium iudicis. Et eſt caſus ſecundum eum. ff. quod metus cauſa. l. finali. § j. & § cum fœnerator. & notatur eodem titu. l. metum. & l. interpoſitas. allegata. Subdit tamen Bartolus, quòd non eo, quod maritus, vel Epiſcopus erat, præſumitur illatus metus, vt dicta. l. interpoſitas. & quod metus cauſa. l. ad inuidiam. debet ergo probari, quòd præceſſerint minæ, vel verbera. & tũc iſta cum iſta qualitate ſcilicet, quòd vir, vel maior, efficitur iuſtus metus. & nota. C. eodem l. metum. inducit, de conuerſione coniugatorum. accedens. & facit bene, quod ibi notat. Bernardus in prima gloſſa.

14 ¶ † Sed in contrarium videtur, quia imperium principis, vel parentum nõ ſufficit ad iuſtum metum: vt notatur infra ne clerici vel monachi. capitulo. inſinuante. in

gloſſa quarta, quòd Nouella poſt Petrum melius dicentem ſecundum ſe, modificat ſic: dic, quòd niſi aliter probetur oppreſsio aduerſarij: non ſufficit ad metũ probandũ. Sic ꝓbant iura allegata in dicta gloſſa quarta. ¶ Subdit tamen ibi Nouella dicens credo tamen, quòd imperium Principis qui aliàs conſueuit tyrannicè & oppreſsiuè tractare eos, qui precibus, vel præceptis ſuis non obediunt, induceret iuſtum metum. Ex quibus videtur, quòd minę, vel verbera cum iſta qualitate, quòd vir, vel maior, non ſufficiunt ad iuſtum metum: niſi ſubſit & alia qualitas, videlicet realis oppreſsio, aut conſuetudo tyranniſandi, vel opprimendi.

¶ Verum circa hoc pro dando cœteris occaſionem melius & altius perſcrutandi, hîc aliquantulum immoremur, & diſtinguamus ſic: quia aut ſecundum rectam rationem periculum, quod timetur magis eſt fugiendum, quàm id propter quod metus infertur, aut econtra: aut æquanimiter. ¶ Primo caſu ſiue quoad excuſandum, ſiue quoad actum inficiendum, metus cenſetur iuſtus. Nam vt dicit Thomas ſecunda ſecundæ quæſtio. cxxv. articulo primo, tertio, & quarto. ratio dictat inter fugienda, & proſequenda, aliqua magis proſequenda. & quòd ſi propter metum, ſeu timorem interfugienda eligatur fugiendum id, quod magis fugiendum eſt, & proſequendum id, quod minus fugiendum eſt: tunc timor eſt bene ordinatus & iuſtus. Et idem exemplum patet in proſequendis: vt ſi propter metum de duobus malis, ꝙ minus malum, vtputa malum pœnæ, vt euitet malum culpæ, vel malum amiſsionis bonorum, vt euitem cruciatum, aut notam perſonæ. Pro quo faciunt. xiij. diſtin. cap. primo. & cap. nerui, & alia iura allegata ad hoc per Bernar. & Henri. infra ne cleri. vel mon. cap. non magno. & facit quod ſcripſi ſupra eodem ſacris. in vltima quæſtione verſicu. & hanc opinionem. Et intellige vbi eſt tanta perplexitas, quòd oportet alteram eligi. Nam ſi vtrumque euitari poſſet, vtique euitandum foret, ſecundum rectitudinem rationis. Et aduerte, quia in malis culpæ non poteſt eſſe talis perplexitas, licet quandoque aliter fatuis hominibus videatur: vt patet ex his, quæ leguntur & notantur. xiij. diſtin. cap. primo. & capit. nerui. de reſtitutio. ſpoliato. literas. de ſimo. per tuas. de ſenten. excommu. inquiſitioni. Et ideò cum nullum ſit maius malum culpæ, non eſt pro quocunque malo vitando, quantumcunque magno. Et ad iſtum ſenſum dicit text⁹, quòd vtilius eſt ſcandalum, quàm veritatem relinqui. de regu. iuris. c. iij. & ibi notatur. Et ſic econtra, iuſtiſsimus metus cum pro fugiendo malo culpę, qualecunque & quantũcunque malum, aliud ſuſcipitur eadem ratione. ¶ Et exemplificatur dicta concluſio. ¶ Primò in caſu, in quo competit directa actio quod metus cauſa. directè deſcendens ex verbis edicti prætoris, videlicet cum propter metũ mortis, vel cruciatus corporis, quis bona dimittat: vt patet in iſta decretali. & l. interpoſitas. allegata. & l. ſi per vim. C. eo. Et ſic directè intelliguntur verba prætoris. ff. eodẽ. l. j. in principio. ¶ Secundo exemplificatur in caſu, in quo competit vtilis actio, quod me. cauſa. dum non timetur mors, ſed quaſi mors: vtputa nota ſeu infamia, aut perditio, ſeu notabilis diminutio ſtatus perſonæ, vel ſuorum liberorum: vt. ff. eodem. l. iſti quidem. Nam ſi maius malum eſt vitam perdere, quàm ſtatum ledi, & grauius in ſe, quàm in liberis: ideò ſecundum rationem magis fugiendum. ¶ Tertio poteſt poni exemplum. contra metum inferentem per officium iudicis ſuccurritur, vbi non timetur, niſi amiſsio lucri, vel bonorum: vt. ff. eodem. l. fina. §. ſi fœnerator. Quod ſanè intellige, ſi amiſsio lucri, vel bonorum ſit maior, quàm damnum, propter quod metus infertur, etiam non ſit de toto patrimonio, vel maiori parte ipſius. Sufficit eum, quòd afferat maius malum: quia tunc dictat ratio illud magis fugiendum. Et hoc egregiè probat dictus §. ſi fœnerator. Et ideò Cyn. in dicta. l. interpoſitas. caſibus tribus ſupra proximis per eum ibi expoſitis: ex iſto tertio caſu rectè ibi infert quòd vbi timeo graue damnum in rebus meis. ideſt graui quàm ſit illud, ad quod tendit metus, ſit legitimus ipſe metus, ita quod officio iudicis conſulitur, &c. Quod ergo dicit hîc Innocẽ. requiri, quòd ſit de omnibus rebus, vel maiori parte, vt ſcripſi in expoſitione ſuper verbo mortis, & ſupra eodem Abb. poſt Innocen. in tertio notabili tenet in caſibus iſtarum decretalium prout inferius declarabo. ¶ Quarto poteſt exemplificari in caſu, in quo ſuccurritur metum paſſo per conſtitutionem principis. l. ſi per impreſſionem. C. eodem, vt ſi iudex, qui poteſt diuerſimodè me & meos opprimere in perſonis & bonis, cum comminando mihi mandet, quòd aliquid ſibi donẽ, vel donare promittã. Et per rationem naturalem iudicare debeo magis mihi expedire tãtum perdere de meo, quàm ſubijcere me talis oppreſsionis periculo: tunc eſt iuſtus metus. Sed quia incertũ & latens eſt tale periculum, ceſſant tria prima remedia, & opus fuit ſuffragio conſtitutionis dictæ. l. ſi per impreſsionem. Et idem eadem ratione dicere habes de cõminatione Epiſcopi facta clerico, vel mariti vxori, aut patris filio, ſi videlicet naturalis ratio dictauerit ſecundum rectum ordinem arbitrio iudicantis attentis qualitatibus perſonarum, illatique periculi, & rei, vel promiſsionis per metum extortæ, quod plus expediuerit ſubire damnum metu extortum, quàm Epiſcopi, mariti, vel patris indignationẽ incurrere. Et ſic intelligo gloſſam Accur. & dictum Bar. in dicto §. qui onerando. ¶ Secundo verò caſu principali videlicet cum ſecundum rectam rationem minus eſt fugiendum. & per conſequens minus timendum periculum, de quo metus infertur, quàm illud pro cuius extorſione adhibetur metus. ¶ Et hîc ſubdiſtingue: quia aut agitur de excuſando metũ paſſo à culpa, ſiue à peccato: aut agitur de actu per metum geſto reſcindendo, ſeu nullo reddendo. ¶ Primo caſu dico ſimpliciter, quòd talis metus quoad huiuſmodi excuſationem nullo modo poteſt cenſeri iuſtus. Et hoc eſt quod dicit Thomas vbi ſupra. Dicit enim ibi quod ſi aliquis per timorem fugiens mala, quæ ſecundum rationem ſunt minus fugienda incurrat mala, quæ ſecundum rationem ſunt magis fugienda, talis timor eſt inordinatus. & ideò iuſtus dici non poteſt quoad excuſandum totaliter à culpa & peccato. hinc eſt, quòd cum mala animæ ſint magis fugienda & timenda, quàm mala corporis: quia melius omnia alia mala pati, quàm conſentire malo culpæ. xxxij. quæſtione. v. ita ne. xxxj. quæſtione ſecunda. lotharius. xj. quæſtione tertia, extimant. argumen. ff. de ritu nuptia. l. palam. §. non eſt. Et mala corporis, quàm mala exteriorum: vt. l. & c. pręcipimus. allegatis. ſi quis incurrat mala animæ. ideſt peccata, fugiens mala corporis: puta flagella, carceres, aut mortem, aut mala exteriorum rerum, puta damnum pecuniæ: aut ſi ſubſtineat mala corporis, vt vitet damnum pecuniæ, non excuſatur totaliter à peccato, licet diminuatur in aliquo eius peccatum: quia minus voluntarium eſt, quòd ex timore agitur. Imponitur enim huiuſmodi quædam neceſsitas aliquid faciendi propter eminentem timorem. Vnde Philoſophus tertio Ethicorum. huiuſmodi quæ ex timore ſunt, dicit eſſe non ſimpliciter voluntaria, ſed mixta ex voluntario & inuoluntario. de quo dixi ſupra eodem. ſacris. in decima quæſtione. Et hoc facit ad cognuſcendum in contractibus, in quibus poteſt agi, vel excipi ex culpa ipſam culpam.

¶ Secundo caſu videlicet cum agitur de actu per metum geſto reſcindendo, aut nullo reddendo ex edicto, quod metus cauſa. Et hîc diſtingue quatuor caſus. ¶ Primus caſus eſt de illis actibus, qui licet conſenſum, non tamen libertatem conſenſus pro principio eſſentiali regulariter requirunt, ſicut ſunt contractus, & cœteri actus. C. de inutilibus ſtipulationibus. l. dolo. & dixi ſupra eodem. Abbas in oppoſitione. Et in caſu iſto dico, quòd quoad effectum de quo ſupra dictum eſt quòd talis metus iuſtus cenſeri non debet. Nam metus, in quem quis per ſuam culpam incidit

incidit non eſt iuſtus: vt. ff. eodem. l. ſi mulier. circa principium. Et eſt ratio, quia fatuus conſtans dici non poteſt.

15 ¶ Conſtantia autem bonum virtutis in homine eſt ſecundum rationem eſſe. ergo id, quod fit contra rationem, conſtantiæ hoīs adſcribi non debet, ſed potiùs culpæ, & fatuitati: quæ fatuitas locum non facit huic edicto, vt hîc ꝓbatur. Et iſta concluſio placet Theologis & Philoſophis, quorum aliqui & plures iuſtificant electionem Bart. & impugnant metum per Cardinales allegatum, pro eo, quod dicūt, quominus malum erat Barth. facere verum Papam: aut omnes Cardinales interimi, quod fuiſſet malum potiùs pœnæ, quàm malum culpæ. Quod dicunt per Cardinales fuiſſe cōmiſſum eligendo, inſtallando, & coronando, non Papam ꝓ Papa, illiq; obediendo, & cum eo participando etiam in diuinis. & quòd eſſet malum ſcismatis eccleſiæ, ex quo tot mala ſpiritualia, & temporalia ſequi habent. & per conſequens minus fugiendum, & potius eligendum. Ex quo inferūt, quòd metus Cardinalium fuit vanus, fatu*, & culpabilis, ex quo conſequenter dicunt, quòd non potuit, Bar. electionem vitiare. ¶ Sed parcant mihi iſti: quia ſecundum Philoſophum primo Elencho. ad pauca reſpicientes de facili paralogizantur: quia factum, quòd ponunt, non cadit ſub iſto caſu: ſed potiùs ſub quarto. ꝑ dicendo, in quo non habet locum dicta concluſio: vt ibi deducam. ¶ Secundò, quia falſum dicunt in hoc, quod ponunt in Cardinalibus malum culpæ: vt deduxi in. c. ſupra proximo in ſexta quæſtione. ¶ Item & in hoc, quia dicunt, quòd peiora mala ſequuta ſunt, quàm ſi Cardinales fuiſſent interempti: vt etiā deduxi in dicta queſtione. vj. & qō. ix. eod. c. ¶ Item & in hoc, quod dicunt, quòd potiùs expediuiſſet Bar. eſſe verum Papam: quia imò non expediuiſſet. Nam ex hoc in eccleſia Dei in perpetuum remanſiſſet exemplum pernicioſiſſimū pro ambitioſis, & tyrannis in Romani pontificis, & aliorū prælatorum electionibus, ipſis electoribus amodo violentias & impreſsiones inferendi. Tum, quia mores ipſius Bar. non poſſunt conueniri iſti ſtatui: cum ſit fatuiſſimus, & vitijs omnibus irretitus: tum etiam, quia canonicis ſanctionibus, quæ tales electiones nullas reddunt, non potuiſſent renunciare Cardinales metu & impreſsione durantibus: cum non ſit in eorum, ſed potiùs in Romanæ & vniuerſalis eccleſiæ, ac totius reipublicæ fauorem inductæ. argumē. de foro competenti. ſi diligenti. cum ſimilibus. & clementina ne Romani. de electione. Nec debuerunt poſt impreſsionem ipſum reeligere pro eo, quòd acceptando electionem violentam, & ſe gerendo pro Papa reddidit ſe totaliter indignum, quamobrem mandat Cardinalibus & alijs, quòd ipſum expellant. xxiij. diſtin. in nomine domini. in fine. ¶ Secundus caſus eſt de illis actibus, qui libertatem, non tamen libertatis plenitudinem cum contentu requirunt. & tale eſt votum religionis, de quo loquimur hîc & ſuprà eodē cap. primo & cœteri actus omnes, qui geſti. per metum nulli ſunt ipſo iure: qui ideò nulli ſunt, quia metus in eis conſenſus libertatem excludit: quia libertas in illis principium eſſentiale exiſtit: in quibus tamen non requiritur de iure plena libertas. & hîc licet ſub dubio fortè. Adhuc idem dico, quòd in caſu proximè præcedenti maximè per iſtam decretalem. & per id, quod notatur in dicto cap. inſinuante. in gloſſa penulti. & quod de hoc ſcripſi. ſupra in quinta oppoſitione. Sed dices iam de caſu reg. conſtituenti, & malè, reſpondeo dupliciter. Primo, quòd non malè, quando caſus ratio generalis eſt, vt in propoſito. argumen. ff. de legi. l. non poſſunt. Item alio modo, quia concluſio caſus primi regulam habet. Et eſt ratio illius generalis ad actus omnes per metū geſtos. & licet aliud ſit in ſequētib* caſib*, hoc in illis ſpeciale eſt. & habent illi caſus rationes ſpeciales: vt dicetur in illis. ¶ Sed quæ res, quæ ergo differentia inter iſtum caſum & proximè præcedentem? Reſpondeo, iſta eſt differentia, quia ibi opus eſt reſciſsione: hîc nullus eſt actus ipſo iure. & ibi eſt regula: hîc ſpecialitas. Et ratio ſpecialitatis libertas: quia liberum debet eſſe arbitrium in vouendo. Et liberum militem eligit ſibi Deus: vt no. Ber. ſupra eodem Abbas. ante finem gloſſæ. Et licet iſte caſus præſtat ſpecialitatem reſpectu primi: ponit tamen regulam reſpectu tertij & quarti. ¶ Tertius caſus eſt de illis actibus, in quibus plena animi libertas eſt neceſſaria, ſicut in matrimonio: vt infra de ſponſalibus. cum locum. ibi: *plena debet ſecuritate gaudere*. Et aſsignat ibi textus rationem, ibi: *ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit. & ſequuntur exitus, qui inuitis ſolent nuptijs prouenire*. quia quis quod non diligit, facile contemnit: vt capitulo. præſens. & capitu. præterea. & capitu. requiſiuit. & capit. Gēma. allegatis. Facit quod habetur in dicto capitulo cum locum. ibi: *nihil timere*. & quod ſcripſi de hoc ſuprà eodem in quinta oppoſitione allegata. Et in caſu iſto & ſimilibus: licet requiratur, quòd periculum comminatum ſit graue & notabile: & tale videlicet, quòd animum hominis ad timendum haberet: vt ſæpius commouere: non tamen requiritur, quòd grauius, nec etiam, quòd ita graue damnum afferat, ſicut actus per metum extortus afferret. Etiam intelligo in matrimonio ſufficere leuem metum: vt not. Ber. in capitu. cum locum. Aliâs & enim talis libertatis plenitudo nil afferret hoc caſu contra iura. infra de priuileg. ſi Papa. & de legatis primo ſi quando. argumen. ff. de verborum obligationibus. l. Titia. in principio cum concordantijs ibi ſignatis. facit, quia hîc culpa dans cauſam, vel occaſionem negotio non obeſt meticuloſo: vt notatur infra de ſponſa. veniens. ij. in gloſſa finali. Dixi autem hoc requiri, quòd periculum comminatum ſit graue & notabile & talè videlicet, quòd animum hominis ad timendum haberet ſæpius commouere. & hoc ideò, quia textus quoad hoc metum talem requirit ex parte viri, qui poſſet in virum conſtantem cadere infra de ſponſalib. veniens. ij. in fine. Dixi tamen quòd non requiritur, quòd grauius ſit &c. Et ideò ſola parētū reuerētia hîc videtur metum inducere. vt infra de ſpōſalib. veniens. primo. in principio. ¶ Quartus caſus eſt de illis actibus, in quibus neceſſaria eſt, nedum plena: ſed etiam pleniſsima animi libertas, ſicut in electionibus prælatorum: vt prima quæſtione ſexta. capitulo ſi quis autem. ibi: *cuiuſlibet generis timore*. &c. & de electione capitu. fundamenta verſu, ipſa quoque. libro ſexto. ibi: omni libertate &c. & capitu. vbi maius § cœterum. eodem libro cum ſimilibus multis. Et in caſu iſto, & ſimilibus puto ſufficere adhuc metum leuiorem, quàm in caſu ſuprà proximo, per ea quæ ſcripſi ſupra in quinta. oppoſitione. ¶ Sed qualis debeat eſſe ille metus? dic, vt plenè ſcripſi. ſupra in remiſsionibus ibi datis. Et maximè in. viij. primis quæſtionibus, quas formaui. de electione. capit. quiſquis. quas pro materia huius decretalis omnino hîc vide. Et quòd leuis metus ibi ſufficiat, probat valde bene dictum capitu. quiſquis. vt ibi deduxi. & maximè in hoc, quòd pœnituit electores. per quod apparet, quòd de culpabilibus intelligitur. Sed illi, qui fugiunt magis fugienda & propter hoc minus fugienda proſequuntur, non ſunt in aliqua culpa. ergo de illis non intelligitur illud capitulum. Intelligitur ergo de culpabilibus: quia propter id, quod eſt minus fugiendū ita propter metum leuem, proſequuntur magis fugienda: hoc eſt eligere ad voluntatem & impreſsionem laicorum. Et ponitur ibi ratio: quia per hoc violatur eccleſiaſtica liberalitas cum videlicet electores quocunque timoris generè à melioris electione diuertuntur. Facit ratio Philoſophi, quæ habet, ꝙ ſi ſimpliciter, ad ſimpliciter: & magis ad magis. & maxime ad maximè. ¶ Si ergo ſimplex libertas requirit metum iuſtum, & plena leuem: igitur pleniſsima leuiſsimo contentari debet. ¶ Verum circa hoc breuiſsimè ſic diſtingue: quia aut electores ſibi metum intulerunt, & non alij: vt quia Cardinales timentes, quòd Imperator contra eos turbaretur, ſi non eligerent Theuto-

nicum in Papam elegerunt Theutonicum vel ſimili modo timentes de Rege Franciæ elegerunt Gallicum. aut ſimili modo timentes de populo Italiæ, vel Romæ elegerunt Italicum, vel Romanum: cum tamen prædicti de hoc non cogitantes. nec tunc, nec ante verbo, vel facto nec fuiſſent eis comminati: & tunc non putarem iſtum metum debere aliquid operari ad electionem vitiandã: imò ſibi debent tunc Cardinales hoc imputare ſolùm ad culpam: vt. l. ſi mulier. j. reſpon. ¶ Aut alij intulerunt, vel alius intulit eis huiuſmodi metum: & tunc, aut timor eſt omnino vanus, vtpote talis, qui nec in conſtantem, nec in non conſtanconſtantem communiter caderet: & tunc adhuc illius nulla æſtimatio eſſe deberet: vt. ff. de re iudi. l. iiij. Aut non eſt oĩo ſic vanus: ſed tamen aliàs dicitur nõ omnino iuſtus: vt quia bene poſſet mouere aliquos communes homines mundum ſequentes, non omnino conſtantes: & tunc aut quæris, an vitiet ipſo iure electionem caſu, quo de illo bene conſtet. & dico, quòd ſic. Et ſic intelligo, quæ ſcripſi in dicto. c. quiſq́s. in. vij. quæſtione. Aut quæris, an ſit ſtatim credendum electoribus, qui dicunt ſe feciſſe per metum & hîc dico hæc neceſſariò relinquenda arbitrio boni viri, qui ſecũdum qđ timor erit magis, vel minùs iuſtus, aut vanus, & veriſimilibus pluribus, aliâs paucioribus coadiutus, vel etiam impugnatus maiorem, vel minorem, aut nullam fidem eorum aſſenſibus adhibebit factorum & perſonarum conditionib⁹ diſcretè penſatis. Tota enim hæc materia arbitraria eſt, vt ſcripſi. ſ. poſt Hoſtien. & Inno. in prima oppoſitione. verſic. pro quo ſciendũ, quòd Hoſtien. vix enim crederetur, quòd conſtans homo ex leui cauſa moueretur, niſi ſubeſſet aliqua cauſa extrinſeca id credendi vt. ff. eo. l. iiij. & l. ſi. in princip. Saluo, quòd vbi interueniſſet in electione ſecularis poteſtatis abuſus. de quo in. d. c. quiſquis. quẽ electores ſequuti fuiſſent, electio ſimpliciter & indiſtinctè nulla eſſe deberet. & electores. qui fatuè abuſum ſequuti eſſent, forent puniendi vt. d. c. quiſquis. Et eſt ratio, quia electores videntes talem abuſum laicorum & offenſam eccleſiaſticæ libertatis debẽt propter honorem eccleſiæ, & maximè ad tollendã mali exempli perniciem alium eligere, & non illum de quo facta eſt impreſſio, licet aliâs cum fuiſſent electuri: vt ibi. argum. ff. de pœnis. l. ſi aliquid. §. ſi abortionis. cum ſimi. Et hoc verum niſi id fuiſſet in fraudem viri boni eligendi commiſſum, ne eligeretur: quia tunc liceret electoribus illum eligẽdo fraudem excludere: vt. ff. de leg. ij. l. cum pater §. Titio. in fi. ¶ Tertio verò principali caſu ſecundum rectam rationẽ periculum quod timetur, & illud propter quod metus infertur inter ſe æquaminiter ponderant, & quæ fugienda ſunt. Et tunc aut loquimur in duobus vltimis membris diſtinctionis, quam vltimò feci circa caſum proximè præcedentem & hîc certum, quòd ſufficeret talis metus. Nam ſi id, de quo minus videretur: & id de quo magis. de elect. cum in cunctis. in princi. & tamen minus videretur, vbi periculum eſſet minus &c. & tamẽ quoad illa ſufficeret leuis metus talis periculi: vt deduxi in illis. igitur fortius de æquali. ¶ Si verò loquimur de duobus membris primis, hîc maius dubium: tunc tamen dicerem in dubio ſecus. Et eſt ratio. Nam quilibet conſtans & prudens homo de vno eodemq́; malo, potius deberet velle ſe exponere periculo, ne ſibi per alium inferretur, quàm illud ſibi inferret. & potiùs tunc deberet velle pati malum ab alio, quàm agendo in ſeipſum illud ſibi inferre. Et ideò ſuppoſito periculo mortis, ob hoc ſe interficere non deberet: vt. ff. de his qui mor. ſibi cõſciue. l. j. ij. & iij. Et deducit Auguſtin⁹ de Ciuitate Dei li. j. c. xviij. xix. xx. xxij. titu. ij. c. ſequentibus. Igitur inter duo æqualia mala, tutius quis debet ab alio vnius periculum expectare, quàm alterum ſibiipſi inferre. Patet cõſequentia, quia poſtquàm æqualia mala & æquè fugienda ſunt, malum aliud vni additum reddit illud altero malo maius: vt de ſe patet.

76 ¶ † TERTIO quæritur qualiter metus probetur. Solutio, dico, quòd cum conſiſtat in animo, quia dicitur trepidatio mentis: vt. ff. e. l. j. Directè probari non poteſt, niſi per illum, qui dicitur metum paſſus. C. de dolo. l. dolum. & . C. de reſcin. vendi. l. dolus. Verùm quia in cauſa propria ipſe metum paſſus non poteſt eſſe bonus teſtis. C. ne quis in cauſa propria. l. vna . C. de teſti. l. omnibus. Nec etiam in cauſa aliena ſufficeret teſtis ſingularis. ſuprà de electio. cum dilecti. §. nos verò. verſu, cum contra. & de accuſa. cum dilecti. in fi. C. de teſti. l. iuriſiurandi. in fi. neceſſarium eſt talem facti probare qualitatem, ex qua reſultet iuſta cauſa timendi, etiam in conſtante, per quam meticuloſi aſſertio reddatur veriſimilis. Et tunc bene creditur metum paſſo: vt . ff. ex quibus cauſis maiores. l. iij. Quæ probas modum huius probationis eſſe iudicis arbitrio committendum: vt ecce. Dico me nõ appellaſſe propter metum iudicis: oportet, quòd probem. tunc certè ſi probo, quòd conſueuit appellantes à geſtis per eum in carcerem detrudere, & eis violẽtias & iniuriam inferre: ex huiuſmodi qualitate perſonæ hoc præſumetur: vt. ff. de rei vendicatione. l. ſi à bonæfidei. in principio & commod. l. argentum. vel, quòd minatus erat ſic facere: vt. l. metum. C. quod metus cauſa. cum gloſſa ſua quę bene facit. quia textus illius legis dicit, quòd non ſufficit proteſtatio: ſed debet probari. Et gloſſa docens qualiter debet probari, dicit, quòd per minas &c. conſiderata tamen conditione perſonæ &c. argumento . C. ſi quis impera. maled. l. j. Et ſufficit, quòd ſemel fuerit comminatus: dummodo ex animo fecerit: vt. ff. de ædilitio edicto. l. quis ſit fugitiuus. in principio & § j & § illud enim. & § idem Celſus. & quaſi per totam legem. oportet tamen, quòd in iſto officio ſic facere conſueuerit. Nec ſufficit, quòd in alio officiu hoc facere conſueuerit. argumen. ff. de ſuſpect. tutori. l. iij. §. quæri poteſt. & quod ibi notatur in gloſſa & ſuper verbo, ceſſare. Nec ſufficeret probare ſimpliciter, quòd conſueuiſſet homines incarcerare: quia hoc poſſet facere iuſtè. & ſic non eſſet iuſta cauſa timoris: vt dicta. l. quis ſi fugitiuus § j. Ideò oportet probare, quòd conſueuerit hoc facere contra ius. ¶ Si verò tales officiales in carceribus cauſas fingant formando inquiſitiones de delictis ad probandum, quòd iniuſtè procedetur ex coniecturis: vt quia contra appellantem incontinenti poſt interpoſitam appellationem formauit iudex informationem: vt. ff. de priuile. creditorum. l. ſi ventri § vltimo. Et quòd poſteà ſequuta eſt renunciatio appellationis, vel abſolutio ab inquiſitione: quia omnia concludunt animum præcedentem: vt . ff. ad Macedonianum. l. ſed Iulianus § proinde. ij. imò fortè ſufficeret ſola fama ſcilicet, quòd conſueuit violentias appellantibus, & reclamantibus inferre. argumento . ff. de quæſtionibus. l. de minore § tormenta. ibi, vel cuius æſtimationis. &c. iudicis notata Cyni. ff. de ſeruite legata. l. quarta. Imò ſatis eſſet probare, quòd non conſueuiſſet hoc facere talibus appellationibus, ſed conſanguineis & laborantibus terras ipſorum: vt. ff. de cõditionib. & demonſtrationib. l. hæres §. finali &. ff. eodem. l. iſti quidẽ § finali. Et de hoc eſt decretalis multùm notabilis. c. in eccleſia. primo. de exceſsibus prælatorum argumento de immunitate eccleſiarum. cap. finali. libro ſexto. imò ſufficit probare, quòd familiaris ſuus hoc fecerit, & quòd ipſe non correxerit: cum corrigere potuiſſet: quia ſic feciſſe videtur. argumento . ff. de damno infecto. l. fluminum §. quanquàm. & eſt textus. ĩ. de reſtibus. conſtitutis §. ſi quis autem. & . c. ſequenti. ſecundum Bartolum . ff. de operis noui nunciatione. l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori. Vnum ſolum exemplum dedi reliqua imaginaberis per teipſum. Et quia quot facta, tot exempla: cum materia tota ſit arbitraria. lunge tamen quid ſcripſi de minis in dicto capitulo quiſquis. in ſeptem quæſtionibus primis. & ſupra eodem ad audientiam. verſiculo quarto, metu verborum &c.

77 ¶ † Quartò redeũdo ad materiam currẽtis ſciſmatis q̃rit, virũ dñis Cardinalib⁹ ĩ literis declaratiõis, ſeu denũciatiõis Agnanię emanatis, vniuerſo clero, & populo directis, p̃ quas denũciauerũt in electiõe Bartho. interueniſſe

interueniſſe iuſtum metum mortis eis illatum pro Roma-
no, vel Italico eligendo, ſeq; metum huiuſmodi fuiſſe ſe-
quutos & per metum talem Bartholomęum elegiſſe, aliâs
18 non facturis à fidelibus ſit credendum? ¶ † Pro huius quę
ſtionis declaratione, pręmitto primò, quòd informatio-
nis, recipiendæ de per teſtes quandoq; ſunt iudiciales, vt
ſunt regulariter omnes, in quibus parti præiudicatur. de
maiori. & obedi. inter quatuor de cau. poſs. c. j. de re iudica.
de vnoquoque. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fina. ¶ Aliæ
ſunt exeraiudiciales ex natura propria: quia earum natura
partis vocationem & proceſſum iudiciarium non requirit
de quibus de reſcriptis. cum contingat. & ibi per Bernar.
in prima gloſſ. & per Innoc. in tertia gloſſ. de ſenten. excom.
inquiſitioni cum gloſſa de coniugi. ſeruo. propoſuit. ſic in-
telligunt quidam de reſcriptis. ſciſcitatus. de officio delega-
ti. prudentiam. circa principium. Sed dic, vt ibi dixi, deſpō.
in præſentia. cum ibi notatis. & C. de repudi. authentica,
hodie. & de his propriè habetur. ff. de adminiſtra. tuto. l. pa
ter tutelam. § vltimo. de acquiren. hæredit. l. cum quidam. §.
quod dicitur. ij. & vtrobique per Bart. & clemen. cum ei,
quem. primo reſponſo. de conceſ. præbend. cum ibi notatis
per Paul. & Gul. & per Inno de præſumptionibus. c. fina. &
per gloſſam. in clementina. vna. de offic. deleg. ¶ Aliæ verò
ſunt extraiudiciales non ex natura propria ſed ex defectu
iudicis, vel partis. His deficientibus, deficit iudicium. de
verborum ſigni. c. forus. § in omni. ¶ Secundo præmitto,
quòd in atteſtationibus iudicialibus conſyderātur ſubſtan
tia & ſolemnitas. Conſiſtit autem, ſubſtantia. ¶ Primo in
numero & authoritate deponentium. in auth. de teſti. § ſan
cimus. ff. de teſti. l. iij. § j. ij. & iij. & eo. ti. ff. l. vbi numerus. Fa
ciunt iura allegata. per gloſſam. in. c. cum contingat. & c. in-
quiſitioni allegatis. ¶ Secundo in materiæ, ſuper qua depo-
nitur, natura & conditione, videlicet quòd ſit talis, quòd
cadere in mentem teſtis. Nam aliás per teſtes probari non
poſſet, quod legitur ex notatis de electione cap. bonæ.
Innocen. de teſtibus. capitulo, cauſam quę. Speculator. parte
prima. de teſte. § poſtquàm. & parte ſecunda. de poſitionib⁹.
§ ſeptimò videndum. & Ioannes Andreas. de confeſsionib.
cap. primo & ſecundo. ¶ Tertiò in depoſitionum modo &
cauſatione: vt quòd non ſingulares, in veriſimiles, repug-
nantes de auditu, vel articulo iuris. & quòd cauſas reddant
Quod intellige, vt legitur & notatur in remiſsionibus ſu-
prà per me datis. ſolemnitas receptionis conſiſtit in partis
vocatione. de teſti. & atte. In nomine domini. cum ibi alle-
gatis. de fide inſtrumentorum. iudices. in authentica. de te-
ſtibus. § hoc verò iuramenti receptione. j. de teſtibus. capi-
tulo quoties. capitulo tuis. & capitulo nuper. de iureiuran
do. & ſi Chriſtus. & lege iuriſiurandi. allegata. cum concor-
dantijs. Et in interrogatione, datione, vel citatione, vel cita
tione ad dandum. de teſtibus. per tuas. & c. pręſentiū. eo. ti-
tu. libro ſexto. ¶ Tertio pręmitto, quòd licet ſubſtantia de
qua ſupra locum habeat in atteſtationibus extraiudiciali-
bus, tamen dicta ſolemnitas in eis locum non habet. ¶ Pa-
tet primum per iura & gloſſas pro prima parte primi eui-
dentialis ſuperius allegata facit, quia in non mutatis ſtat re-
gula. vt. l. ſancimus. & l. præcipimus & ſublato vno impedi-
mento, aliud remanet: vt. l. ſi domus. Modo regula requirens
ſubſtātiā & ſolēnitatē in atteſtatiōib⁹, quoad ſubſtātiā, mu-
tata nō eſt. & eſt eadē rō in illis, videlicet, ne ex leuibus fal-
ſis vel mēdoſis alteri præiudiceſ. verū ſicut in iudicialibus
q̄ñque, plenæ, pleniores, vel pleniſsimæ, quādoque leues, le-
uiores, ſeu leuiſsimæ probationes requiruntur, vel ſuffi-
ciunt ſecundum naturam materię, ſic in extraiudicialibus.
ſuper quo vide Barto. in. § ſi dubitetur. allegato. ¶ Patet ſe
cundum in exemplis iurium primæ partis primi euidentia
tialis. & patet ratione: quia ceſſante iudicio, ceſſat ſolemni-
tas iudicialis. Et ceſſante parte, ceſſat vocatio partis. & ceſ-
ſante iudice, ceſſat vocatio & expeditio iudicialis. Iſta per
ſe patent. Fallit in iuramento quod quandoque exigitur ex

traiudicium. C. de repudijs. authentica, hodie. quiā non
de facili creditur omni ſpiritu. facit quod legitur & nota-
tur. in capitulo. & ſi Chriſtus. ¶ Quarto pręmitto, quòd
nos ſumus in materia, in qua copia iudicis non habetur.
Caſum reputo de electione. licet in fine. Facit vigeſima-
prima diſtinctione capitulo nunc autem. quadrageſima di
ſtinctiōe. ſi Papa. Et patet per ea, que ſcripſi in tractatu ſciſ-
matis. quæſtione. xxx. ¶ Quinto præmitto, quòd circa ſub-
ſtantiam atteſtationum ſeptem ſunt conſideranda, quæ te-
ſtimonium ipſum fortius & vrgentius reddunt. ¶ Primò,
ſi teſtes ſint numero plures. j. de teſtibus, in omni. & legitur
in authen. allegata. C. de arbi. l. in arbitris. § ſi autem. ¶ Secū-
dò ſi ſint homines notabiles bonæ authoritatis & famæ. &
quantò ſunt maiores authoritatis, vel dignitatis, tantò ma-
gis probant. ar. ff. de offi. præſec. prætu. l. vna. xcvij. diſtin. no
biliſsimus. cum ibi notatis. Probant notata Spec. parte pri-
ma de teſte. § poſtquā. verſi. porro cum ab vtraq; parte. vſq;
in finem. §. in authen. de teſtib. §. ſancimus. cum ibi notatis.
¶ Tertiò, ſi deponant de re, quæ poſsit appræhendi ſenſu
corporeo. vt dixi in. ij. parte ſecundi euidentialis. ¶ Quar-
tò, ſi de quo nō poteſt ſciri per alios, quàm per eos. C. de re-
pudijs. l. conſenſu. j. de proba. in loco. ¶ Quintò ſi deponāt
veriſimilia. ff. de teſti. l. iij. § tu magis. Et præſertim ſi huiuſ-
modi veriſimilitudo trahat opinionem à communi opinio
ne & fama: vt. ff. de teſti. l. iij. § eiuſdem. de acquiren. hæredi.
l. cum quidam. § cum dicitur. iiij. q. iij. ſæpe. cum ibi notatis.
de teſti. veniens. cum glo. & Nouella & remiſsionibus datis
in Nouella & notatis Barto. ff. de quæſtio. l. de minore § tor
menta. & adhuc plus vrget cum authoritate inſurgit argu-
mento de regu iuris ad noſtram. de accuſatio. euidentia. ij.
quæſtio. prima de manifeſta. ¶ Sextò ſi ſunt tales, ad quorū
officium pertineat hoc teſtimoniū ferre: quia magna fides
cuilibet adhibetur in officio ſuo. vt de appel. cum parati. de
rebus eorum. l. magis. § illud. de quo notatur. lxxxij. diſti. p-
poſuiſti. iiij. quęſtione. ij. c. infamis. § item in criminali. ver-
ſicu. patroni. per Hoſtien. in ſumma de contumacia. § quali-
ter. verſicu. quid ſi abſens. & ſequenti. in Specu. de citatione.
§ ſequitur verſi. ſed nunquid credetur. ¶ Septimò, ſi id de
quo deponunt ſic factum proprium eorundem: vt. § quod
dicitur. allegato cum ibi notatis per Barto. quia melius de-
bet quis ſcire factum proprium, quàm alius. ff. pro ſuo. l. ſi. s.
de reſcrip. ab excommunicato. ¶ Sexto præmitto, quòd cū
duo de Papatu contendunt, quilibet catholicus Chriſtian⁹
tenetur facere omnem diligentiam ſibi poſsibilem, de ha-
bendo veridicam informationem, quis ſit Papa. & ſequi eā.
¶ Patet, quia quicunq; in proplexo conſcientiæ conſtitu-
tus, tenetur pro poſſe ſe informare de veritate viæ, quam ſe
qui habet, & illam agnitam proſequi. & ſic tollere ſcrupulū
& perplexitatem. de reſcrip. cum contingat. de reſtitutione
ſpoliatorum. literas. de ſimon. per tuas. de ſententia excom-
municatiōis. inquiſitioni. Modò mandata contraria tam
canonum, quæ præcipiunt obediri vero, & recedi à falſo,
quàm contendentium, qui faciunt proceſſus contrarios. &
quorum vnus ligat, & alter ſoluit quemlibet de facto iſto
dubitantem, perplexum in conſcientia reddunt, vt experi-
entia docet. probat. c. in nomine domini. allegatum in fine.
& lxxix. diſtinctione, ſi quis peculio. cum ſimilibus. ¶ Hijs
ſuppoſitis, probo, quòd dominis Cardinalibus & dictis eo-
rum literis à fidelibus eſt credēdum. Nam duodecim teſtes
bonæ famæ & opinionis, ac maximæ dignitatis & authori
tatis viri in materia extraiudiciali cadente in proprios ſen-
ſus corporeos de natura ſua, & per eos viſa, & corporaliter
appræhenſa, ac per alios non probabili, veriſimiliq;, & à cō
muni opinione & fama, imò à notorietate trahente origi-
nem: necnon caſum eis commiſſum ex officio, ac factum
eorum proprium concernente, deponentes maximè iurati,
licet his, quorum intereſt non vocatis apud quemlibet ſa-
nę mētis: & præſertim apud eos, qui teneñ de hoc iuſtā in
formationē regrere atq; recipere, ac ſe eidē cōformare dn̄e

facere plenam fidem. Sed ſic eſt in propoſito. Igitur. &c. Maior propoſitio infertur clarè ex.vj.pręcedentibus euidentialibus ſimul iunctis. Minor propoſitio probatur diſcurrendo per ſingularia mēbra. Dixi primo, quòd Cardinales hāc relationem facientes erant numero.xij. probant dictæ literæ in formam publici inſtrumenti redactæ: quia ſaltem notarijs eſt credendum de proprio viſu, de quo rogati ſunt: de fide inſtrum.&.l.in exercendis. Dixi.eſt quòd ipſi erāt bonæ opinionis & famæ. Quis enim crederet omnes .xij. mente inſanos, ſalutis immemores, cōſcientia damnatos, ſeu quòd omnes.xij.in tanto facto proprium præcipitium ſcientes in propriarum perditionem animarum, & euidens ſuarum periculum perſonarum, ac deluſionem totius vniuerſi mentiri ex certa ſcientia, & contra proprias conſcientias voluiſſent: maximè, cum omnes eſſent homines literati, & ſemper cum optimis conuerſati. Nam & ſi in quolibet collegio poſsint aliqui eſſe mali, quando tamen collegium de ſe eſt bonum & ſanctum credi nō debet, quòd omnes mali ſint. Nam in collegio. Apoſtolorum, quod collegiū Cardinaliū repræſentat, non fuit niſi vnus malus. ¶ Item, quòd eſſent maximę dignitatis & authoritatis viri, nullus in dubium reuocaret, cum iam à longis temporibus eis.ſ̃.omnes poſt Papam in Dei eccleſia delatum fuerit. & probat.c.j.de officio leg.lib.vj ¶ Pro præmiſsis fa.generales iuris præſumptiōes. ¶ Prima generalior præſumens quemlibet bonum & memorem ſalutis proprię.de præſump.c.ſi.C.ad leg.iul.repe.l.vlti. ¶ Secunda ſpecialior ratione maximę eorum dignitatis.l.vna.de offi.prę.ſi.&.c.nobiliſsim⁹ alle.ibi notatis. Et qa in caſibus creditur dicto vnius Cardinali quod non ſit in alijs iuxta lecta & notata Nouellæ de teſti. cum à nobis. & Hoſti. & Nouellæ de fide inſtru.quod ſuper his.& Hoſti.& Nouellæ de appel.conſtitutis.ſuper verbo, aſſertionem. verſicu.Inno.& Nouellæ de priuile.cum olim.i.ſuper verſi.fratrum.& Inno.de accuſa.cum dilecti. Archidiaco.& Nouellę de elect.vt circa.ſuper verbo, inſtrumento publico. Ioan.& in.c.nobiliſsim⁹ alle. ¶ Dixi tertio, quòd hęc materia eſt extraiudicialis non de natura ſuæ: ſed quia hîc iudex ſuperior haberi non pōt, iuxta ea, quæ ſupra ſcripſi in primo & quarto euidentiali. ¶ Dixi quarto quòd iſta eſt materia. quæ cadit in proprios ſenſus corporeos de natura ſua, ac per eos viſa, & corporaliter appræhenſa. Nam ea de quibus depoſuerunt, dicuntur fuiſſe dicta & facta per eos, & coram eis hoc de ſe patet. ¶ Dixi quinto quòd iſta materia non erat, nec eſt per alios probabilis. Quod ītelligo quoad facta per eos. ĩ.conclaue. Et patet, quia cum eis nullus forenſis interfuit prout nec intereſſe conſueuit: quia nunquàm in electione Romani pontificis interuenit teſtis, vel notarius, aut quiuis alius. ¶ Dixi ſexto, quòd iſta materia eſt veriſimilis: qa à communi opinione fama & notorietate trahit originem videlicet à tumultu & acclamatione publica furentis & armati populi notorij. hodie etiam quaſi toti mundo: quia ꝓpter quadrageſimā.& indulgētias erant tunc in vrbe pręſentes homines, quaſi de omnib⁹ partibus totius Chriſtianitatis. Fa.no. Nouellæ in regula ſine poſſeſsiōe. Bar.i.d.§.tormēta. ¶ Dixi ſeptimò, quòd iſte caſus fundatur in facto ꝓprio deponentium. Quod intelligo pro maiori parte. patet ex tenore literarum prædictarum.& tangit officium eis cōmiſſum. Nam pertinet ad eos ſolos toti Chriſtianitati dicere quis eſt Papa: cum ad eos ſolos ſpectet eligere, & electionē publicare: cum nullus cum eis in electione interueniat: vt prædixi. Nec aliàs ſcitum fuit de Bonifacio octauo, Clemēte quinto, Ioan. vigeſimoſecundo, Benedicto decimoſecundo, Clemente ſexto, Innocē. ſexto, vrbano quinto, Gregorio vndecimo, quòd fuerint ſummi Pontifices. ¶ Dixi octauo. iſtos duos depoſuiſſe iuratos: quia cum deliberatione in eorum conſcientijs aſſeruerunt ita eſſe: vt probant dictæ literæ in formam publici inſtrumenti, quoad⁹ hoc redactæ: vt di. Modò aliquid aſſerere in propria conſcientia eſt iurare. xxij.q.v.iurati.ſuprà.c.ad aures.de frigi.fraternitatis.in principio & ibi not. Hoſti.de appel.conſtitutis.ij.vbi Cardinali creditur, ſi in conſcientia dicat. licet aliàs non iuret. & licet in iudicialibus aliquod dubium eſſe poſſet: tamen in materia iſta extraiudiciali, vbi non eſt, qui exigat, vel præſtari ſaciat: aut iudex, corā quo pręſtet huiuſmodi iuramētum, videtur hoc ſufficere: maximè, quia iuramentum non debet vltra offerri: cum tantum ſit à malo non credentis. de iureiur.& ſi Chriſtus: maximè ſecundum opinionem quæ habet Epiſcopos non debere tangere ſacra. de quo notatur per Ioan. And.de elect.vt circa.lib.vj.in gloſſa, licet in additione aliter ſentiat. ¶ Vnde aſſertio notariorū hîc probat oīa illa, quę coram eis agitata fuerūt, & de quibus rogati fuerūt videlicet qualiter domini Cardinales Anamæ, die expreſſa ſic aſſeruerunt, & aſſertioni ſubſcripſerunt, & aſſertionē coram ſe legi fecerunt. & ſic lectam in ſuis cōſcientijs dixerūt & approbauerunt coram eis & teſtibus ipſis rogatis: ſed ꝙ huiuſmodi dominorum aſſertio contineret veritatem nō probat de per ſe aſſertio notariorum, per no. Inno.de prob. quoniam glo.ex hoc patet.& Hoſti.& Nouellæ ibi, poſt eū & Specu.de inſtru.edi.§.reſtat.ad finem. verſi.in ſumma de procura.§.ij.ad ſi.verſi.illud quoq;.& de proba.§ ſi.verſi. ſed pone iudex.& Pau.in Clemen.i.de procura. Sed ipſa dominorum aſſertio tanquàm teſtium & authenticarum perſonarum probat id, quod in ea continetur per præmiſſa. Nec obſtat, quòd iurati non erant in præſentia, vel in contumaciam partis iuxta lecta & not.C.de teſti.l.iuriſiurandi.in.q.ix.hortamur.iiij.q.iij.§.item iuriſiur.de teſtib. quoties.ſuis. nuper.& dicto.c.& ſi Chriſt⁹.&.c.in nomine domini. de teſti.C.de fide inſtru.l.iudices.in authen.de teſtib.§ hîc verò. colla.vij. Quia iſta vbi eſt copula iudi.& in iudicialibus locum habent: hîc ſecus: vt dixi. Nec obſtat, quòd ſpeciale eſt in Papa, vt eius aſſertiōi credatur: vt cle.literis. de procu.ar. ff.dę iudi.cum prætor.& ad municipa.l.j.in ſi.& de legi. ius ſingulare. Quia fateor de aſſertione vnius ſolius ſecus, quādo ſunt plures, tot, & tales, & i materia de qua dixi. Nec ob. quòd literis Epiſcoporum narratiuis ſecundum quoſdam non creditur. Quod dic, vt ſcribam de proba. poſt ceſsionē. vbi per Nouellam & Cal. quod eſt maximè verum cum literæ non narrant diſpoſitiuè factum præſens, ſed enunciant, quod præterijt. not. Nouella in.c.poſt ceſsionem.ſuper fine primæ gloſſæ. verſi. potiùs videretur. & Pau. de fide inſtru. cum dilectus. ſeu cum cōtra ſuam partem aduerſam, & illi⁹ graue præiudicium, aut commodum ſuijpſius literæ huiuſmodi emanaſſent. patet ex no. Inno. de fide inſtrumē.c.j. in fine mag. gloſſæ à contrario.& in principio glo.eo. & Pauli in.c.cum dilectus Aut etiam cum de alterius, licet non aduerſarij multùm graui præiudicio ageretur. patet ex no. Inno. in principio dictæ gloſſæ prout latius ſcripſi. de præbē. licet.ij.lib.vj.ſuper.v.nam prædicta loquūtur de aſſertione vnius ſolius Epiſcopi non iurati de eo, quod non ſpectat ad eius officiū in iudicio producta: cum iudicis copia haberetur & ſuper materia quæ per alle.& aliàs probari poteſt: ſed aliter hîc, vt dixi: qa nulli.pręter ipſos dominos ſcire poſſunt huius veritatem. Fa. lecta & nota. de elect. cum dilectus. de teſti. cum à nobis. de accuſa. cum dilect⁹. ¶ Item dico, quòd in dicta relatione ſe habuerunt domini & veridici teſtes toti orbi euangelizantes veritatem ex officio eis commiſſo. ſicut enim canonicum publicare, ita non canonicū detegere habent. de elect. quia propter. in fine, de re.iur.c.j. Et maximè, vt procederēt ad ſecundā. Sicut de via ad certum.xxxij.q6.j.cum renunciatur.& ſuum articulum dubium declararēt. ff.de acqui. hære.l.qui in aliena.§. ſi.C. de his, qui me. iudi.l.ij.&.§.ſi quis ipſi prætori.&.c.ſi iuſtus.alle. & cle.j. de procura.& vt denunciationem Euangelicam exercerent.ij. q.j.ſi peccauerit. de iudi. nouit. Et ſaluti proximi prouiderent. de ſenten excom. quante.&.c. dilecto. Facit, quia talis declaratio ſaltem ad Romanam eccleſiam pertinet, ſicut declaratio ſanctorum, per lecta & notata. de reliqui.& ven. ſa. c.vno. Quam repręſentat coetus Cardinalium, ſede vacan.

argu.de

argu.de hære.ad abolendam.& Cle.multorum.eo. titu.iuncta extraua.vnam ſanctam. Fa.quia ſi ſpectat ad eos eligere & de viribus ſuæ electionis veridicá relationé facere.de reſcrip.dilectus filius.j̃.de ele.cum dilecti. Et eis ſicut de ſpectantibus ad commiſſum eis extraiudiciale officium credi debet,iuxta not.Inno.de fide inſtrumen.c.j.in fine.& Compo.de elec.ſtatuimus.lib.vj.& Nouellę in c.poſt ceſsionem. & Spec.de remiſsio.§.fi.& Ioan.And.ibi in additio.Nec ob. ꝙ quia rogati non fuerunt,videtur ſuſpectum eorum teſtimonium.ff.de procura.quæ omnia.argu.in authé.de fide inſtru.§.nos autem.&.§.fin.quia ex officio & bono charitatis, quo proximo tenebantur,hoc faciebant, quæ pro homine interpellant.C.de contrah.ſtipu.magnam. quia tunc non ſe ingerit,ſed debitum reddit, etiam non exactum.xxxiij.q.v. c.j.Nec nb.ꝙ teſtibus,& non teſtimonijs eſt credendum .ff. de teſti.l.iij.§.procliuis.de cuſto.re.diuus.ij.in authen.de fide inſtru §.lunc nos.de cohabi.cleri.tua.cum ibi not.de dolo.cum olim.quia id regulare,& in iudicialibus ſolùm. hic verò ſpecialis & extraiudicialis caſus,vbi neceſſatiò huiuſmodi teſtimonia pro informatione locum habent. Et ꝙ ſit ſpecialis, & exceptus à regulis,quib⁹ probat ſuperioris defectus.c.licet.in fine.¶ Nec ob.ꝙ non habens poteſtatem diſponendi,nec confitendi.notat Bar.ff.de ver.ob.l.ſciendum. & de caſtren.pecu.l.ſi fortè.Modò functi erant officio ſuo. igitur.ff.de re iudi.l.iudex.de offi.deleg.ex literis. de elect. ſi compromiſſarius.lib.vj.Maximè,quia variare non poterãt in præiudicium electi.de elect.publicato.&.c.ab en.& regula mutare.lib.vj.Fa.eo.ti.l.cum vna via.Nam non fecerunt hoc domini in modum confeſsionis , ſed in modum teſtimonij neceſſarij.ſicut deponunt teſtes de re,quam non diſponũt:licet re vera diſponere poſſent,eligendo ſecũdo ,pu fecerunt pro eo,ꝙ prima electio non valebat.& ſic ſine primo primi:quia ius nõ habet.Et hoc pro eo,quòd actus erat extraiudicialis.& ſpectabat ad eos de iure ſuo.Super quo vide not.Inno.in.d.c.ex literis.& aliorum.in.c. ſi compromiſſarius.alle.¶ Nec ob.ꝙ domini,quorum nullus poteſt deponere,niſi de animo ſuo.ſunt ſingulares,etiam eis credi non debet.de elect.c.bonæ.j.&.c.cum dilecti.& de accu.cum dilecti.Maximè in præiudicium alterius.vj.q.ij. ſi tantùm. & c.placuit.C.de teſti.l.omnibus.polita.ij.q.iiij.Fa.no. de proba.tertio.de elect.cum dilecti.ſecundum Lignanum. Dico enim,ꝙ tunc cuilibet de ſuo animo ſingulariter deponenti creditur:cum patent cauſæ & circunſtantiæ reddentes veriſimilem de iure huiuſmodi depoſitionem. vt in propoſito. ff.ex qui.cau.ma.l.iij.de reſcrip.ſtatutũ.§. cũ verò. verſu.ſed & in duobus.lib.vj.cum ibi nota.& cum no. eo.§. verſu, vel niſi.ſuper verbo,meritò.Fa.no.lxxxij.diſt. propoſuiſti. pro hoc de ſen.excõ.ſi verò.ij.de excep.paſtoralis.de elect.vt circa.&.c.nulli.libr.vj.Facit,quia in pluribus caſibus creditur vni ſoli.xxviij.diſt.de Syracuſanæ.lxxx.di.tanta.viij.q.iij.talia.vbi per Hugu.&.c.nobiliſsimus alle.xxiij.q.iiij.inter querelas.xx.q.iij.præſens clericus.quod ſecundum Hugu.intelligitur:vbi rei veritas,ſeu caſus formam iudicij non requirit:vt quia ſuperior iudex non habetur.iuxta.c.forma.&.j̃. no.in.c.talia.alle.Et ſic fortiùs.xij. creditur. etiam ſi eſſet in modo depoſitionis ſuper eodem articulo ſingularis. maximè tantis,quorum authoritas patet.xxj.diſt.ſacroſancta. cũ ibi not.per Archi.&.c.vbi maius.de elec lib.vj.& per glo.de offi.Archipræsbi.c.ij.& per tex.xcvj.di. Conſtantinus.maximè,quia vnico tabellioni creditur in pelle mortua,etiam ſine teſtibus in iudi.de proba.quoniam.in fi.de elec. cum dilecti.¶ Præterea,quia cum animus per verba,& facta iuris præſumptione deregatur,per ea indirectè probatur .C. de dolo.l.dolum.&.l.iij.alle.igitur ex dictis & factis eorum inuicem vnus alterius mentem cognoſcere poterit . & per conſequens deponere ſuper illa. Licet ſecundum primũ modum dici poſſet hic pluralem relationem dominorũ in ſingulares ſingulorum omnium reſeruandam.ff.de cõdi.& demon.l.falſa.in fi.Fa.quia animũ ſuũ per proteſtationem declaranti creditur.l.qui in aliena.§.fi.de acqui. hære.ff.Cle.j. de procu.& alijs ad hoc ſupra allegatis verba etiam animũ detegunt.ff.de ſupellect.leg.l.Labeo.De alijs autem actibus extrinſecis eſt indubitatum,ꝙ in illis non poſſunt dici ſingulares,ſed in conſiſtorialibus ipſi ſoli poſſunt deponere: quia nullus alius cum eis fuit præſens.Sed de geſtis extra cõclaue deponere poſſunt alij.Sed per hoc non infertur,quando & ipſi deponere poſsint.¶ Sed oppoſitiones,quia in cauſa eccleſiæ canonici in.iiij.caſibus ſunt minùs idonei teſtes. Primus eſt,ſi canonici vel clerici,qui teſtimonium ferre volunt cauſam ipſam per ſe,vel alium de teſti.inſuper.cum ibi no.&.c.ij.eo.ti.lib.vj.ar.C.de teſti.l.ij.cum ibi not.per Cyn. ¶ Secundò ſi habẽt nimis magnam affectionem ad cauſam colligitur ex no.Ber.de teſti.in literis.gl.ij.in fi.& in remiſſione ibi allegata.eadem ratione repellitur proxeneta.in authé.de teſti.§.antepe. & cedens agenre ceſsionario ſecũdum Nouel.in.c.inſuper.ſuper glo.ij.¶ Tertiò, ſi aliquid vtilitatis ex victoria conſequatur particulariter ſecundum Nouel. in.c.cum nuncius.de teſti.ſuper glo.j.argu.ff.quando appel. ſit.l.j.§.biduum.iuncta.l.omnibus.C.de teſti.& Ioan. An.de ſen.excõ.ſi ſententia in fi.lib.vj.Et quod notatur de venditore in cauſa emptoris.ff.de teſti.l.nullus.vel quod notatur econtra.l.omnibus.alle.& in Spe.eo.ti.§.j.verſu,quid de venditore.No.Inno.de teſti.c.iij.& quod loquitur & not.in ſimili de donatore.ff.de don.l.Ariſto.§.fi.C.de eui.l.ij.de pac. ſi certis ſecundũ Iac.de Are.¶ Quartò vbi per teſtimoniũ hmôi gñe multũ & exceſsiuum pręiudicium aduerſario aduerſaretur.xiij.q.ij.ſuper vero.de hoc in Spe.de teſte.§.j.verſu,ſed nũquid in cauſa.per Hoſti.in ſumma de teſte.§.ij.ver. & cum cauſa.& Nouel.in.c.cum nuncius.alle.Faciat.iij.q.v. accuſatoribus.& de accuſa.repellantur.vbi de hoc.Modo dicti.iiij.caſus hîc videntur habere locũ:quia Cardinales iam fecerunt partem contra Bar.pro Clemente,& damnũ aliâs ſubſtitueret.& inde vtilitates particulariter conſequuntur, & per ſeipſos cauſam agunt.& agitur de maximo præiudicio Bar.vt videtur.igitur.¶ Sed reſpondeo,ꝙ prædicta oĩa ceſſabant tẽpore declarationis,ſeu relationis & depoſitionis antedictæ,imo honori & vtilitati dicti Bar. condoleñ. per dominum.M.Papam.Epiſcopum doctorem decretorũ in tota Chriſtianitate de fidelitate & probitate ac ſcientia commendatum,& priorem Chartuſienſium de Neapoli requiri eum fecerunt,cum inſtantia,ꝙ vellet ſuper hoc ſaluti propriæ prouidere.Nec eſt eorũ aliquis , quin valde in hoc perdiderit.ſ.beneficia ſaltem quę habebant in Vngaria Alemania & Anglia,Flandria & Italia , ac reditus capelli, maximè ſuper regno Apoliæ conſtitutos.Nec verſatur hîc præiudicium Bar.quia cum ius non habeat, ex detentione continua maiorem Gehẽnam ſibi parat. de conſue.c. fina. ¶ Præterea ratio fauoris mere huic præiudicio præponderat.de teſtib.mediatores.lib.vj.& de hæreti.in fidei.eod.lib. ¶ Qua oppoſitione ſic ſublata infertur credendum iſtis dominis in cauſa Romanæ eccleſiæ , licet ſint canonici eius xiiij.q.ij.ſuper prudẽtia de teſti.inſuper.cum nuncius. de iureiur.& ſi Chriſtus.quia cauſa non eſt eorum propria.ff.qñ appel.ſit.l.ij.§.biduum.de re.di.in tantum.xij.q.ij.c. Epiſcopus.§.qui manumittitur.ff.de in ius vo.l.ſed ſi hac.§.qui manumittitũ de quo per Cy.C.e.l.parentes.Potius eſt enim totius vniuerſalis eccleſiæ.xix.diſt.ita dominus.xxj.di.quãuis. cum multis cano.ea.diſt.xxiiij.q.j.quaſi per totũ. &.d.c. vbi maius §.qui verò.¶ Itẽ oppoſitiões,quia propter inimicitiá aduerſarij & amicitiam,filiationem paternitatem & fraternitatem & domeſticationé producentis teſtes repelluntur. Super quibus recipere allegationes.in Specu. de teſte.§.j. in prin.vſq; ad vnum folium Sed iſti domini videntur inimici. Bar.& amici filij familiares & domeſtici Clem.Sed reſponde per illud vulgare:diſtingue tempora & concordabis ſcripturas.C.de furtis.l.apud antiquos. Nã tempore declarationis ſuæ, domini Cardinales cum eo ſe habuerunt, cum charitatiuè monendo.vt tactum eſt .ſ̃. Sed poſteà per

21 ¶ † N O N O queritur de modò practicādi iſtam decretalem videlicet, qualiter formabit libellum ſic ſpoliatus. Et videtur hoc difficile, quia ſi res petitur, non debet in æſtimatione condemnari.ff.de verbo.oblig.l.ſi ſeruum.§.pe. & tamen repetenda eſt: vt.ff.de cōdi.fur.l.in re furtiua. Reſpōdet Butri.in.l.ſi quando.ꝙ libellus dandus eſt ſuper violentia, & principaliter ſuper re immobili, & in conſequentiam rei mobilis, ſuper mobilibus: ac iudex condemnabit de his, & fiet in eis executio, ſi extabunt: alioquin in æſtimatione, ſuper qua credetur iuramento actoris. & ſic ſententia feretur ſuper rebus. ¶ Sed contra, quia textus in.l.ſi quando. in fi.dicit ſic: *ſi quod huiuſmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condemnare oportet.* ¶ Reſpōdet Butri.duobus modis Primo, ꝙ creditur & de æſtimatiōe rerum.i. de qualitate earum, exponendo: ceſſabit contrarium. vel alio modò exponendo textum in fine legis, ibi: *condemnare oportet*.i.condemnationem exequi. Et ſic ſemper fiet condemnatio in rebus. ¶ Vel dic, & fortè non malè, ſecundum eum, quòd creditur iſtius iuramento de quantitate & æſtimatione rerū, & poſteà iudex pronunciabit res eſſe reſtituendas tantæ ęſtimationis. Et ſic non ſuper æſtimatione reſtituenda: ſed ſuper reb⁹ tantæ æſtimationis pronunciabit. & ſi non extant res, fiet executio in æſtimatione iam per ſacramentum actoris de-
22 clarata, ſecundum eum. ¶ † Aduerte: ſimilis difficultas ſolet fieri ſuper actione ex empto, quæ tangitur per gloſ.ff. de actio.emp.l.j.in qua glo.ibi ſic libellum format: *Dico contra talem, quòd ipſe vendidit mihi rem talem, &c. quare ago contra ipſum, quòd tradat. & ſi non poteſt tradere, quòd condemnetur ad intereſſe.* ¶ Sed vt dicit Cyn.C.de actio. emp.l. ſi traditio.q.ij. quidam reprobant iſtum libellum: quia venditor ſolutè tenetur ad vtrunq;. Ideò &c.arg.ff.de verb.obli.l. inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulatus. ¶ Sed vt dicit ibi Cyn. iſti non bene reprobant: quia glo. Accur. non format alternatiuè, imò copulatiuè. vnde dicit ibi Cyn. ꝙ libellus procedit: *vnde rem venditam peto*. per modum principalis, & intereſſe non principaliter, ſed propter impoſsibilem præſtationem, propter quam iudex ſe conuertet ad condemnandum in intereſſe. arg.l.vinum.ff.ſi cert.pet. ¶ Bar.hanc materiam in actione ex empto diſcuſsit.ff.de actio. emp.l.j. & generalius ac plenius.ff.de verb.obli.l.ſtipulationes non diuiduntur. in.v.q. &.v.ſequentibus. Et præſertim in.q.ix. Et finaliter tenet de prædicto libello, ꝙ procedit pro eo, ꝙ in illa actione nō agitur ad dandum, ſed ad tradendum, ſeu reſtituēdum. Et ideò intereſſe ſuccedit in obligatione poſt moram: vt.ff.de re iudi.l.ſi quis ab alio.in fine. ¶ Et quia etiam ſi eſſet obligatio dandi, petitio intereſſe, ſeu æſtimationis nō ad genus aliud actionis: ſed ſolùm ad facultatem præſtatiōis referri debet. Sicut in noxæ deditione ſolemus dicere: vt.ff. de re iudic. l.decem.§.miles. & ſicut notat glo.ff.de actio.emp.l.j. hic nō ſunt ferendæ duæ ſententiæ, ſed vna tantùm .ſ. ad intereſſe poſt moram. ¶ Sed Bar.ibi dicit, ꝙ hoc nō eſt neceſſe, imò poteſt ferri ſententia de re tradenda, licet reus liberet de ſoluendo intereſſe, quod eſt in obligatione ex diſpoſitione legis, & in facultate etiam poſt ſententiam: vt.l.item veniunt §.cum prædixerimus.ff.de peti.hære. Et plenius hoc deduxit in.l.ſtipulationes. allegata vſus autem iudiciorū hoc recœpit, quod ſiue ſit actio dandi, ſiue tradendi, ſiue reſtituendi, formantur libellus & ſententia ſuper re, ſi extat: alioquin ſuper æſtimatione in ſententia taxata. & ſic executio in rebus. Alioquin fit in æſtimatione. quod ſatis poteſt iuſtificari per præmiſſa. Et hoc verum, cum dubitatur tempore ſententiæ, an extant: quia ſi tunc cōſtaret, ꝙ extarent, nō curaretur de intereſſe, ſed fieret ſimpliciter cōdemnatio in rebus ſecundum opinionem Butri. Et ſi conſtaret, ꝙ nō extarent, fieret ſolum condemnatio in æſtimatione: maximè in actionibus tradendi, ſeu reſtituendi vel faciēdi ſecundū glo dictæ.l.j. Ex quo diſtinctionem bimembrem & noſtræ quęſtionis principalis ſolutionē potes colligere per teipſ m.

¶ D E C I M O quæritur intrando vltimam gloſ. Inno. ſuper verbo, *taxationis*. ecce dicit lex, ſi quando. in fine, ꝙ taxatione facta, & iuramento præſtito in taxatione, oportet iudicem condemnare in eo, quod per taxationem & iuramentum declaratum eſt. Et ita non licet iudici aliquid diminuere de ſumma taxata & iurata: imò ſi diminuit, nō va-
23 let ſententia, in authen.de iudi.§.oportet. ¶ † Pone ergo, ꝙ ille, contra quem fit taxatio, audit taxationem fieri: nunquid ſi exceſsiuè taxatur, poterit appellare? Dicit Inno. ꝙ prudenter faciet, ſi appellet, vel propter grauamen taxationis, vel quia credit ſe nullo modo teneri. ¶ Verùm, ſi crederet ſe teneri in aliquo, ſed non in tantum, quantùm fit taxatio, tūc in tantum quantùm fit grauamen exceſſus taxationis appellet. ¶ Sed pone, ꝙ ab hoc non appellauerit, appellauit tamē poſteà à iuramento, vel à ſententia: nunquid in vim talis appellationis de exceſſu, vel grauamine taxatiōis cognoſci poterit? dicit Inno. ꝙ ſic. & ꝙ hæc omnia venient in cognitione appellationis: quia fiet à iuramento, vel ſententia. arg.C. de iureiuran.l.generaliter.§.ſin autem. ¶ Sed nunquid debet à iuramenti delatione appellare: vel nunquid ſufficit appellare à ſententia? dicit Inno. ſic. A iuramento autem ſi credit eum plus iuraſſe, quàm debet omnino appellet. j̄ .x.dies. nec reſeruet ſe appellationi, quæ fiet à ſententia: quæ fortè nec feretur infra.x.dies. vel etiam nunquàm. Et quia etiam ſi feretur. j̄ .x.dies, non prodeſſet ſibi ab ea appellare. Quod ſic probat: quia ex iureiurando oritur actio in factum, vt.ff.de iureiur.l.ſed & ſi poſſeſſori. & l.ſed & ſi ſeruus. & .C. de reb. credi.l.actori. quæ non admitteretur, etiam ſi ſententia caſſaretur, vel etiam ſi pronunciaretur appellatio iniuſta. Et hoc ſecundum Hoſtien. tutiùs & meliùs eſt: vt patet in eo, quod legitur & notatur infra de re iudi. quod ad conſultationem. & per id quod habes. j̄ .ead.q.verſu, ſemper tamen. ¶ Sed dicit Inno. ꝙ quidam alij dicunt & fortè non malè, ꝙ ſufficit appellare à ſententia: & caſſata ſentētia admittetur ius, & actio quæſita ex iureiuran. quia ſententia procedit ex iureiur. cum totum ſit vnum inſtructum. Ad hoc in authē. de iudi.§.oportet.coll.vj.C.de duo.reis.l.pe.ff. de mino.l.iij. §.pe. ¶ Semper tamen tutiùs eſt appellare à iureiuran. quia ſi poſteà non ſequeretur ſententia non prouideretur poſteà & contra grauamen illatum ex iureiuran. niſi in caſibus .ff. de iureiur.l.admonendi. & .C.de iureiuran.l.j. & fin. ¶ Nec mireris ſecundum Inno. ſi dixi appellandum à iureiuran. cū tale iuſiurandum ſententiæ comparetur, cum ex eo oriatur actio & exceptio, ſicut ex ſententia. Caue tamen ſecundum Inno. quia prædicta locum habent, cum quis iuret rem, quā petit ſuam eſſe, vel non eſſe: aut ſibi deberi, vel non deberi. Secus enim eſt, vbi iurat ſe tantùm expendiſſe. Nam hoc iuramentum non comparatur ſententiæ, ſed iuramento. Et ideò ex tali iuramento nō oritur actio, vel exceptio. Et ideò non eſt vtile.i.neceſſarium à tali iuramento appellare: ſed ſufficit appellare à ſententia, quæ ſequitur: vt in authen. de iudi.§.oportet. & l.ſi quando.C. vnde vi. & de tali loquitur hic. Et in tali ſecundum Hoſtiē. & Nouellam poteſt ſaluari opinio quæ habet, quòd ſufficit à ſententia appellare. ¶ Et ex hoc dicto Innocen. dicit dominus Martinus Pampuonēſis. Epiſcopus dictas opiniones concordari. Nam aut iuratur ſuper iure principali. id eſt rem petitam actoris eſſe: vel ſibi deberi. & tunc neceſſe eſt à tali iuramento appellare. Aut iuratur ſolùm ſuper facto, ex quo oritur illud ius, vt actorem tantùm expendiſſe, numeraſſe, vel amiſiſſe: vt hic: & tunc ſufficiat à ſententia appellare. ¶ Et ſanè primum intelligas, videlicet, quòd appelletur à iudice: id eſt ab exceſsiua taxatione iudicis, & delatione iuramenti facta per eum non autem à parte id eſt à iuramento ad partem præſtito: quia in hoc pars non grauat, ſed iudex: licet ad inſtantiam partis. Nec obſtat contra primum dictum de appellatio.c. fin. libro ſexto. cum ibi notatis: quia in primo dicto eſt ratio ſingularis propter ius actionis ex delatione & pręſtatione quęſitum. de quo dicam in dicto capitulo finali, verſus finem tertię quęſtionis. verſu, *vnum autem moni ſupra &c.*

Vndecimo

24 ¶ † VNDECIMO proſequendo dictam glo. fin. Inno. quæritur. quid ſi iudex poſt iuramentum præſtitum cognouit ſe in taxatione erraſſe: nunquid poterit reuocare, & errorem ſuum corrigere? ¶ Dicit Innoc. quòd licet iudici non liceat minus iudicare, quàm iuratũ eſt, ſi iudex cognoſceret etiam poſt pręſtitum iuſiurandum ſe malè taxaſſe expenſas, poteſt reuocare taxationem ſuam, & procedere ad ſententiam ex virtute iuriſiurandi: vt. ff. de re iudica. l. quod iuſſit. Facit de accuſ. c. qualiter. de pur. vul. c. ij. de ſen. excõ. ſacro. § fi. j. reſpon. & quod not. in Spec. de expenſis. ad finem verſi. porrò. ¶ Nec obſtat dictus. §. oportet. in authentico de iudi. quia loquit̃ ibi de taxatiõe legitima. nec reuocatur. Sed vbi non eſt bona, & reuocatur, ſecus ſecundum Innocẽ. maximè dum reuocatur ex vera, & rationabili cauſa. Sed & ſicut à delatione, ſeu taxatione, ſic & à reuocatione, nedum à ſententia appellari poteſt: in quo caſu, & correctioni locus eſt. Ad hoc. j̃. de appel. cum ceſſante. ar. d. c. ſacro. § ſi verò iudex. Hoſtien. ¶ Item etiam ſecus credit Innoc. in iuramentis, ex quibus datur actio. Vel ſecundum Hoſtien. exceptio, quia tunc non licet iudici reuocare poſt præſtitum iuramentum, niſi in caſu: vt. ff. de iureiurã. admouẽdi. ſicut non licet iudici reuocare ſententiã ſuam, poſtquã eam tulit, ſupra de offi. deleg. in literis. ſecundum Innocẽ. & Hoſtien. quod de delegato iudice verum eſt indiſtinctè: ſed de ordinario dic, vt legitur. & not. de accuſ. qualiter. primo. primo reſpon. ſecundum Nouel.

25 ¶ † DVODECIMO quęritur, nunquid ad videndum fieri taxationem & iuramenti. delationem pars neceſſariò ſit vocãda. de quo vidi in Rota ſępiùs dubitari & p auditores quandoq; ſic, quandoq; aliter obſeruari. Credo tamen de iure eam vocandam: quia de vno quoq; negotio, maximè iudiciali, & cauſæ cognitionem requirẽte præſentibus, vel per contumaciam abſentibus, quos cauſa tangit, agi debet. ff. de re iudi. l. de vno. cum concor. de maior. inter quatuor. de cau. poſſ. c. j. in fine. ¶ Certum eſt autem, quòd iſta requirũt cauſę cognitionem, & parare poſſunt parti graue pręiudicium, vt patet ex dictis. & poſſet pars vocata allegare ad taxationis attenuationem, aut ad ipſius, & iuramenti delationis denegationem in iure, & in facto probabiles rationes, quas non poſſet poſteà ſaltem contra ſententiam opponere: cum iudicem condemnare oporteat: vt. l. ſi quãdo. in fine. ¶ Verùm, ſi parte non vocata ad iſta proceſſum fore, nihilominus ipſo iure valerent: quia interloquutoria lata parte abſente non vocata, nõ eſt ipſo iure nulla, iniqua tamen eſt. & poteſt ab ea appellari: vt not. Inno. de procurator. auditis. & ibi dicam. Appellet ergo, qui ſic grauatus eſt, ſi poteſt ante ſententiam, iuxta ea quæ dixi in. x. q̃õne. ¶ Sed pone, quòd non appellauerit, niſi à ſententia: nũquid iudex appellationis hoc poterit emẽdare? De hoc vidi valde dubitari in Rota & finaliter teneri, & obſeruari in caſu noſtrę decretalis, per ea quę dixi ſupra in proxima. q. iũcto, quòd iudex appellationis cẽſetur ſubrogatus in locum primi: & facere põt, quod primus facere potuiſſet, & corrigere factum primi. Et pro hoc etiã facit. j̃. de ap. c. fi. lib. vj. alleg. cum ibi notatis. ¶ Fateor tamen bene, quòd cõſuetudo fori poſſet inducere, quòd ad iſta procedi poſſet, parte etiam non vocata: dummodo ad ſententiam vocaretur: quia & ita communiter ſeruatur in curijs. ¶ *Sed* caſu, quo vocari habet: pone, quòd in termino peremptorio ad ſententiam aſſignato, reo citato, non comparente, iudex taxat, & defert iuramentum actori, ac poſt illius præſtationem fert diffinitiuam in cauſa. ¶ Poſt quæ reus propter hoc ſpecialiter ſentiens ſe grauatum, quia non fuit ſpecialiter vocatus ad taxationem, & iuramenti delationem antedictas. ¶ Primò ab hoc ſpecialiter, & poſteà à ſententia conſequenter appellat infra tempus iuris nunquid ex huiuſmodi grauamine poterit præmiſſorum omnium retractationem obtinere? De hoc vidi in Rota ſæpiùs dubitari. ¶ Quidam enim domini volebant dicere, quòd ſufficiebat ad ſententiam citauiſſe, qui per hoc videbatur citaſſe ad omnia connexa ipſi ſententiæ. argumentum de conſtitutionibus. tranſlato. & per quæ poterat ad ſententiam deuenire. ff. de procuratoribus. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de iudicijs. l. ſecunda de officio. delega. c. j. & c. prætereà. cum ſimi. ¶ Sed alij domini dicebant contrarium, cum iſta non ſit connexio conſequentiæ neceſſaræ: cum poſſit etiam ferri ſententia ſine illis. & ſic ceſſant argumenta prædicta: vt ſcripſi in. c. prætereà. allegato, & hoc credo veriùs. ¶ Fateor tamen, quòd ſi ſententia ſuam recipit iuſtificationem ex alijs actis primis, aut nouis, non propter hoc irritabitur: quia tunc propter hoc non deficit ex ordine, vel ex cauſa. argumentum eius, quod legitur & notatur de re iudic. c. ſicut.

26 ¶ † DECIMOTERTIO quæritur, pone ſuper ęſtimatione iniuriæ probationes legitimę haberi nõ poſſunt: nunquid ſuper hoc iniuriato iuramentum deferri debet? Fuit obtentum in conſilijs Rotæ, quòd ſic hoc modo: quia iudex conſyderatis omnibus qualitatibus, & circũſtantijs, quæ poſſunt augere, vel minuere æſtimationem, taxabit eam, & poſteà deferet iuramentum ſic, quòd vltra iurare nõ poſſit, & poſteà in eo, quod iuratum fuerit ſecundum taxationem condemnabit. argu huius decretalis. & l. ſi quando. Sic intelliguntur. ff. de iniurijs. l. ſi vnus. § ſeruus me⁹, & l. cõſtitutiõibus. § j. & l. iniuriarum æſtimatio. & j̃. de iniurijs. c. olim ſcribentibus. & de offi. ordi. ſi canonici. lib. vj. cum ibi notatis. Nec facio vim, an agat̃, ex leg. Cornelia, vel ex actione prætoria ſecundum Bart. in dicta. l. iniuriarum. licet glo. aliter ibi dicat. Dictum etiam fuit, quòd cautè facit pars volens ęſtimationem augere, ſi probet qualitates ad hoc faciẽtes: vt Inſtitu. de iniurijs. § pœna. cum ibi notatis. ¶ Caue tamen, quia ſecus eſt in iuramento in litem. Nam ibi taxatio iudicialis etiam iuramenti præſtationem ſequi poteſt: vt. ff. de in litem iurando. l. videamus. § penultimo. & l. in actionibus. § primo. Et eſt ratio diuerſitatis: quia iſtud eſt veritatis, & illud eſt affectionis: vt dixi in oppoſitione poſt tertiam quæſtionẽ. Modò ſi iudex minueret quantitatem declaratam per iuramentum veritatis, caſu noſtro veniret contra religionem iuramenti, contra. l. j. & ſecundã. C. de iureiurando. Sed ſi minueret quantitatem declaratam per iuramentum affectionis, in caſu illo non veniret contra iuramentum: cum affectio poſſit excedere veritatem, & etiam æquitatem: quas tamen veritatem, & æquitatem iudex ſequi debet, quantùm põt. Et alias differentias inter iſta iuramenta dedi tibi. ſ̃. eo. quæſtione. iij. & oppoſitione ſe. Et facit multùm ad propoſitum: quia licet de iure codic. in condemnatione expenſarum taxatio non haberet neceſſariò præcedere iuramentum, ſed ſequi poſſet: vt. C. de iudicijs. l. ſancimus. tamen quia iuramẽtum illud veritatis eſt, ius nouum ſtatuit, quod neceſſariò præcedat, & ſequi non poſſit. in authẽtico de iudicibus. § oportet. Collatione sexta, & authentica poſt iuſiur. ſituata ſuper dicta. l. ſancimus. Ex quo infertur quòd malè faciunt iudices, qui primo deferũt iuramentum, & poſteà taxant: vel qui primo taxant, & poſteà de iuramento facto infra taxam diminuunt. Et hoc verum, niſi ex magna cauſa iuxta ea, quæ ſcripſi in vndecima quæſtione, & præmiſſa menti commenda: quotidiana enim ſunt. & propterea attendenda vt eleganter à iure conſulto Paulo reſpõſum eſt. l. legatu. in fine principij. ff. de liberatione legata. Plurimùm t ñ refert, an iuramenti delatio taxationem expenſarum præcedat, an vice verſa: quod accipe prout notant Barto. & ſequaces. l. ſancimus. ſuperiùs alleg. & de hac materia vide per Bar. & interpretes legiſtas in. l. videamus. § pe. & fi. ff. de in lit. iur. & an huic legi derogatum ſit per authen. poſt iuſiurandũ. vide gloſſam Accurſij. l. ſancimus. C. de iudicijs, & per Panormitanũ, & Canoniſtas. c. fina. de his, quæ vi, metuſue cauſa ſiunt. in antiquis.

27 ¶ † Sed pone, quòd in caſu noſtræ quæſtionis vel noſtræ decret. ſine taxatione præcedente, vel ſequente, vel ſolùm

cum taxatione ſequente iuramentum defertur, & ſententia fertur: nunquid valent hæc ipſo iure? ¶ De iuramento dic, quòd non valet eius delatio, vel præſtatio ipſo iure: quia iſta eſt prouiſio extraordinaria habẽs certam formam ſtudioſè appoſitam: qua omiſſa non valet, quod agitur ipſo iure: vt. j. de electio. c. quamuis. & c. prouida. libr. ſexto. ¶ Sed de ſententia dic, quòd etiam ſi nõ iuſtificatur, ex alijs, non tamen propter hoc ſolùm poteſt dici nulla: quia licet illa omiſſio taxationis præcedentis reſpectu iuramenti inducat defectum ordinis: reſpectu tamen ſententiæ non inducit defectum ordinis, ſed ſolùm æquitatis, & iuſtificationis: cum iuramentum ipſum, & omnia quæ fiunt propter illud, ſuccedant ſolùm in locum legitimæ probationis, vt dixi. ¶ Supple gloſſas. In glo. j. ibi: *probandum eſt*. j. tit. proximo. c. j. ¶ Et quoniam id difficile eſt, ſolet dari conſilium, quòd loco intereſſe, certam pœnam contrahẽs ſtipuletur, per leg. infra allegatas. & per l. fin. ff. de prętorijs ſtipulationibus. Hoſten. vide in Specula. de fructibus, & expenſis. §. penultimo. ver. penulti. Et ibi: *non poſſent*. nec ſecreta patrimonij cuilibet reuelantur: Imò quandoq; creditur diues, qui pauper eſt, & ecõtra. Inſtituta. quibus ex cauſis manumittere non licet. §. in fraudem. in authentico de nupt. §. quia verò hactenus. collatione quarta. Sed dominus hoc nõ præſumitur ignorare. C. de reſcindenda venditione. l. quiſquis. Hoſtien. & in fine. Idem in caſibus in authentico. de collato. §. ſuper eo. & ſequenti. collatio. ix. ¶ Ponitur etiam caſus de pręſidę prouinciæ, qui poſt depoſitum officium nõ manet poſt quinquaginta dies. & in iudice ad aliam adminiſtrationem, vel prouinciam vocato, qui non dimiſit procuratorem, cõtra illos, cum iuratur per damnum paſſus ab eis. Goffre. ¶ In glo. vlti. ibi: *vel dues*: vnde ſi muliercula diceret ſe ibi ſyphos habuiſſe argẽteos: vel mercator vilis precioſas margaritas, aurum, vel balſamum: aut Grammaticus libros iuris, vel ſacræ paginæ amiſiſſe: non crederetur. Dicit etiam Hoſtien. conſiderandas perſonas reorum vtrum aliâs fuerunt bonæ famæ, & an tales exceſſus conſueuerint frequentare, vel econtra, & his, & alijs circunſtantijs penſatis, vt. ff. de legitimis tuto. l. legitimos. ſ. de procuratorib. in noſtra. §. fi. & legitur, & notatur. j. de iureiur. c. fi.

De reſtitutione in integrum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio, vnde dicatur? Et à quo facienda? Item cui facienda & de reliquis huiuſmodi, remiſſiue.*

VIſo De quadam reſtitutione ſpeciali, quę datur ratione metus, videnda eſt materia reſtitutiõis in integrum in genere, ſub quo comprąhendit reſtitutionem eccleſiarum, & hoc vt plurimùm. Item minorum. j. eo. conſtitutus. & c. penul. & maiorum. j. eo. ex literis generaliter. Vel aliter, viſo de reſtitutionibus, quę maioribus competunt, vt quę fiunt vi, metuſue cauſa: hîc ſequitur de reſtitutionibus, quæ competunt minoribus, vel eccleſijs, quæ vice minorum funguntur. ſ. eo. c. j. Nec competit hîc ſuffragium leg. Diuus. ff. eod. in fin. Et coram quibus iudicibus habeat cauſa in integ. reſti. tractari, habetur. j. eo. c. penul. ſecundum Cal. j. eo. in rubrica. lib. vj. Sed prima cõtinuatio videtur mihi melior: quia etiam hîc tractatur de reſtitutione maiorum. j. eo. ex literis. de materia. ij. quæſtione. iiij. in fi. & xxxv. q. ix. per totum. Repetitur autẽ hæc rubrica in. vj. & in Cle. cui competit de officio iudicis. c. ij. de priuile. cum olim. iij. verſu. nos igitur. de reſcrip. quamuis. lib.
2 vj. not. ¶ † Dicitur autem reſtitutio prioris ſtatus, vel iuris, ſeu audiẽtiæ redintegratio. C. de ſen. paſ. l. j. & ij. quæſtione. iiij. §. notandum. in fi. & dicto. c. ex literis, & ff. de mino. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. & de vſuris. l. videamus. §. in ſauiana. A quo autem facienda ſit reſtitutio, dicetur. j. eo. c. penulti. & p Hoſti. in ſumma. eo. tit. §. ij. & in Spec. eo. tit. §. videndũ reſtat, quis poſſit. ¶ Cui autẽ facienda ſit: certum eſt quòd eccleſiæ & minori lęſis: vt. j. eo. c. j. & c. conſtitutus. & c. penulti. allegatis. Et quandoq; maiori, vt. j. eo. ex literis. In quibus de his dicetur pleniùs. & videre potes Hoſti. in ſumma. §. ij. & iij. & Spec. §. ij. e. tit. ¶ Quãdo autẽ reſtitutio fieri debet, dicetur. j. eo. c. eccleſia. lib. vj. & ſequenti. & c. ab eccleſia. eo. tit. in Cle. & habes per Hoſtien. in ſumma. eo. tit. §. iij. & in Spec. eo. ti. §. infra quod. ¶ Et qualiter peti, vel fieri debeat, habes per Hoſtien. vbi. ſ. §. & qualiter & Specu. §. qualiter autẽ. ¶ Et cõtra quem debet fieri reſtitutio, per Hoſti. vbi. ſ. §. & cõtra quem. ¶ Et quoties debeat dari reſtitutio, vbi. ſ. in. §. quoties. ¶ Et vtrum perpetuetur per litiſcon. vbi ſupra. §. vtrum. Et an executio ſententiæ, contra quam petitur reſtitutio debeat retardari, & habes vbi. ſ. §. an executio. & dicetur. j. c. ſuſcitata. ¶ Et in quibus faciẽda eſt reſtitutio per Hoſtiẽ. vbi. ſ. §. in quibus. ¶ Et in quibus denegetur, vbi ſupra. §. & in quibus. ¶ Et qs ſit eius effectus, vbi. ſ. §. vltimo. & in Specu. eo. titu. §. fi. ¶ Et de formis libellorũ, & poſitionum in materia iſta formandorum in. iiij. parte Spec. eo. tit. Ad quas remiſſiones habes recurrere quoad ea, quę minùs completè in hoc titu. tradita reperies, licet pauca, præter formas, proponam omittere, maximè de his, quæ neceſſaria videbuntur.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, vt reſtituatur, quid requiratur.*
2 *Intereſſe ex contractu proueniens qualiter probandum. Et quid ſi ex maleficio?*
3 *Epiſcopus eccleſiæ cõditionem meliorem, non deteriorem facere poteſt.*
4 *Damnum propter reſtitutio dari eccleſiæ debet, quale eſſe oporteat? Et quo iure in obtinendis reſtitutionibus fungi videatur numero ſequenti.*
6 *Reſtitutio in quo contractu locum habere dicatur?*
7 *Reſtitutioni facienda expenſarum ac laborum rationem habendam eſſe.*
8 *Minor, eccleſia, reſpublica ac ciuitas quoad reſtitutionis naturam qualiter inter ſe diſtent.*
9 *Eccleſia, ſi poſſeſſorio egerit, & in eo ſuccubuerit, ob idque ſuper proprietate, de ſententia ſuper poſſeſſ. lata mentione non facta, reſcriptum impetrarit, an ſuper poſſeſſorio reſtituta intelligatur, & teneat impetrat o? rem ſiue.*
10 *Eccleſia aduerſus temporalem præſcriptionẽ qualiter reſtituatur?*
11 *Ciuitas qualiter priuilegio, de quo hîc, gaudeat?*
12 *Præſcriptio aduerſus minorem curatorem habentem, qualiter currere dicatur? Item quid de temporibus appellandi?*

¶ CAP. I.

REquiſiuit. ¶ Caſus. Eccleſia reſtituitur cõtra contractũ aliàs legitimè celebratum, ſi enormiter ex eo ſit læſa. Communis diuiſio ij. ibi: *numeris*. Expone literam. *Poſſeſſionibus*. eccleſiarũ. *Laicis*. Vel clericis. *Conceſſis*. ab Epiſcopo, vel eccleſia. *Facere*. & ſic in faciendo loquitur, non in omittendo. *Semper*. in omni contractu. Inno. *Seruari*. per beneficium in integrũ reſtitutionis. Innocen. *Reddere*. ſcilicet, eodem, qui locauit, petente in integrum reſtitutionem Innocen. *Sumptibus*. C. de iure rei publicæ. l. j. ff. de mino. l. minor. §. reſtitutio. j. non coguntur reddere eos: niſi eis refundantur expenſæ neceſſariæ & vtiles, quas pro eis, & in eis fecerunt. Sed & ſi illas expenſas reſtituere velint, clerici non recuperabunt rem locatam ſi in ipſo contractu, locationis decepta fuerit eccleſia: puta, quia ſine hmôi locatione plus locari poterat. Inno.

¶ Primò

1 ¶ Primò nota, quòd vt eccleſia reſtituatur. nedum eſt ne-
ceſſaria læſio, & quòd de illa appareat, ſed oportet, quòd ap-
pareat manifeſtè. & ſic non videtur in hac materia de præ-
ſumptionibus arguendū. Sic ĵ. de præſumptio. literas. Mate-
ria enim reſtitutionis extraordinaria eſt, & obuiat communi
iuri. & ideò debet reſtringi. ĵ. de regu. iuris. c. quæ à iure. Et
poteſt poni ſecundū Hoſti. exemplum decre. per. c. ad aures.
2 & c. ad noſtram. ĵ. de rebus eccle. non alie. ¶ † Secundò ibi:
manifeſte: intereſſe proueniens ex contractu probandum eſt
per teſtes: licet ſecus de proueniente ex maleficio: vt. ſ. titu.
3 proximo. c. fi. ¶ † Tertiò nota, quòd licet Epiſcopus poſſit
facere conditionem eccleſiæ meliorem, non tamen poteſt
eam facere deteriorem. De quo hîc per Bern. in glo. iij. Fa-
cit regula, delictum perſonæ. de regu. iuris. lib. vj. Et hoc eſt
verum regulariter circa iura, & bona eccleſiarum: ſed circa
honores ſecus: vt legitur & notaſ. xxvj. quæſtione. ij. ita nos.
Sed credit Collec. quòd eſt meliùs dicere, ꝙ ibi eſt caſus ſpe
cialis in odium ciuitatis vi ſuum Epiſcopum interficientis.
Nec ibi agitur de delicto prælati. Et intellige notabile de
delicto cōmiſſo in faciendo: ſecus in omittēdo: vt. ĵ. de pręſ-
ſcriptio. per totum. Nec nb. ſecūdū Collec. ĵ. c. auditis. quia
imò reſtitutiōe indiget: vt ibi dicetur, ſecundū eum. Tamē
Io. An. in dicta regula delictū. hoc velle videtur, quòd in iu-
dicijs ſiue faciendo, ſiue omittendo, factum prælati præiu-
4 dicat eccleſiæ. & in extraiudicialibus ſecus. ¶ † Quartò nota,
quòd damnum, propter quod debet dari eccleſię reſtitutio,
debet eſſe magnum. Quod hîc ſonat verbum, detrimentū.
De quo hîc per Ber. in glo. ij. Et faciunt not. de reſcriptis. ſi
5 proponente. & de loca. c. propter. in prima glo. ¶ † Quintò
nota, quòd eccleſia in reſtitutionibus obtinēdis iure mino-
ris fungitur. De quo hîc per Ber. in glo. iiij. & ĵ. eo. auditis.
etiam in glo. iiij. Caue tamen, quia dicit hic Inno. notādam
eſſe differentiam inter minorem, eccleſiam, rem publicam,
& ciuitatem in integrum reſtitutione petenda, prout. ĵ. di-
6 cam. ¶ † Sextò nota, ibi: *iure & proprietatem redire*. duo prin-
cipaliter. Primum eſt, quòd iſte textus non loquitur in con-
tractu locationis, ſed alienationis. de quo hîc per Bernar. in
prin. glo. penul. Secūdum quòd habet locum reſtitutio etiā
in contractu licito, atq; valido, veríque dominij ab eccleſia
in alterum tranſlatiuo: quia non poteſt redire ad ius, & pro
prietatem eccleſię, quod à iure & proprietate ipſius non re-
ceſſit. ar. ff. de inoffi. teſt. l. v. §. j. cum ſi. Sed caue, quia imò po-
teſt ratione poſſeſſionis: vt not. Inno. ĵ. de reb. eccle. nō alie.
c. Epiſcopi in gl. id eſt, poteſtatē. de quo hîc poſt prin. dictæ
7 penul. glo. Ber. ¶ † Septimò nota. in fi. quòd bonorum dānū,
ſcilicet expenſarum, & laborum hic ratio eſt habenda, ſcili-
cet, ne doleant coloni ſe agriculturis curam dediſſe. Et facit
C. de alluuionibus. l. fi. §. j. de conſti. cum M. de reb. eccle. non
alie. ad aures. & c. ad audientiam. de pecul. clerici. c. fi. de reg.
iuris. locupetari. lib. vj. cum ſuis concor. & vide, quod ſcripſi
in expoſitione in verbo ſumptibus.
8 ¶ † PRIMO quæritur iuxta materiam quinti notabilis,
quæ differētia eſt inter minorem, eccleſiam, rem publicam,
& ciuitatem quoad materiam reſtitutionis? dicit hîc Inno.
quòd licet dicāt leges, quòd eccleſia fungitur vice minoris.
C. ex qui. cau. maiores. l. penul. de iure rei publicæ. rem pu-
blicam. de ſacroſanc. eccle. l. fi. Tamen inter eos differentia,
eſt notanda: quia pupillo, & minori etiam non pupillo, non
currit hodie vſucapio, vel præſcriptio. x. vel. xx. annorum
in rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſiue ſint mobiles,
ſiue immobiles. C. de admin. tu. l. lex. Et ideò, ſuper his non
eſt eis neceſſaria in integrum reſti. C. in quibus cauſis in in-
tegrum reſtitutio non eſt neceſſaria. l. fin. licet ante tempus
dictæ. l. contra minores. Sed non contra pupillum curreret
vſucapio & præſcriptio decem. vel. xx. annorum. ff. de acqui
ren. re. do. l. bonæ fidei emptor. Sed contra eccleſiam, rem
publicam, & ciuitatē bene currit vſucapio & pręſcriptio, &
aliæ temporales, & perpetuæ præſcriptiones. Sed datur eis
reſtitutio, ſicut minori. ſecūdum Innoc. Et dicit Hoſtien. ſic
poſſe intelligi authentica, quas actiones. C. de ſacroſanct.
eccle. & authentica hæc conſtitutio innouat conſtit. colla.
viij. ¶ Et poteſt ſecundum Innoc. eſſe ratio: quia prædictę,
ſcilicet, eccleſia & res publica finguntur eſſe in vltimo inſtā
ti minoris ætatis: præſcriptio verò. xxx. vel. xl. annorum cer
tum eſt, quòd currit contra omnes prædictos. Sed datur eis
reſtitutio ex verbis generalibus edicti, quę talia ſunt, quod
cum minore. xxv. annorum geſtum eſſe dicetur, vti quæq;
res erit, animaduertam. ff. de mino. l. j. §. prętor edicit. Pupil-
lus tamen ab his præſcriptionibꝰ ſeruatur illęſus. C. de pręſ-
ſcrip. xxx. annorū. l. ſicut. §. non ſexus. Subdit tamen Inno. ꝙ
ſibi non placet, quòd ciuitati detur reſtitutio in integrum.
ar. ff. ad Mace. l. nihil intereſſe. Super quo plenam remiſſio-
nem per Nouel. ĵ. c. auditis. ſuper glo. eccleſia. Hoſti. tamen
dicit, quòd non videtur præſcriptio temporalis curre-
re contra eccleſiam: nec leges, vt eccleſijs in hoc damnoſæ,
eſſent recipiendæ. x. diſt. c. j. Et per totum, & in eo quod le-
gitur & not. ĵ. de noui oper. nunc. c. j. §. j. Imò per vltimū au-
thenticum hæc conſtitutio, quę innouat cōſtitutionem: vt
etiam tēporalis. x. vel. xx. annorū non currat eccleſijs, ſed ſo-
la. xl. annorū. Vnde nec Gratianus. xvj. q. iiij. neq; decennij.
poſuit partem legis, quæ cōtra eccleſias erat: ne illud ad pri-
uatos reſtringatur: vt quāuis in ſum. de præſcriptio. ſub ru-
bricella de vſucapionibus. §. quæ verò. verſ. quidā etiam vo-
luerunt dicere aliter. ſit notatū. Super quo remittit Nouel.
ad not. ſua de regu. iuris. poſſeſſor. lib. vj. ſuper fi. j. glo. Sed di
cit. Hoſti. quod nōc hîc dicimus, magis placet: quia nec in-
uenio expreſſum in text. iuris canonici ꝙ contra eccleſiam
currat præſcriptio triennij, vel quadriennij, ſaluo caſu ſaun
ſis fidei. ĵ. de pręſcriptio. c. j. Faciunt lec. & not. ĵ. de teſta. fi-
lius. Et ſaluis præſcriptionibꝰ iudicialibus, & quæ cōtra cōtu
maciā puniūt: vt lit. non conteſt. quoniā. §. in alijs. Et quæ ad
ſtatum, & cōditionem perſonarum, & iudicialia pertinent.
v. q. ij. præſenti. xxviij. q. ij ſi quis incognitus. & d. § in alijs. &
ſe. De quibus multa exēpla ſcripta ſunt in ſum. de præſcri-
ptio. ſub rubrica rerum immobilium. § quot ſint eius ſpe-
cies. Nec reperitur cautum iure canonico quòd Princeps
aliquis ſecularis rem ad eccleſiam pertinentem poſſit alteri
donare: imò potiùs contrarium. xij. quæſtione. ij. c. iij. & ſe.
Quinimò & ſi princeps rem immobilem eccleſię velit cum
alia permutare, requiritur communis vtilitas, & cauſa ra-
tionabilis, & quòd res, quam præſtat, maior ſit, vel æqualis,
& quòd pragmatica ſanctio ſuper hoc promulgetur. Quod
dic, vt legitur & notatur de re. permuta c. j. & ſic quantùm
ad eccleſiā locum non habet quadriennalis præſcriptio: de
qua. C. de quadrien. præſcriptio. l. bene à Zenone. Hoſtien.
9 ¶ † Secundò occaſione præmiſſorum, tango quaſdam quæ
ſtiones Collect. de quibus ſolùm me expediam remiſſiuè.
Pone ergo primò: Eccleſia, quæ poſſeſſorio egit, & ſuccu-
buit, impetrat reſcriptum ſuper proprietatę, nō facta men-
tione de ſententia lata ſuper poſſeſſorio contra eam: nunc
quęritur de duobus: an eccleſia ſuper poſſeſſorio reſtituatur
& an teneat dicta impetratio. Sed quia hoc mouet Nouella.
ĵ. c. j. eit. lib. vj. in glo ij. Ideo ibi remitto. Item quærit Colle.
de eo, quod tetigit. ſ. Inno. nunquid contra minorem currat
præſcriptio. Et ea, quæ hîc tangit, habes partim per glo. ĵ. c.
auditis. & c. conſtitutus. partim per Cyn. C. ex qui. cauſis in
inte. reſti. non eſt neceſſ. l. ſancimus. Maximè in. ij. oppoſitio
10 ne inducens collecta ſua. ĵ. eo. c. fin. ¶ † Poſteà quærit, qua-
liter eccleſia reſtituitur cōtra temporalem præſcriptionem:
inducens nota. Archidiaco. ĵ. eodem. c. j. & Nouellæ. de re-
ſcriptis plerumque. & Inno. ĵ. eo. tum ex literis. circa finem.
& c. auditis. & notaſ per Specula. de minori. eodem titulo. §.
11 primo, verſicu. hoc autem. ¶ † Poſteà de ciuitate quæ-
rit, qualiter gaudet priuilegio hoc, cum non currat con-
tra eam præſcriptio: inducens hîc notata per Innocentium
& per gloſſ. in authentica quas actiones. & Innocētiū con-
cordantem, & per Hoſtien. in ſumma de emptione & ven-
ditione. § qualiter reſcindatur. & notat Cynus. C. ex quibus

cau.maiori.l.res publica. vbi omnino vide in quatuor quæſtionibus per Cyn.ibi motis. Per quam remiſſionem hîc de cido iura per Collec.ibi notata. Recitat etiam Collect.aliqua notata in Specu.vbi.ſ.& per Paul.in Clemen. prima.ĭ. eo. Et dicam.ĭ.eodem.auditis.in ſecunda quæſtione.

12 ¶ †Poſteà quęrit de minore habente curatorem, qualiter ei currit præſcriptio: inducens not. Archi.ĭ.eo.c.ij.libr.vj. & Cyn.in.l.ſi curatorem habens.C.de in inte.reſti. mino.in ij.q.Inducit etiam not. Cyn.eo.tit.l.ſi minorem. in oppoſitione & quæſtione.& notata.ĭ.de reſti.ſpoli.cum ad ſedem. ¶ Poſteà quærit, qualiter minori currunt tempora appellandi: & recitat not.Cy.C.ſi ſępiùs in inte.reſti.poſt.l.poſtquàm.& Spec.eo.tit.§.ſi.in ſi.& Ber.ĭ.eo.auditus, & Inno.ĭ.eo.c.ſi. Vlteriùs magis dilatando quærit, nunquid minor aduerſus impetrationem veniç ętatis poſſit reſtitui. Et de differentia inter maſculum & fœmellam, quantùm ad hoc: & qualiter impetrans veniā habetur pro maiore recitās dicta Cyn.C.de his, qui veni.ætatis.impetra.l.j.&.ij.Item quęrit, quid ſi minor dolo ſuo, vel aduerſarij probauit ſe maiorem qualiter reſtituitur recitans verba Cyn.C.ſi minor ſe maio.dix.l.ſi alterius.& Specu.eo.tit.§.j.verſ.ſed nunquid.& collecta ſua de pactis.quoties.in ſi. Quæ omnia, quia ſunt extra materiam nimis exquiſita, cauſa breuitatis omitto. ¶ Suple glo. *In glo.* id eſt, ibi: *leſa eſt*, nec tenetur exprimere, an dolo aduerſarij, an ſui facilitate ſit lęſa. De hoc, & an plures cauſas poſſit exprimere, vel vna expreſſa alteram proſequi: vide in Spec.parte.ij.eo.tit.§.qualiter.in princ.¶ In glo.iiij.ibi communis opinio Lan.Vincentij, Tancred.& Iac.Philippi, Innoc.Hoſtien.& Abbat.Et ibi.G.nazo.& Goffre.hîc, & in Summa huius tit.§.ſit computatio.&.§.quādo autem, dicens quòd ſemper reſtituitur etiam poſt quadriennium, donec ſit præſcriptum.Et ibi: dic ſecundum Innoc.à cuius tempore addidit hunc finem. Et in fine dic, vt.ĭ.eo.titu.c.j.lib.vj. quod capitulum hîc poſuit. & glo.Hoſtien. ¶ In glo.ij. *iudicio*: ibi: *tam ex literis*: &c.ĭ.de reb.eccle. non alie.ad noſtram. ¶ In glo penulti.ibi: *caſu licito*. idem hîc Goffre.Sed Io.dicit idem, etiam ſi caſus non ſit licitus dummodo ſeruetur forma. Hoc not. xij.quæſtione. ij. in fine ſummæ. & c.ſine exceptiōe.Facit pro Bernar.de cōſti.quę in eccleſiarū.& de re. eccleſiæ non alienan.c.vlti.ibi: *legitimo*: &c. ſecundum Nouel.& Cle.de reb.eccle.non alienan.monaſteriorum.vbi videtur hoc expræſſum ſecundum Io.Calde.& hoc tenet Archid.de reb.eccle.non alie.c.ij.lib.vj.vbi.de hoc not.per Nouel.Lignanus verò ſuper hoc remittit ad not.ſua.ĭ.de reb. eccle.non alie.ſi quis pręsbiterorū.vbi tenet Lign.quòd valet alienatio facta in caſu non licito, forma ſeruata. Et idem Damaſius de his, quæ ſi.à præla.c.ij. & Hoſti. de reb. eccle. non alienan.in ſumma.§.ex quibus.ad ſi. Sed cum Bernar.in opinione contraria cōuenire videtur ipſe Hoſti. in ſumma de in inte. reſti.§. in quibus danda ver.in contractibus. ibi: quod locum habet.& Archid.xij.quæſtione.ij.in ſumma.& c.ſine exceptione.ac Nouel. & Archid.in.c. cōſultiſſimo. de reb.eccle.non alie.lib.vj.alleg.& Io.Calde.in repetitione dicti.c. ſi quis præsbiterorum. in ſolutione.v.oppoſitionis.Et hæc opinio Bern.& ſequacium mihi placet: quia maiorum authoritate & ratione fulcitur: quia non receditur à regula, niſi in caſu excepto, qui iure probetur:& ſuccumbit reus actoris intentione probata ſi legitimā exceptionē non proponat, & probet.iura communia ſunt. Sed cōſtat, quòd Canonicæ ſanctiones nobis dant pro regula, quòd eccleſiarum prælati non poſſunt alienare res immobiles eccleſiarum.& quòd ſi contra fecerint, alienationes non valeant: reſque cum fructibus repetantur: vt.c.nulli liceat.de reb. eccle.nō alienan.&.c.ſi quis præsbiterorum.&.xij. quæſtione.ij.non liceat. ¶ Permittitur autē exceptiuè in caſibus ſpecialibus, vt ob æs alienum, & redemptionem captiuorum, &c. Ac etiam in caſu generali, & incerto vtpote dum neceſſitas, aut euidens vtilitas eccleſiæ hoc expoſcit: vt.c. ſine exceptione.allegato.ibi, quòd non ſit dubium.& de reb.eccleſię non alienan.dudum.lib.vj.ibi, euidens vtilitas. Igitur niſi conſtiterit de caſu huiuſmodi generaliter, vel ſpecialiter ſic excepto, ſtetur regulæ. Facit quia plus concernit fauorem eccleſiarum, propter quem ſunt indicta huiuſmodi prohibitio, aſpectus ad vtilitatem, vel neceſſitatem eccleſiæ euidentem, quàm ad formam. Igitur identitate, ſeu potiùs maioritate rationis vrgēte, idem iudicandū eſt vtrobiq;, prout vtrumque tex.æquiparare videtur in.c.dudū.allegato. Et quia pluſ videtur attęndendū ad defectū fundamenti & vitij intrinſeci, quam ad omiſſionem cuiuſdam ſolennitatis extrinſecæ leg.expoſitiua conſtitutione neceſſario requiſitę. Maximè, quia quodā iure naturali adminiſtratori videtur alienatio interdicta: cum nomini & officio contraria videantur: vt.ff. de offi.procuratoris Cęſa.l.j.§. denique. & .ff.pro emp.l.qui fundum.§.ſi tutor.& de furtis.l.interdum.§. qui tutelam. Et eſt ratio, quia non domini, ſed diſpenſatores ſunt vt ſcribitur ad Corinth.c.iiij. in princ.& de donat.c.ij. Et ſic ſcripſi, atq; conſului in vno negotio magno tangente Romanā eccleſiam coram Reuerendiſſimis patribus Pamphiloneñ. Viuarieñ. Et Ebreduneñ. Cardinalibus deputatis per Papam ad me ſuper hoc audiendum. Imò tunc plus volui opinari prædicta locum habere in alienatione rei præcioſæ immobilis, puta caſtri, vel ciuitatis notabilis ad Romanā eccleſiā pertinentis celebrata per Papam: quia licet princeps cōtrahens videatur velle tollere conſtitutiones poſitiuas diſponentes ſolennitates, per quas contractus eius annullari valeret.ar.C.de teſta.l.omniū.& de donat.l.ſancimus. in ſin.j.reſpon. Tamen de conſtitutionibus concernentibus contractus ſubſtātiam, vel naturam, mihi contrarium videbatur: Excipio tamē caſus, in quibus ipſe princeps aliter ſtatuiſſet ex priuilegio ſpeciali. Et ſic procedunt.C. de dona.inter virum & vxor.l.penul.& de bon.quæ li.l.cum multa.in princ. & de quadriē.pręſcrip.l.ſi.in ſi.cū ſi. Ex quib⁹ arguo ſic.nam ſi dicti caſus ſunt conceſſi Principi ex priuilegio: igitur quo ad alia iura cōmunia in eo vendicant ſibi locum.ar.ff.ad municip.l.j.in ſi.C. de legi.l. digna vox.&.l.ex imperfecto. cum ſi. Aliter eſſet dicere contractum initum cum Principe valere non poſſe: quia ſi ſe legibus non ſubijceret, per eas obligari non poſſet. Modò contractus non obligatorius valere non poteſt.ff. de acti. & oblig.l.ſub hac.&.C. de contrahen. emp.& vendi.l.in emētis. Pręterea, quia veriſimilius eſt Papam potius velle caſu, quo alienatio eſſet eccleſiæ pernicioſa, eam non valere, & per ſucceſſorem ſecundū canones reuocari, quàm tollendo canones firmaſſe perniciem, & ædificaſſe ad gehennam. Quod feciſſet ſecundum not. Hug.& Archid.in.c.non licet.alleg. enim nobiliorem præſumptionem recipiūt.ff.pro ſocio.l.meritò.de dona. inter vi.& vxo. l.Quintus: & præſertim in patre & patrono.ff.de obſequijs l.antepenulti. Et iſte videtur caſus.d.c.non liceat. cum ſit declaratoriū iuris antiqui, & dicat rem reſtituendam cum fructibus: vt patet ſecundum quendam dominum etiam ex antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio, quæ hoc conceditur, vt quis audiatur: an propriè ſit reſtitutio?*

2 *Innocentij Papæ tertij tempore, cardinales ad diffiniendum iudices non dabantur, ſed ad audiendum. Et quid hodie? Item in commiſſione verbum, audiat, quid importet: & nu. ſeq. Et quid de verbo, adiungitur?*

4 *Auditorum Palatij iuriſditio, remiſſiue. Et num Cardin. etiam nunc de cauſis non ſpecialiter commiſſis cognoſcant?*

5 *Petitionem nudam etiam verbo proponere, in cauſis ordinem iudiciarium requirentibus, ſatis eſſe.*

6 *Epiſcopus in monaſterijs in ſua diœceſi ſitis, qualiter quoad ſubiectionem intentionem fundet? Et quid ſi exemptionis commune excludat?*

7 *Intruſum dici, qui minus canonicè inſtitutus ſit, etiamſi nō violenter.*

Index

8 *Iudex collegium, de cuius cauſa cognoſcit, cogere poteſt vt ſyndicum, vel procuratorem conſtituat. Et quot ad illius officium pertineāt?*

9 *Poſſeſſor iuris in iudicium deducti, prohibitione iudicis contraria nō obſtante, poſſeſſione eiuſdem iuris vti poteſt. Et quid de eo, qui ius cōmune pro ſe habeat, an poſſeſſ. intendere neceſſe ſit?*

10 *Sententia, vel legitima exceptione ſpreta, & nimis animosè promulgata, valet, & in rem iudic. niſi appellatum fuerit, tranſit.*

11 *Defenſus per procuratorem, an reſtituatur? Et quid de reſtitutione illius, an remedio ordinario præponderet.*

12 *Eligendi iuris poſſeſſor, eiuſdemque in iudicium deducti, ſi lite pēdente, eligat, huiuſmodi electionem ex futuro litis euentu pendere.*

13 *Epiſcopus ius eligendi Abbatem in monaſterio habens, & Abbate viuo, Abbatem eligens, qualiter eligendi poſſeſſionem perdere poſſit? Et, quid vbi Abbas per Epiſcopum inſtitutus eſt? num. 14. Et quo interdicto agere poſſit, ſ. monachi Abbatē elegerint? nu. 15.*

16 *Poſſeſſio iuris eligendi qualiter electori quæri poſſit?*

17 *Epiſcopus, qui eſt in ſubiectionis monachorum poſſeſſione, ſi monachos excommunicet & interdicat, qui exēpti ſint, an teneat & publicanda ſit excommunicatio?*

18 *Poſſeſſionem iuris eligendi habens, ſi plures ſucceſſiuè eligat, qui & confirmētur & adminiſtrent: num ob id poſſeſſor antiquus poſſeſſionem amittat.*

19 *Mandata quænam in rem iudicatam tranſire poſſunt.*

20 *Sententia aduerſus eccleſiā, vel minorē lata, qualiter valere poſſit.*

21 *Electio, vel præſentatio facta per illum, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi, iuris eligendi, vel præſentādi, qua ratione valeat, ſuūque conſequatur effectum.*

¶ CAP. II.

CVm veniſſent. ¶ Caſus. Reſtituitur eccleſia læſa propter negligētiam procuratoris, qui iura eccleſiæ non produxit: & pars huius de iudicis. cum veniſſent. & habes quatuor partes. ¶ Prima ponit cōparitionem procuratoris & dationē auditoris. ¶ Secūda ponit allegationē Epi. ¶ Tertia allegationē monaſterij. ¶ Quarta interloquitur. Secūda ibi: *coram.* Tertia ibi. *ad hoc*: Quarta ibi: *nos igitur.* ¶ Expone literam *ſuo.* ex vna parte, & cōtra Epm: *indiceceſi.* & ſic ius cōmune ad ſubiectionē facit pro Epo. *inconceſſa*: probationes de exēptione & ſubiectiōe videtur ſuperfluę: niſi dicas quod Eps ex cōſuetudine, vel ex priuilegio habebat eligere in omnib' monaſterijs ſibi ſubiectis. vnde probata ſubiectione habebat optatū, & illi ecōtra obtinebant exēptione probata. vel potes dicere, quod dicebatur electio nulla propter excōicationē monachorum latam in eos per Epm. Sed illi dicebant ſe exēptos. & hoc dicam in fi. Primō verius. Nouel. *pro ſe.* ſ. electo. Inno. Sed tamē verba ſunt procuratoris Epi, qui coram Cardinali proſequitur ſermonē ſuum: vt ex eo ſuam petitionē formaret. Inno. *Facta.* per monachos. Inn. Et hic incipit glo. maior Inn. ad quā redibo, *Aſſenſu.* & ſic nō poterant recuſari: niſi ex noua cauſa. de offi. deleg. inſinuāte. Gofre. *Amiſſionis*: tam de electionis meritis, quā de iure: quod ibi Eps contendebat ſe habere. *Intrusus*, vt allegabat procurator Epi. *Renunciauit.* Satis videtur, quod ante confirmationē poſſit renūciare in manib' eligentiū, etiam ſi conſenſit. Arg. quia cum ſolo cōſenſu eligentiū & electi matrimoniū ſpirituale ſolum ſit initiatum: cum eorū diſſenſu retractatur. j. de re. iuris. c. omnis. Cum enim ſit cōfirmatus ab aliquo, & nihil habeat à cōfirmatore in eius renūtiatiōe illius ſenſum requirere nō debet. Inn. Et idem Ber. in glo. iij. Inducit Hoſti. ſimile de re iudi. cum olim. ad fi. Ad hoc ſ. de tranſlatio. c. ij. & quod legitur & no. de elec. ſi electio. lib. vj. *Electionē.* fortè ſibi malè cōſcius. de ſimonia. per tuas. in fi. Io. dicebat Hoſti. quod iſti veniebāt, vt iudices, quos Innocentē timere nō oportet. ar. ff. de pœnis. ab ſententia. xj. q. iij. ſenten. Secus ſi vt hoſtes armati venirēt. Quo caſu ſufficere poſſet ad excuſationē terror armorū. ff. de vi & vi ar. l. iij. § qui armati. Hoſti. Quod facit pro Cardinalibus cōtra Bart. quod ſolus terror armorū, cum quibus Roma-

metum, de quo ſatis ſcripſi in tractatu ſciſmatis. q. xv. principali: *Intruxerunt.* & bene, quia licet non ſit ibi Abbas, remanet cōuentus qui per ſyndicū agere & cōueniri poteſt. & intelligo hoc de iuribus, quæ pertinēt ad conuentū, vel ſimul ad vtrumque. Si autē ad Abbatem, ſegregatim pertinere, nō valeret quod ſede vacāte fieret contra eum. j. ne ſede vacante. c. vlterius. Iono. Facit ad hanc diſtinctionē. eo. tit. c. j. libr. vj. *Procuratorem.* Et ſic vniuerſitas pōt conſtituere procuratorem de hoc notatur. ſ. de procurato. petitio. & c. qa. Inn. Et ideō loquitur diſiunctiuè, quia non eſt vis in nomine, vt. d. c. petitio. *in cauſis*: his iudicibus delegatis cōmiſſis. Inno. *Et ſi.* pro quanuis. *Petunt.* ea ratione. qua primā, & fortiori ratione: vt j. dicam. *Infirmari*: ex cauſa, qa dicebat ſe in poſſeſſione eligendi, & monaſteriū nō eſſe in poſſeſſione. Vel, quia ab excommunicatis facta erat. Inno. De quo dixi in prin. Et facta fuit hæc petitio ſecundū Inn. coram delegato. *Ad poſſeſſionem.* eiuſdem monaſterij, vel iuris Epalis in eodē monaſterio tanquā ſibi ſubiecto: vt ex principio huius decre. apparet, & non iuris eligendi: qa ſi iure eligēdi fateretur Eps ſe eſſe ſpoliatum per monachos, fateretur eos poſſidere. Et ideō cōfirmationem electi impedire nō poſſet: niſi errans in iure, hoc in libello diceret credens ſe ſpoliatū per ſolam electionē ſiue confirmationē. ar. C. de erro. aduo. l. ij. Nos tamen hic cōtradiximus in glo. per monachos. Inno. Nec etiā videbatur Eps poſſeſſionem acquiſiuiſſe propter renūtiationē electi: quia iniquū eſſet renuntiantis odio monaſteriū grauari. ar. j. de re. iuris. nō debet. lib. vj. Nec etiā, quia cōtra inhibitionē iudicum facta fuit: quia ad iniquū præceptū iudicum monachis præiudicium nō debuit fieri. Hoſtiē. Et an poſſeſſor in dubio præſumatur verus, an verò detentor, Inn. hic io. v. col. not. quod detentor. Sed circa principiū. iij. col. not. contrarium Ad quod vide, quæ colligūtur de cauſa poſ. cum eccleſia. j. dicam. Collect. *Prouiderunt.* per quā fortè reſtituerunt Epo poſſeſſionē iuris Epalis, vel ſubiectionis monaſterij. vel melius lata fuit ſentētia ſuper caſſatione electionis, de qua Prælatus hic proſequitur. Inn. *Caſſantes.* & malè, cum de iure epi, ex quo dependebat iſta quæſtio, nil eſſet probatum: vt in fi. Hoſti. *Magiſter.* cuius fuerunt omnia iſta verba ſuperiora. *Petijt.* hic eſt libellus Epi porrectus Cardinali. Iono. Sed vt dicit Hoſti. non obtinuit: quia iniuſtè petijt. *Reſponſum.* ex parte monachorū: *Nimis animosè.* quaſi partē aſſumendo, & procuratori ſuo audientiā denegādo. vnde potuiſſet recuſari. de offi. deleg. ſuſpicionis. Vel ab eis appellari. de appellationibus. Vt debitum. Hoſti. Dicit Abbas, quod fuit animoſitas in ferēdo ſententiā, nō inſpectis priuilegijs monaſterij. *Cœperunt.* & cōtemptis prędictis priuilegijs electionē factam à monachis tanquā ab excōmunicatis caſſauerūt. & ſic læſa eſt eccleſia. Et ideō datur reſtitutio in integrū ad petitionē monachorum, qui interfuerūt Inn. Sic in hoc, quod de excommunicatione dicit magis placet, quod ſcripſi in verbo iocōcuſſè. *Et infra.* hîc petebant ſe reſtitui ad producenda priuilegia, quæ procurator producere omiſerat negligēter & hoc Cardinalis auditor Papæ retulit. & hæc petitio repulſa petione aduerſarij in ſequenti § admittitur: Hoſti. *Inſpectis.* & ſic probata fuit læſio. & an hoc ſit de neceſſitate, vide in Specu. ij. parte. eo § ij. verſ. illud quoque. Et ad hanc inſpectionem inducebat Goffre. ff. de tranſactio. l. de his. *Priuilegiorum.* no. ſummariā cognitionē in integrum reſtitutione fieri. Item talia priuilegia bene debuerūt habere cōfirmationē ſententię latæ pro Epo: quia ſi erat exemptū monaſteriū. Nec erat Epiſcopi electio. ar. j. de teſti. veniens. & de re iudi. cum ſuper. Nec ſibi ſubiectū eſſe debebat: & ideō non tenebat eius excommunicatio. Et ſic per conſequens propter excōmunicationem non iudicis, nō erat caſſanda electio. Innocen. De quo hîc per Bernar. in glo. hæc inſpectio. Cui cōcordat Hoſtien. dicens de his iudicari non poſſe, niſi per inſpectionem textus eſt apertus de vſu pallij. c. fina. *Iudicans.* directè. Quod dic, vt infra ſi Papa libro ſextō. Nouella. *Proteſtatus*:

inueniaſ monaſteriũ lęſum ſiue per negligentiã monacho-
rum, ſiue per iuſtam ignorantiã.ſ. quia tunc nihil ſciebãt de
priuilegijs ſuis, ſed poſteà inuenerũt, ſemp debẽt in integrũ
reſtitui. Innocen.& concordat Bernar. in gloſſ. & ſic in fin.
Quod facit pro Cardinalib°, qui de metu nõ fuerunt in cõ-
claui proteſtati. de quo ſatis ſcripſi in tractatu ſciſmatis.q.
iij.principali. *Ad aud.etiam.* ſ.probationis, quaſi diceret re-
ſtitui in monachos: vt audiantur in probatione omiſſa. Et
dicit Goſ.ꝙ datur hæc reſtitutio tum, quia per negligentiã
procuratoris lęſum erat monaſteriũ. Tum, quia ius eccleſiæ
Romanæ tangebatur. Tum, quia duo iudices proceſſerant,
tertio abſente, nec ſe excuſante. Sed dicit Hoſti.ꝙ hoc vlti-
mum ſibi non placet: quia ſecundũ hoc nõ eſſet neceſſaria
reſtitutio: vt.s̃.de offi.deleg.cum ſuper.& meliùs ſibi placet
quod hìc not.Ber.in gld.ij. *Reſtituimus.* vt dicunt Innoc.Pe-
trus & Ab.neceſſaria erat reſtitutio: quia nõ erat appellatũ
à ſententia. Et ſic deerat ordinarium remediũ. & dicit Inn.
quòd inducere licebat omnes probationes, quas aliàs ſentẽ
tia prohiberet induci, ſentẽtia non obſtante: cum per eam
læſus fuerit.j̃.eo.ex literis. † Dicit etiã, ꝙ reſtitutio quæ fit
1 ad hoc, vt audiaſ, dicitur impropriè reſtitutio: quia per eam
nun fit rei reſtitutio. Nec per ipſam reſcinditur ſententia,
vel contractus. Eſt enim hæc reſtitutio præambula ad verã
reſtitutionem. Nec eſt in hac reſtitutione libellus neceſſa-
rius, vel litis conteſtatio: ſed ſufficit, ꝙ aliquem colorem ha
beat ad banc petendum: quia incoloratè peti nõ debet.ff.de
mino.l.minor autem magiſtratus. Vnde nec eſt recipiendus
hìc libellus ſuper petitionem reſtitutionis in integrum: niſi
primò aliquem colorem ſuæ petitioni dicat. ſecundũ Inno.
Sicut dicitur: not.Hoſti. cautum iudicem aſſerere non debere
id, quod probatũ non eſt. *Concorditer.* dicit hìc Hoſti. repe-
tendum quod not.de elec. quod ſicut.§ ſin autem. *Pendente.*
ſubaudi, inter Epiſcopũ Venereñ.ex parte vna, & electum
in Abbatem & monachos Rothoneñ.ex parte altera, ſuper
iure, & quaſi poſſeſſione eligendi Abbatem, & iure ſubie-
ctionis eiuſdem monaſterij, quæ tanquã præiudicialis pri-
mitus eſt tractanda: quia cum Epiſcupus petat contra ius
cõmune, ſi probetur exemptio minus pro Epo pręſumetur
arg.j̃.de confirma.cum dilecta.§.quia verò.Hoſti.controuer
ſia ſubiectionis & exemptionis: vt dixi. Nouel. *Ex qua.* ſ.cõ-
trouerſia. Hoſti. *Pendet.* quia ſi Epiſcopus obtinet, erit ele-
ctio infirmanda. Confirmabitur autẽ, ſi ſuccũbat: niſi aliud
canonicis quid obſiſtat. Hoſti. ¶ † Nota primò ibi: *audito-*
2 *rem.* quòd de tempore Inno.iij.cuius fuit hęc decre.domini
Cardi.non dabantur iudices ad diffiniendũ, ſed ſolùm audi
tores ad audiendũ.& ꝙ tunc Papa diffiniebat per ſeipſum,
vt hìc patet, in fi. Et audio quòd tunc nõ erant palatij Apo-
ſtolici auditores ad audiendu cauſas. Verùm hodie poſtquã
Romanus pontifex alios labores conſueuit recipere, ac cau-
ſas ab ordinarijs magis paſſim aduocare, & ad curiam ſuam
trahere, neceſſarium cenſuit auditores ſpeciales ad cauſas
audiẽdas in ſuo palatio deputare, quos, vt audio, Bonifaci°
octauus faciebat expenſis palatij ſui Apoſtolici in ipſo pala-
tio cõmorari, & ipſos auditores cauſarum palatij Apoſtoli-
ci nominari.& tunc re vera erant capellani ſedis Apoſtoli-
cæ cõmenſales.à quibus expenſis & mora palatij ſucceſſores
Bonifacij vſq; ad Innoc.vj.deſtituerunt. Qui Innoc. ſtatuit
ipſos auditores in certo numero, ac omnes eos ordinauit
eſſe cappellanos cõmenſales, & in vna librata eis cõmuni-
ter aſſignata omnes voluit cõmorari. Sed Vrbanus quintus:
ſucceſſor ipſius diuerſis modis exquiſitis commenſalitatem
huiuſmodi aboleuit, ipſiq; Romani pontifices poſt Innu.iij.
ſuper additis attediati laboribus, paulatim introduxerunt,
quòd Dominis Cardinalibus, & demum finaliter palatij au
ditoribus daretur poteſtas cauſas eis commiſſas decidendi.
3 † Quid plura? ad hoc deuẽtum eſt, quòd in ſignũ cuiuſdam
prærogatiuę in ſignatione cõmiſſiõis Cardinali directæ po
nitur ſolùm verbum, audiat. Nec additur, & iuſtitiã faciat.
Quodq; per verbum ſolum, audiat, cenſetur ſibi data pote-
ſtas decidẽdi. Quodque dum appellatur à Cardinali, cauſa
appellationis non cõmittitur, niſi Cardi. Imò non cõmitti-
tur per modum cõmiſſionis, vel auditionis: Sed ſolùm ſcri-
bitur ſic in ſignatione cõmiſſionis: adiungitur talis Cardi-
nalis: & habet tantam vim, ſicut ſi diceretur, audiat ſolus, &
iuſtitiam faciat: ſaluo, quòd vt honor reuerẽtialis exhibea-
tur, à quo appellatũ eſt, Cardinalis adiunctus mãdat ad eũ,
an cum ipſo procedere velit. Et ille conſueuit reſpõdere ſi-
bi placere, quòd procedat ſulus. Quinimò etiã ad hæc deuẽ
tum eſt, ꝙ Romanus pontifex iam conſueuit nullas cauſas
audire, vel decidere per ſeipſum.& ꝙ aliqui moderni domi-
ni Cardinales per ſuos auditores cauſas ſibi commiſſas au-
diũt. Imò & quãdoq; quaſi omnia, pręter diffinitiuas, deci-
dunt per eoſdem: & ꝙ omnes Cardinales auditores habent,
& forſan ad hoc pro tẽpore deuenietur, quòd nec domini
4 Cardinales cauſas diffinient per ſeipſos. † De iuriſditione
verò auditorum palatij not.in Cle.auditor. de reſcriptis.&
ibi dicam. Refertur etiam in Spec. parte.iij.ti.j.de litis con-
teſt.§.iam nũc videndũ. quòd Gul. durandi canonicus Bel-
uaceñ.& Narboneñ. domini Papæ capellanus & ſubdiaco-
nus erat cauſarum palatij Apoſtolici generalis auditor.& ꝙ
temporibus Cle.iiij.& Grægo.x.ſeruabatur, ꝙ auditores pa
latij ex generali, & ſine ſpeciali cõmiſſione de cauſis omniũ
appellationũ totius mundi cognoſcebant: niſi eſſent cauſæ
Epiſcopatuũ, vel Abbatiarum, aut magnarũ dignitatũ. Sed
alij Romani pontifices poſt hoc mutarunt. Cardinales autẽ
nec tunc, nec nunc vllam cauſam audire poterant, niſi ſibi
ſpecialiter cõmitterenſ ratiõe ſui Epiſcopatus, vel titu.&c.
5 ¶ † Secundò nota ibi. *propoſuit:* ꝙ in cauſis ordinem iudicia
rium requirentibus ſufficit eãdem petitionem verbo propo
nere. de quo per glo.in Cle. ſępe contingit. de verbo. ſig.in
6 princ in glo.datur per hoc intelligi.vbi de hoc dicã. ¶ † Ter
tiò not.quòd Epiſcop° in monaſterijs ſuis infra dioceſim
ſuam fundat intentionem de iure cõmuni, quoad ſubiectio
nem.de quo de offi.Archi.dilecto.de offi.ordi.dilectus.&c.c.
conquerente.&.c.quanto. ¶ Quartò not.ibi: *poſſeſſione ſub-
iectionis:* qualiter expedit vltra poſſeſſionem illius iuris, vt
ſi exemptio ius cõmune, quoad proprietatẽ excludat: tuea-
tur ſententa Epi ratione poſſeſſionis, & propter alia cõmo
da ipſius poſſeſſionis. de quibus.ff.de rei vendi.is qui.& de
7 interdic.§.cõmodum. ¶ † Quintò not.ibi: *intruſus:* qualiter
minùs canonicè inſtitutus, licet nõ violentus, nec fortè ſciẽs
vitium, appellatur intruſus. Et hoc facit ad ſoluendũ com-
miſſiones & impetrationes, in quibus pars actrix poſſeſſorẽ
beneficij intruſum appellat: tamẽ in literis ſubrogationum
clauſulam illam: *dummodo intruſus non fuerit.* apponi per Can
cellariam cõſuetam, intelligo de poſſeſſore violẽto, vel ma-
lę fidei. de quo loquitur.c.eum qui in prin.de pręben.lib.vj.
8 ibi: *ſed ſcienter inuidie intrudi.* ¶ † Sextò not.ibi *intruſerunt:* ꝙ
iudex cõtra collegiũ de cauſa cognoſcẽs, illi põt pręcipere, ꝙ
ſyndicũ vel procuratorẽ cõſtituat, & ꝙ ad illius officiũ duo
pertinẽt, videlicet cõſultè ſingula agere, & ad ſingula vtili-
9 ter reſpõdere. ¶ † Septimò not.ibi: *contra prohibitionẽ.* ꝙ poſ-
ſeſſor iuris deducti in iudiciũ prohibitione iudicis contra-
ria nõ obſtan.vti põt poſſeſſione illius iuris. ¶ Octauo not.
ibi: *& ad poſſeſſionem.* ꝙ habenti ius cõmune pro ſe, etiã ex-
pedit poſſeſſoriũ intentare. ¶ Nonò not. ibi: *aſſumes.* ꝙ acto
10 poſſeſſorio, quicquid ſecerit, caſſandũ eſt. ¶ † Decimò not.
ibi: *nimis animosè.* qualiter ſentẽtia ſpreta exceptione legiti-
ma, & nimis animosè promulgata nihilominus valet, & trãſ
11 it in rem iudicatã, niſi ſuerit appellatũ. ¶ † Vndecimò not.
ibi: *reſtituimus.* ꝙ deſenſus per procuratorẽ, licet aliàs regu-
lariter de iure cõi nõ appellet, reſtituitur, & etiã reſtitutio,
quę eſt extraordi. remediũ præponderat ordinario remedio
12 appellatiõis. ¶ † Duodecimò not.ibi: *Ex qua pendet.* ꝙ ſi poſ-
ſeſſor iuris eligẽdi deducti in iudiciũ eligit pendẽte lite, ele-
ctio ipſa ex futuro litis euentu dependet. ¶ Primò opponi-
tur, & intro magnam glo. Inno. quę incipit. per monachos,
quam exponã per duas oppoſitiones & aliquas quæſtiones
inculẽtes

incidētes & ad eam aduerte: quia reputat̃ vna de difficilib⁹
huius voluminis. ¶ Et hîc faciam duo genera oppoſitionū.
Primò enim opponā contra monachos: ſecūdo cōtra Epm̃.
¶ Opponitur ergo cōtra monachos. & recipio primā oppo
ſitionē ex dicta glo. p monachos, quaſi in princ. ij. col. verſu.
ſed dices. ¶ Opponit̃ ergo ſic: quia videt̃ hîc innui, ꝙ mo-
nachi erant in poſſeſſione eligendi. Aliter eñ malè petijſſet
procurator Epi, Epm̃ ad poſſeſſionē reſtitui, ſicut petijt, vt
patet hic in § j. verſu. *cuius electionem &c.* Igitur debet ab eis
facta electio omnino cōfirmari. j̃. de iure patro. cōſultatio-
nibus etiā controuerſię pendētia nō obſtante: qa poſſeſſor
lite pendēte propter litis pendentiā cōmodo poſſeſſiōis pri
uari non debet. j̃. vt lite pen. c. ij. Et ideò Inn. in. d. c. cōſulta-
tionibus in glo. ij. latè proſequit̃ qualiter ille, qui bona fide
ante lit. conteſt. erat in poſſeſſione iuris pn̄tandi, etiam poſt
litis conteſt. pn̄tare pōt. Super quo tamē non omittas vide-
re, quæ ſcripſi de offi. ordi. cum vos. in. j. oppoſitione. Qua-
re ergo non fuit cōfirmata electio pendēte controuerſia nō
apparet. Fa. ſ. de elec. querelā. & j̃. de cauſa po. & proprie cū
eccleſia. ¶ Quid dicendū? aduerte bene: quia occaſione hu
ius oppoſit. principaliter fecit Innoc. glo. per monachos. &
dilatando fimbrias ſuas videt̃ velle dare, licet in quodā glo-
bo materiā quinq; ſolut. quarū primā pręmittit in pricipio
glo. vſq; dictum verſ. ſed dices. ¶ Prima ergo ſolutio Innoc.
ſtat in hoc, ꝙ iſti monachi non fuerunt in poſſeſſione, vel
quaſi iuris eligēdi. pro quo oportet duo tēpora ponderare.
videlicet, primò tēpus, quo vixit Abbas per Epm̃ fortè in-
ſtitutus. Secundò tēpus, quod ſucceſſit poſt illius mortem.
Et oportet examinare de vtroq; tempore, qualiter ſuppoſi-
to, quòd Eps ius huiuſmodi prius poſſediſſet, & Abbatem
illum elegiſſet: potuerit ipſe poſſeſſionē amittere. & ſic, ſunt
13 hîc duæ difficultates. ¶ † Prima ergo difficultas eſt, quali-
ter Epiſcopus ius eligendi Abbatem in monaſterio poſſi-
dens, & qui Abbatem elegit, viuo Abbate, pōt perdere poſ-
ſeſſionem eligendi. Et dicit Inno. circa principiū dictæ glo.
primò, ꝙ quādiu Abbas per Epm̃ inſtitutus viuit, Epiſco-
pus eſt in poſſeſſione inſtituendi, ſiue conuentus dicat, ſiue
neget ipſum eſſe in poſſeſſione: Imò idem eſt etiam ſecun-
dum eum, ſi inſtitutus per Epiſcopum interuertere velit
poſſeſſionem Epiſcopi, & nomine monachorū dicere ſe ele
ctum, vel inſtitutū: quia nemo pōt ſibi mutare cauſam poſ-
ſeſſionis. C. de acqui. poſ. l. nemo. Ad idem. j̃. de ſeli. do. cum
dilectus. ¶ Fatetur tamen Inno. quòd etiā viuente Abbate
per Epiſcopum inſtituto, vel electo, certo caſu pōt epiſco-
pus poſſeſſionem amittere: puta, ſi ei renunciet, & in alium
transferat verbo. Vel ſi per ſententiā alij detur poteſtas in-
grediendi poſſeſſionē eligendi. Quod tamen proſequere la-
tiùs eo modo, quē not. ipſe Inno. j̃. de conceſ. pręb. cum no-
ſtris. in glo. quoniā. vbi omnino vide, & eſt ratio. Nam ille
pro quo fertur ſentētia, videt̃ habere animū poſſidēdi nihil
corpore faciat: quia nunc non pōt, cum non offerat ſe tēpus
faciendi, & alius etiam contra quē ſententiatur, nō videret̃
deſinere poſſidere: quia debet ſuſpicari, ꝙ reuertēs non ad-
mitteret̃. Allegat Hoſti. ff. de acqui. po. l. ſi id, qd. § ſi. ¶ Sub-
dit tamen Inno. huius occaſione vnū dictū de poſſeſſione
ſubiectionis, videlicet ꝙ illa poteſt priuari Eps, viuēte Ab-
bate, ſi alij Epo Abbas cœperit reſpōdere. probat hoc dictū,
quia tamen extunc alius Eps incipiat pręſcribere. j̃. c. proxi
mo. ergo & poſſidere: quia ſine poſſeſſione nō currit præſcri
ptio. Alleg. Hoſti. j̃. de pręſcrip. cauſam, quę. ¶ Caue tamen,
quia circa hoc quod dicit Inn. ſ. ꝙ epiſcopus renūcians poſ-
ſeſſioni iuris eligendi, & eam in alium verbo transferens,
eam amittit ipſe, ſubaudi, & eccleſia. Vidi valde dubitari, an
ſi pręlatus poſſidens rem nomine eccleſię cōſtituat ſe pręca
rio nomine alterius eccleſiæ poſſidere: per hoc eccleſia ſua
hmōi poſſeſſionē amittat, iuxta leg. ff. de acqui. po. l. interdū.
& de pręca. l. ſi. & nuperrimè audiui reuerendiſſimū patrē
dn̄m Cardi. Viuarien. tenere, ꝙ nō. dicens ſic notari per Ia.
de But. C. de acqui. po. l. ſi. & per Bar. ff. de iti. actuq; priua. l.
j. § ſi tibi. & ibi probari. Sed hoc mihi adhuc aliqualiter du-
bium, & alibi dicam ¶ Facit tamen in contrariū hoc dictū
Inno. in hoc, quod dicit, ꝙ ſola verbalis trāſlatio ad hoc ſuf-
ficit: q̃ tamen in dicto caſu interueniſſe videt̃. per iura priùs
allegata. aliâs hoc examinabo. ¶ Item de alio, qd̄ dicit Inno.
de ſententia &c. etiam valde dubito: qa licet fateor, ꝙ ha-
bens ſentintiā adiudicatoriā maximè cum licentia & autho
ritare iudicis, poſſit ingredi poſſeſſionē: tñ non video, ꝙ ex
ſola ſententia pdat, condēnatus poſſeſſionē qa in perdendo
requiritur corpus & animus ſi à corpore incipit: vel ſaltem
animus, ſi incipiat ab eodē. ff. de acqui. po. l. iij. § in amitēda.
& l. quēadmodū. e. ti. Modo licet condēnatus à ſentētia nō
appellet, non tamē ſequitur, ꝙ habeat eo ipſo animū extūc
poſſeſſionē dimittēdi: quia nō probat hoc eſſe, quod ab hoc
contingit abeſſe. vnde cog. l. non ob hoc. Et tamē multi ſunt
condemnati per ſentētias quę in rem tranſeūt iudicatā: qui
tamen poſſeſſiones rerum eis adiudicatarū retinent. & qui-
b⁹ oportet eas manu militari auferri. ff. de rei ven. l. qui reſti
14 tuere. & ff. ne vis fi. e. l. iij. in principio. ¶ † Secunda difficul-
tas, qualiter, mortuo Abbate per Epm̃ inſtituto, perdere po
teſt Eps poſſeſſionem iuris eligēdi. videt̃ aliquibus, ꝙ in ele-
ctione facta à monachis amiſit Epus poſſeſſionē. Sed alij vl-
tra requirūt, ꝙ Abbas electus p monachos per aliū, quàm p
Epm̃, fuerit confirmatus. De quo imprimis remittit Inno.
ad notata ſua. ſ. de electione querelā. vbi ipſe de modo poſ-
ſeſſionem admittēdi ſatis notauit in gl. dicūt quidā. ¶ Alij
tñ dicunt, ꝙ nec etiam p electionē, nec confirmationē hmōi
perderet Eps poſſeſſionē iuris eligendi, ſeu inſtituendi: niſi
alio modò expelleret̃ de poſſeſſione iuris eligendi. & videt̃
expreſſum de cauſa po. cū eccleſia, ibi: *eis renitentibus & exclu
ſis*, Fa. de elect. Cumana. *collecta.* Quod videt̃ placere Inn. di
cit enim ſic: non video alio modo poſſe fieri. ſubaudi, ꝙ Eps
hmōi poſſeſſionē amittat: niſi quia Epus habet timorē, vel
metum iuris. ſ. quia nō credit ad ſe pertinere ius illud: qd ſua
eccleſia poſſidebat. Et ideò de illo ſe intromittere vlterius
nō intendit: vel timore facti, puta: quia nō ſit auſus Eps eli-
gere, ſeu inſtituere de facto cōtra voluntatē eorū, qui dicūt
ſe ius habere eligēdi: vel qui de facto nō de iure poſſeſſionē
nacti ſunt: & ideò ſuſpicatur ſe poſſe repelli. ¶ Iſte eſt vnus
modus poſſeſſionem amittendi: vt. ff. de acqui. poſſeſ. ſi id,
quod § vlti. De modo autē poſſeſſionem perdēdi, vide Ber.
de reſti. ſpoli. c. olim. in glo. vt ſcias. & eſt ratio præmiſſorū.
quia in poſſeſſione admittenda animus amittentis eſt ne-
ceſſarius vt § in amittenda. & l. quemadmodū. allegatis. Su-
per quibus omnino vide not. Innoc. ſ. de poſtulat. præla.
c. bonæ. ij. in gloſſ. quæritur, cum lex dicat & in glo. ſequen.
¶ Ex quibus infert Innoc. quòd ſi poſſeſſor eligendi, vel al-
terius iuris neſciat electum ab alio, ſeu etiā inſtitutū & cō-
firmatum per inſtitutionē, ſeu electionē & cōfirmationem
hmōi poſſeſſionem nō amittit: quia illa nō amittit̃ ſine ani-
mo: vel ſaltem ſine corpali expulſiōe, quę corpalis expulſio
ſcdm Inn. etiam in iuribus fieri pōt: vt. d. l. quēadmodū. & l.
clam. ff. de acqui. poſſ. ¶ Fatetur tamē Inn. ꝙ ſi Eps, qui priùs
habebat ius eligendi ad eccleſiā, videt electū ab alio eſſe in
poſſeſſione eccleſię. & nihilominus nō eligit. j̃. tēpus à cano
ne ſtatutū. ſ. j̃. tres menſes. de elec. ne pro defectu. & de con-
ceſſione præben. c. nulla. Nec implorat, quàm cito poteſt, ꝙ
j̃. tempus iudicis arbitrio relinquendum, ſecundū Inn. offi-
cium iudicis admodū caſſationis de alio factę: vt remouea-
tur de eccleſia, cum nō ſit per eum electus. Et remittit No-
uel. ad ea, quæ dicet. j̃. de conceſſio. præben. quia diuerſita-
tem. in glo. quæritur. in principio. Et ſubaudi etiam ſecun-
dum Hoſtien. ſi non agit interdicto retinendæ poſſeſſionis
contra alterius electores. His tribus deficientibus per hoc
poſſeſſionem amittit: quia per hoc videtur ſuſpicari ſe poſ-
ſe repelli. Et ideò tunc interdicto retinēdę poſſeſſionis cō-
tra electorem illius non agit. Et benefacit pro his. ff. ſi ſer-
uitus vendicetur. l. & ſi fortè § primo. Sed aliâs bene. Super
quo vide notata eiuſdem Innoc. de cenſibus. c. ſignificauit

Digitized by Google

vltra medium vbi notat, quòd tali electione aget interdicto vti poſſidetis: quia ex illa non ſpoliat, ſed turbat. Fa. de appel. concertioni. libro. vj. ſecuodum Collect. qui remittit ad collecta ſua de verbo. ſigni. ex parte. ¶ Et ſubdit tamen Innoc. quòd alij dicũt, quòd ſi ſit mortuus Abbas per Epiſcopum inſtitutus: & neget conuentus Epiſcopo poſſidere, conuentus fungitur vice poſſeſſoris: inducentes. argu. ff. ſi ſeruitus vendi. l. ſicut hi. §. diſtant. Subdit tamen, ꝙ quidam alij plus requirũt, & dicunt, quòd poſſeſſionẽ amittet Epiſcopus, vacante monaſterio: ſi conuentus monaſterij elegit, etiam ſi non habeat electus poſſeſſionem: nec ſit confirmatus, niſi Epiſcopus faciat aliquid de pręmiſſis, per quod videatur poſſeſſionem retinere: hoc eſt, niſi eligat, vel officium imploret: aut interdicto agat, vt præfertur. Et probant ſic: quia eoipſo, quòd conuentus eligit, conuentus eſt in poſſeſſione eligendi, & per conſequẽs Epiſcopus eam amittit: cum duo inſolidum idem ius poſſidere non poſſunt: vt. ff. de acqui poſ. l. iij. §. ex pluribus. Sed hæc dicta nõ placent Inno. inducenti notata ſua. ĩ. de reſti. ſpoli. c. in literis. vbi omnino vide in glo. magna, vel præſertim. in verſi. Item not. quòd ſi poſſeſſor. vſq; ad fi. glo. quaſi per duas colũnas. Et ſic eſt de mẽte Inno. iſta conclu. Ex præmiſſis omnibus ſic ſparſis taliter recollige, quòd ius eligendi poſſidens, electo mortuò, ex electione & confirmatione aliorũ, ac poſſeſſione electi ſuam poſſeſſionẽ iuris eligendi non perdit: niſi negligens fuerit in tribus, videlicet, in eligendo, officium implorando, vel interdicto agendo, & quòd ſi in omnibus his negligens fuerit ex tali negligẽtia huiuſmodi poſſeſſionem amittit. Et bene dico, ſi negligens fuerit: quia ſi iſta abſq; negligentia omitteret, per talem omiſſionem huiuſmodi poſſeſſionem non perderet. Et ideò dicit Inno. generaliter dicimus non pręſumit Epiſcopum poſſeſſionem amittere, quam animo tenet, ſi infirmitate detentus, vel non habens copiam iudicis, coram quo agat: aut ſi quemlibet aliam iuſtam cauſam habet, propter quam videlicet eligere, vel agere ceſſat. ¶ Dicit vlterius Inno. quòd etiam & alio modo quàm per dictam negligentiam, poſſet Epiſcopus eligendi poſſeſſionem amittere: hoc eſt, per aliquem actum exteriorem, per quem appareret eum eſſe ſpoliatum: vtputa, ſi eſſet in poſſeſſione cum alijs in capitulo eligendi, & veniens ad eligendum cum illis eiectus eſſet extra capitulum: vel cum eſſet in poſſeſſione ſeruitutis itineris agri, & volens ire per agrum debentem ſeruitutem prohibitus eſſet. Nam in caſibus his, & ſimilibus non prodeſt dicere: ego animo retineo poſſeſſionẽ: quin amittat eam: niſi fortè in eligendi ſimpliciter poſſeſſione exiſtens ſemel prohibitus eligere, eligeret poſteà in continenti, poſſeſſionem ſuam ſtatim recuperãdo quod poſſet:
15 vt. C. vnde vi. l. j. ¶ † Sed circa præmiſſa quæritur, quo interdicto agere poteſt Epiſcopus ius eligendi poſſidens contra monachos, qui elegerunt Et hîc diſtingue ſecundum Inno. quia aut amiſit Epiſcopus altero forſan de modis ſuperiùs expreſſatis: & tunc non prodeſt ei litigare interdicto vti poſſidetis retinẽdæ poſſeſſionis: quia tunc prodeſt agere huiuſmodi interdictus retinendæ poſſeſſionis quãdo non eſt amiſſa poſſeſſio: quia ſic agẽdo videtur habere animum poſſeſſionẽ retinendi. Sed quando eſt amiſſa per vim, ſubaudi, vel alio modo, nõ prodeſt, ſcilicet agere vti poſſidetis. Sed ſubaudi, agi neceſſe eſt poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſiõis, puta interdicto vnde vi: vel beneficio canonis, redintegrãda. iij. q. j. Aut poſſeſſionem non amiſit, ſed retinuit: & hoc caſu dicit Inno. quòd tunc ſtultè facit talis, qui intentat interdictum recuperandę poſſeſſionis: quia ſic ſe amiſiſſe poſſeſſionem confitetur, & in aduerſarium eam transfert: ſed debet intentare interdictum retinendæ poſſeſſionis. Nam videtur turbare poſſeſſionem illius, qui, eo in poſſeſſione iuris eligendi exiſtente, alium eligit, vel inſtituit. ¶ Sed quid faciunt prædicta ad ſolutionem principalis oppoſitionis? Et videtur quòd nihil: quia de poſſeſſione Epiſcopi & alijs allegatis in facto conſiſtentibus, non conſtat: niſi per narrationem procuratoris Epiſcopi: cui non tenetur credere pars aduerſa. Nec etiã index, quia veritas in iudicijs allegata non prodeſt, niſi probetur. de appellationib⁹. interpoſita. Reſpondet Inno. dicens, ꝙ nec ita parum conſtabat de poſſeſſione monachorum, non obſtante ſatua allegatione procuratoris Epiſcopi, vt ſcripſi in expoſitione literæ in verbo, ad poſſeſſionem. Et ideò cum partium allegationes contrariæ forent, donec de veritate conſtiterit, non confirmatur, neq; infirmatur electio ab eis facta. Et ideò de hoc interim quæſtio pendet, vt hic in fi. Sed quare eſt diſputatum ſuperiùs, an per electionem monachorum Epiſcopus eligendi poſſeſſionem, ſi eam habebat, perdiderit? puto quòd propter hoc, quia cõſtabat in actis per cõfeſſiones partium, vel per producta de electione monachorum, & per ius commune de proprietate iuris eligendi. xvj. q. vlti. cõgregatio. Et ideò neceſſe erat Epiſcopo probare poſſeſſionem iuris eligendi, ad ſe priùs pertinere illam, quę per dictam electionem non amiſiſſet. Ideò ſecundum iſtorum opinionem, quod in iure conſiſtit, expediuit examinare. per hoc enim primo probato, videlicet Epiſcopi poſſeſſione præcedente, patet ſublata obiectio, quæ videbatur fundari principaliter in poſſeſſione monachis ex dicta electione quæſita: quia alia per monachos non allegabatur in actis. & ita proprijſſimè ad dictæ oppoſitionis ſulutionẽ prædicta omnia inducta ſunt. ¶ Secunda ſolutio Inno. ad dictam obiectionem eſt iſta: quia illud quod dicitur, quòd electio facta à poſſeſſore confirmata eſt, intelligendũ eſt quando quis ab eo, qui bona fide eſt in poſſeſſione iuris eligendi, præſentandi, vel inſtituendi, electus, præſentatus, vel inſtitutus eſt. Talis enim poſteà remoueri non debet hic autem eligentium vitioſa poſſeſſio dicitur: niſi Epiſcopus prius tempus habuerit ad probandũ: vel de violenta, vel de alio modo illicito procedendi. Et ideò ſic inſtitutus non facit fructus ſuos: vt. ĩ. de re iudi. cum Bertholdus. vnde hoc, ſcilicet, vt differatur cõfirmatio, vt dicitur hîc in fi. videtur ſecũdum quoſdam tunc tantũmodo locum habere, cum certum eſt eum habere poſſeſſionem violentam: vel quando ignoratur, an poſſideat. Sed quandiu de violentia dubiũ eſt, & certum eſt, ꝙ alius poſſidet, videtur quòd ille, ad quem pertinet cõfirmatio: ſtatim cognito, ꝙ elector poſſideat, debet electionem confirmare. arg. ĩ. de elec. querelam, &. ĩ. de cau. poſſ. cum eccleſia. Imò plus videtur quibuſdam, quòd etiam violenta poſſeſſione probata, non remouebitur electus per violentum poſſeſſorem. ar. ĩ. de iure patro. ex literis. Sed certè hoc non eſt verum ſecundum Inno. Imò ſufficit contra electionem opponere, quòd facta eſt à malę fidei poſſeſſore, vt hic. Et illa decre. ex literis. non loquitur in præſentato à violento poſſeſſore: ſed loquitur in præſentato à bonæ fidei poſſeſſore: licet verus non fuerit patronus. Sed dicit Innoc. eum remonendum: quia quicquid fit per violentum poſſeſſorem, reuocari debet. Et idem dicit dominus Martinus de ſalua notari per Inno. de reſti. ſpoli. in literis. & de elec. Cumana. Et eſt ratio nam, vt dicit Inno. ad fi. dictæ glo. per monachos non ſufficit dicere, quòd elector ſit in poſſeſſione eligendi ad hoc, vt confirmetur electio, vel vt confirmata non irritetur. Imò oportet, quòd bona fide ſit in poſſeſſione ſis per quo ipſe remittit ad notata ſua in. c. conſultationibus. allegato, vbi omnino vide. ¶ Sed oppoſitiones, quòd fruſtra de bona, vel mala fide diſceptetur in propoſito: cum præſumantur monachi, ſi poſſeſſores ſunt, poſſidere bona fide. cum præſumatur aliquis bonus: niſi probetur malus ĩ. de pręſumptioni. dudũ. ĩ. de ſcruti. c. j. Et qui dolũ allegat, illum probare tenetur. ff. de proba. l. quoties. § qui dolo. Dicit enim Inno. quòd non ſic eſt in poſſeſſore, qui ad hoc, ꝙ præſumatur bonus, oportet, quòd habeat iuſtuum titulũ: vel quòd conſtet, ꝙ probabilibus rationibus quæſierit poſſeſſionem: vt. ff. de libera. cauſa. l. igitur. § ij. &. l. liberi. § fin.

vel quòd

vel quòd longo tempore fuerit in poſſeſsione.ff.de acquirẽ. poſſeſsione.l.poſsideri.§.ſi ſeruus. Et quod dicatur longum tempus, arbitrio boni viri, vel iudicis relinquitur.ff.de iur. delib.l.j.§.fi. Pro quorum declaratione vide lecta & nota.j.de præſcriptio.c.Epiſcopum.li.vj.& quod ibi ſcripſi in.vj.qõ. & de reſtitu.ſpoli.ad decimas.e.li.&.j.q.j.principatus. &.c. nullus Epiſcopus.vbi per Archid.&.xxxiij.q.ij.ſi vir.ſecundũ Goff.& per Hoſt.de iure patro.cura. ¶ Sed aduerte, quia hoc non ſoluit oppoſitionẽ, quia locum habet, quod dictũ eſt: pota qñ extraneus.i.in eccleſia cathedradrali alius, quã capitulum maioris eccleſiæ ſecundum Inn.vel in monaſterio alius, quã conuentus illius monaſterij eſt in poſſeſsione iuris eligendi, & petit ſuam electionem cõfirmari: quia tũc ſuccumbet in petitione ſua: niſi probet bonam fidem altero de tribus modis proximè dictis. Et eſt ratio, quia nõ præſumitur bona fide eſſe in hac poſſeſsione: quia nititur venire contra ius commune. & ſic de conſimilibus videtur ſecũdum Inn. Allegat cẽteſi.diſt.contra morem. Sed qñ eligunt illi, ad quos eligere pertinet de iure commoni: puta quia cõgregatio monachorũ Abbatem eligit.vt.d.c.congregatio. non habet locum hoc: quia tunc ius commune facit pro eligentibus.s̃.de elec.c.j. Faciunt pro præmiſsis notata Archi. in dicto.c.Epiſcopum. Ad hoc non ſoluit Inn.ſed dicere potes, quòd præſumitur mala fides propter poſſeſsionem Epiſcopi proximè præcedentem & ſpoliationem ipſius per monachos authoritate propria temere attentatam: vel quòd pars Epiſcopi de mala fide fidem ſacere offerebat. Caue tñ, quia hoc, quod dixi de bona fide probanda, non habet locũ in interdicto vnde vi, vel vti poſsidetis: qa tunc ſufficit ſola poſſeſsio ſine bona fide.C.vnde vi.l.j.&.j.de reſti.ſpol.i.in literis. Nec habet locum in iudicis officio pro reuocatione attentatorum, lite pendente, implorato: quia pendente lite poſſeſſor in poſſeſsione tuendus eſt. Nec quæritur ibi de bona fide.j.de reſtitu.cum veniſſent.& vt lite pendente.c.ſi.ſecundum Inn. Et ideò ſpoliatus lite pendente omninò reſtituendus eſt: quia in poſſeſsione ſua facti tuendus eſt ſecundũ Hoſti.& ea, quæ diximus in electione, dicenda ſunt in poſſeſsione iuris excommunicandi, & in multis alijs ſecundum Inno. ¶ Tertia ſolutio Inn.ad dictam principalem oppoſitionem eſt iſta, quòd nunquàm debuit confirmari huiuſmodi electio monachorum: quia licet ex hac electione, ſi confirmaretur, acquireret conuentus monachorũ poſſeſsionem iuris eligendi. & ſic decætero tenerent electiones ab eis factę quaſi à poſſeſſoribus: tñ hęc electio non fuit facta à poſſeſſoribus iuris eligendi: quia tunc cum elegerunt, nondum erant in poſſeſsione iuris eligendi: vt dicit Inn. in gl.per monachos.verſu, vel dic.quòd nunquam. Tñ Inno. ante finem dictæ glo.verſu, & videtur, ꝙ etiam prima. dicit aliter. Sic videtur, ꝙ prima electio, quæ facta eſt ab eo, qui priꝰ erat in poſſeſsione, licet poſtea per priꝰ poſsidentes acceptata tacitè, aut expreſſo conſenſu illorum, quorum intereſt, teneat ratione poſſeſsionis: quia licet qñ elegit, non eſſet in poſſeſsione, tñ modo eſt, qñ fortè agitur ad amotionem electi. Vel dic, dicit ipſe, ꝙ qñ elegit, erat in poſſeſsiõe. Electio enim habet plures partes. Prima pars eſt factum electionis. Secunda eſt patiẽtia illorum, quorũ intereſt. Tertia eſt confirmatio.vt no.de cõſue.cum dilectus. Tunc ergo dicendũ eſt elegiſſe, vel electionẽ factã fuiſſe, qñ prędicta oĩa interuenerunt.& qñ hæc oĩa interuenerũt, bene erat in poſſeſsione.& ideò rectè tunc dicit facta à poſſeſsore iuris eligendi.& ideò nõ põt tunc caſſari. vltra etiam dicit, ꝙ fortè etiam poteſt dici, ꝙ conſenſus, vel patiẽtia primo poſsidentiũ trahitur ad tẽpus electionis, licet non multũ neceſſe ſit dicere hoc ſcdm Inn. Et ideò ſcdm Hoſti.ſi intẽtat interdicto vti poſsidetis ab antiquo poſſeſſore ſuccũbet. Nam in hoc interdicto obtinet is, qui tẽpore litis cõteſt. inuenitur poſſeſſor. Sic ergo non antiquus poſſeſſor, ſed nouus obtinebit: vt colligitur inſti.de interdic.§.retinendæ.&.§.hodie. Sed magis placet primũ dictum Inn.vt ſic ſolutio iſta tertia data per eum ſalua permaneat. Nam aut dices, ꝙ tẽpore electionis iſti electores erant in poſſeſsione ex ipſa electione. Et hoc nõ potes dicere, quia ex ipſa ſola electione non quæritur poſſeſsio iuris eligendi: vt dixi in prima ſolutione poſt ipſum Inn.& quia cauſa debet eſſe in eſſe producta, antequã producat effectum ſecundũ naturã.& per conſequens etiã ſcdm artẽ.ar.inſti.de adop.§.minorẽ natu.cũ ſi. Aut dices, ꝙ iſti electores non erant, dum elegerũt, in poſſeſsione hmõi. & tunc ex ipſa poſſeſsione, quã non habebant, eligere nõ potuerũt: quia qđ nõ eſt, effectum parere non põt.de deſpon. impub.ad diſſoluendũ.cũ cõcor. Aut dices, ꝙ facta ſequentia, ſeu poſſeſsio ex illis quęſita de iure retrotractionis validat electionẽ præcedentẽ.& hoc nõ: quia electio quę à principio nulla eſt, ex facto ſequẽti recõualeſcere non põt: vt.s̃.
16 de elec.auditis. ¶ † Horũ aũt & pręcedentiũ occaſione, quęrere poſſum qualiter q̃ratur poſſeſsio iuris eligendi, & vt.s̃. tetigi, ſi dicis ꝙ ex ſola electione hoc ſtare nõ põt: qa ſe elegit, & non habuit effectum eius electio: puta, quia nõ eſt cõfirmata: nec etiam habuit poſſeſsionem dignitatis, qũo põt dici eum quæſiuiſſe poſſeſsionẽ iuris eligẽdi per ſola verba, quę protulit: hoc dicere eſt abſurdum. Itẽ ſi dicas, ꝙ quærit poſſeſsionẽ, dũ confirmaẽ: vel qñ is, cuius intereſt eũ habuit pro electo: hoc ſimiliter videẽ abſurdũ, videlicet, ꝙ ex alieno facto.ſ.cõfirmatoris, maximè, ꝙ noĩe meo nõ facit, & ꝑ qđ mihi electori ipſe cõfirmator quærere intẽdit, q̃ratur mihi poſſeſsio. dicit Inn.tu rñde, & dic, ꝙ poſſeſsio iuris eligẽdi q̃ſita eſt electori.ſ.qñ elegit, & ex facto aliorũ.ſ.qñ electũ ab eo, hi, qui priꝰ hoc ius poſsidebãt, pro electo habuerũt, vel paſsi ſunt eum agere, quæ prælati ſacere debent. In poſſeſsione eñ iurium quęrẽda neceſſarius eſt cõſenſus expreſſus illorũ, qui priꝰ poſsidebãt, vel ſaltẽ patiẽtia, ſcdm Inn. qui ſuper hoc remittit ad dicta no.ſua.in.c.bonæ.alleg. Sed qualiter apparet dicta patiẽtia? dixi poſt Inn.s̃.in.j.ſolutiõe verſu, fatetur tñ Inn.ꝙ ſi Eṗs.videlicet cũ nec elegerũt, nec alijs electoribus agẽdi interdicto, vel officio iudicis, quã citò poſſunt, cõtradicũt: qđ dic, vt ibi. ¶ Quarta ſolutio Inn. ad dictam oppoſitionẽ eſt iſta. Vel dic, & meliꝰ, vt videẽ, ꝙ quãuis conſtet conuentum eſſe in poſſeſsione iuris eligendi, & etiam licet præſumatur, de facto, ſicut & de iure præſumitur, quia ius cõe habẽt pro ſe, ꝙ iuſtè poſsideãt: tamen nunquã ſuperior ꝓcedet ad confirmationẽ electionis, ſi opponitur ꝙ electores ſunt in violẽta poſſeſsiõe, ſicut & quęlibet alia audire debet confirmator, quæ electionẽ reddunt minus canonicã. Nõ eñ valet iſta abiectio facta ab his, qui erant in poſſeſsione eligendi. ergo debet cõfirmari electio: quia tũc habet tñ locũ. vbi nihil cõtra electionẽ opponiẽ. Sed ſi aliud obijciẽ cõtra electionẽ, & ꝓbaẽ, ꝓpter qđ debet caſſari, caſſabiẽ ſicut cõtingit in electione, de qua loquiẽ.c. cũ eccſia.de cau.poſ. Nec ob.c.cõſultationibus.allegatũ. quia ibi ante cõfirmationẽ legitimè habitã, nihil fuit obiectũ. opponi eñ poſſunt cõtra cõfirmationẽ exceptiones legitimę, etiã petitoriũ concernentes. Et fa.no.s̃.de elec.c.poſtquã & c.nihil. qa qui petit electionẽ cõfirmari, nõ agit poſſeſſorio tantũ: ſed etiã petitorio, vel potiꝰ de iure electionis.ſ. vtrũ electio ſit legitima, & cõfirmãda, ſcdm Inn. Sed caue, qa iſta ſolutio quarta, & etiã.ij.ſolutio.s̃.ꝓcedẽs tã circa malã fidẽ, q̃ malæ fidei oppoſitionẽ ad tex.noſtrũ diuinare videẽ: cũ tex. noſter nõ appareat hoc dicere, nõ ſoluit Inn. Sed dicere potes, ꝙ in hoc, qđ tex.dicit ꝓcuratorẽ Eṗi petijſſe reſtitutionẽ ad poſſeſsionẽ ſatis videẽ innuere, ꝙ Eṗm hoc ius prius poſsidẽtẽ conuẽtus attentãdo eligere, poſſeſsione huius iuris, quãtùm in ſe fuit, ſpoliauit. Et per cõſequẽs cũ hęc non ſint cõiter, niſi notoria in monaſterio, videlicet, qs Abbatẽ ibi eligat, inſtituat, vel cõfirmet, ſatis etiã videẽ tex. innuere, ꝙ ꝓcurator hmõi monachos ꝓtendebat Eṗm ſciẽter huius iuris poſſeſsione ſpoliaſſe, & mala fide ſe intruſiſſe in illam. & ita nõ vidẽtur iſtę ſolutiones diuinare. ¶ Quinta ſolutio Inn.ad dictã oppoſitionẽ principalẽ eſt iſta. Vel dic, ꝙ cõfirmatio electionis ideò nõ ſit: qa cõtrouerſia erat, an electio

Digitized by Google

teneret,quia dicebaſ facta ab excõicatis,ab Epo Veneteñ.
ex ordinaria poteſtate Sed ecõtrario monachi dicebãt non
tenere excõicationẽ,quia erant exempti:& ſic per cõſequẽs
illa excõicatio nullum impedimentũ electioni pſtabat. Et
quia hæc quæſtio pambula erat ad confirmationẽ nõ pote-
rat cõfirmatio fieri:niſi primò hæc qõ expediref.ar.j.de or-
di.cogni.c.j.&.c.tuã.ſcdm Inn.Nec videſ diuinaturia: quia
tex.illã videſ innuere in hoc,q in tãtum feſtũ facit de prius
legijs ipſius monaſterij,quę alſ nil ad ppoſitũ facere vide-
renſ:ſed re vera imò & aliter ad ppoſitum facere poſſunt
cõuenienti⁹ iuxta ea,quę ſcripſi in expoſitione literę,ſuper
37 verbo,incõcuſſẽ.¶ † Huius aũt ſolutionis.v.occaſiõe quę-
rit Inn.qd ſi Epi,qui eſt in poſſeſsione ſubiectionis mona-
ſterij,excõicat,& interdicit hos monachos habẽtes priuile-
giũ exemptionis?Rñdet Inn.q ſi Epi pbauerit de iure ſuo,
publicabiſ excõicatio.Sed oppones,quia abſq; alio iure vr̃
ſufficere poſſeſsio.Rñdet Inn.q nõ eſt ita:quia iſta.ſ.excõi-
care,& interdicere ratione proprietatis cõpetunt.vnde ille,
qui in veritate eſt platus,prædicta,& ſimilia facere poterit,
nõ ille,qui eſt in poſſeſsione.ar.xj.quæſtiõe.iij.c.j.ſ.de offi.
dele.ex literis.Et ſuper hoc remittit ad nut.ſua de relig. do.
cũ dilectus.& de reſti.ſpoli.olim cauſam.vbi dicit meliùs de
hoc notari.vbi etiã de hoc per Nouellã in gl.petebat.in pri.
Et ibi collect.hîc remitit ad Collecta.& dicit,q meliùs fa
cit de verbo.ſigni.ex parte.dicitq; etiã Cullec.q in hoc nõ
remanet Inn.ſed in hoc,qd ipſe notauit in.d.c.olim. vbi ẽt
de hoc dicã:quia hoc dictũ non eſt ſecurũ. & materia huius
decre.onerata eſt.¶ Quid dicendũ de ſolutione oppoſitio-
nis principalis licet eñ Hoſt.& Nouel.ad cõpẽdioſam vti-
litatẽ.d.gl.per monachos eliciẽdãm tractãt hic qualiter ele
ctio facta à poſſeſſore de iure valeat:de quo j.dicã.tñ ad mẽ
tẽ Inn.& intellectũ literę in.d.oppoſitionis ſolutione con
ſiſtentẽ nõ reducũt ſe ſaltem bene clarè.¶ Ego aũt puto de
mente literę fuiſſe,q petitio Epi p electionis monachorũ
caſſatiõe tria principaliter allegabat.Primò,q monaſteriũ
illud ſitũ erat in ſua diocœſi Veneteñ.& ſuæ Venetẽ.eccle.
ſubiectũ.ipſeq; Eps in poſſeſsione incõcuſſa hactenus ſub-
iectionis eiuſdẽ,vt patet hîc in pri.§.j.huius decre.Scdò alle
gabat ſe habere ius in electione abbatis monaſterij antedi-
cti,& ſe fuiſſe in poſſeſsione illius iuris. Tertiò allegabat,q
monachi eligentes ipſum poſſeſsione pdicta ſpoliauerant.
& ppter iſta petebat ſe reſtitui ad poſſeſsionẽ dicti iuris.
Et patent hæc duo.in.d.§.j.verſ.diſtrictiùs inhibentes.Scdò
ſciendũ eſt,q monachi cõtra narrationẽ & defenſionẽ Epi
pro ſua defenſione allegabãt exẽptionẽ per priuilegiũ Apo
ſtolicũ.vt hîc patet in.§.ad hæc.ppter qd non videſ de ex-
cõicatiõe monachorũ aliquid hic diuinandũ.cũ de illa tex.
hîc nõ videaſ ſomniaſſe.Et ſic nõ bñ placet.v. ſolutio Inn.
faciẽda eſt talis interpretatio narrationis,petitionis,& de-
fenſionis pdictarũ,q eſſe poterũt pertinentes, ac deciſioni
textuali cõuenientes:videlicet hoc mõ,q Eps ppter cõem
ſubiectionẽ diocœſanã dicebat ſe ius in electiõe habere, &
q monachi propter exẽptionẽ dicebãt Epm ex dicta ſubie-
ctione diocœſana nõ poſſe ptẽdere ius in electione pdicta.
Sed qd ad ppoſitũ:cũ nec de lege iuriſditiõis,nec de lege dio
cœſana pertineat ad Epm ius in electione monaſteriorũ de
iure cõi:ſed ad ſolã congregationẽ.ſ.de elec.nullus.&.c.con
gregatio allegatis.Item quale ſit iſtud ius in electione, Epo
cõpetẽs,& vtrũ ſit p excluſionẽ monachorũ,& an ſit plenũ
ius eligẽdi,vel ius ſolùm pſtans vocis ſuffragiũ.Et an ex cõ-
tẽptu hui⁹ iuris reddaſ monachorũ electio caſſa,vel caſſan
da:nõ bene apparet,vt videſ.vnde fateor, q facti narratio
fuit nimis decurtata,fortè per fratrẽ Ray.cõpilatorẽ huius
voluminis:vt patet in pœmio.vñ non poſſum ſaluare,quin
ſaltem vnũ ſupplere oporteat ad textũ,videlicet q vt ſcripſi
in verbo incõcuſſẽ Eps habebat ex generali cõſuetudine in
monaſterijs ſuæ diocœſis ſuę iuriſditioni ſubiectis,vnũ ius
gñale in electionibus eorũdẽ.Et propter hoc,q cõſuetudo
gñalis erat relata,quæ ad iuriſditionẽ,& ſubiectionẽ Epi-
ſcopalem extẽſibilis erat ratione ſuæ gñalitatis,& cauſę ad
monaſteria omnia.j.diocœſim cõſtituta,alſ epiſcopali iu-
riſditioni ſubiecta.ar.ſ de offi.Archid.dilecto.Et tunc ſtat
bene ad ppoſitũ totus tex.quia Eps hoc ius ptendẽs, vltra
prætendebat ratione huius iuris,ſe fuiſſe in poſſeſsione hu-
ius.ſ.ius habẽdi,etiã electiõe huius monaſterij:& monachi
negantes intentionem Epi priuilegiũ exẽptionis allegabãt:
vt tollẽdo ſubiectionẽ,tollerẽt & cõſuetudinẽ in ipſa ſubie
ctione fundatã Et qcquid dixerit Inn. tex nõ aperit, q ius
prætẽſum per Epm eſſet ius eligẽdi.Sed ſolùm dicit, q Eps
ius in Abbatis electione ſe habere dicebat. nec dicit text.q
Eps peteret electionẽ infirmã declarari:vel q iudices pnun
ciauerint eã caſſam.Sed dicit,q Eps petijt eã infirmari:& q
iudices eam caſſauerũt.Ex quo luce inferſ clariùs,q electio
non dicebatur infirma,ſiue caſſa.i.ipſo iure nulla. Nec per
conſequẽs ius ptenſum per Epm eſſe tale ppter qd ius eligẽ
di monachis auferreſ.viribus ergo dicere cõpulſus es, q il-
lud ius prætenſum per Epm nõ erat ius eligẽdi:nec ius, nec
poſſeſsionẽ iuris eligẽdi monachorum tollebat.ex quo nec
poſſeſsionẽ iuris eligẽdi monachorũ violẽtã, vitioſam, vel
malæfidei reddebat.p qd ruerẽt multa dicta Inn.in.d.gl.per
monachos.Sed aduerte,quia nõ eſt veriſsimile,q Inn.fuerit
tã debilis Itellect⁹,Et imprimis.ecce dico tibi,q ius,qd Eps
in electione huiuſmodi prætẽdebat,qd nõ erat ius eligẽdi,
vt pfertur,erat ius in electione per ſe vel fortè per ſuum vi-
cariũ,vel pcuratorẽ intereſſendi,& vnã vel duas voces in
electione habẽdi:cuius contẽptus nõ reddit nullã electionẽ
ipſo iure:dũmodo aliâs à maiori parte eligẽtiũ vocẽ in ipſa
electione habẽtiũ,& indebita forma fuerit celebrata.& for
tiùs ſi fuerit celebrata alſ cõcorditer,ſic textus hîc dicit, q
facta fuit in ppoſito.Sed põt Eps contẽptus agere de contẽ
ptu.& p hoc petere caſſari electionẽ ipſo contempto præ-
ſumptã.vt.ſ.de elec.c.qd ſicut.§.quod ſi eos.¶ Pręterea ni-
hilominus etiã eſt verũ,q licet dictũ ius Epi,nõ auferat ele
ctionẽ monachis,reſtringit tñ & clarificat illud: videlicet,
vt ipſi ius eligẽdi habẽtes nõ debeãt eligere, niſi vocato &
admiſſo ad cap.coeligẽdũ.& ſi ſoli,eo contẽpto,ſciẽter hoc
faciunt,ipſi eligunt quoad hoc mala fide,& etiã violẽtiã fa-
ciũt,ſi Epm ab electione expellũt.& quantũ in eis eſt,Epm
ſpoliant à poſſeſsiõe dicti iuris.& in hoc poteſt ſaluari ima-
ginatio Inn.quo ad aliqua:nõ tñ quoad omnia:qa talis ma-
la fides,violẽtia,vel ſpoliatio nõ reddit monachorum ele-
ctionẽ nullam,pro eo,q vitium malę fidei,violẽtiæ,ſeu ſpo
liationis huiuſmodi non afficit poſſeſsionẽ iuris eligendi
congregantis monachorum:quia cõſtat illam ſine dubio ad
eos pertinere.ſed afficit pſonas eligẽtes temere in iuris epi-
ſcopalis præiudiciũ attẽtantes.Vñ Inn.fortè poſuit glo.per
monachos.gñalius ad maiorẽ doctrinam tradendam,quàm
tex.ſe extẽdat,ſaltẽ i aliquib⁹ dictis ei⁹.Et hoc fortè,p eñ,qa
tex.loquiſ.nimis cõfuſe & gñaliter:& poteſt diuerſos intel-
lectus habere.Sed videtur q impertinẽter de exẽptione cõ-
tra poſſeſsionẽ Epiſcopi exceptum fuerit:quia exẽptio con
cernit ius pprietatis,quæ nihil cõe habet cum poſſeſsione:
vt.ff.de acqui.poſ.l.naturaliter.§.nihil.fortè dici põt,q licet
allegaretur poſſeſsio Epi,non tñ pbabatur,vel non conſta
bat,nec præſumebatur ipſam eſſe bonę fidei.Si eñ ipſe fuiſ
ſet in poſſeſsione coeligẽdi cum eis bona fide,& fuiſſet con
tẽptus:hæc duo de per ſe ſufficerẽt ad caſſandam electionẽ
ipſorum,etiamſi ppter exẽptionem poſteà pbatam ſuper
hoc iure coeligẽdi eſſet Epiſcopo ppetuum ſilẽtium impo-
nendũ:vt infrà de cauſa poſ.c.cum eccleſia.Et puto veriùs,
quòd de eius poſſeſsione nõdum conſtabat,imò ſuper hoc
adhuc controuerſia pẽdebat,vt hîc in fin.Et per iſta habes
tex.tuum ſatis clarum,vt videſ.Sed nihilominus alia lectu
ra verior eſt.Quod dic,& pſequere.j.ad finem.v. oppoſi-
tionis,vbi reperies veritatem ¶ Secundò opponitur, con-
tra Epiſcopum.videtur enim quòd ipſe malè egerit ad reſti
tutionem poſſeſsionis.& hîc redeo ad dictam gloſſam per
monachos.in fine colũ.penul.verſu.mirum videtur. Et ar-
guo ſic:

guo ſic:quia aut egit interdicto vnde vi recuperandæ poſſeſsionis: aut interdicto vti poſsidetis poſſeſsionis retinendæ.Sed neutro modo agere potuit,vt videtur.ergo &c.Primò enim videtur,quòd agere non potuit interdicto recuperandæ poſſeſsionis,quia illud non competit, niſi ſpoliato.de reſti.ſpoli.cum ad ſedem.&.c.frequens.e.ti.li.vj.& cõtra illum,qui ſpoliauit.ff.vnde vi.l.cum à te.Aut fortè, qui ſucceſsit in vitium.j.de reſti.ſpo.c.ſæpè.& tamen per ſolam electionem,maxime confirmatione nondum ſequuta per monachos facta,non cenſetur Eps iure eligendi,ſi illud poſſidebat,ſpoliatus:nec eo modo videntur monachi illius iuris poſſeſsionem quæſiuiſſe:vt ſcripſi.ſ.in.j.ſolutione oppoſitionis ſupra proximæ.¶ Item,nec ſcdm videtur poſſe dici,quia per ſolam talem electionem monachorum nondũ cõfirmatam non videtur in aliquo turbata fuiſſe poſſeſsio eligendi Epo competẽs,pro eo ꝙ ipſa electio verbalis nõ videtur factũ cõtinere,& tñ turbatio poſſeſsionis ſonat in factum.Aliâs eadem ratione deberet dari.Itẽ interdictum, ſi extraneus aliquis inter amicos ſuos diceret,ad me pertinet electio in tali eccleſia,vel loco:quod videt abſurdum: quia ex ſolis verbis non datur hoc factũ.Et idem videtur in ſententia excõicationis lata ab illo,qui non eſt in poſſeſsione.ſ.ꝙ contra eum nõ cõpetat hmõi interdictũ.Et idẽ à fortiori videtur de interdicto vnde vi.Imò dicit Inno.adhuc plus videt,videlicet ꝙ etiã ſi hmõi electus à nõ poſſeſſore ſit maliciosè confirmatus per errorẽ,& etiam ſi ipſe ſit electus & cõfirmatus,non cõpetit hoc interdictũ cõtra electorẽ:Imò potiùs videtur,ꝙ deberet competere contra electum, vel etiã cõtra cõfirmatorem ¶ Soluit Inn.dicẽs,ꝙ imò verè cõtra prędictum electorẽ competit hoc interdictũ:quia re vera ipſe elector,qui turbat poſſeſsorem ſuper iure eligendi, in quo caſu hoc competit interdictũ.ff.vti poſ.l.j.§.inter litigatores.&.l.ſi duo.&.l.ſi.Ipſe enim eſt,qui cõtendit ſe eſſe in poſſeſsione huius iuris,quia ſi hoc non contendat: tunc non habet locum hoc interdictũ vti poſsidetis. Imò ſi alio iure non iuuetur,punietur de iniuria,quã fecit: & caſſabit quicquid ſequutum eſt ex eo.ſ.de elec.qualiter.in fin. quia elect⁹ ab eo remouebitur:dũmodo ſciuerit,q̃ elector fuit cõuentus,& paſſus fuit eũ agere.j.de re iud.quãuis.Secus tñ eſſet,ſi electus extra iudiciũ confiteret ſe nõ fuiſſe in poſſeſſione,etiam ſi renunciauerit omni poſſeſsioni.quia tũc nõ prędiudicaret electio.Super quo remittit Nouella ad not.ſua de elec.dudum.ij.ſuper verbo,ſi cõſtaret. Nec eſt ſimile de eo,qui inter amicos dixit ad ſe pertinere electionẽ,quia ille per prædicta verba non turbat poſſeſsionẽ. qui nihil facit, vel dicit.vnde turbatio poſſet prouenire:ſed ex electione,licet ſolis verbis fiat,poſſet prouenire magna turbatio.Et idẽ videt dicendũ de excõicatione.Contra cõfirmatorẽ autẽ, vel electum,vel cõtra excõicatum,ſeu ſeruantes excõicationẽ,nunquã dat hoc interdictũ ſcdm Inn.quia licet ipſi turbent verũ poſſeſſorẽ,non turbãt eum ſuper poſſeſsione iuris eligẽdi,vel excõicandi:quia nec ſe eſſe in poſſeſsione dicunt,licet aliàs puniẽdi ſint,ſi malicio ſe faciũt.Allegat Hoſtiẽ.j.de ſenten.excõ.vt famæ.§.j.cum ſuis cõcor.¶ †Sed qd

q ſi plures ſucceſsiue eligãtur per hmõi poſſeſſorẽ,& cõfirmẽtur,& etiã adminiſtrent:nunquid per hoc antiqu⁹,& verus poſſeſſor poſſeſsionẽ amittit?dicunt quidã,ꝙ non:imò obtinebit in interdicto antiquus poſſeſſor, & ille,qui posteà incipit poſsidere,remouebitur:vt.ff.vti poſsidetis.l.pe.§.fi. Inn.Allegat Hoſt.ff.vti poſsidetis.l.j.§.eſt igitur.&.§.ſe.&.l.ſi duo.§.Item videam⁹.&.§.labeo quoq;.&.§.fi.Nec ob.facta electio,ſi effectũ non habuit: quia per ſola verba non fuit amiſſa,nec acquiſita poſſeſsio Sed nec ob.ſi effectũ habuit. puta:quia confirmata fuit.Abſurdũ enim eſſet,vt dixi.ſ.in ſolutione.ij.oppoſitionis præcedẽtis.§.horũ autem.verſ.itẽ ſi dicas,ꝙ ex alieno facto noie electoris,non facto,per qd ſaciẽs nõ intẽdit electori poſſeſsionẽ quærere, ipſi quæreret. ar.ff.de dona.l.qui mihi.& de acqui.re.do.l.per ſeruũ.§.fi.& l.res ex mandato.& de acqui.poſ.l.poſſeſsio quoq;.§.fin.&.l.

per eum.§.fi.&.C.ſi quis alteri,vel ſibi.l.ſi.Quod proſequere,vt ſcripſi.in.d.§.horũ aũt.¶ Aduerte, licet præmiſſa oĩa ſint vtiliſsima,& perpetuæ memorię cõmendanda:tñ non bene clarè.Et formaliter vident ſatisfacere oppoſitioni.& ideò ad ſatisfaciendũ ei,diſtingue ſic.Quia,aut quæris, an Eps malè egerit petendo electionem caſſari:& tunc dic, ꝙ non,ſi erat in poſſeſsione eligẽdi,ſeu coeligẽdi.Aut ſi illud ius ex conſuetudine gñali ratione ſubiectionis ad eum pertinebat ſcdm ea,quæ ſcripſi in ſi.v.ſolutionis, oppoſitionis pręcẽdentis.Aut quęris nunquid bene egerit ad reſtitutionẽ poſſeſsionis:& dic,ꝙ non: vt optimè probat prima pars huius oppoſitionis,& vt ſcripſi in expoſitione literę,ſuper verbo,ad poſſeſsionẽ.Niſi dicas,vt tetigi ſup.d.verbo,ꝙ diceret,& hñ,ſe eſſe re vera ſpoliatũ iure ſubiectionis:aut iure eligendi modo tñ alio,quo de iure põt ſpoliatio dici facta.Et idcirco iudices,qui ſuper caſſatione electionis ꝓnũciauerunt,cautè omiſerũt pronunciare ſuper reſtitutione poſſeſsionis:quia procurator illã petitionẽ fatuè fecerat,& incautè,¶ Aut quæris,nunquid eps agere potuerit interdicto vti poſsidetis.retinẽdæ poſſeſsionis:& tunc dic,ꝙ ſic,ſi re vera erat in poſſeſsiõe,tẽpore quo monachi elegerũt per ea,quæ ſ.proximè ſcripſi poſt Inn.quib⁹ cõcordãt Hoſt.& Nouel.¶ Aut quęris,nunquid Eps hîc intẽtauerit interdictũ vti poſsidetis.Et dicas,ꝙ non aperit tex.imò totũ contrariũ in hoc,qd dicit,ꝙ petijt ſe ad poſſeſsionẽ reſtitui.Et per hæc habes clarã ſolutionẽ oppoſitionis.&.d.gl.per monachos totaliter.¶ Tertiò opponitur adhuc contra Epm, ibi, *pertineret*.videtur enim ꝙ eps nõ contra monachos,ſed cõtra papã agere debuiſſet:cũ quoad ꝓprietatẽ, & poſſeſsionem dicerẽt monachi monaſteriũ ipſum ad Romanã eccleſiam nullo medio pertinere,& etiã cum Papa diceret ſe poſsidere monaſteriũ,& in monaſterio epiſcopalia iura.Ex hoc eñ videt,ꝙ nõ cõpetebat cõtra eos iſta petitio:ſed contra Papã,per ea,quę notauit ipſe Inn.ſ.de maio.& obed.inter.Nec videt valere,ſi dicatur,ꝙ monachi in hoc mentiebãtur:quia ſi inuenirent filium dixiſſe.i.ꝙ nõ Papa,ſed monaſteriũ petita poſsideret,ꝑ iudicẽ debet ei tolli poſſeſsio, & dari actori:vt.ff.de rei vendicat.l.vlt.Et ſic videt,ꝙ nulla ſit ſnĩa lata pro Epo cõtra eũ,qui non poſsidet.Rñdet Inn. dicẽs,ꝙ licet ſic dixerit monaſteriũ,tñ de hoc nõ cõſtabat. Vel dic,ꝙ bñ contra vtrũq; cõpetit actio,& contra vtrũq; fert ſnĩa,per no.Inn.in.d.c.inter. Vel dic veriùs,ꝙ licet monachi dicerẽt Papã in eis iura epiſcopalia poſsidere:tñ hoc ius eligendi,vel coeligẽdi epiſcopale eſſe,ſeu per Papã in eis poſsideri nequaquã dicebãt.Imò per ſe ſolũm,& nõ per Papam,vel Epm illud poſsideri aſſerebant ſcdm diſpoſitionẽ iuris communis.Et ita ſcdm veritatẽ oppoſitionis ad ꝓpoſitum nihil facit.¶ Quartò opponitur.¶ Et hic incipio arguere contra monachos.Nam videtur,ꝙ propter litis pendentiam ſuper iure eligendi inter Epiſcopũ, & monachos exortam,electio facta à monachis non valuerit.Nõ enim ſuper eo,de quo pẽdet lis,debet ante eius terminum iudicari: vt hîc in fine.licet videatur contra hoc.j.qui filij ſint legit. per venerabilẽ.§.j.verſ.de filijs.&.§.fi.e.c.vbi dicit, ꝙ ſit diſpẽſatio ſuper eo,de quo lis pendet.Et confirmatur.Primò, quia res litigioſa,ſeu ius dubitatum in alium transferri non debet.C.de litigioſis.l.ij.& vlti.& authen.litigioſa. ibi ſita. ¶ Secundò confirmatur,quia ad dignitatem ſuper qua litigatur,quis non poteſt de iure eligi:vt.j.vt lite pẽden.c.diſpẽdijs.&.c.ſi hi contra quos.li.vj.&.c.ſi duobus.eo.tit. in Cle. ¶ Tertiò confirmatur,quia quicquid fit aduerſus inhibitionem iudicis,maximè,quæ in rem tranſiuit iudicatam, debet pro irrito haberi.Nam inhibitio hmõi licet contra ius partis,tñ non contra ius cõſtitutionis facta tranſiens in rem iudicatam,habetur pro veritate.ij.q.vj.c.ei,qui.§.diffinitiua.j.de re iudic.c.inter vos.ff.de re.iud.l.res iudicata.Faciũt no.Inn.de conſti.cum.M.in gl.cognitione præmiſſa.& gl.ſeq.¶ Ad primum dicit Hoſt.quòd licet circa id,de quo lis pendet non conſueuerit fieri diſpenſatio,tamen circa li-

tis acceſſorium poteſt fieri diſpenſatio, lite pendente, quia
gratia ex certa ſcientia poteſt fieri q̃ñcunq;, vt ibi. Confir-
matio verò cum de iure cõi ſit, nõ niſi cauſa cognita, & par
tibus pręſentibus, fieri debet. & ideò, lite pẽdente, nõ debet
interponi: vt hîc. ar. in eo, quod legitur, & no. ſ. de procura.
ex inſinuatione. Et ſic loquitur hîc. Vel meliùs, pẽdẽte lite,
põt fieri gratia, vel diſpẽſatio, per quã non præiudicetur li-
tigantibus: vt in contrario. ſed non debet fieri talis, per quã
litigantibus præiudicetur: vt hîc. ar. in eo, q̃d legiť, & not. j.
vt lite pendente. c. ſi. Remittit Nouella ad no. ſua de elec. du
dũ. j. ſup gl. talis electio. cũ ſuis remiſsionib. Sed iſtud eſt diſ-
ſoluere. c. p venerabilẽ. ad finẽ decre. nõ aũt finẽ decr. ad id,
q̃d opponiť de electiõe facta lite pẽdẽte. Sed facilis eſt ſolu
tio: quia aliud eſt poſſeſſorem vti poſſeſsione ſua, lite pẽdẽ-
te. quod licet, vt. j. vt lite pẽdẽte. c. j. & c. ij. & aliud eſt lite, pẽ-
dẽte, ſuper eo, de quo pendet lis, ante cognitã cauſam ſñiam
dare: quod non licet, vt hîc in fi. ¶ Ad primam cõfirmatio-
nẽ reſpõdeť, q̃ hîc litigantes, nec rem litigioſam, nec ius du
bitatum in aliũ tranſtulerunt. Transferendo enim abbatiã,
non tranſtulerunt rẽ litigioſam: quia nec Ep̃s contendebat
ſe Abbatem. Sed nec per hoc fuit ius eligẽdi, de quo agebať
in alium tranſlatum. Si verò de abbatia ageretur, nõ liceret
poſtea aliũ eligere: vt. j. de arbi. c. ex parte. ſecundum Inno. &
in iuribus pro ſecunda confirmatione allegatis. ¶ Ad ſecũ-
dam confirmationem reſpondet Nouella dicta iura noua
non corrigere hanc decre. Nam hæc decretalis loquitur, q̃ñ
de iure eligẽdi, vel cõfirmandi inter electores, vel collatores
eſt quæſtio: vel lis pendens. Dicta verò iura noua loquũtur,
quãdo inter duos electos, vel alterum vendicantem, & alte-
rum poſsidentem lis pendet. & facit, quod ſcribit Nouella. j.
de arbi. ex parte. ſuper verbo, ius habet. in fi. & quod no. Spe
cu. de appellationibus. § pe. verſ. verũ. Sed clariùs loquiť Inn.
iudicio meo: licet non viderit iura noua: q̃a hîc nõ principa
liter agitur de abbatia. Nec contra abbatem, nec de electio-
ne principaliter. Sed de iure eligendi, & poſſeſsione illius iu
ris, & cõtra eligẽtes. In contrarijs verò agitur principaliter
vel de beneficio, vel de iure electionis ipſius, & contra ele-
ctum, vel prouiſum. Et ponunt illa iura ius nouum, nõ ex-
tendendum extra terminos proprios: vt ſcipſit Nouella in
dicto. c. ſi hi, contra quos. in verbo, decedant. ¶ Ad tertiam
confirmationem dicit Inno. reſponderi poſſe dictam inhi-
bitionem malè fuiſſe factam: quia, lite pendente, non debet
priuari poſſeſſor poſſeſsione. xj. q. j. c. ſi. decimaſeptima quę-
ſtione ſexta. volumus. duodecima quæſtione quinta. c. pri-
mo. de quo no. per ipſum Inn. de elect. Cumana. Et quia ma-
lè perhibuerunt, idcirco non fuit caſſata electio incontinen
ti: vt hîc in fi. Secundò dicit illam inhibitionem fuiſſe nul-
lam: cum nihil eſſet illis iudicibus mandatum de ea re. Mo-
dò etiam ſi ordinarius mandaret vltra ſuam iuriſditionem,
non tenerentur ſubditi obedire. ſeptima quæſtione prima.
quia. argumen. ſuprà de officio delegati. cum olim. ¶ Sed di-
ces, nonne eoipſo, quòd appellauerunt, videntur prorogaſ
ſe iuriſditionem, argumen. dicti. c. cũ olim? ¶ Sed fortè poſ-
ſet dici ſecundum eum, & non malè: quòd in prorogatione
eiuſdem expreſſus conſenſus ſit neceſſarius. argu. ff. de iudi-
19 cijs. l. prima, & ſecunda. † Vel dic, & melius, ſecũdum eum,
quòd talia mandata, quæ non fiunt cum cauſæ cognitione,
ſed ex abrupto. & maximè cum ad hoc non agitur, iuxta. c.
hoc quippe. non habent vim diffinitiuæ, ſeu interloquuto-
riæ ſententiæ. Et ideò non tranſeunt in rem iudicatam,
etiam ſi non appelletur argumen. C. comminat. epiſto. l. ter-
tia. & pe. & aliàs vlti. licet ſi quid per tale mandatũ ſoluitur,
non repetitur condictione indebiti. ff. quod metus cauſa. l.
fi. in fi. Sed ſi cognitio præcederet ſuper hoc, ſcilicet, an ta-
lis prohibitio fieri deberet, & poſteà interloqueretur iudex
prohibitionem fieri debere: tunc niſi appellaretur, ſatis cre
derem, dicit Innoc. tranſire in rem iudicatam: vt. ff. de offi-
cio præfecti vrbis. l. prima. § fi. ſecundum quoſdam. Et remit
tit Nouella ſuper hoc ad notata ſua de inſtitutionib⁹. cũ ve
niſſent. in gl. perpetuò. c. vlti. ſuper vltimã gloſſa. ¶ Sed hoc
non placet Inno. Imò dicit, quòd ſi pro peccato manifeſto
pœna imponatur, ſiue temporalis, ſiue ſpiritualis, etiam ſi-
ne ordine iudiciario, tenet: vt. ff. de pœnis. l. vlti. & l. moris.
& ſecunda quæſtione ſeptima. ſi quis ab Epiſcopo. Item,
quia præceptum de his, quæ pertinent ad officium iudi-
cis, valet ſine cauſæ cognitione. ſeptima quæſtione pri-
ma. quia. ſecundum Inno. qui remittit ad nota. ſua, de tem-
porib⁹ ordi. ad aures. Super quo omninò vide, quod ſcripſi
in dicto. c. ad aures. in prima oppoſitione vſq; ad finem op-
poſitionis. Super quo vide, quod ſcripſit Inno. infrà de his,
quæ fiunt à maiori parte cap. c. primo. in gl. tertia. & per In-
no. infrà de appellationibus. Romana. § ſi verò vocatis. ſu-
per verbo, poſt interloquutoriam, vel diffinitiuam. verſ. ſed
nunquid illatum. libro ſexto. & quod legitur, & not. in. c. cõ
certationi. & per Innocẽ. infra eodem. cum ex literis. & per
Hoſt. de tẽp. ord. ad aures. de appel. vt debitus. de cauſa poſ.
cum olim. & per Archi. ij. q. vj. biduum. & per Car. de elect.
ſi poſtquàm. Dicunt autem Hoſt. & Nouella. quòd ideò nõ
adſtrinxit hoc mandatum: tum quia non pertinebat hoc ad
iudicum officium: quia non erat eis hoc cõmiſſum. infrà de
reg. iuris. ea, quæ fiunt. li. vj. Tùm quia notoriè apparet iniu
ſtum. Quare nec per ſuppeniorem debet haberi ratum. de
appellat. ſolicitudinem. § ſi verò. Et hoc idem placet hîc In-
no. in vltima gloſſa. dicens, quòd ideò non caſſatur hîc fa-
ctum contra interdictum, cum non fuerit iuſtum. Non eñ
prohiberi debebant illi, qui erant in poſſeſsione: vel nulla
ſecundũ eum potiùs eſt inhibitio. vt. j. de iudi. c. ſi. & de iu
re patro. conſultationibus. Nec obſtat. c. primo. de oper. no.
nunc. & c. ad diſſoluendum. de deſponſ. impub. quia in noui
operis nũciatione, & in matrimonio eſt ſpeciale, quòd tale
interdictum, lite pendente, valeat. Cum ergo vterq; conten
dit ſe eſſe in poſſeſsione, vterq; eliget, ſi volet: ſed ſuperior
à quo petitur confirmatio, in qua de iure non tantum poſ-
ſeſsionis, ſed etiam proprietatis tàm electorum, quàm eligẽ
tium, quæritur. cognoſcet, ad quem pertinet electio: & quis
ſit in poſſeſsione: & cuius electio confirmanda ſit. argu. ff.
vti poſsidetis. l. prima. § huius. Ad arma tamen venire p̃hi-
bebit: vt. ff. de vſufruc. l. ſi cuius. § æquiſsimũ. aliâs lege, ęquiſ
ſimũ. in princip. Quidã tñ dicunt, quòd vbi cõtrouerſia eſt
de poſſeſsione eligẽdi: tunc iudex vtrunq; debet prohibere
eligere. ar. ff. de aqua quotidi. l. pe. Sed qui ſic dicũt, non in-
telligunt illam legem. Inno. Sed ſuper hoc vide Ber. in gloſ.
ſi. qui in verſ. ſed Ioan. dicit. vult dicere ſecundum Io. quòd
ſi poſſeſſori iuris eligendi fiat controuerſia, an poſsideat ta
le ius, non debet eligere. Sed hoc non placet Hoſt. quia per
hoc daretur via figmentis. Nam quilibet negare poſſet col
legium pacificè poſsidere. vnde ad tollendum. c. ex literis. de
iure patro. dicit Hoſti. q̃ aliud eſt in præſentatione, quã in
electione. Et eſt ratio, quia ſi mota quæſtione ſuper præſen
tatione non fuerit terminata infra ſex, vel quatuor menſes,
Epiſcopus ordinabit eccleſiam niſi ipſe moueat quæſtionẽ.
Tũc enim nõ ordinat de rectore, ſed de œconomo tantùm:
vt. ſ. de offi. ordi. cum vos. Super quo vide, q̃d ibi ſcripſi in
duabus oppoſitionibus primis. Et ideò nõ multùm. pręiudi
catur patrono, ſi interim non pręſentat. Sed q̃ñ ſuper iure
eligendi, refertur quæſtio: dicit Hoſt. non inuenire tẽpora li
mitata quæſtiõi terminãdæ. Sed currit lis ſuo Marte, donec
fuerit terminata. de elect. dudum. j. & c. ſcriptum. & c. con-
gregato. Et ideò, ſi non fieret electio, maius ex hoc præiudi-
cium pararef. Item, quia collegium in eligẽdo innititur iuri
cõi: patronus verò in pręſentando innititur gratię. de iure
patro. q̃ñ. Non mirum igiť, ſi faciliùs impeditur ſecundũ,
quàm primum. Itẽ Ep̃s petens caſſari electionẽ factam per mo
nachos, hoc ipſo cõſtituebat illos poſſeſſores. C. de rei ven-
dic. l. ſi. vt eccleſiaſtica bñficia. c. j. poſt prin. vñ, lite pẽdente,
nõ debuerunt monachi ſua poſſeſsione priuari. nec poterat
hęc q̃õ diffiniri, niſi aliis eligereť. Electio eñ, quæ nõ eſſet,
infirmari, vel cõfirmari nõ poſſet. de cõſti. cum acceſſiſſent.

cum iuſta

cum ſuis concor. Fatetur tamen ipſe Hoſt. ꝙ Inn. aliter ſoluit. & ſolutionem .ſ. poſui. Et errat Hoſt. in eo, qđ dixit ad fi. v. ſolutionis. j. oppoſitionis. In hoc tñ quod dicit aliud in præſentatiõe, ſto cum eo: quia credo ibi ſpeciale per rationes Hoſt. ſicut & in operis noui nunc. & matrimonio: licet differant in modo. Et de nõ ſolutione oppoſitionis tene, qđ ſcripſi. ſ. verſ. dicunt autem Hoſt. & Nouella.

¶ QVINTO opponitur adhuc cõtra monachos, & aduerſus reſtitutionem hic conceſſam. & hic intro gl. Inn. quę incipit: malè videtur dicere hæc decre. quam Hoſt. omiſit. & quá Nouella recitauit poſt fi. gl. Opponitur ergo ſic. Nam nõ dicit monaſt. læſum, niſi ꝓpter priuilegiũ exemptionis, per qđ prętendebant monachi monaſteriũ ſubiectum eſſe Papæ: nec debebãt reſtitui: niſi læſione probata. ſ. c. ꝓximo. Et tñ illud priuilegiũ hic non fuit exhibitũ. Imò nec exhiberi potuit: cũ hic poſſeſſorio ageretur. Hæc enim priuilegia reſpiciũt petitoriũ, & iõ ſi exhibita fuiſſent, nihil profeciſſent in cauſa poſſeſſionis, qualis erat hic: vt ex litera apparet. Nam Epũs petebat ſe ad poſſeſſionem reſtitui: nec electio confirmari, vel infirmari petebatur: niſi quia electores erant, vel non erant in poſſeſſione. ¶ Item, ad idẽ opponitur: quia videtur tex. malè dicere in eo, qđ dicit monaſterio pręiudiciũ generari circa ius exemptionis: quia licet ſentẽtia lata ſit contra monaſterium in cauſa poſſeſſionis exceptione rei iudicatę nõ obſtañ. poteſt agere de ꝓprietate j. de cau. poſ. & proprie. c. vlt. & c. querelam. allegato. Nec valet ſi Papę ꝑiudiciũ allegeſ. Tum, qa ad monaſteriũ nõ pertinet illud allegare. Nec ꝓpter illud deberet reſtitui monanaſteriũ, ſed eccſia Romana. Tũ, qa Papa nec cauſę interfuit. nec vocat⁹, nec citat⁹ fuit. Res aũt inter alios acta alijs nõ ꝑiudicat. C. res inter ali. ac. & c. ꝑ totũ. & .ſ. de maio. & obe. inter. ¶ Tertiò oppo. ad idẽ. qa tex. vr̃ malè dicere in eo, qđ dicit, ꝙ pendente cõtrouerſia, ex qua pendet. ſ. electio, electionẽ. nec cõfirmandam duximus, nec etiam infirmandam. Pẽdente eñ controuerſia recuperandæ poſſeſſionis, quã Epũs intẽtabat, ex qua etiã apparet monachos poſſidere. inſti. de interdic. § recuperandę poſſeſſionis. debent monachi, qui poſſidebant, eligere, vt ſcripſi in formatione primę oppoſitionis. Et patet hic in prin. vlt. gl. Ber. Sed fortè dices, ꝙ licet ſuper ſubiectione monachi poſſeſſorio ageretur: tamen petebatur electio officio iudicis, & ex omni iure, qđ Epo competere poterat, infirmari: vt j. de cau. poſ. cũ eccleſia. Sed hoc non valet: quia certè nec hoc confirmationem electionis factæ ab his, qui erant in poſſeſſione impediret. Nihil eñ pl⁹ petere poterat Epũs, quã electionẽ, quã monachi fecerãt caſſari: quia ipſi eum expoliauerant, ex hoc dicens electionem eorũ factã à quaſi ſpoliatoribus. & ideò non tenere. Et quia ad eũ de iure, vel cõi, vel ſpeciali pertinet: modò talis ꝓtectio de iure nõ impedit, quin electio à poſſeſſoribus facta confirmetur rationibus ſupradictis ſecundũ Inn. Tu autem ſecundũ eũ, vt pleniùs intelligas reſponſionem ad prędictæ: dic petitionẽ fuiſſe talem, vel conſimilem: *Petit Epiſcopus caſſari electionem de tali à talibus monachis factam: quia in monaſterio etiam ab Epiſcopo interdicto, & à monachis excommunicatis facta eſt prædicta electio: vel quia erat in poſſeſſione eligendi: vel quia ad eum pertinet electio.* vel etiam non fuit aſſignata prædicta cauſa, ſed poſteà eam pro ſe allegabat, & probabat. & ſic nec petitorium, nec poſſeſſorium ſuper iure eligendi intentabat Eps, vel petebat: ſed tantùm officium iudicis ſuper electionis caſſatione implorabat. Et cõtra hoc pars monaſterij ꝓteſtata fuit de ſuis priuilegijs, per quę apparebat Epiſcopũ non poſſe interdicere, vel excommunicare, cum eſſent exẽpti, ac negabant Epiſcopum non eſſe in poſſeſſione eligendi: vel habere ius eligẽdi: Quę quia non exhibuit, læſa fuit: cum vlteriùs exhibere non poſſit poſt ſententiam, à qua nõ eſt appellatum: Et ideò quantùm ad hoc, fuit ſibi neceſſaria in integrum reſtitutio. Et per hoc tollitur prima obiectio, & per hoc reſpondetur etiam ſecundę obiectioni. Apparet enim ꝙ præiudicium fiebat monaſterio, ſi ab eis electus cõcorditer caſſabatur. & maximè ex ea cauſa: quia ad eos electio non pertinebat: vel magis, quia non tenebat electio ab eis facta tanquàm ab interdictis, vel excommunicatis: vel ab eis, qui in poſſeſſione non erant. Et ſic etiam fiebat præiudiciũ Papę: quia alius in loco ſui aliquid iuris, vel in proprietate, vel in poſſeſſione ſibi vẽdicabat. Et licet poſſet Papa agere de iure ſuo, tanquam ille cõtra quem nihil iudicatum erat: tñ damnũ eius erat: quia authoritate ſuorũ priuilegiorum electus, eis non obſtãtibus caſſabatur. Et ideò nõ credimus reſtitutionem dandam pro iure Papæ, cui non fit pręiudiciũ directè, ſed pro iure monaſterij, cui præiudiciũ directè fiebat: licet & per hanc reſtitutionem releuetur grauamen vtriuſq; propter cõnexitatem. ar. ff. quemadmo. ſeruitu. amitt. ſi cõem. Et per hoc etiam tertię obiectioni ſecundũ eum reſpondeſ. Nã cum eſſet monaſteriũ reſtitutũ, vt probaret per priuilegiũ exemptionis excõicationem nõ tenere, ſi poſſet: apparet, quòd controuerſia iſta pendente. ſ. ſuper exceptione non erat cõfirmanda electio, vel etiam infirmanda. ſed potiùs de hoc cognoſcendum erat: de conſue. cum dilectus. de appel. conſtitutus. & de elect. cũ inter. Vel etiã dic ſcđm eum, ꝙ pendente controuerſia primi, qui renunciauit: ſed ꝓſequebatur controuerſiã contra eum ꝓpoſitam, non debet confirmari electio ſecundi: vel infirmari. Vel dic, dicit ipſe, vt in gl. licet. & in gl. per monachos. quas ſ. ſummaui. ¶ Tu verò dic, quòd textus in fi. decre. in verbo, *ex qua pendet.* ſoluit ad iſtas obiectiones. licet enim text. iſte confuſè & imperfectè factum narret, vult tñ hoc dicere, ꝙ cauſa ſuper qua pendebat cõtrouerſia, talis erat à qua electionis, & confirmationis efficacia dependebat. hoc eſt dictu, quòd Epiſcopus agens ad caſſationem electionis principaliter. & placet, quòd ex officio iudicis allegabat talem cauſam pro dicta caſſatione obtinenda, propter quã dicebat electionem caſſari debere: qua probata de iure erat electio infirmanda: ſuper cuius cauſæ veritatis inquiſitione, ac probatione, adhuc pendebat cõtrouerſia. Et quæ erat illa cauſa, duę ſunt opiniones: vna opinio habet, quòd erat monachorum excommunicatio, vel interdictum monaſterij: aut vtrunq; ſimul. Et hæc magis videtur Inno. placuiſſe: vt patet ex dictis. ¶ Alia habet opinio, quòd imò erat conſuetudo generalis, vel priuilegij dans Epiſcopo ius eligendi in omnibus monaſterijs ſibi ſubiectis. Et hæc magis placet Hoſti. & Nouellæ vt dixi in oppoſitione literæ ſuper verbo, *inconcuſſe.* Et de iſtis magis aſſentio: quia text. illis magis applaudere videtur, ſaluo quòd vbi dicunt ius eligendi: dico ius in electione. & dico ius agendi, hoc caſu Epiſcopo cõpetens non ex iure electionis ad eum pertinente, vel ex contemptu illius iuris, quod in electione ſe habere dicebat, directè, & immediatè procedit. Quod proſequere, vt deduxi in fin. v. ſolutionis primæ oppoſitionis. Et per hoc faciliter tolluntur oppoſitiones Inn. Et primò prima: quia pars Epiſcopi duas petitiones faciebat, vnam ſuper caſſatione electionis, & aliam ſuper reſtitutione poſſeſſionis: quarum petitionum primam iudices admiſerunt, pronunciando ſuper illa: & ſecundam repuliſſe videntur: quia pro neutra pronunciarunt ſuper illa. Et licet ſecunda petitio ſi debuiſſet admitti, non reciperet exceptiones proprietatis: tamen prima, quæ non tendit ad reſtitutionem, & quæ magis continet petitorium iuris in ea deducti, quàm poſſeſſorium bene illas exceptiones admittit. ¶ Prætereà & alio modo dicitur, quòd ſicut in poſſeſſorio admittitur exceptio proprietatis etiam poſſeſſionem afficiens, ſicut exceptio renunciationis, iuxta lecta, & notata. j. de reſtitutione ſpoliatorum. ſolicitè. & reſeruationis ſecũdum aliquos, de filijs preſby. c. conſtitutus. oppoſitione ſecunda. & meliùs. iij. q. ſexta. Modò exceptio per monachos aduerſus petitiones ambas Epiſcopi, de quibus. ſ. afficiebat etiam poſſeſſorium, puta iſta: exempti ſumus. ideò licet diœceſanos tuos excommunicare poſſis, & ſis in poſſeſſione eos excommunicandi, nos excõicare non potuiſti: nec eras in poſſeſſione nos excom-

municandi. Et ideò nec te ab illa poſſeſsinne ſpoliauimus: nec prætextu prætenſæ excõicationis debet noſtra caſſari electio. Vel ſic: nos ſumus exempti à tua iuriſditiõe, & ſubiectione, per priuilegia Apoſtolica. Ideò priuilegium, ſeu cõſuetudo ibi ius attribuens in electionibus monaſteriorũ nõ habet locũ in nr̃o monaſterio. Et licet ſis in poſſeſsione illius iuris generaliter in monaſterijs tibi ſubiectis: tamen illud ius in noſtro monaſterio non poſsides. Nec tua poſſeſſio licet gñalis ad noſtrum monaſterium extenditur: quod eſt alterius rationis, & cõditionis. ideò nec te ſpoliauimus: nec propter cõſuetudinem, vel priuilegium huiuſmodi noſtra electio eſt caſſanda. Et faciunt lecta, & not. in. c. dilecto. allegat n. & quæ ibi dixi in. vij. oppoſitione. & tribus ſequẽtibus, & in oppoſitione. xij. Non enim aperit text. ꝙ Epiſcopus diceret ſe eſſe in poſſeſsione iuris, quod in electione huius monaſterij. ſe habere dicebat: licet dicat tex. ꝙ Epiſcopus dicebat ſe habere ius in Abbatis electinne, & petebat ſe reſtitui ad poſſeſsionem: quia eum monachi ſpoliarant. & ideò crede, quòd erat ſolùm generalis poſſeſsin, de qua dixi. Et ita clarè procedit dicta ſolutio. & eſt intellectus literæ valde planus. ¶ Ad ſecundam oppoſitionem Inno. reſponde per interuentionem, ꝙ imò intereſt notabiliter eligentium, quòd eorum electio confirmetur: ſicut intereſt domini, vel poſſeſſoris, quòd fruct⁹ rei, aut poſſeſsiõis percipiat. ff. de rei vendic. l. ſolùm § meum. & de acquir. re. do. l. bonæ. fidei. Fructus enim eligendi eſt eligere, ſicut præſentandi, præſentare: & conferendi cooſerre: vt oo. Inno. in. c. cum eccleſia. & c. conſultationibus. allegatis. & c. de multa. de præben. Licet &, intereſſe ſublato per ſententiam, quęſtio proprietatis ſalua remaneat, ſicut perdita poſſeſsionis quæſtione, remanet ſalua ꝓprietatis quęſtin. licet etiã intereſſet nõ perdere quæſtinnẽ poſſeſsinnis, ſi ſaluari poſſet: vt de ſe patet. Et ad id, quod dicebatur de papa optimè ſoluit Inno. iudicio meo. ¶ Ad tertiam obiectionem Inn. fateor, ꝙ de per ſe pendentia poſſeſſorij recuperãdę poſſeſsionis contra poſſeſſorem iuris eligendi, non impedit de ſtricto iure electionem: maximè ante ipſam pendẽtiam à poſſeſſore factam cõfirmari. Et eſt ratio, quia nec propter reſtitutionem per ſententiam factam talis electonis confirmatio, vel infirmatin fieri, vel impediri deberet. cum ipſa electio facta à pacifico, & bonæfidei poſſeſſore iuris eligendi, canonica eſt de iure: vt ſæpiùs dictum eſt. Et ideò per caſum ſequentis controuerſię, aut malæ fidei, ſententię ſeu reſtitutionis dicti iuris, vel poſſeſsionis ipſius infirmari non debet: ne cannnicè electus ſine culpa ſua ex facto ſuperuenienti priuetur iure ſuo: vt ſatis patet ex lect. & not. in. c. cum eccleſia. allegato. & ibi dicam. Sed ſecus dico, ſi electio huiuſmodi facta fuiſſet lite pendente: quia licet propter hoc, quòd ratione litis pendentiæ, nõ debet alicui auferri ſua poſſeſsin, fatear electionem tunc nõ debere interdici: vt dixi ſupra: tamen quia litis motio poſſeſſorem in mala fide de iure conſtituit: vt. ff. de peti. hæredi. l. ſed & ſi lege. § ſi ante litem. vbi dicitur, quòd poſt litem omnes incipiunt malæfidei poſſeſſores eſſe. & poſſeſſor malę fidei, non facit fructus ſuos: vt. C. de rei vendi. l. certum. in prin. vbi etiam dicitur in fi. quòd poſt litem conteſtatam bonæfidei poſſeſſor reſtituit vniuerſos fructus. Dico quòd electio quæ eſt fructus poſſeſsionis iuris eligendi, vt dixi, facta lite pendente ſuper iure eligendi, & poſſeſsione ipſius à poſſeſſore, contra quem pendet lis, cenſetur, ſi poſſeſſor ius nõ habet in proprietate, facta à poſſeſſore malæfidei. Et ſic per conſequens non valeret: nec confirmanda eſſet per prędicta: licet ſecus, ſi ad eum iuris illius proprietatis, & poſſeſsio legitimè pertinerẽt. Et quia ſup hoc, an ad eũ pertineat, vel nõ ꝑtineat proprietas, pẽdet controuerſia. & ab hoc pendeat hoc dubium, an electio ſit canonica & confirmanda, vel non. oportet viribus pendente controuerſia à confirmatione ceſſare: ne ſententia confirmationis pendeat in incerto à deciſione controuerſiæ memoratæ: quod eſſe non debet: cum ſententia non debeat ferri ſub incerta conditione, vel ſuſpenſione. ff. quando appel. ſit. l. prima. § biduum. Et iſte poſſet eſſe caſus clariſsimus iſtius decre. ſuppoſita opinione Inn. Hoſti. & Nouellę quę habet, quòd Epiſcopus dicebat ius eligendi, & illius poſſeſsionem ad ſe ſpectare: & ſuper his monachis cõtrouerſiam faciebat. ¶ Sed caue de his, quæ ſcripſi poſt Henricum. j. in prima quęſtione, & recurre ad remiſsiones, quas ibi dedi, in fi. ¶ Non enĩ de prima electione facta ante litem hic agebatur, cum illa per primi electi renunciationem expiraſſet: ſed agebatur ſolùm de electione ſecunda facta poſt litem motam & inhibitionem. ¶ Et ſecundum hoc non habemus aliquid ſupplere ad tex. ſed dicere ſolùm, quòd Epiſcopus dicebat ius eligẽdi in iſto monaſterio ad ſe ſpectare, & illius poſſeſsionem ſe habuiſſe ante ſpoliationem monachorum: dicebatq́; ſe fuiſſe per monachos de dicta poſſeſsione ſpoliatum: fortè per hoc, quòd dictam primam electionem facere præſumpſerunt per ſe, aliàs non curo quomodo: quia textus non bene aperit modum huiuſmodi ſpoliationis. & propter hoc petebat ſe ad poſſeſsionem illam reſtitui, & dictam primã electionem caſſari. Et quia hac petitione data, & lite pendente ſuper ea, primus electus renunciauit, obtinuit pars Epiſcopi inhiberi monachis, ne ſecundò eligerent. & quia litis pendentia, & inhibitione non obſtantibus, elegerunt, petijt pars Epiſcopi de nouo dictam ſecundam electionem infirmari, & ſe nihilominus, ſicut priùs petierat ad dictam poſſeſsinnem reſtitui. ¶ Sed hic duo occurrunt dubia. Primum eſt, quia licet motio litis ſuper proprietate malæfidei conſtituat poſſeſſorem: non ſic fortè, ſi ſuper ſola poſſeſsione: maximè ſi contra de iure communi dominum facta eſſet: vt in propoſito. Secundum eſt, quia ſcdm hoc iudices ſuper prima quæſtione & petitione deputati ſuper ſecunda non viderentur fuiſſe dati: maximè, quia ad futuras lites non debent dari iudices delegati. ſuprà de reſcriptis. c. quia nonnulli. ver. aut literas ipſas. Et ſic non per viam reſtitutionis extraordinariam, ſed per viam ordinariam nullitatis ſententiæ, & proceſſus, ex defectu iuriſditionis monachis ſuccurri debuit. ar. ff. de mino. l. in cauſę. ¶ Sed ad primum reſpondetur, quòd licet dum poſſeſsio, nec pertinet, nec pertinere debet ad alium, fructus ratione dominij debeantur: vt dicto § meum. Tamen cũ dominium ad vnũ pertinet, & poſſeſsin bonæ fidei ad alium, non ratione dominij, ſed ratione poſſeſsinnis habent percipi dicti fructus, vt. l. bonæ fidei. allegata. Et iõ valet tunc electin facta à poſſeſſore, & non valet facta ab illo, ad quem pertinet eligẽdi proprietas: vt colligitur ex nota. Inn. in capitulis, querelam. cum eccleſia. de multa. & conſultationibus. allegatis. Et ideò dico, quòd cum Epiſcopus diceret poſſeſsionem eligendi, quã petebat ſibi reſtitui ad ſe, & nõ ad monachos ꝑtinere, & ſuper hoc controuerſiam fecerat: quod ſi erat verum, monachi per litis cõteſtationem in dicta poſſeſsione facti malę fidei fructum illius poſſeſsionis, qui eſt eligere quem non poterant iure proprietatis percipere per ea quæ dixi: quia poſſeſsio debebat ad alium pertinere. Nec etiam illum fructum iure poſſeſsionis percipere potuerint. cum illam per conteſtationem cenſerentur mala fide tenere. Et ideò cum pendeat quęſtin, & dubitatio, an ad Epiſcopum, an verò ad monachos illa poſſeſsio debeat pertinere: ex qua tamen quæſtione dependet iſtud, an electio potuerit, vel non potuerit fieri. & per conſequens, an ſit, vel non ſit confirmanda, viribus oportet dicere, quòd æquè à confirmatione ſuperſedendum eſt: cum poſſeſſorio, ſicut ſi petitorio ageretur. ¶ Ad ſecundum verò dico, quòd licet ſuper cauſis futuris, nullam ad pręſentes connexitatem habentibus, non debeat iudex dari: vt. c. quia nonnulli. allegato. tamen ſuper futuris ad præſentes connexitatem habentibus bene poteſt dari iudex: vt colligitur ex no. Nouellæ. contra Card. tertia quæſtione. per Cardi. diſputata. infrà de electione. ſi confirmationem. libro ſexto. Et ideò hîc potuerunt iudices dari ſuper iure, & poſſeſsione iuris eligendi, ac diſpoſitione totali videlicet

tali videlicet electionis factę,& fiendę,ac cõfirmationis dicti monaſterij,& electionis etiam fiendæ.Et ſi dicas, ꝙ dicere ita factum fuiſſe,in propoſito eſt diuinare.reſpondeo, ꝙ cum hîc ſupponatur,ꝙ tales iudices ad id,quod fecerint, iuriſditionem habuerunt:quia aliter ad audientiam contra eorum ſententiam reſtitutio non daretur , nec referat per quem modum iuriſditio data fuerit,dummodò data fuerit, ſufficit vnum modum poſsibilem tibi aperire:licet nõ negetur,quin alius modus excogitari valeret.¶ Sed caue,quia ſecũdum iſtum modũ non potuiſſet caſſari electio , ſed debuiſſet potiùs nulla declarari,ſi conſtaret de intẽtione Epiſcopi,cum facta electio à poſſeſſore malæ fidei nulla ſit ipſo iure:vt patet ex dictis,vel canonica declarari.& confirmari,ſi conſtaret de intentione monachorum . & tamen tam ſententia iudicum,quàm verba Papę in fi.decre.non ad nullitatem,ſed ad caſſationem , & infirmationem ſe referant per expreſſum. Et propter hoc dico tibi , quòd habes viribus alterum facere de duobus:videlicet,vel redire ad intellectum,quẽ dedi in fi.quintæ ſolutionis primæ oppoſitionis , vel violentare ,& impropriare literam exponendo , *Caſſantes*.i.caſſam declarantes.*Infirmandam*.i.infirmam nunciandam : niſi quantùm dicere poſſes ſententiam iudicum malè,vel inepte latam ¶ Sed dices iam per prædicta,& per fi.decre.patet,quòd electio non fuit confirmanda : nec infirmanda pendente controuerſia,&c.Igitur ſententia iudicum caſſans electionem fuit malè & nulliter lata . ¶ Item quæres , quæ erat re vera controuerſia,quæ pendebat,& ſuper quo pendebat:& an eſſet æquè , vel magis , aut minùs principalis,quàm quęſtio confirmationis.¶ Ad primum dico,ꝙ re vera ſententia per illos iudices ferri non debuit.Sed nego conſequentiam,quòd propter hoc fuerit nulla : quia licet ſententia ſub conditione ferri non debeat,lata tamen tenet:vt dicto.§.biduum.Vel dic,quòd ſi malè lata eſt ,non contra ius conſtitutionis,ſed contra ius partis : vt dicto.§. diffinitiua.vel dic,quòd in prima inſtantia non fuerunt ꝑducta priuilegia.Et ita non conſtabat de intentione monachorum,& conſtabat de intentione Epiſcopi,ſaltem vt iudicibus videbatur.In iſta autem ſecunda inſtantia monachi ad producenda priuilegia reſtituti,illa nondum produxerant ,ſed adhuc erant infra tempus productionis:aut ſuper iure, vel poſſeſsione eligendi nouas defenſiones,vel probationes inducebant.C.de tempori.appellat.l.per hanc . vel ſi has tres ſolutiones coniungas meliùs facies.¶ Ad ſecũdam diuerſitatem lecturarum aliter & aliter reſpondetur . Nam ſecundum lecturam ſupra proximam,prima,& principalis quæſtio partium de qua loquitur finis decretalis erat ſuper poſſeſsione iuris eligendi,& reſtitutione illius Epiſcopo facienda,vel non facienda.Sed ſecundum lecturam Hoſtien. Inno.& Nouellæ principalis quęſtio partium erat ſuper cõfirmatione,vel caſſatione electionis,& controuerſia iuris eligendi,vel poſſeſsionis ipſius non erat quæſtio partium principalis,ſed acceſſoriè & in modum cautæ ad confirmationem,vel infirmationem huiuſmodi ,accedebat,ſicut accedunt probationes,& defenſiones partium ad ſententiam condemnatoriam,vel abſolutoriam obtinendam.¶ Et ſecũdum hoc,quod in fi.dicitur pendere controuerſiam , exponi debent.i.probationis facultatem. Sed,vt veritatem nunc loquamur,ſi inhibitionem iudicum , & finalem Papæ reſponſionem mentaliter ponderemus,reperiemus , quòd licet Epiſcopus peteret ſe ad poſſeſsionem reſtitui, qua eum monachi ſpoliant,& monachorum electionẽ infirmari : tñ re vera quæſtio ipſius principalis ſuper iure,qd ſe in Abbatis electione habere prętẽdebat,vertebatur:vt hic patet in §.j.ver.diſtrictiùs.vbi dicit ſic:*Diſtrictius inhibentes eiſdem,ne aliquem eligerent in Abbatem:donec prius cognoſceretur de iure, quod Epiſcopus ſe habere in Abbatis electione dicebat.*Ex hoc eñ literã calumniari non volenti manifeſtè apparet,quòd erat quæſtio principalis de iure,quod Ep̃s ſe habere in Abbatis electione dicebat:& ꝙ ſic,nõ ſolùm poſſeſſorio , ſed etiã petitorio hîc pro parte Ep̃i agebatur:& ſic rectè applaudebat id,quod ſcripſi.ſ̃.circa iſtam.v.oppoſitionẽ.§.ad tertiam obiectionem.verſu,ſed ſecus dico ſi electio. Et ſic non fuit opus facere oppoſitionẽ,quã poſteà ibidem feci 1.§.Sed hîc duo occurrunt in principio: nec ſolutionẽ ad illam , quam poſteà ibi ſcripſi.§.ſed ad primum reſpondeſ.licet aliâs reputẽ illam verã.vnde licet de petitione Ep̃i in textu non ponãtur,niſi duo capitula,videlicet de poſſeſsiunis reſtitutione, & electionis caſſatione:puto,ꝙ illa duo capitula ſolùm ad ſcdam ſuperadditam petitionem referũtur:& quòd prima petitio habebat aliud capitulum,videlicet de declaratione, vel adiudicatione iuris eligendi pro Epiſcopo facienda qa aliter malè diceret textus in verſu,diſtrictiùs inhibẽtes ibi: *de iure,quod Epiſcopus ſe habere in electione dicebat.*& finis literæ etiam malè ſtaret.Ibi enim ſi attendatur litera ibi:*pendente controuerſia,ex qua pendet.*ſatis apparet,ꝙ controuerſia illa iuris eligendi principalis erat.Nam in dubio illud , ex quo aliud pẽdet,dicitur reſpectu illius principale, non econtra. Et hoc etiam ſatis denotant illa verba:*occaſione cuiuſdam electionis.*poſita in principio.§.j.Dant enim intelligere,ꝙ non ſuper electione,ſed illius occaſione ſuper alio principaliori ſ.ſuper iure eligendi erat principalis quæſtio inter partes. ¶ Et ideò quicquid veritatem inquirẽdo.ſ̃.dixerim , videſ mihi lectura,quam dedi.ſ̃.in ſolutiõe iſtius.v.oppoſitionis poſt dicta Inn.§.ad tertiam obiectionẽ Inn.vſq; ad.§.ſed hîc duo occurrunt.& maximè verſ.nõ eñ.de prima electione. & ſequenti . verior & textui amicabilior,quã illa , quã dedi ad fi.v.oppoſitionis primę ſolutionis.Nec videtur mihi magna abſurditas,ꝙ exponatur infirmandam.i.infirmam nũciandam:quia ſic & alibi exponitur.ſ̃.de elect.cum in veteri.in fi.vt ibi ſcripſi in expoſitiõe literę,ſuper verbo , *irritarem*.& ſuper verbo,*irritam*.Et ſi dicis,ꝙ non violentamus & impropriamus literã in verbo,*infirmandam* . dicemus,quòd aliam opinionẽ tenẽtes literam & mentem eius,etiam magis violentant,& impropriãt,in verſic.*diſtrictius*.& in verſ. fi.iſtius decre.ſcdm ea,quæ ſcripſi infra de arbi.c.ex parte.in tertia oppoſitione.maximè ad fi.oppoſitionis.¶ Sextò opponitur ibi:*reſtituimus*.quia videtur ꝙ hęc reſtitutio non ſit danda eccleſiæ,niſi cum procurator eſt non ſoluendo,iuxta ea,quę hîc no.Ber.in gl.hęc reſtitutio.Sed ſolue,vt in gl.cui
10 concordant Hoſt.& Nouella.¶ †Occaſione huius,ſi quæris qualiter ſententia lata cõtra eccleſiam,vel minorẽ valere poteſt.Diſtinguit Henricus quia aut nõ habuit in iudicio procuratorẽ,ſeu legitimum defenſorẽ:& tunc nõ valet ipſo iure.C.ſi aduer.rem iudic.l.cũ & vos minores.inducit text. huius.c.ad fi.§.ad hæc . ibi:*ad audientiam monachos reſtituimus Rothonen.*Et hoc,quia defenſi fuerunt.quaſi dicat Romanã eccleſiã nõ reſtituimus:quia ipſo iure remanſit læſa . nec in eius ꝑiudiciũ valuit ſñia ipſo iure:cum fuerit indefenſa . Et pro hoc etiam faciunt ea,quæ leguntur , & notanſ.j̃.de re. ec.nõ alie.c.dudũ.li.vj.Aut habuit in iudicio legitimũ defenſorem:& tũc ſi à principio cauſæ vſq; ad fi.nec ſit aliud, quod obſiſtat,valet ſententia ipſo iure.Sed ſi eccleſia in hoc læſa fuerit reſtituitur aduerſus eam:vt hic.&j̃.eo.c.eccleſia. li.vj.Sed ſi ſolùm in aliqua parte proceſſus habuit ꝓcuratorẽ,ſeu legitimum defenſorem:& tunc aut habuit in principio cauſæ,& non in fine:aut non habuit in principio cauſæ,ſed habuit in fi.procuratorem,ſeu defenſorem huiuſmodi.¶ Primo caſu dicit Accur.in dicta.l.cum & vos.& Dy. ff.de anth.tuto.l.j.in prin.&.ff.de re.iudi.contra pupillũ . in prin.ꝙ tenet ſententia ipſo iure,per.l.ſi præſes.à contrario. C.quomodo & qñ iudex.&.ff.de bo.auth.iudic.poſ.l.ſi minor.Super quo vide no.in dictis legibus.& per Iac.de Ra.in l.acta.§.fi.ff.de re iudi.Sed in hoc caſu credit Henricus ſic dicendum,quia aut procurator,ſeu legitimus defenſor interuenit vſq; poſt concluſionem , & vſq; ad tempus ſententiæ ferendæ:ſed tunc deſiſtit:& tunc valet , & tenet ſententia ipſo iure,licet ſit læſa eccleſia & debeat reſtitui.Et ſic dicit poſſe intelligi iſtam decretalem.§.nos igitur.ar.C.de adulte.

l.quamuis.Poſt concluſionem enim procuratoris officium modicùm operatur,vt legitur,& no.ſ.xi.iij.c.auditis.Et ita intelligit opinionem gl.& Dy.Aut diu ante ſententiam deſtitit,ſortè ſtatim poſt litem conteſtatam:& tunc ſententia non tenet ipſo iure:quia paria ſunt non habere, vel minùs idoneè habere:vt.ff.quod cuiuſq; vni.nol.l.j.in fi.& de cõdi.& demon.l.cum ita legatum.ver.ſi verò indignus.&.ſ.de tranſla.Epi.c.ij.§.ſed neq;.cum ibi not.Et hanc opinionem tenuit Petrus in dicta.l.cũ & vos minores.C.ſi aduer.rẽ iud.vt ibi recitat Cy.in.iij.q.Si verò nõ interuenit à principio, nec in princ.cauſæ,ſed tantũmõ in medio,vel in fi.Tunc nõ tenet ſententia:quia eo caſu iudicium fuit non legitimè inchoatum.ar.qui legiti.perſo.ha.ſtan.in iudic.l.momẽtaneę.&.C.qui tuto.vel cura.da.poſ.l.in vniuerſis.in fi.Nã ea,quæ carent bono principio,carere debent effectu: quia principiũ potiſsima pars eſt rei.ff.de origine iuris.l.j.&.j.q.j.principatus.cũ ibi allegatis.Et vide quod no.Spe.titulo de actore.verſ.quid ſi minor fuit in iudicio.& ar.xv.q.iij.certis. Et quod dictum eſt de legitimo defenſore,intellige mandatum ſufficiens habente.aliàs ſententia eſſet ipſo iure nulla,& eccleſiæ non noceret.ff.de procura.l.Plautius.cum ibi not.Et iſta poſuit in effectu Cy.in dicta.iij.q.& Bar.in.l.contra pupillum.allegata.

21 ¶ OCCASIONE eorum,quæ ſcripſi circa primam oppoſitionem,quæritur qualiter electio,vel præſentatio facta per illum,qui eſt in poſſeſsione,vel quaſi,iuris eligendi,vel pręſentãdi,valet,& ſuum debet ſortiri effectum?Et excludè primò caſum,in quo quis non iure ſuo, ſed deuoluto eligit,ſeu præſentat.Tunc enim,& ſi valet electio,ſeu præſentatio,alio videlicet canonico non obſtañ.non nocet illi,vel illis,ad quem,vel quos ſpectat illud ius,quominˢ in alia vacatione poſsint illi præſentare,vel eligere,& non iſte:vt ſupra de ſupplenda negligentia prælatorum.c.ſicut.in fine.& no.Hoſtienſis.de cauſa poſſeſsionis,& proprietatis.cum olim.Secũdò exclude alium caſum,videlicet cum ad illum,qui eligit,vel præſentat,non ſpectat proprietas,neq; poſſeſſio huius iuris.licet pro tali communi errore habeatur.Tũc enim talis electiu,vel præſentatiu non valet,vt dicto.c.conſultationibus.in fi.¶ Et modò recipe caſum tuum,videlicet cum eligens,vel præſentans non eſt proprietarius, ſed poſſeſſor huius iuris.¶ Et hic primò pone caſum certum videlicet,quòd ſi eius poſſeſsio pacifica eſt, nullaq; mouetur ſibi controuerſia ſuper illa.Tunc enim certum eſt,quòd valet electio,vel præſentatio ſua,& ſtatim debet confirmari,licet poſtea in iure,ſeu cauſa proprietatis ſuccumbat:vt legitur,& notatur.in.c.conſultationibus.&.c.cum propter diſcordias.de iure patronatus.& meliùs in.c.cum olim.allegato.ac Innocen.& Hoſtien.de iure patronatus. quoniam.& Hoſt.& Nouellam.in.c.eam te.no.in ſumma confeſſorũ.titulo primo.quæſtione.lxxxij.quid ſi patronus.& per Car.de electio. cupientes.in materia attentatorum.¶ Sed & ſi mouetur ſibi controuerſia, ſed tantùm ſuper proprietate huius iuris,adhuc idem,quod priùs per iura allegata. argu.ff.de aqua cotidiana,& æſtiua.l.penultima. & octaua quęſtione quarta.nonne.ſecundum Ioannem hic in gl.fin.verſ.ad hoc dicit Io.&.ij.quæſtione ſexta.hoc quippe.in glo.argumentum pro obſequijs.& hoc ibi not.Archidiaconus in gl.adde.vbi de hoc,& circa.& Io.Lauren.Goffre.Alanus.& G.Naſo.in.c.allegato.ex literis.& Inno.ibi.in gloſſa ſua fina.& Abbas poſt eum & Hoſtien.in.c.eam te.& Compoſtellanus de de conſtitutionibus.cum.M.in gloſſa ſua finali. & Hoſtien.in.c.conſultationibus.allegato in fi.& Vincentius,Ber.& Inno.infrà de appellationibus.vt noſtrum.in glo.licet traditio.verſ.item ſatis videtur.& ad hoc facit.infrà de appellationibus.ſignificante.cum ibi not.per Ber.& Hoſti.poſt eum.Sed ſi ſuper poſſeſsione mouetur ſibi cõtrouerſia ſed poſteà declaratur per ſententiam, vel aliàs eum eſſe in poſſeſsione:& habet talis poſſeſsio iuſtum titulum.i. quia non vi,nec clam,nec præcario poſsidet: & tunc adhuc valebit electio,vel præſentatio,pendente huiuſmodi controuerſia,per eum facta,ipſa controuerſia non obſtante,& confirmari debebit,etiam ante ſententiam pro eo ferendam in poſſeſsione,vel ſaltem antequàm de poſſeſsiõe pacifica fiat fides.¶ Et dicitur eſſe in poſſeſsione,ſi bis elegit, vel præſentauit poſſeſſores immediate præcedẽtes:vt.c.cum olim.allegato.Et idem eſt,ſi de eo,qui immediatè pręceſsit, hoc probetur vt in dictis.c. quærelam. conſultationibus. cum propter diſcordias.&,cum olim.Et ita Hoſt.intelligit hoc capitulum in fi.& etiam gl.fi.Ber.ibi.ſed ſi eligat iudex. tamen &c.&.j.de cauſa poſſeſsionis.cum eccleſia. ſecundum Henricum qui dicit,quòd capitula.quę innuunt contrariũ intelliguntur, in quo dubitatur,quis ſit in poſſeſsione. Et idem Collectarius inducens ea,quæ notat Hoſtien.in.c. cũ olim.de cauſa poſſeſsionis,& propric.Hic enim non conſtabat quis erat in poſſeſsione,nec de iure epiſcopali.Aliâs ille,qui probaſſet poſſeſsionem,obtinuiſſet,vt capitulis,conſultationibus.querelam.& cum eccleſia.allegatis.Collec.Et idem Lignanus dicens quòd cauſa, quare non fuit electio confirmata,vel infirmata fuit, quia ſuper quæſtione erat quæſtio inter partes:nec habet locum hic reſtitutio: quia pręſentatio dilationem non capit.Nam fructus,qui ſeruando ſeruari non poſſunt,alienari poſſunt:vt.ff. de petitione hęreditatis.l.Diuus.j.reſponſo.Et hanc ſolutionem approbat Hoſt.in.c.conſultationibus.iam allegato ſecundum Alanum.G.Naſo.Goffre.Io.Inno.Abbatem,& Archid. vbi.ſ. Sed ſi eſt in poſſeſsione vi,vel clam,aut precario,nõ poteſt eligere,vel pręſentare:quia talis poſſeſsio prodeſſe non debet:vt infrà de reſtitutione ſpoliatorum.cum ad ſedem. & ff.quod vi,aut clam.l.j.& quaſi per totum librum. ff.n.oui.Verùm cum dubium eſt,vtrum poſsideat,vel non, nec per ſententiam,vel aliâs de hoc apparere poteſt:tunc non valebit electio,vel pręſentatio facta per eum.Sed pręualebit electio,vel præſentatio illius,qui in petitorio obtinebit ſecũdum Henricum qui ſic intelligit finem huius decretalis. & no.Tancr.& Hoſt.in dicto.c.conſultationibus.& Io. hic in gl.fi.Ber.verſ.Sed Io.dicit,&c.Et põt eſſe ratio:quia ex quo dubium eſt,& non poteſt conſtare quis poſsidet,neuter pro poſſeſſore habetur.arg.ff.de teſta.tute.l.duo ſunt Titij.ff.de lib.& poſt.l.nominatim.de hæred.inſtit.l.in tempus.§.quoties.de rebus dub.l.ſi fuerit.§.item ſi ex pluribus.&.l.ſi quis de pluribus.& de manumiſ.teſta.l.cum ex pluribus. Vel poteſt dici ſecundum Hoſt.quòd aliud eſt in pręſentatione,vt in capitulis allegatis. querelam.ex literis.conſultationibus.cum propter diſcordias.Et aliud in electione vt hîc. Quia ſuper præſentatione mota quęſtione,& intra ſex vel quatuor menſes non finita,Epiſcopus ordinat eccleſiam: ideò non multùm præiudicat,ſi interim non puras. Secus in.q.iuris eligẽdi,vbi non ſunt tẽpora limitata.j.quæ terminari.debeat electio.item collegium habetde iure cõi eligere.de elect.c.j.Sed patronus de gratia præſentat,ideò faciliùs tollitur,vel impeditur ius patroni,tanquàm accidẽtale,& debilius,quàm ius collegij:qđ eſt naturale,& fortius.Sed priùs dicta credit Henricus veriora.Et ita habes ſecundã Hẽrici diſtinctionem expeditam,& in effectu dicta Hoſtiẽ.& Nouellæ per eos poſita ad fi.gl.per monachos.Vbi dicit Nouella ſic:tu verò ſcdm Hoſt.ad cõpendioſam vtilitatẽ eliciendam,dicas quòd ſi capitulum vnum eligat,& Ep̃s,qui eſt in quaſi poſſeſsione eligendi,eligat alium,electus ab Ep̃o confirmandus eſt:dummodò de quaſi poſſeſsione fiat fides.puta,quia bis,vel ſemel elegit,&c.vt dixi.ſ.verſ.& dicit eſſe in poſſeſsione ſi bis. Nec requiro,ꝙ probetur bona fides, ſed ſufficit probatio actˢ pacifici.Et vbi tantũ poſſeſſorio agitur etiam ſi ex interuallo poſt electionem factã à conuentu electio Ep̃i ſequuta fuerit,cõfirmãda erit:quia conſtat primam factam ab illis,qui non erãt in poſſeſsione eligẽdi.ar.ſ.de ſupplen.negli.præla.c.fin.Nec ob.ꝙ Ep̃s ex interuallo elegerit:quia hoc fecit,vt videtur,expulſus ad tuitionem iuris poſſeſsionis ſuæ,quam aliàs amiſiſſet,vt hîc patet in no.

Inno.à

Inn. à principio glo. per monachos. vſq. ad verſ. Illud etiam generaliter. ſ. per me recitata in prima ſolutione primæ oppoſitionis. Nec videtur iniuſtè agere, vel iniuriam facere, qui vtitur iure ſuo. ſ. de elec. cum eccleſia vulterana. vbi de hoc: tunc neceſſaria eſſet bona fides & titulus: vt patet in eo, quod legitur, & no. de præſcrip. ſi diligenti. & c. cum eccleſia Sutrina. allegato ſecundum hoc in tali caſu potiùs cõſulendum Epiſcopo, quòd eligat, & inſtituat, & poſteà agat, quàm ſine nulla facta electione ageret. ar. inſti. de interdic. § cõmodum. & j. de probat. ex literis. ſecundũ Hoſt. Nouella. Et hoc facit pro Cardinalibus, quòd conſultè fecerint ante Bartholomęi expulſionem ad domini clementis electionem procedendo. ¶ Quid dicendum? verè non capio bene omnia dicta Henrici. licet enim ego fatear cum Hoſt. quòd poſſeſſor bonæ fidei iuris eligendi, vel præſentandi, non debet propter controuerſism pendentem, vel aliam alterius electionem, vel pręſentationē præcedentem omittere quin eligat, vel præſentet: tamen nõ poſſum capere, quin donec controuerſia ſuper iure eligendi, vel præſentandi cõtra huiuſmodi poſſeſſurem illius iuris mota fuerit terminata, debeat confirmatio talis factæ, litependente, differri, propter ea, quæ ſcripſi. ſ. in ſolutione quintæ oppoſitionis. § ad tertiam obiectionem Inn. Et maximè, quia iſta decretalis hoc probare videtur in fi. quia finalis deciſio in dubietate poſſeſsionis alterutrius nõ fundatur, vt imaginabatur Henricus, & meritò, quia tex. non aperit, quòd monachi ſe poſsidere prætenderẽt. Nec etiam, ꝙ poſſeſsio Epiſcopi dubia eſſet, aut per monachos negaretur. Sed fundatur in pendentia controuerſiæ iuris eligẽdi, ſicut & inhibitio iudicũ: vt patet in § primo. verſ. diſtrictiùs inhibentes. Et ideò videtur planus tex. niſi calumnietur, quòd ſola pendentia cõtrouerſiæ iuris eligendi impedit, ſeu potiùs differt confirmationem electionis per poſſeſſorem talis iuris, pendente tali controuerſia contra eum celebratæ. Nec ſcribentes iudicio meo contrarium ibi notarunt. Sed quia hoc dubium habet. latiùs intendo dicere de hoc in. c. cum olim. & c. conſultationibus. allegatis. vbi ſoluam cõtraria & gl. per Henricum allegatam: niſi cogar redire ad eum. ¶ Supple gloſſas. in gl. iiij. ibi: *excuſante*. & hoc vbi in reſcripto erat clauſula: *quòd ſi nõ omnes*. per iura hîc allegata. In gl. v. in fi. inducit Hoſt. ſimile, vt ſcripſi in tex. in verbo, renunciauit. In gl. *& ſic videtur*. in fine. ad hoc. ſ. de conſue. cum dilectus. Sed videtur, ꝙ hoc caſu conſtituendus eſt actor de conſenſu Archiepī. arg. inſti. de auth. tuto. § fi. Sed his ſubtilitatibus ſecundum canones nõ eſt locus. ar. j. de iudicijs. c. dilecti. Hoſt. in glo. ex hoc in fi. Sed hæc ſunt verba partis: nec ponunt ius vnde dicebat Hoſt. non fuit præſumptio, ſed ſui iuris tuitio, ideò reſeruatur in fine. In gl. *& ſic*. in fi. Inn. poſt quem fuit facta hęc additio. Nouel. in gloſ. pe. ibi: *per negligentiam*. hîc verò reſtituit eccleſiā læſam per negligentiam. ergo loquitur de reſtitutione, quæ fit iure minoris. Et ibi: *imputet ſibi*. dominus maior. Et ibi: *cum olim*. & de elect. ſi compromiſſarius. li. vj. j. & ij. rñſio. Et ibi: *optione*. Idem Hoſt. remittens ad no. de rebus eccle. non alie. ad audientiam. In gl. vlt. ibi: *ad diſſoluendum*. ad hęc contraria ſolutionem Inn. ſcripſi circa quartam oppoſitionem § ad tertiam cõfirmationem. & duobus pręcedentibus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſecularis eccleſiæ priuilegia ac libertates donare poteſt.*
2 *Epiſcopo inferior iura epiſcopalia præſcribere poteſt.*
3 *Iure duplici quiſpiam vti poteſt.*
4 *Eccleſiam minoris iure fungi. Et quid eccleſia contra eccleſiam, ac minor contra minorem reſtituatur.*
5 *Reſtitutio in iudicialibus ante læſionem, an detur?*
6 *Prælati delictum qualiter eccleſiæ noceat?*
7 *Eccleſia ſi teſtes ſuper vno articulo induxit, qui publicati viſi ſunt non probaſſe: an poſſit alios meliores ſaltem per viam reſtitutionis ſuperinducere? Et quid de aduerſario. nu. ſeq.*
9 *Eccleſia, vel minor aduerſus præſcriptionem ipſo iure currentem, an debeat reſtitui?*
10 *Ciuitates, ſeu ciuitatum res publica, quoad reſtitutionem obtinendã, quonam pacto minoris iure fungãtur? Et quid de alijs ciuitatibus quàm Romana? nu. 12. Item quid de caſtro, villa, & c. nu. 13.*
11 *Verbum indefinitè prolatum, quo ſenſu, ac præſertim in odioſis, accipi debeat?*
14 *Reſpublica Romanorum quouſque reſtitui queat?*
15 *Minor, ſi cui centum debeat, fideiuſſore dato, ac deinde moriatur: an videatur obligatio fideiuſſoria extincta, vt ſic fideiuſſor ex minoris perſona reſtitutionem conſequatur?*
16 *Princeps, ſi eccleſiæ priuilegium concedat, vt illi nulla exceptio obſtet, an efficax ſit priuilegium huiuſmodi.*
17 *Eccleſia, vel minor in cauſa reſtitutionis in integrum ſuccumbens, an in expenſis condemnari debeat?*

CAP. III.

AVditis. ¶ Caſus. Etiam contra eccleſiã reſtituitur eccleſia, quæ enormiter eſt læſa propter probationes omiſſas. Et primò recitat factum, ſecũdò interloquitur, ibi: *licet autem*. Et pars huius de præſcriptionibus auditis. & ſecundum Hoſt. terminatur quæſtio j. de priuile. ex ore. ¶ Expone literam. *Epiſcopum*. ex parte vna. *Abbatẽ*. ex parte altera *diœceſina*. largè ponitur, vt comprehendat legem iuriſditionis: vt patet. j. & de his habes. ſ. de tempori. ordi. dilectus. *Prorſus*. quaſi quoad vtranq; legem. Petrus, & Abbas. *Euidenter*. fortè per inſpectionem priuilegiorum. de vſu pall. c. ſi. *iuriſditione*. hîc patet, quòd largè ſumitur lex diœceſana *Offi*. nomina ſunt Regum. *Et quem*. locum libertati donatum per illos Reges. *Verum*. ac ſi dicat, licet priuilegia nõ probetur libertas, tamen probaẽ per præſcriptionem, vt ſequitur. *Ius epiſcopale*. ergo ius epale præſcribit Abbas in capitulis. De quo. j. de pręſcriptionibus. auditis. quæ eſt pas huius. *Poſſeſſæ*. ipſe eccleſiæ. *Videatur*. Abbas. *Legitime*. i. canonicè. quod verum eſt interueniente titulo. Quod dic, vt de pręſcriptionibus. c. j. libro ſexto. *Conclusſum*. ſic ſuprà de procuratoribus. auditis. *Aſſerit*. Sed nonne probari debuit læſio, vt. ſ. c. proxi. quod de hoc notarunt hic Petrus & Abbas pleniùs in ſecunda parte. e. ti. § ſecundo. verſ. illud quoq;. vbi etiam remiſit. ſ. c. proxi. Nouel. *Probationem*. quia monachus omiſit probare, quod vallis eſſet ille locus, & pars Epiſcopi vocationem eccleſiæ omiſit. Et ſic reprobatur diſtinctio: quia dicitur delictum aliud in omittendo nocet eccleſiæ, non quandocunq;, ſed præſcriptione completa. vel dic, quòd delictum in faciendo non præiudicat eccleſiæ ipſo iure in omittendo præiudicat: ſed datur reſtitutio. Goffre. *Aequitate*. quæ ſemper ſeruanda eſt. Quod dic, vt ſuprà de tranſactionibus. *Vtrunque*. ſcilicet eccleſiam epiſcopalem, & monaſterium. *Rationem*. pro eo ſumitur hîc ratio, quod allegatio. Sic & in. l. minor viginti quinq; annorum. ff. de minoribus. *Grauiter læſam*. hoc pondera eſſe neceſ-
1 ſarium ad reſtitutionem: vt ſupra. c. j. Lignanus. ¶ † Notat
hîc Lignanus ſex per ordinem. ¶ Primò, quòd princeps ſe-
2 cularis põt donare priuilegia, & libertates eccleſiæ. ¶ † Se-
cundò, quòd inferior ab Epiſcopo poteſt præſcribere iura
3 epalia. ¶ † Tertiò, quòd quis poteſt vti duplici iure ſcilicet
priuilegio, & pręſcriptione. de quo no. de pręſcriptionibus.
4 veniens. † ¶ Quartò, quòd eccleſia fungitur iure minoris.
¶ Quintò, quòd eccleſia contra eccleſiam, & minor contra
5 minorem reſtituitur. ¶ † Sextò, ſecundùm aliquos, quòd in
iudicialibus datur reſtitutio ante læſionem.

¶ PRIMO opponitur, quia prælatus in omittendo præiudicat eccleſiæ. j. de pręſcriptionibus. per totum. Ergo non debet dari reſtitutio. ſo. Negatur conſequẽtia argumenti quia poteſt præiudicare id, aduerſus quod competit reſtitutio ſaltẽ ipſo iure, & quouſq; reſtitutio ſit conceſſa. &

in onere petitionis ipſius reſtitutionis,in qua labores,& ex-
penſæ requirunt,eſſe graue præiudiciũ:vt.ff.de inoffi.te.l.j.
in fi.ar.ff.de minori.l.minor.annis.xxv.an.cui fideicõmiſ.in
prin.&.l.minoribus.xxv.& ſi cer.pe.l.quidã.&.ĩ.de dolo.&
cõtu.c.finem.in prin.Maximè etiam quia euentus iudicij
reſtitutorij plerũq; bene dubius,vt.ff.de peculi.l.qđ debet.
Imò nõ dat reſtitutio,niſi adſit hoc præiudicium:quia iure
cõi tutus reſtitutionem nõ petit.ff.de minori.l.in cauſę.Sed
caue,& modifica hoc per ea.quæ dicam.ĩ.in fi.j.quęſtionis,
& in cle.j.ĩ.e.in quęſtione illa prima. Et coniunge id,quod
6 ſcripſi.ſ.in expoſitione literæ in verbo omiſit. ¶ † Circa
hoc tñ qualiter delictũ prælati nocet eccleſiæ,dicit hic Li-
gnanus,quia aut cõmiſſum huiuſmodi eſt delictum dãnatũ
à lege:& tunc ipſo iure conſulitur eccleſię. Sed vbi non eſt
delictum damnatum a lege,tunc ſuccurritur per beneficiũ
reſtitutionis.& ſic dicit notari ſupra.c.j.vbi vide,quod ſcri-
pſi in tertio notabili. ¶ Sed cõtra præmiſſa facit:quia ſic ma
lè procederet,quod ſolet dici:quòd in delictis nõ reſtituitur
eccleſia.arg.C.ſi aduerſus delictũ.l.j.&.ff.de minoribus.l.au-
xilium.Sed dicas,quòd illud procedit,& intelligitur,quando
tota eccleſia delinquit,vt.C.de ſacroſan.ecc.l.iubemus. ſe-
cundum Nouellam & Collect. Et hic omninò iunge,quod
notat ibi Cy.in.ij.oppoſitione.& in.j.q.&.ij.ſequẽtibus.&
Butrigarius in vlt.oppoſitione. Aliàs enim delictum perſo-
nę non nocet eccleſię vt regula delictũ.allegata.& facit quę
not.Nouella.infra ti.j.c.ij.Sed hoc plenè examinabo,ſi De⁹
dederit in regula,delictũ.allegata. ¶ Sed quid ſi prælatus nõ
delinquit negligendo,ſed neglexit de delicto, crimine, vel
defectu in termino peremptorio ad proponendas exceptio-
nes aſſignato opponere:nunquid reſtitueret eccleſia? dicit
Gulielmus in Speculo quòd non,dicit enim obtinuiſſe, ꝙ
excluſa eccleſia per peremptorium datum ad proponendas
exceptiones non reſtituatur ad proponendum crimina,
vel defectus contra eum,cum quo litigat ſuper beneficio.
Hoc nn.in Spec.parte.ij.e.ti.§ ij.verſu,ſed pone eccleſia. &
no.hæc.Compo.de elec.quod ſicut.& ibi etiam hoc ſcripſit
Nouella in gl.fi.ad fi.Dicunt etiam hic Io. & Phil. quòd ſi
eccleſia non eſt vſa reſcripto ſuo.ĩ.annum per negligentiã.
reſtituitur,ſecus ſi per dolum.C.ſi aduer.deli.l.j.Idem etiam
notant Phi.& Vin.ĩ.c.ij.& Gul.in Spec.parte.ij.e.tit.§ quali-
ter.in fin.& de reſtitutione aduerſus confeſſionem prælati.
vide.ĩ.eo.c.ſecundo.lib.vj.& quod not hic Hoſtien.ibi vide
in gl.ij.& in Spe.parte ſecunda.c.ſecundo.§ ij.verſu,ſed nũ-
quid eccleſia. ¶ Secundò opponitur ibi: *vtranque reſtituimus*.
de.l.ſi ex cauſa.&.l.cum minor ff.de mino.ſoluit Inn.dicẽs,
ꝙ bene dicit tex.hic,cũ dicit,ꝙ vtraq; fungebat iure mino-
ris:nã ſi tantũ vn⁹ fungeret vice minoris,licet minor impe-
traret in integrum reſtitutionẽ in vno articulo puta contra
confeſſionem ſuam:non propter hoc reſtitueretur maint
ad ſuã cõfeſſionem:ſed ad ea tantùm reſtitueretur,quę co-
hærerẽt confeſſioni minoris:vt in cõtrarijs.&.ff.de confeſ.
l.certum.§.fi.Secus tamen eſſet, vbi minor reſtitueretur in
his, quæ fiunt extra iudicium:quia tunc ſicut minor reſti-
tueretur,ſic & maior:vt.C.ſi aduerſus tranſac.l.j.&.ij.Et fa-
ciunt leges allegatæ per Ber.in gl.vlti.Et facit rationem di
uerſitatis adhęrentia,& inſeparabilitas ſecundũ Coll. Ho-
ſtien.tamen intelligit minorem reſtituendũ contra confeſ-
ſionem,quando confeſſus tempore,quo non debebat: vel
ſi velit probare factum contrarium ſuæ confeſſioni.Aliàs ſi
3 ¶ † Ad ſecundum dicit Inn. quòd libellus ſupplicationem continens porrigitur referendarijs, & cauſas introducentibus: vt in auth. de referendarijs. col. ſecunda. § ij. Et quòd ſolùm principi, vel præfecto prætorio ſupplicatur, & quòd ſolus princeps, vel præfectus pętoriorio de ſupplicatione cognoſcit. & ſolius principis, non inferiorum ordinariorum eſt hanc ſupplicationem admittere ſecundum eum. Supplet tamen Speculator vbi ſupra: niſi eſſet à principe ſuper hoc delegatus, vel præfectus prætorio. Et ſatis videtur colligi ex præcedentibus dictu Inno. Et idem videtur notare Acc. in auth. vt ſpõſalitia largitas. § illud. & videtur placere Ioan. And. in Spec. vbi ſuprà. Quilibet tamen ſupplicare poteſt, &c. vt hîc in principio. iij. gloſſæ. ¶ Et à ſententia nedum principis, vel præfecti, ſed etiam inferioris principi ſupplicari poteſt, vt hîc. & ĩ. de re iudi. cum cauſam. C. de ſenten. pręfec. pręto. l. prima. ff. de minoribus. l. pręfecti. Caue, & ſanè intellige: quia licet de facto principis ſupplicari poſſit principi contra ſententiam inferioris, quæ ipſo iure tenuit, & à qua non extitit appellatum, & ſit in arbitrio principis, qui ſupra ius eſt. de conceſſione præben. propoſuit. admittere ſupplicationem: tamen hoc non debet facere ſine magna cauſa, propter ius parti hac ſententia, licet de iure poſitiuo, acquiſitum. ar. eorũ, quę no. Inn. de conſti. quę in eccleſiarũ. & de immuni. ecc. quia plerique. Et patet ex eo, qd ſcripſi poſt Inn. infra. in ſecunda ſuppletione. iiij. gloſſ. ver. non enim credit. Inno. Et facit quod notant Card. Hoſtiẽ. & Io. An. de cenſi. Romana. libro ſexto. in verbo, cenſendum. Et licet à Principe, & præfecto non valeat appellari. Super quo vide in Specu. parte ſecunda. de app. § videndum. quia non eſt veriſimile illos iniquè iudicare: aduerſus tamen eorum ſententias ſupplicare licet: quia ſupplicatio continet petitionem veniæ proprij errorũ, vel circumuentionem aduerſarij. ff. de mino. & ſi ſine. ĩ. de re iudicata. cum olim.

4 ¶ † Ad tertiũ. ſ. in quibus cauſis ſupplicari poteſt: dic, quòd ab eo, quod malè, vel iniquè contra ius ordinatum eſt, ſupplicari poteſt: j. q. v. pręſentium. in auth. quomodo oporteat Epiſcopos. § ſi. aliàs penultimo. ſecundum Spec. in dicta rubricella. § ſequitur videre. ver. poteſt. Sed Io. in addit. ibi dicit, quòd Spec. & Io. de Deo nõ bene receperunt ſenſum illius. § ſicut Azo, qui dixit, quòd ille § hoc dicit, quòd licet ſupplicare pro eo, quòd ordinatio clericorum facta ſit per pecuniam: vel aliàs malè, & contra legem, vt ad meliorem ſtatum reuocetur, & pręuaricatoribus pœna imponatur. Itẽ ſuper criminis pœna venia poteſt per ſupplicationem impetrari. C. de precib. impera. offe. l. reſcripta. canonizata. vigeſimaquinta quæſtione ſecunda. ſecundum Specu. vbi ſupra. Et leges quę ponunt exempla huius, allegat ibi Accur. quæ tamen Azo exprimit in ſumma. Puta de fœmina nubente viro inferioris dignitatis impetrante, vt fruatur dignitate primi mariti. ff. de ſenatoribus. l. fi. Sic etiam præpoſiti ſacro cubiculo impetrant, vt fruantur poſt finitam militiam cingulo: cum ad agros ſuos, vel aliò proficiſcuntur. C. de prępo. ſacri cubili. l. finali. ¶ Et quòd de cingulo dixi, dupliciter exponit ibi gloſſ. Textus autem ponderat, quod eſt dictum, quòd ad ipſorum deſyderium. & ad nullius lęſionẽ id pertineat. ¶ Quod autem pręmiſit, *nec alij obſit*. intelligit Azo vbi ſuprà de læſione graui. Et idem Accur. in dicta leg. Dicit etiam Azo quòd vltra illas inuenirẽtur in iure multa ſimilia. Allegat. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum. l. ſi quis ſepulchrum. ff. loca. l. habitatores. ſi vſuſfructus petatur. l. prima. § vltimo. ¶ Circa id autem, quod ſequitur in

quitur in dicta.l.reſcripta. de damno fiſci. Dicit Azo in illis expectari ſecundam iuſſionem.in authentico vt nulli iudicum.§. & hoc verò. & de manda. princi.§.deinde competens.Qui.§. vult omnino ſperni primam iuſſionem: niſi ſit pragmatica ſanctio: ex ea tamen quamuis recipiatur, nihil fiet, niſi ſequatur ſecunda iuſſio. ¶ Item dicit Specu.vbi.ſ. quòd ſupplicari poteſt pro dilatoria exceptiōe nō pro peremptoria.C. de precib. imperatori. offeren. l. quoties.ſ. de procuratorib.inſinuatione.de dolo & contu c.Item durāte præſidis officiu eius ſubditi ſupplicare poſſunt principi, vt furtum, vel rapinam, aut aliud eius crimē puniat prima quæſtione ſeptima ſancimus.in authentico vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.ſi quis autem. Et generaliter debet ſupplicatio continere, quod petenti proſit, & alij non obſit: vt dicta.l.reſcripta.& fiſco damnoſum non ſit.xxv quæſtio
5 ij. nec damnoſa. ¶ † Ad Quartum videlicet.j. quantum tempus debet ſupplicari, de quo hic not. in fin. glo. iij.quæ dicit iudici infra decem dies, & ſuperiori vſq; ad biennium ſupplicatur, & ſecundum Innoc. computatur hoc bienniū, ex quo princeps ſucceſſit in cognitione prædicta.C.de ſen. prçfec.præto.l.j. Et eſt ſecundum eum differentia inter iſta. Nam ſi ſupplicatur infra decem dies nihilominus mandabitur ſententia exequutioni: dummodo victor, quòd tantundem reſtituet, ſi ſententia reuoluatur. Sed ſi poſt decem dies infra biennium ſupplicetur, nihilominus mandabitur ſentētia executioni: nec dabit fideiuſſorem victor: vt auth. quæ ſupplicatio.§.aliud.&.l.j.C. de ſen. præfect. præto. alle-
6 gatis, &.j.eo.ſuſcitata.in fi. ¶ † Et ex hoc notare potes ſecūdum Innoc. & Spec.vbi.ſ.quoad materiam quinti dubij, inter appellationem, & ſupplicationem: per quatuor differentias. Prima eſt, quia ſupplicare licet ab eo, à quo non licet appellare.ff.de app.l.ſerui.ſecundum Innocen. pro quo facit etiam. C. de preci. impera.l.j.&.l. vniuerſas. Hoc enim generaliter verum eſt, quòd licet omnes liberi prò alijs ſupplicare poſſint: non tamē poſſunt ſerui ſupplicare niſi pro ſe & dominis ſuis: vt ibi, &.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris.l.j.& de iudicijs.l.vix certis ex cauſis. Et quod dixi ſeruum pro domino ſupplicare poſſe: intellige, id eſt, pro nece domini, ſecundum Azo.vbi.ſ. Et hoc vult.l.j. præallegata. Addit tamen Azo. caſum alium, videlicet in crimine læſæ maieſtatis: vt.ff.ad legem Iuli.maie.l.nullus. Subdit etiam, ꝙ forte idem eſt in omni caſu, in quo ſeruo permittitur agere, vel ad principem confugere, per duas leges ſtatim allegatas. Addit etiam, quòd ſi ſeruo ſupplicante: ſupple, eo caſu, quo non debebat admitti, indulgeat princeps reſcriptum, tenet, per.l.vniuerſas.ſ.proxime allegatā. Quæ placere vidētur Ioan.Anñ.Spec.vbi.ſ.Secunda eſt, quia pendente appella. nihil innouatur.ff.nil innoua.appel.pen.l.j. & per conſequens, neç ſententia executioni mandatur.j.de iureiuran. venientes. Et tamen ſecus pendente ſupplicatiōe: vt dictum eſt, & legitur.& notatur in dicta authen. quæ ſupplicatio. ¶ Ex quo ſequitur differentia.iij.videlicet, quia in appellatione præmiſſa cautio non præſtatur. Patet & quarta differentia.quia non ſupplicatur, niſi ſemel. Et tamē pluries appellatur, & ante ſententiam, & poſt, & bis à quolibet grauamine, vel ſententia. Quod dic, vt in Spec. parte.ij.de app.§. quoties. ¶ Refert autem Cyn. in auth.quę ſupplicatio.quoſdam dicere ſupplicari debere præfecto.j.decē dies, & principi.j.biēnium. Sed alia opinio ſupradicta, quæ habet quātum ad poteſtatem ſupplicandi, vel ſententiam per viam ſupplicationis retractandam, non eſſe vim faciendam: an infra decem dies, vel poſt infra biennium ſupplicetur: ſed ſolùm quoad pręſtationem cautionis, eo modo, quo prædictum eſt. Pro quo.ij.quæſtione.vj. anteriorum.& placet Pe. de bella perti. in authentica, quæ ſupplicatio. Et hic Hoſti. & Nouellę atque Henr. licet Specu.in tit.de app.§. reſtat.in princi.dicat, quòd infra decem dies debet appellari, & ſupplicari. Et idem Lauren. & Bernar.j.de te iudi. cum inter vos.in glo.hoc eſt poſt decem dies.quod placet deciſiuè.Iac. Butri. in dicta authen. quæ ſupplicatio.in princi. & in fin. oppoſitionum, dicens, quòd pręfecto ſolùm poteſt ſupplicari.j.decem dies.& tunc mandatur ſententia exequutioni præſtita cautione. Sed poſt decē dies ſupplicari poteſt Principi, vſque ad biennium.& tunc mandatur ſentētia exequutioni ſecundum eum. Sed primum communius, & ſequendum. Et de materia vide per Cardi.de appellationibus Ro-
7 mana. ſuper verbo cenſendum. ¶ † Ad quintum videlicet qualiter appellatio & ſupplicatio differunt, adducere potes quatuor differentias, quas ſcripſi in dubio proxi.præcedenti.verſi.& ex hoc notare. ¶ Quinta differentia etiam patet ex his, quę ibi ſcripſi in principio reſponſionis huius dubij. & in verſ.refert autem Cyn.vſq; ad finem. Dicit tamē Spec. in dicta rubricella quoſdā dicere, quòd ſupplicare debet lęſus quàm cito poteſt cognoſcere, ſe læſum: inducens iſtam decret.&.j.de frigid.c.penul. & fin. Et hanc tenuit Ioan. de Deo in cauillationibus ſuis rubrica vltima in prin. Sed tene nihilominus quod prędixi. ¶ Sexta differētia eſt, quia is à quo appellatur, non poteſt de cauſa appellationis cognoſcere.C.de app.l.eos.in prin.&.j.de app.vt debitus.& de matrimo.cōtract.contra interdic.ec.c.j.& tū de reſtitutiōe, vel ſupplicatione cognoſcere poteſt cōtra ſuam, vel prędeceſſoris, non autem contra maioris ſentētiam: licet ſolus princeps contra ſuam, vel prędeceſſoris ſui ſententiam: aut res bis iudicatas per ſe, vel delegatum ſuum quandoq;: licet raro cognoſcat & reſtituat.ff.de mino.l.in cauſę.§ fin.&.l.pręfecti, &.l.minor.C.de in integ. reſti.l.j. & ſi aduerſ.rem iud.l. aduerſus.xxj.diſtin.inferior.l.di.accedens.xxv. quęſtione.ix. quod quis.j.e.c.cum ex literis.ſ.de elec. innotuit. Super quo vide Spec par.ij.eo. tit.§ videndum. verſ & not. & in dicta rubricella.§.differt.verſ. Itē differunt. ¶ Septima differentia eſt quia ante ſententiā non licet ſimpliciter ſupplicare.C.vt lite pendente.l.ij. Sed appellare ſic, vbicunq; grauamen infertur: vt.c.vt debitus.alleg. ¶ Octaua differentia, quia ſupp. protenditur ad noua & vetera: appellatio verò ſolū ad ea, ſuper quib⁹ interponitur: vt.l.pręfecti.&.c.ſuſcitata.& hīc: vnde verſus. Diſcrepat appellās ab eo, qui ſupplicat: ipſe Imputat errori proprio: redit hic ad eandem.hic ſemel audit, cauſa pendente, ſatiſdat. ſecundum Specul.in dicto.§. differt.quos verſus poſuit Ioan.de Deo vbi.ſ.& in fi. primi verſic. ponebat tempore. ſed ſecundum hoc non eſſet con-
8 gruus verſus: vnde cōmuniter habetur ipſe. † Sed nunquid quoad ſcripturam eſt differētia inter eas? glo. in authen.quę ſupplicatio dicit, quòd ſupplicatio ſicut appellatio debet fieri in ſcriptis. quod intelligit Cyn. ſi poſt diem ſententiæ latæ ſupplicetur. Secus enim dicit ſi die ſententię ſupplicaretur.arg.ff.de app.l.j.&.ij. de litis conteſtatione. offeratur. Sed miror ſatis de hoc: quia licet tex. requirant ſcripturam in ſententia, appellatio.ac libello, non reperio tamen text. qui ſcripturam in ſupplicatione requirat. Non video ergo qualiter de illis, vel ſimilibus caſib⁹ ad caſum ſupplicationis arguatur.cum illi ſint exorbitantes à regula communi.C. de fide inſtru. in exercen. &.l.contractus.& ff.de pigno.l.cōtrahitur.arg.j.de reg.iuris.quæ à iure.lib.vj. Non enim ſcriptura requirif, niſi in caſib⁹ expreſſis in iure: vt no.j.de cēſib.Roma.li.vj. Si enim appellatio & ſupplicatio cōueniant in aliquibus: tamē & in multis differunt, vt patet ex dictis: licet fatear expediens & honeſtum, quòd detur in ſcriptis. Imò, quòd ſupplicans aliter non audiatur, ar.prędictorum. & vt negocium certius fiat. Et ex prędictis colligere potes differentiam nouam. Et noueris quòd Cyn. in authentica allegata in fin.dicit, quòd aliquę de prædictis differentijs non ſunt veræ. Et dicit ſe dicturum de hoc.C.de ſenten.prçfect.prędicto.l.j.Sed ibi non dixit obitus, vt puto: vt etiam
9 narrat Ioan.Andr.in dicto.§.differt. ¶ † Sed quæro ſpecialiter iuxta materiā differētię quintę quæ eſt ratio, quare pēdētia appellationis & reſtitutionis in integrū exequutionē impediunt, & tamen ſupplicatio etiam.j. decem dies facta non impedit exequutionem? Super quo vide in Specul.eod.

titu.parte.ij.eodem titu.§. vltimo. Et quod dicam infra eod. ſuſcitata.videretur ſufficienter reſponderi poſſe, quòd hoc inducit prerogatiua ſententiarum, à quibus appellatum nõ eſt, iuxta ea, quæ ſcripſit Nouella in.c.ſuſcitata.ſuper gloſſ. penul. Dicunt tamen quidam quòd ſupplicatio continet benignitatẽ petentis, & gratiam iudicis. Appellatio verò innititur iuſtitiæ.Sed non valet hoc, quoad reſtitutionem quę benignitatem iudicis & fauorem petentis reſpicit: vt l.petenti. Et ſi dicas, quòd ſupplicatio reſpicit voluntatem, obſtat.§.aliud.vt ſpon.larg.allegatus. Et ſi dicas, quòd per appellationem extinguitur, vel ſuſpenditur pronuntiatum: vt dicit Iac.de bellu viſu in dicto.§.aliud. hoc eſt quod quæritur, quare plus ſuſpendit appellatio, quàm ſupplicatio. Ioan.And.in dicto.§. differt.dicit ſic, quòd his tribus, quæ diuiſa ſunt, meritò attribuuntur diuerſi effectus. Dicit igitur, quòd appellatio, quæ interpoſita eſt à ſententia, puræ iuſtitiæ innititur: propter quod executio fieri non poteſt. Et ſi facta eſſet infra decendium, quo fuit appellatũ per modum nullitatis & attentati reuocatur. de appel. non ſolùm lib.vj. Reſtitutio verò innititur iuri·habet tamen gratiam admixtam, non dico à iudice, ſed à iure inuẽtam. Si lata eſt igitur ſententia contra eccleſiam, vel minorem, & ab ea non fuit appellatum, iuſta fuit executio ſententiæ, ſi tamẽ poſteà infra tempus iuris petatur reſtitutio, fatetur quòd impediet exequutionem fiendã, ſed iam factam non annullat, vel reuocat. Verba enim non ſolùm innuunt, quòd ea poſtulata, ſed nondum conceſſa, nil noui fiat circa rem: vt dicit rubrica.C. Abſurdiſſimum enim eſſet, quòd vltra terminum tardari deberet executio eo caſu. Et imputari ſibi debet, qui non appellauit. Supplicatio enim habet præſumptionem contrariam: & perſona proferentis, quam appellare non licet. AEquum ergo fuit ipſam non parificari alteri pręmiſſorum. Satis enim eſt ſibi, quòd contrahit, de quo alter prędictorum, ſcilicet, Papa, princeps, vel pręfectus prętorio poterat legitimè facere. auditur. De primis conſtat: de tertio patet.C. de offic. pręfec.prætu.l.ij. Elegit ergo ius quandam viam mediam, vt ipſo ſupplicante fiat executio cum remedio cautionis: vt tamẽ ſemel tantùm ſupplicetur:

10 ſimile de offic.deleg.quærenti. ¶ † Ad ſextum dubium videlicet, quis ſit effectus ſupplicationis, adducere potes, quę ſcripſi in ſolutione dubij, proximè pręcedentis. & præſertim in.§.ſed quæro ſpecialiter. Specu.autem in dicta Rubricella dicit, quòd effectus ſupplicationis eſt, quia ſi princeps reſcribit ad ſupplicationem, obtinet vicem litis conteſtationis, quantum ad hoc, vt perpetuetur vſq; ad.xxx.annos, ſecundum quoſdam, vel ſecundum alios vſq; ad.xl.C.de anna.exceptio.l.j.Et quòd tranſit ad hæredes.C. quando libel. litis conteſta.faciat.l.j.§.j. Et vt lite penden. vel poſt prouo. aut ante diffi. ſentẽ. nulli lice. ſuppli.l.j.& .ij.xvj. quæſtione iij.§ poteſt.circa medium.ff. de act.& obli.l. conſtitutionibus.ſecundum eum. ¶ Adde, quòd effectus etiam eſt, quia ſupplicatiõis admiſſio habet effectum appellationis quoad hoc, quòd perinde de cauſa de vno cognoſcatur, ac ſi fuiſſet legitimè appellatũ. Et quòd ſi ex antiquis, vel nouis actis conſtiterit de iniuſtitia ſententiæ, retractetur, ſeu reſoluatur, ipſa ſententia: vt authẽtica, quæ ſupplicatio. allegata. ¶ Et hæc vera, cum ſupplicatio ad hæc tendit. cum verò tendit ad alia: tunc ſi ſupplicatio ſubreptione & obreptione careat, habet effectum, qui colligi poteſt ex tenore conceſſionis: de priuile.c.porrò. & eod.titu.ſi Papa. lib.vj.ff. de tranſac.de his. C.de manda. princi.l.j.faciendo latam interpretationem in præiudicium concedentis.de conſti.princi. l.beneficium. C.de bo. vac.l.ſi quando. lib.x.j̃.de dona.cum dilecti.in fin.ſecundum quoſdam. ¶ Sed non bene dicunt: quia prædicta iura intelliguntur in conceſſione facta motu proprio: quæ tamen reſtrictionem recipit: cum eſt iori cõmuni contraria: aut tertio præiudiciabilis.C. de in offi.teſt. l.ſi quando. & de emancipa.lib.l.nec auus, & quod not. per Nouellam infra de præbend.§ motu proprio.lib.vj. impetrationes enim eoipſo, quòd impetrationes ſunt, cenſentur importunę, & ambitiuſæ.C.de petitis bono.ſubla.l.j.& ſecũda.j̃.de præben. quamuis. lib. ſexto. Supplicatio autem obreptitia ipſo iure non valet: vt patet ex his, quæ ſcripſi de reſcrip.c. cum dilecta. in prima oppoſitione, & duabus ſequentibus.& in prima quæſtione, & duabus ſequentibus.Subreptitia verò gratia eſt nulla, & de iuſtitia annullanda ſecundum diſtinctionem.c.ſuper literis.de reſcrip. vt colligitur.ex lec.& not.in dicto.c.ſuper literis.& c.ad audientiam.ij.eo.titu.ſeptimam quæſtionem addere potes, qualiter ſupplicatio admitti debet: quod dic, vt.j̃.in ſuppletione gloſſ.quartę ſupplet.ij.ad fin. ¶ Supple gloſſas. In glo.tertia ibi, *audietur*: Adde quod nota. xviij. diſtinctione quoniam quidem in gloſſ, penultima, & infra de præſcrip. auditis. in gloſſ.vltima. ¶ In gloſſ.quarta ibi, *remota*: hinc eſt, quòd à iudicibus ſupplicatur. à quibus non appellatur. Item appellatur ſecundo, ſed nõ ſupplicatur ſecundo: vt dixi ſupra, Et ibi: *differt*: not. ſecundum Innocen. quòd à iudice delegato hic ſupplicatur eo, quòd mulier contumax per appellationem iuuari non poterat. Non enim credit Innocen.locum habere hanc ſupplicationem ab inferiori iudice, ſi poteſt iuuari per appellationem hic autem iuuari non poterat. vt.ff.de reſtitutio.in integrum.l.Diuus. Nam contumaciam non excuſat hic ſufficienter cum non probet ſufficiẽter cauſam abſentiæ.Subdit etiam Inno. quòd ad hoc quòd iudex ſupplicationem admittat, debet habere aliquam pręſumptionem.arg.ff.de mino.l. minor autem, ſi magiſtratus. & l.præcedenti. Vel fauorem matrimonij: vt hic. ¶ In gloſſ. hoc ideò ibi: *quiſquis*: in fine.vbi de hoc in vltima gloſſa. & quod ibi not. Facit pro Goffred.Et in fin.idem hic Inno. in gloſſ.penult.in fin.dicentes, quòd ſi non tranſiſſet in rem iudicatam, non fuiſſet data reſtitutio: Sed hic de iudicum deceptione nil dicebat, ſed ſolùm de abſentia.quæ, quia minus bene probata fuit, neceſſaria erat reſtitutio. Dicebat Hoſtien.quòd ſententia non tranſit in rem iudicatã quoad veritatem, tranſit tamen quoad inſtantiam, contra quam reſtituitur hic mulier.dixi ſupra in prima oppoſitione.

¶ In gloſſ. vltima ibi. *Raynaldus*: dicebat Goffred. per illas decret.patere, quòd etiam quandoq; ad iudicationes. Allegat etiam.ff.iudic. ſol.l.cum apud.

SVMMARIVM.

1 Legatus quam iuriſdict. habere dicatur? Et an cedentis morte expiret?

2 Eccleſia poſt quadriennij lapſum, an reſtitu. in integrum petere poſſit?

3 Princeps in dubio, an præſumatur vti velle poteſtatis plenitudine?

4 Officium in ſpecie de qua hic, an committentis morte expiret?

5 Reſtitutionem in integ. & rei reſtitutionem petiturus, qualiter libellum concipere debeat?

6 Libellus in petitione reſtitut.in integr, an ſit neceſſarius, &c. cum non petitur reſtitutio aduerſus contractum, ſed aduerſus probationes omiſſas, &c. Et de ratione diuerſitatis in caſu ſequenti numero ſequen.

8 Iudicia quænam ac qualia, in reſtitut. intentanda ſint?

9 Reſtitutio contra contractum, aut ſententiam, ſi data eſt, per iudicẽ de re reſtituenda mentione non facta: nunquid res &c. reſtitui debeat?

10 Reſtitutionem in caſu de quo hic, petiturus, qua ratiõe agere debeat? Et quid ſi petatur aduerſus contractum? nu.ſequen.

12 Aduocatus ſatius ſi contra ſententiam, vel præſcriptionem, tranſactionem, aut contractum reſciſſoriam non intentet, ſed iudicis officium, &c. quid iuris?

13 Iudicium reſcindens quid ſit? Et quid reſciſſorium? Et cur ita vocentur?

14 Iudicia reſciſſoria & reſcindentia, qualiter aduerſus vſucapionem. & præſcriptionem competant?

15 Reſciſſoria, an ſpecialis actionis nomen ſit?

16 *Lazarus, an idem numero & ſuppoſito reſuſcitatus fuerit?*
17 *Actiones prætoria, & ciuiles an differant.*
18 *fructus in actione reſciſſoria veni. & eam quoque quæ in directa, venire.*
19 *Actionis reſciſſoriæ finitio. Et quòd ea quandoque ſit reſtitutoria, quãdoque inſtitutoria. Et cur ita appellatur.*
20 *Actio reſciſſoria cui, & aduerſus quem detur? & pro quibus item rebus competat? Et cuius ſit naturæ? nu. ſeq. & .21.*
23 *Præſcriptiones in actionibus perſonalibus quid operentur?*
24 *Reſciſſoria quatenus in rebus mobilib. & immobilibus locum habere dicatur.*
25 *Reſciſſoria natiua ne ſit, an datiua? Et quando naſci dicatur? & numero ſequenti.*
27 *Reſciſſorium iudicium abs quo tempore incipiat? Item quo iure petatur? nu. ſequenti.*

¶ CAP. V.

Vm ex literis. ¶ Caſus. Etiam contra ſententiam Papæ reſtitui poteſt eccleſia. Et cauſa reſtitutionis in integrum partibus præſentibus debet tractari. Hæc decretalis habet tres partes principales. Prima ponit petitionem eccleſiæ Ilerden. Secunda ponit examinationem, deliberationem, & interlocutoriam Papalem. Tertia ponit citationem partis aduerſæ: cum comminatione proceſſus. Secunda ibi: *Nos igitur.* Tertia ibi: *Quo circa.* ¶ Expone literam. *Temporibus*: etiam antequàm eſſet Papa. Innocen. *Enormiter.* Aliàs non daretur reſtitutio. ſ.c.j. *Leſum*: & ideò per in integrum reſtitutionem ſupplicabat. Innocē. *Et olim & nunc*: ergo debet imputari eccleſię, per quam non ſtetit lapſus quadriennij, & maximè ſi dixeris, quòd coram Eugenio continuauit hoc petere. *Anaſtaſij*: qui ſedit Anno vno. Vincen. *Sed petit*: & ſic erat perpetuata iuriſditio. *Controuerſia.* ſcilicet an eccleſia Ilerdenſis lęſa eſſet in integrum reſtituenda, vel non. Innocen. *Cui*: legato. Innocen. *Succeſſor*: mediatus: quia poſt Anaſtaſium ſucceſſit Adrianus, qui vixit annis ſex, & poſt illum Alexandrum ſecundum Tranc. & Vincen. *Denuo*: ſi determinat verbum fungenti, videtur ex hoc colligi, quòd per mortem concedentis expirauerat legatio: niſi dicat cum Tancredo, quòd poſt longa tempora iterum illuc miſſus fuerat legatus. Si determinat verbum, commiſit. eſt ſenſus, quòd iterata fuit delegatio cauſæ, non legationis commiſſio, & tunc ceſſat illud argumē-
1 tum. † Et verum eſt, quòd legatus habet ordinariam, quæ per concedentis obitum non expirat. de offi. leg. c.ij. lib.vj. Et vide quod ibi notatur de illo, qui nōdum ingreſſus erat prouinciam. Et de collegio Cardinalium vacante ſede, an poſſit illum reuocare: quod hic not. Hoſtien. & quòd reuocare non poſſit, videtur hodie per Clemen. ne Romani. de elect. *Non obſtante.* de hoc non conſtabat, nec in abſentia per eum conſtare poterat: vt ſequitur infra de re iudicata, cum Berthol. ſi per vim, vel alio modo. l. vltima. Vnde non obſt. litera infra dicens, an data, an danda ſit: quòd Cœleſtinus mandaſſet inſpectis priuilegijs non obſtante ſententia Eugenij ad diffinitiuā ſententiam procedit, iuxta c. paſtoralis. § ij. de offi. deleg. licet. Et ſi de hoc conſtaret, dicāt quidam in integ. reſtitutionem datam. Innoc. Vel dic, quòd in reſtitutione concedenda requiritur ordo iuris, & cauſæ cognitio, vt patet de offic. iudicis. c.ij. ideò etiam ſi de tali mādato cōſtaret, non ſequeretur, quòd reſtitutio danda eſſet: quia tales literæ, vel mandatum viua voce factum extra iudicium, & ſine cauſæ cognitione non habet vim ſententiæ. argumentum. C. comminat. Epiſ. l. ſecunda & tertia, & .§. vltimo, & pen. Allegat Hoſtien. C. de ſententijs, & interlocuto. omnium iudicum. l. cum ſententia, & l. ex ſtipulatione. *Legatum.* ſancti Angeli Diaconum Cardinalem. *Tenore.* ſcilicet quòd inſpectis eccleſiæ Ilerdenſis priuilegijs &c. Canonicus tanquam procurator, vel aliâs vt not. ſ. de teſti. cum olim. Innocen. *Per officium.* & videtur, quòd in hoc officio non ſit litis conteſtatio neceſſaria: cum ex ea nihil lucretur reſtitutus. Sed tantùm, deſeruit actioni, ideſt, viā præparat principali quæſtiōi: vt infra ſequitur. Secus eſſet vbi ſuccederet loco actionis. Sed tutiùs eſt dicere, quòd ſemper fiat: & hoc ſatis dicit. c. ſecundū. de offic. iudic. Innocen. *Sententiam.* Sed contra, quia competit ordinarium auxilium appellationis. ff. de mino. in cauſæ. Reſpondet Goffredus id in ſententijs Papæ locum non habere: cum non ſit ſuperior, ad quem appelletur, de electione. licet. in fine. Et ſi competat ſupplicationis remedium vtrumque extraordinarium. Ideò vnum alterum ſaltem in origine non excludit. ff. quod metus cauſ. ſi cum exceptione. § eum qui. Et vide quod ibi notatur. Sed quid de ſententijs inferiorum: dicit Goffre. Nec quoad illas obſtat ratio de. l. in cauſæ. Nec. l. j. C. ſi ſæpius in integrum reſtitutio peta lex. enim, in cauſæ. loquitur, cum minor tutus eſt ipſo iure: quod ceſſat maximè lapſo tempore ad appellandum. Et. l. j. loquitur quando petita fuit reſtitutio, & denegata. Super quo vide Nouellam infra c. fin. in. vij. quæſtione. *Reformari.* ideſt, ſententia Eugenij retractata, aliam cum meliori forma, id eſt, iuſtitiæ magis conſonam fieri, ſiue dari. Innocen. *Reſtitui.* nota libellum iſtum continere duo capita, vnum in quo petit reſtitui ad audientiam & reformationem ſententiæ. Hæc enim omnia primò inquirenda ſunt in inte. reſtitutio. vt. ſ. eadem decreta. in fin. Secundum capitulum eſt, quòd eccleſiæ ſibi reſtituantur. Vel potes dicere quòd reſciſſa ſententia per beneficium reſtitutionis in integrum, per conſequens iſta omnia occaſione ſententiæ facta reuocabūtur. ſ. de procuratoribus. ex inſinuatione. § j. & .ij. & c. in noſtra. de electione. qualiter. ad fin. prudens ergo aduocatus diligenter attendat, quid in libello petat. Nam ſecundum libellum formanda eſt ſententia. ſ. de ordine cognitionum. c. ij. de ſimonia. licet Hely. Poſſet etiam petere in libello, ſi vellet eccleſias ſibi adiudicari. ſi fortè ratione ſentētiæ reuocatæ ſibi reſtituendæ non eſſent. Fortè, quia primò non erat poſſeſſor illarum eccleſiarum: ſed meis ſolùm modo ius habebat. Et ſi hæc omnia petat non ſemper eſt ſuper omnibus facienda litis conteſtatio à principio: niſi ſecundum quod infra dicetur. Innocen. *Deliberauimus.* Non enim eſt ſententia præcipitanda. Pro quo infra eodem. c. verſi. proſpeximus. vj. quæſtione. j. quomodo. ij. quæſtione. vj. Deus. xj. quæſtione. iij. ſummopere. & c. graue. xxxij. quæſtione. ij. quod non formatum. Sed proferenda cum deliberatione habita cum peritis: vt hîc. C. de ingenu. manum. l. tertia. Et etiam cum libris deliberandum eſt: vt. C. de acqui. poſſeſ. l. ex libris. quia multa latent. xxiij. diſtinctione præterea. ff. de offic. aſſeſ. l. liberti. hoc eſt contra iudices ſuas capitaneas opiniones ſequentes. Quod dic, vt nota. ſupra de conſti. c. primo & c. ne innitaris. *Indulſiſſe.* bene dicebant: dummodo conſtaret Papæ ſic mandaſſe. Vel dic, vt dicetur infra. Innocen. *Supplicationem*: quia contra ſententiam principis venire non licet: niſi per viam ſupplicationis. vt notatur ſupra eodem, ex literis. Innocen. *Præſertim*: ſecunda ratio motiua. *Sententia*: vigeſimaquinta quæſtione nona. veniam. Innocen. *Subreptum*: de hoc notatur de reſcriptis. cum dilecta. Innocen. *Ætatum.* octuageſimaſexta diſtinctione tanta. *Temporum*: nec non perſonarum, & locorum ſupra de tranſact. c. fin. *Neceſſitatum.* lxj. diſtinctione. Priſcis. de elect. cum in cunctis. *Et ſecundum*: tertia ratio. Contra res. ff. de mino. l. minor. ſeu etiam maior. C. ſi ſępius in integrum reſtitutio poſtulet. l. j. & .ij. Innocen. *Proſpeximus*, quarta ratio ex data, quòd data in ſententia eſt ponenda: ſicut in reſcriptis. de reſcrip. eam te. & in libello. in authentica de exhiben. & introdu. re. § ſancimus. verſi. ſuſcepto. Hoſtien. *Primo.* xlviij. diſtinctione. c. j. de pœnit. diſtinctione. ij. §.

hoc quidem de charitate.lxxvij. diſtinctione,monachus.C. de his, qui veniam ętatis impetrauerunt. l.ij. Innocen. *Illa nitens:* quinta ratio. Et dicat Hoſtien. illam non ſolùm notam,ſed etiam diffinitiuam. *Præcipuè ratione:* ecce,quàm incautum eſt exprimere cauſam in ſentẽtia. Reprobata enim cauſa, ſententia retractatur,vigeſimaprima diſtinctione, in tantum.C.de iudic.l.properandum.§. illo. de re iudicata. ſicut. ff.de his, qui not. infa.l. quid ergo.§. quantum.lo. ff. de excu.tuto.qui teſtamento. Philip. *Conſultum.* quod facebat pro Ilerdenſe, vel non inducit pro eo, quòd faceret, ſed vt oſtendat, quòd bene inſtructus non erat Innocen. *Falſitati:* id eſt, fuit reputatum, quod non eſſet. Philip. *Regiſtro:* cui ſtatur Hoſtien. de quo dictum eſt ſupra de procuratoribus c.j.Et facit de probatio.c.j.de præſcrip.ad audientiam. *Tandem:* quaſi diceret ſecundum Hoſtien. propter ſubreptionem, de qua conſtabat, pronunciare poſſemus de re iudicata.cum olim. Tamen quia æquum eſt,& fortè in hoc caſu iuſtam partem audire: ideò in hoc deliberatio noſtra &c. *Data:* per literas Cœleſtini.Innocen. *Danda:* propter læſionem eccleſiæ Ilerdeñ. *Sententiam:* Eugenij Papæ: *Præſentibus:* Danda eſt enim cum cauſæ cognitione.ff.de minorib. l.in cauſæ.l.omnes.de reſti. in integ. Niſi fortè vocatus per tres menſes non comparuerit:vt in authentico vt ſpon.largi.§. adhæc. Innocen. *Vſque.* de hac forma citandi ad diem feſtum remiſſiones dat Nouella de dolo & contuma. cum dilecti. Et de citatione ad diem feria.j̃.de ferijs.c.vltimo.& ponitur iſta dictio hîc excluſiuè: ne inde ſequatur abſurditas, ſi incluſiuè poneretur ſecundũ Collect.qui remittit ad collecta ſua de ordi.ab Epiſ.c.j.vbi pleniſſimè hoc dixi. *Idoneum.* remittit in hoc Hoſtien. de procuratorib.&.c. querelam. &.c.accedens. *Si poteritis & volueritis:* petẽtibus autem in integrum reſtitutionem incumbit onus probandi, ſi dicant ſe læſos.ff. de iureiurando. nam poſteà.§. ſi minor.ff.de mino.l. quòd ſi minor.§. non ſemper. &.§. ſi quis iuuenili. &.l.non omnia. & videtur lædi quinque modis: vt iuribus proximè allegatis Innocen. *Principali negocio:* id eſt,ſuper eccleſias, ſuper quibus à principio agebatur, Retractabitur enim primò ſententia, ſi de iure fuerit videlicet per beneficium in integrum reſtitutionis. Sed hanc retractationem præcedere debet aliqua ſummaria cognitio, ſcilicet vtrum quis coloratè petebat, nęcne: & ſuper hoc recipitur probatio. Sufficit tamen ſi videat priuilegium, vel inſtrumenta, quæ animum iudicis mouere debeant, non audita diſputatione ſuper eis.s̃. eod.c.ij. Vel ſufficit, quòd recipiat iudex iuramentum partis: vt.s̃.eodem.c.proximo. &.ff.de mino.l.minor.ſecundum Innocenti. Et ſufficit quãdoque ſolus aſpectus.de mino.l.minor.xxv.annis, adito pręſide.ſecundum Hoſtien. Et ſic notatur quòd prius diffinietur negotium in integrum reſtitutionis, quàm incipiatur negotium principale.Ad idem.ff.de procuratorib.l.qui pro prio.§.Item quæritur.&.l.nam poſteà.§.ſi minor. allegta,ſecundum Innocen. Cuius magna glo. hîc incipit: ad quam redibo.s̃.*Adimplere:* ſcilicet, non veniendo contra per vos, vel alios. *procedemus.* Nam ſi per trẽs menſes venire diſtulerit, procedetur ad audiendum reſtitutionem in integrum. ſi danda ſit, in authentico vt ſpon. largi.§. adhoc. Innocen. Poteſt ergo iudex in peremptorio comminari Hoſtien.

¶ Primò opponitur, quia hîc lapſo quadriennio reſtitutio fuit data contra.l. ſi.C. de temporib. in integrum. reſti. petend.vt in prima glo.Ber.Refert Innocen. quoſdam dicere, quòd tempore Anaſtaſij proximi ſucceſſoris Eugenij, fuit petita reſtitutio in integrũ. Nec ſtetit. per dilationes actoris,quin infra quadriennium terminaretur cauſa in integ. reſtitutio. ſed per iudicem, vel aduerſariũ.vnde ſibi nocere non debet.C.de temporib.in intergrum reſtitutio. peten.l. petendæ.argumento ſecunda quæſtione. vj.anteriorum.& authentico. vt ſpon.largi.§. hoc quoque.ff. ex quibus cauſis maiores.l.ait prætor.§.vltimo.cum tribus legibus ſequenti. bus. & maximè cum id ſtetit per principem: vt in gloſſ. Et facit infra de appellationibus.ex inſinuatione. Videri poſſet, quòd tempus iſtud currat: cum continuum ſit. Sed detur reſtitutio ſicut cum iudex non vult ius dicere.ff.ex quibus cauſis maiores.l.ſed & ſi per prætorem.in principio.Sed vt dixerunt Ioan.& Philip. hoc nõ eſt verum, quia ſecundũ hoc peteretur reſtitutio temporis petendæ reſtitutionis.Et ſic ſecũdi tẽporis iterum reſtitutio peti poſſet.& ſic in infinitũ. Et quid iuris, ſi denegetur dicetur eodem. c.fin. idem etiã hoc non placet Innoc. quia Eugenius vixit. viij. annis, & ſentẽtia fuit lata primo menſe ſui ordinis. Ergo à tempore latæ ſentẽtiæ vſque ad tempus Anaſtaſij fuerunt pluſquã quatuor anni.Subdit, quòd Vincen. dicit de præſcrip.ſubduci tempus Eugenij malè iudicantis: quia contra eius ſententiam agebatur.xvj.quæſtione.iij. ſacerdotes. Et placere videtur Tancred.Et Innocen.& fortè hoc vult decreta. prima.in fin.j̃.eodem.lib.vj.vt ibi not. Vel ſecundum Hoſtien. etiam coram Eugenio petita fuit reſtitutio, vel interuenit præuaricatio: vt dicto.c.j.vel inuenit eccleſia nouas deffenſiones.j̃.e. vltimo, vel quia patens fuit ſubreptio, de qua ſubreptione,vel falſitate ſemper quæri poteſt. de procuratorib.in noſtra.de exceptio.venerabilis.vt.j̃.verſ.proſpeximus.ar.j̃. de purgatione. canonica. ſignificantibus. & concordãtijs.no.Hoſtien.j̃.de rebus eccleſis non alienis.ad noſtram. ſuper verbo, per multos. dicens, quòd in illo.c.contractus fuit nullus. Sed ſi dicas eum tenuiſſe, & quadriennium infra quod reſtitui eccleſia debuit, lapſum fuiſſe: poteſt dici, quòd adhuc implorari officium iudicis generale. argu.s̃.de pact.cum pridem.&.ff.de exercitorijs. actionib.l. ij.§.parui refer. ſecundum Hoſti.ibi. Vel audita fuit eccleſia poſt quadrienniũ iure maioris ex clauſula generali.ff.ex quibus cauſis maiores.l.j.Sed in hoc ſuffibit læſio: Imò neceſſe eſt etiam, vt ſubſit alia iuſta cauſa, vt habent etiam verba edicti. Iſta ergo reſtitutio plus pendet à mero puro iudicis officio,quàm à petentis inſtãtia.Sed reſtitutio minoris, vel eccleſiæ plus pendet à iure: & inſtantia petentis, quàm ab officio iudicis: & iudicis officium exercetur, ſibi videtur, curſu temporis non obſtante,vt hîc, &.j̃.de iureiurãdo,ad noſtram.ij. & de inſti.cum veniſſent. in fin.de reb. eccle.nõ alienan.ad noſtram. Et ſecundum hoc poteſt ſaluari opinio a Alani & Goffre. Naſonis ſecundum Hoſtien. † Circa hoc ergo diſtingue: cum quæritur, vtrum eccleſia poſſit petere in integrum reſtitu.poſt lapſum quadriennij,quia aut petit iure minoris,& non poteſt,vt in contrario. &.j̃.eodem.c.j. &.ij.lib.vj. &.c.j. in Cle. Aut petit iure maioris ex clauſula generali,& hoc poteſt etiam poſt quadriennium, & vt hic. &.j̃.eod.c.j. in fi.lib.vj. per prædicta. Sed dę hoc dicam in dicto.c.j.j̃.eo.lib.vj. ¶ Secundò opponitur ibi: *non obſtante:* quia iſtud videtur contrarium expreſſe ad illud, quod habetur.j̃.eod.c.§.tandem. in principio. Super quo vide, quod ſcripſi in expoſitione literæ, in verbo, non obſtante. Et ſolue vt ibi vel dic, quòd licet Cœleſtinus commiſiſſet, quòd non obſtante ſententia Eugenij cognoſceretur de cauſa, illud mandatum non fuit fortè iuſtum, vel fuit ſubreptitiè impetratum, & habuit tacitam conditionem de veritate expręſſorum.iuxta lecta,& notata.ſupra de reſcriptis ex parte.& de offic. del. ſi quando. Et ideò licet nonnulli aſſererent,quòd Cœleſtinus per illud mandatum voluit dare reſtitutionem eccleſiæ Ilerdenſis contra ſententiam Eugenij ex eo, ſi quia mandauit, quòd ea non obſtante de cauſa de vno cognoſceretur, & ad ſententiam procederetur: tamen Papa Innocen. tertius conditor huius decretalis nihilominus voluit de duobus inquirere. Primò videlicet, an inſpectis literis mandati Cœleſtini, & priuilegijs in eiuſdem literis aſſertis ſuper quibus mandatum id fundabatur de iure cenſeri deberet data reſtitutio per dictum mãdatũ Cœleſtini contra ſententiam Eugenij ipſi eccleſiæ Ilerdenſis.

¶ Secundo ſi non poteſt cenſeri de iure data reſtitutio per

dictum

dictum mandatum, nunquid tamẽ dictis priuilegijs denuo inſpectis danda ſit per ſententiam hæc reſtitutio? Et quia horum examinatio non poteſt fieri ordinatè: niſi partibus præſentibus, vel altera abſente per contumaciam, ideò procedit ad citationem: vt in textu. Et ſic nulla contrarietas. Iuxta quod quæritur, nunquid vera ſit aſſertio illa, de quia loquitur hæc decretalis. in § nos igitur. in principio ibi: *nonnullis aſſerentibus.* in eo, quod habet, quòd Cœleſtinus Papa Cardinalis ſancti Angeli committendo cõtrouerſiam partium, ſub eo tenore: vt inſpectis Ilerdenſis eccleſiæ priuilegijs, auditis etiam partium rationibus, non obſtante memorata ſententia Eugenij, diffinitiuam ſententiam proferret, eamq́ faceret obſeruari: viſus fuit contra dictam ſententiam Eugenij Ilerdenſis eccleſiæ reſtitutionis beneficium indulſiſſe. Super quo habes ibi gloſſam Bernardi in verbo, committendo, & vide, quod ſcripſi in expoſitione literæ, ſuper verbo, indulſiſſe. Et ſuper verbo non obſtante. Ex quibus videtur poſſe recipi iſta diſtinctio breuis: quia aut tale mandato eſt productum iudicialiter, & pars citata ad dicendum contra: ac per partem ſic citatam nullatenus iuridicè impugnatam: Aliàſque quoad narrata in ipſo adueratum & iuſtificatum: aut non. Primò caſu, aut quæris, vtrum donec reuocetur ſit ſtandum ei: & videatur per ipſum beneficium in integrum reſtitutionis contra ſententiam Eugenij eſſe conceſſum. & dico, quòd ſic. Primum patet, quia mandato Pape, de quo conſtat, licet durum videatur prima facie, obediendum eſt. ſ. de maiori. & obedien. c. ſi quis venerit. xix. diſtinctione, in memoriam. Patet ſecundum: quia conſtat Papam eſſe caput eccleſiæ, & eſſe liberum adminiſtratorem ipſius. & propter hoc de iure vnius libere poſſet dare alteri, etiam contra ius poſitiuum. In quo tale patet eius poteſtas iuxta ea, quæ leguntur, & not. in dicto c. propoſuit. & de præben. c. ij. lib. vj. & de immunitate eccleſiarum. c. quoniam. in Clemen. cum ibi notatis ſuper verbo, pro infectis. Eius enim authoritas, & voluntas ſupplent omnem ſolennitatem in danda reſtitutione neceſſariam: vt. C. de teſtamen. l. omnium. & de donationib. inter virum, & vxorem. l. donationes. Quòd autem ſit præſumendum hoc caſu fuiſſe de mente Papæ dare reſtitutionem faciunt bene notata hîc per Bernar. in dicto verbo, committendo. in principio. Nam reſtituere aduerſus ſententiam, nihil aliud eſt, niſi in primo ſtatu reponere: & ſic impedimentum ſententiæ tollere: vt patet ex his, quæ ſcripſi. ſ. eodem titu. in rubrica. § dicitur autem reſtitutio. Modò per non obſtãtiam expreſſam Papa tollit huiuſmodi impedimentum: vt patet ex notatis Cardinalis & aliorum. j. de reſcrip. c. cum aliquibus. lib. vj. & ſonant hoc verba Innocen. Et probatur ratione, quia ſentẽtia quę trãſiuit in rem iudicatã, manente & non ſublata nõ poteſt committi controuerſia: nec de cauſa cognoſci, nec ſentẽtia ferri j. de appel. ſi appellationem. in Clemen. cum ibi notatis & concordantijs ſuis. Igitur Papa committens controuerſiam, & volens de cauſa cognoſci, & ſententiam ferri, non obſtante ſententia, voluit impedimentum ſententiæ tollere. ff. de excuſationi. tutorum. idem Vlpianus. in fin. de acquirenda hæreditate. l. illud. de re iudica. quidam. cum ſimilibus. Aut quæris, vtrum poſſit popter iniuſtitiam, ſi eam contineat, reuocari. Et dico, quòd ſic per ipſum Romanum pontificem, vel eius ſucceſſorem, vt hîc expreſſe probatur ſed non per alium: vt. j. de confirmatione vtili, vel inutili. c. ij. cum ſimilibus. ¶ *Secundò* verò caſu principali, dico non eſſe cenſendum reſtitutionem eſſe datam per ea, quæ ſcripſi in dicto verbo, non obſtante. Et ſic procedit iſta decretalis: quia vel omnia præmiſſa, vel alterum de eis, hic ſupponitur defeciſſe: vel ſaltem an defecerit dubitari. & hoc vltimum verius. Et iſte eſt verus intellectus, vt credo, & vera ratio, quare pars hîc vocatur, videlicet, quia dubitabatur, ſeu potius non conſtabat, quòd dictum mandatum Cœleſtini fuiſſet productum contra partem, & parte citata quoad narrata aduerátum, & iuſtificatum: & per partem non impugnatum. Nec conſtabat, quòd de hoc aliàs conſtitiſſet: nec de his, conſtare poterat: niſi parte vocata. Ideò ad hoc videndum & ex ſequẽti ad ſciendum, an per tale mã datum data fuit reſtitutio. Et ſi non; an ſaltem danda ſit. In quibus principaliter Papæ deliberatio reſidebat, pars non immeritò citata fuit argumentum. ff. de re iudicata. de vno quoque. cum ſi. Et ſic rectè intelligitur. § tandem. j. eodem. Et ſic poſſunt intelligi illa verba, *auditis etiam partium rationibus.* Poſita in mandato Cœleſti. vt hîc patet in § idem quoque. Rationes enim partium ſtabant, nedum in mandati exequutione, ſed etiam in ipſius aduceratione & iuſtificatione: cum ſine illa non ſit exequutioni mandandum: cum habeat tacitam conditionem, vt dixi: ſi illa veritate nitantur. de reſcript. ex parte. verſ. verum. cum ibi notatis & allegatis in gloſſ. not. ergo. ¶ *Sed* contra videtur, quia vt dicitur. j. eodem. § verum. vigore mandati proceſſum fuit ad teſtium receptionem: igitur per proceſſum habitum inter partes, videtur mandatum approbatum: cum exceptio ſubreptionis quæ opponi habet contra mandatum iuriſditionis ſit declinatoria, & per conſequens proponi habet in principio cauſæ. C. de probationib. l. exceptionem. & de exceptio. l. fin. & ff. de iudicijs. l. ſed & ſi ſuſceperit. in prin. & quod not. de probatio. quoniam contra. in gloſſ. exceptio enim. & qui non opponit, dum opponere debet talem exceptionem, ad eam ampliùs redire non poteſt: vt. j. de exceptio. c. paſtoralis. & C. de iuriſditione omnium iudicũ. l. nemo. & dicta. l. ſed & ſi ſuſceperit. in principio. ¶ *Solutio* ſi teſtes producti fuerunt, non per hoc ſequitur, quòd ritè producti fuerint, ſeu quòd pars ad hoc, vel ad oppoſitionem contra mandatum citata fuiſſet. Et ideò, vt hoc examinetur, adhuc pars nouiter eſt citanda. Vel dic, quòd & ſi de hoc conſtaret, tamen quandocunq; ante ſententiam de huiuſmodi ſubreptione opponi poteſt. Aduerte enim quia mandatum illud duo in principe continebat: vnum expreſſè, videlicet commiſſionem, ſeu iuriſdictionis, & poteſtatis cognoſcendi conceſſionem. Aliud verò tacitum ſiue implicitum in verbo, non obſtante. videlicet reſtitutionem gratioſam ſine cauſæ cognitione, & partis vocatione eccleſiæ Ilerdenſis aduerſus ſententiam Euge. tacitè conceſſam. Et eſt ſecundum gratioſum, & præambulum ad primum. Et primum ſecundo præſuppoſito, à quo dependet, iuſtitiæ eſt. Et ideò hic contra iſtud mandatũ poteſt opponi duplex ſubreptionis exceptio: vna dilatoria reſpectu primi: & alia peremptoria reſpectu ſecundi: ſicut diximus, quòd exceptio ſubreptionis. literas & gratiam afficientis in vim dilatoriæ & peremptoriæ opponi poteſt: vt dicetur. j. de litis conteſtatio. c. exceptionis. lib. vj. Et conſueuit dici, de reſcrip. c. conſtitutus. & c. ad audientiam. ij. & c. ſuper literis. Modò licet exceptio dilatoria, ſeu declinatoria fori ſit proponenda in principio litis: peremptoria tamen ante ſententiam proponi poteſt. C. ſententiã reſcindi non poſſ. l. peremptorias. Et quòd ſecundam gratiam contineat patet: quia contra iuſticiam iuris communis eſt, quòd ſine cauſæ cognitione & partis vocatione detur reſtitutio: vt. l. in cauſæ. § cauſa. ff. de mino. & C. ſi minor. ab hære. ſe abſti. authentica ſi omnes. Et ſic procedit, quòd hîc nota. Bern. ad fin. gloſſ. j. ibi: ſed hoc fecit Cœleſtinus. ¶ *Sed ſecundo* ad intellectum literę circa hoc quęritur in d. § idem quoq; ibi: *dictam controuerſiam.* Super quo pendebat hæc controuerſia principaliter, an ſuper prima quæſtione per ſententiam Eugenij diffinita: an non ſuper reſtitutione aduerſus illam ſententiam data, vel danda. ſuper quo dubitauit. Bernardus in verbo committendo, & etiam ante fin. primæ gloſſam. verſicu. ſed tu potes reſpondere. Sed breuiter magis puto, quòd intelligatur textus de controuerſia primæ cauſæ principalia, & non de controuerſia reſtitutionis in integrum datæ, vel dandæ: niſi eo modo quo. ſ. proximè dixi: videlicet in modum ſubreptionis, & exce-

ptionis dilatoriæ, vel peremptoriæ contra mandatum op-
poneretur per partem: aut requireretur aduеratio, ſeu iu-
ſtificatio per iudicem: vt præfertur. Et eſt ratio, quia ali-
ter malè diceret text. in §. tandem. in principio, quòd deli-
beratio Papæ Innoc. in hoc reſederit, an reſtitutio data ſit
Certum enim eſſet tunc ꝙ per mandatū tale nō eſſet tunc,
data. Nam commiſſio cognitionis cauſæ, cauſam non diffi-
nit: vt de ſe patet. Quoque nec per mādati exequutionem
data eſſet: cum dicat ex parte text. in §. verum. quòd licet
teſtes recepti fuerint mandatum non ſit executum. Nec ta-
men apparet ex textu, per quem modum alium potuiſſet.
reſtitutio fuiſſe data. & ſi Papa ſuper re non dubia in va-
num deliberare voluiſſet: quod non eſt credendum. argu-
mento. ff. ad Carbonianum. l. quod Labeo. Item, quia aliter
ineptè textus loqueretur in §. idem quoque in verbo, non
obſtante &c. Si enim Papa committeret cauſam reſtitutio-
nis aduerſus ſententiam partibus præſentibus cogoſcen-
dam, fruſtra in commiſſione non obſtantiam poneret de
ſententia ipſa: quia licet ſententia tranſiens in rem iudicatā
obſtet appellationi & appellationis proſequutioni, vt Cle-
mentina, ſi appellationem. allegata. Non obſtat tamen ſup-
plicationi: vt. ī. c. proximo. nec reſtitutioni, ſeu cognitioni
cauſæ reſtitutionis. & eius commiſſioni, vt hîc. Item, quia
ſecundum hoc non procederent ea, quæ ſcripſi poſt Inno-
cen. in quibus concordant Hoſtien. & Nouella in verbo, nō
obſtante. Dic quòd Cœleſtinus committere voluit cauſam
primam. & quia ſuæ commiſſioni obſtabat ſententia, quæ
in rem tranſiuerat iudicatam, ipſe in fauorem eccleſiæ Iler-
denſis per modū gratiæ, non obſtātiſ, ſentētiam ipſam tol-
3 lere voluit de plenitudine poteſtatis. ¶ † Sed oppones: quia
nō præſumitur in dubio, quòd Princeps vti velit hac pleni-
tudine: vt not. Inno. de elect. innotuit. ad fin. argumentum
C. de legi. l. digna vox. & ff. de le. iij. l. ex imperfecto. Solu-
tio, dum illud dicis regulariter verum. Sed dic, quòd fallit,
dum apparet tacitè, vel expreſſè de contraria voluntate.
Princeps enim ſolutus legibus poteſt, ſi vult in iſtis poſiti-
uis vti hac plenitudine poteſtatis. ff. de legi. l. Princeps &. c.
propoſuit. &. c. innotuit: allegatis, de præben. c. ij. lib. vj. Et
æquiparo tacitam voluntatem expreſſè. ff. de legibus. de
quibus. ſi cert peta. l. cum quid. Modò dico, quòd cum prin
ceps, qui in iure non poteſt decipi: vt. l. omnium. allegata
&. ī. de conſtitutio. c. j. libr. vj. certificatus eſt de facto, & ſic
ex certa ſcientia ſuper illo actum gerit: de quo in iure con-
ſtat, quòd valere non poteſt in plenitudine poteſtatis, cen-
ſetur dicta plenitudine velle vti: in iuribus proximè alle-
gatis, & l. idem Vlpianus. & l. illud. & l. quidam. ſ. allegatis
ſicut dominus ſeruum ſuum ſcienter hæredem inſtituens,
vel ipſum filio ſuo tutorem ordinans, de libertate mentio-
ne non facta, cenſetur ſibi dare libertatem: vt tollat impe-
dimentum quod aliàs inſtitutioni, vel tutelæ obſtaret. ff. de
fideicommiſſ. liber. l. generaliter §. ſi quis tutorem. C. de ne-
ceſſ. ſeruis inſti. l. penulti. in principio. & ibi concord. Mo-
do ſic eſt in propoſito, vt patet ex dictis. ¶ Tertiò opponi-
tur, quia hîc videt̃ innui circa principiū ver. *cui etiam Ale-
xander*: ibi: *denuo*. quòd legationis officium per mortem
committentis expiret, contra quod opponitur. de c. lega-
tos. ī. de offic. lega. libr. vj. ſed ſolue. vt ſcripſi in expoſitio-
ne literæ in verbo, denuo, videlicet, vel quòd alio modo
de iure poſſibili officium, vel exercitium legationis reli-
querat. & poſteà denuo reaſſumpſit. Vel quòd verbum de-
nuo, non determinat verbum fungenti ſed verbum, com-
miſit. Vel dic, quòd licet ita crederet fortè Innocen. tertius
conditor huius antiquæ decretalis. contrarium tamen de-
claratum eſt hodie per decretalem nouam pro cōtrario alle-
gatam. Sicut ſępe videmus, quòd etiam in declaratorijs
conſtitutionibus vltima derogat primæ. Non enim eſt no-
uum, quòd priores leges trahantur ad poſteriores: vt. ff. de
legi. non eſt nouum. Vel dic veriùs, quòd hæc decretalis.
illud dubium non intendit decidere. Sed ſic ſupponit in fa-
cto fuiſſe, quod de iure poſſibile erat, vt ſcripſi in prima ſo-
lutione, Ideò ſtabo teſtimonio literæ ſuper facto argumen
to Clemen. j. de probatio. Nec inquiram quomodo factum
fuerit, quia illud ſcire non proficeret argumentum. ff. ad
velley. l. ſi quando. Quomodo autem, id fieri potuerit, deci-
4 ſum eſt per alia iura. ¶ † Iuxta hoc quæro hîc Hoſti. de
quæſtione facti, quam ponit Specula. titu. ſecundo § fini-
tur. verſicu. ſed pone de facto. Ecce enim, quòd Clemens
de fratrum conſilio fecit Cardinalem Albanen. legatum in
Francia, & in partibus tranſmarinis Crucis ſignaculo ſibi
dato. Sed ſuper legatione tranſmarina nulla litera facta fuit
qui intrans Franciam, vſus eſt officio ſuo prædicando, &
cruce ſignando, ac modis alijs. Demumque poſteà Clemen.
mortuo, & ſede vacante, quærebatur, an ipſius officium
expiraſſet, ſaltem quoad partes tranſmarinas. videbatur
aliquibus quòd ſic: quia quoad illas res erat integra, & quo-
ad eas literas non habebat argumentum. C. de mandatis
principū. l. j. & de iure fiſci. l. prohibitum. Aliud cōtrarium
videbatur, quia crucem recipiendo & legatione Franciæ
quaſi præparatoria ad illam vtendo, non erat res integra.
Et id potiſſimè in legatione fratris, id eſt, Cardinalis. argu-
mento. C. de inofficio teſtamēto. l. ſi mater & l. ſancimus. ad
finem. Non obſtat, quòd de legatione trāſmarina non fuit
facta litera, ſine qua non probatur legatio: quia dici po-
teſt illud locum habere in extraneis, non qui de latere mit-
tuntur. Et ſic poteſt intelligi. xcvij. diſtinctione nobiliſſi-
mus, argumento in eo, quod legitur, & notatur. C. familiæ
erciſcundæ. l. fin. C. de teſtamentis. hac cōſultiſſima. § ex im-
perfecto. & authentica. inter liberos. ff. de liberis, & poſthu-
mis hæredibus inſtituendis, vel exhęredandis. l. in ſuis. de le
gatis. ij. vnum ex familia. Et quod not. de officio legati. c. j.
ad fin. lib. vj. Item, quia fallit illa regula in legatione ſic ſolē-
niter data per principem. & l. omniū alleg. Sed & Cardina-
les poſſunt literas ſuas teſtimoniales ſuper hoc dare. de ſen-
tentia excommunicationis. c. j. de probationib. poſt ceſſio-
nem. Et dicit addenda, quæ notantur de pręben. cum non
ignores. de offi. dele. quoniam Abbas. ante ſi. & Nouella re-
mittit ad not. ſua poſt Archidiaco. in procemio ſexti, ſuper
verbo. tranſmittimus, & ego remitto ad lecta, & nota. mea
ī. de offi. le. c. legatos. & capitulo præſenti. lib. vj. ¶ Quartò
opponitur, contra §. tandem. ver. vel, ſi forſitan. ibi: *vt in
principali*. Nam etiam, vt ibi ſcripſi circa literæ expoſitio-
nem, vult ille textus, quòd primò diffiniatur negotium in
integrum reſtitutionis, quàm incipiatur negotium princi-
pale. Contra quod opponitur: quia videtur, quòd iura non
deberent tollerare hanc protractionem: nec inducere hunc
circuitum cauſarum: cum vna probatio ſufficiat ad vtrū-
que, ſcilicet. ad beneficium in integrum reſtitutionis, & rei
reſtitutionem obtinendam, argumētum. ff. de minoribus. l.
vltima. ff. de condictione cauſa data. l. ſi quis acceptotulerit.
& l. ſi mulier. ff. de his, qui in fraudem creditorum. l. ait præ-
tor. §. ſi creditor. ſecundum Innocen. Facit. l. ſine hęrede. § in-
terpoſito. ff. de adminiſtratione tutorum. inducit Hoſtien.
illud intereſſe publicum: vt lites citius decidantur. ī. de do-
lo, & contumacia, ad fin. Et vt partium parcatur laboribus,
& expenſis. ī. de appellationib⁹, vt debitus. Et pro hoc facit
illud vulgare, ꝙ fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per
pauciora. ff. de condictione indebiti. l. dominus teſtamento.
Ex quibus videtur, quod meliùs, & vtiliùs, ac rei publicæ
expedientiùs foret vtrumque quòd in vno iudicio, quàm duo
bus terminari. Et aduerte: quia ad materiam huius oppoſi-
tionis venit tota magna gloſſ. Innocen. quæ propter maxi-
mam vtilitatem deberet aureis literis eſſe deſcripta. Et ca-
ue, quòd quanquàm videatur tibi prima facie intrica-
ta, nihilominus eam intelligas, quia aliter principia, & ve-
rum intellectum huius tituli. non haberes. ſumemus igitur
dictam gloſſ. deſcendendo ad diſſolutionem oppoſitionis
prælibatæ. ¶ Soluunt ergo Tancredus & Ioannes dicentes,
quòd ſi dominus eſſet, qui petit reſtitutionem in integrū

& de

& de hoc conſtaret, non ſolùm iudex daret beneficium reſtitutionis in integrum, ſed etiam faceret rem reſtitui. Sed ſi non probaſſet ſe eſſe dominum, & ita de dominio non conſtaret, ſed tantùm probaſſet ſe læſum, daretur ſibi tantum beneficium reſtitutionis in integrum: vt videlicet venditio, vel alius contractus, qui impediebat rei vendicationē de cætero non impediret. Et ſecundum hoc ſoluunt prædictam contrarietatem Innocen. Puto, quòd velint dicere ſic: aut petens reſtitutionem aduerſus contractum, præſcriptionem, vel ſententiam, poteſt probare ſe dominum: & ad hoc ſe offert: & tunc ambo eodem iudicio terminentur, per ea, quæ fuerunt pro contrario allegata. Aut non poteſt hoc probare, vel ad hoc ſe nō offert: & tunc neceſſariò habet præmittere iudicium reſtitutionis petendo per reſtitutionis beneficium reſcindi contractum, præſcriptionem, vel ſententiam, antequàm videlicet per iudicium reſciſſorium, id eſt, per vtilem actionem in rem petat rei reſtitutionē. & ſic intelligatur iſta decretalis. ¶ Innocen. verò innuit, vt videatur non procedere primū dictum, vbi res non poſſidetur per illum, cōtra quem petitur reſtitutio, ſed per alium. Dicit enim ſic: Sed nobis videtur, quòd in contractibus minor, vel eccleſia implorabit in integrum reſtitutio. contra eum cum quo celebrauit cōtractum, non contra eum, ad quem res illa peruenerit: niſi & ille ſciret rem ita geſtam, vel niſi contrahens non eſſet ſoluendo. Subditque ad propoſitum, quòd in hoc caſu, ſcilicet, quando agit contra illum, cum quo contraxit: ſubaudi ſecundum Hoſtien. & Nouellam, & qui poſſidet rem, ſiue ſit dominus ſiue non petens reſtitutionem probata tamen læſione, ſecundum Hoſtienſem nōn ſolùm reſtituetur in integrum, ſed & reſtituetur ei res. Et in hoc extenditur primum dictū proximè diſtinctionis. Quod ſe ad dominij probationem reſtringebat. Et ad huius declarationem, ſubdit etiam Innocen. quòd cauere ſibi debet ille, qui petit reſtitutionem in integrum in conceptione libelli.

5 ¶ † PRIMO quæro igitur. Principaliter circa iſtam materiam, qualiter qui habet in integrum, & rei reſtitutionem petere. debet formare libellum reſpondet Innocen. dicens, quòd ſi eſt dominus, dicat ſic: cum ſim læſus in tali venditione peto in integrum reſtitui, & rem mihi reddi. Vel ſi non eſt dominus, dicat: *Peto ex officio veſtro reduci in eum ſtatum in quo eram*: Et ſic intelligit. ff. de minoribus. l. in cauſæ. § interdum. & § vltimo. ¶ Sed contra hoc opponitur de. l. qui proprio. § Item quæritur. ff. de procuratoribus quę fortiter videtur contra facere, videlicet, quia videtur dicere, quòd vbi minor petit reſtitutionem rei contra illum, cum quo contraxit, agendum eſt ad rei recuperationem, licet cogatur procurator primi iudicij, & contra ſecundum defendere. ¶ Reſpondet Innocen. quòd ille § habet diuerſos caſus, ſecundum quorum poſitionem non contradicit, ſed etiam caſui, ſecundum quem occurrit contrarietas. Adhuc reſpondet, dicens quòd ibi minor vendidit iura, quæ in re aliqua habebat, ſed rem non tradidit: quia non ipſe, ſed emptor, cui iura vendidit, eam poſſidebat. Et ideò iudex per officium ſuum non potuit ei reſtituere rem. cum rem non poſſederit tempore cōtractus. Sed caue, quia iſte intellectus diuinatorius eſt. Nec eſt verus intellectus dicti § verum autem intellectum poſteà tibi dabo.

6 ¶ † SECVNDO ad præmiſſorum declarationem vlterius quæro, qualiter proceditur in integrum reſtitutione cum non petitur reſtitutio aduerſus contractum, ſed aduerſus probationes omiſſas, vel aduerſus præſcriptionem, aut aduerſus ſentētiam: nūquid tunc neceſſarius eſt libellus vel litis conteſtatio aut qualis alius ordo eſt neceſſarius. Et aduerte, quia hic ſunt tres implicitæ quæſtiones. ¶ Ad primam quæſtionem reſpondet Innocen. dicens, quòd cum in iudicio petitur in integrum reſtitutio aduerſus allegationes vel alias probationes omiſſas: tunc dicimus ſic procedendum: quia actor petet in integrum reſtitutionem, & iudex quæret cauſam in integrum reſtitutionis, ſcilicet, læſionem, & cauſam læſionis, ſcilicet, quare hoc non dixit ante ſententiam. Et ſi dixerit iuſtam & notam cauſam, quæ moueat iudicem: tunc iudex ſine litis conteſtatione, ſubaudi: & per conſequens ſine libello in ſcriptis dando. argumento. ſ. eodem. c. ij. & ſ. de officio iudicis. c. ij. ac ſine alijs probationibus, poſtquàm cauſa iuſta & nota eſt, audita tamen parte altera, & cognitione ſummaria, & breui præmiſſa, dabit in integrum reſtitutionem: vt audiatur: vt. ſ. eodem. cum veniſſent. § nos igitur. & c. auditis § ſi. Sed ſi incoloratè petat: puta, quia nō aſſignat aliquā iuſtam cauſam, quæ moueat iudicem, reſtitutionē denegabit. Si tamen allegat iuſtam cauſam, ſed non notam. iudex ſummariā probationem cum ſummaria cauſæ cognitione recipiet. Et ſi docet de illa ſummariè dictam reſtitutionem concedet. Aliâs eam denegabit, vt iuribus allegatis. & ff. de iureiuran. l. nam poſteà. § ſi minor. & de minoribus. l. minor autem magiſtratus. Subdit Innocen. quòd ſi data fuerit reſtitutio ad audientiam ſecundum præmiſſum caſum, illa reſtitutione data, iudex omiſſa probatione recipiet: vt. § ſi minor. & l. minor autem magiſtratus. allegatis. Et probatur hîc in decretali. ſ. proximè præcedenti. Et ſecundum hoc, quando petitur reſtitutio in iudicijs contra tales allegationes ſeu probationes omiſſas, non eſt neceſſaria litis conteſtatio, ſubaudi, nec libellus in ſcriptis, ſed ſolùm præſentia partium: vt per eam refrenetur petens reſtitutionem à falſo dicendo: licet quando in contractibus petitur in integrum reſtitutio neceſſaria ſit huiuſmodi litis conteſtatio, & per conſequens libellus in ſcriptis: vt. ſ. de officio iudic. c. ij. vbi eſt argumentum. ad vtrumque. ¶ Ad ſecundam quæſtionem reſpondet Innocen. dicens eſſe notandum, quòd vbi maiores, vel abſentes cauſa rei publicæ petunt officio iudicis aduerſus præſcriptionem in integrum reſtitutionē: tunc neceſſaria eſt litis conteſtatio, Supple, & libellus in ſcriptis. Item & neceſſaria ſunt duo iudicia. Subaudi, reſciſſorium & reſcindens. Nam primò fertur ſententia ſuper reſtitutione, & poſteà proceditur in cauſa principali. C. ex quibus cauſis, in integrum reſtitutionis poſtu. l. vltima, & de capti. & poſtliminio reuerſis. l. ab hoſtibus. ¶ Ad tertiam quæſtionem reſpondet Innocen. dicens, quòd ea, quæ dicta ſunt. ſ. in proxima quęſtiōe petitur reſtitutio aduerſus præſcriptionem locum habent, dum petitur in integrum reſtitutionem contra ſententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam, vel aliâs ſuper proceſſu iudiciorum, vt hic, & ſ. eodem, auditis. & c. cum veniſſent. Et hoc vltimum intelligere ſanè, videlicet dum contra interlocutoriam, vel proceſſum petitur in integrum reſtitutio non incidenter, ſed principaliter. iuxta. c. ij. ſ. de officio iudicis. Ne obſtet, quod diximus. ſ. in § ad primam quęſtionem.

7 ¶ † TERTIO quæritur principaliter, quę eſt ratio diuerſitatis, quare cum petitur reſtitutio aduerſus contractum, contra poſſeſſorem rei, cum quo ſuper ea contractum eſt, ambo iudicia videlicet reſciſſorium, & reſcindens vno iudicio, id eſt, vno libello, vna litis conteſtatione vno proceſſu, & vna ſententia expediri poſſunt. & tamen cum petitur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, vel diffinitiuam ſententiam, ſeu interlocutoriam, aut proceſſum requiruntur duo iudicia, ſeu prædicta quatuor duplicata? Reſpondet Innocen. dicens, quòd ratio diuerſitatis eſt: quia in primo caſu rei reſtitutionem non impediebat, niſi contractus, vel ius traditum ex contractu. Et idcirco reſciſſo contractu, conſtat eum, contra quem petitur reſtitutio, nil iuris habere. & ideò ſimul datur reſtitutio in integrum ad reſcindendum contractum. & fit rei reſtitutio quæ pendet ex ipſo contractu. Refert tamen Innocen. in hoc caſu poſſe dici, quòd ſufficit petere in libello in integrum reſtitutio. cōtra contractum & quòd tunc reſti-

tutio rei veniret quaſi quoddam acceſſorium. Sed finalitèr dicit tutius eſſe, etiam in libello rei reſtitutionem petere, & ſimul litem ſuper ambobus conteſtari. Sed in ſecundo caſu, videlicet vbi petitur reſtitutio, per quæ primò impediebatur agere, & quibus reſciſſis modo agere poteſt, non ſequitur, quòd ipſa iura, vel res ſint reſtituendę: cum ſentẽtia non dederit ei ius, ſed detexerit tãtùm. ff. ſi ſeruitus vendicet. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur: de ædilit. ędic. l. bouem. § penultimo. de teſtamen. l. hæredes. §. ſed quid ſi poſt teſtamentum. quæ decætero tollitur per in integrum reſtitutio. Et idem eſt etiam in vſucapione, ſeu præſcriptione: quia etiã ſi reſcindatur vſucapio, ſeu præſcriptio, non tamen propter hoc conſtat ſublata vſucapione, vel præſciptio. quid iuris haberet iſte, qui in integrum reſtitutionẽ petit. Vnde idem dicit, etiam Innocen. ſi contra contractum peteretur reſtitutio in integrum, & ex illo contractu non conſtaret, quid iuris tranſlatum eſſet in eum, contra quem petitur reſtitutio in integrum, quia licet tunc daretur in integrum reſtitutio ad reſcindendum contractum: non tamen fieret ei rei reſtitutio. vt prædictum eſt: quamuis hoc rarò contingere poſſit. Et ſic intelligitur. l. qui proprio. §. item quęritur. ff. de procuratorib. Et ſic eam intelligit Cyn. poſt Iaco. & Petrum. C. de procuratoribus. l. inuitus. in. vij. quæſtione. ¶ Licet & idem etiam dicendum videretur, ſi in eodem libello poſſet quis petere reſciſſionem ſententiæ, vel præſcriptionis, & rem ſibi reſtitui. Subaudi, quòd vtroque iure cognoſci deberet: proinde, ac ſi in diuerſis iudicijs ageretur. & ſic videtur innuere Innocen. quòd etiam in. ij. caſuũ prędictorum vtrumque in eodem iudicio, imò in eodem libello compræhẽdi poteſt. Et ſic videtur, prima oppoſitio per hoc fortificari. Sed forſitan ſi viueret, reſponderet, quòd quandoque materia primæ quæſtionis habet paratum exitum: quia paratas habet probationes: & tunc præmitti debet. Et ſic procedit iſta decret. in fin. Quandoque verò habet probationes difficiles, & euentum dubiũ. Et tunc propter rationes in ipſa oppoſitione tactas poteſt procedere cum ipſo negotio principali. Et ſic procedit dictum Innoc. ſicut dicimus de exceptiõe cõtra executionẽ, vel ad actionẽ exhibendum oppoſita, vbi dicimus quòd ſi non requirunt magnam indaginẽ, procedit earum cognitio: ſin autem remittuntur ad negotium principale, iuxta lect. & not. ĩ. de re iudi. decætero. ff. de re iudic. l. à diuo. §. ſi ſuper. ff. ad exhibendum. l. iij. §. ſciendũ. & §. ibidem. Pręmiſſa tamẽ verifica. eo modo quo dicam. ĩ. eo. c. coram. in fi. iiij. quęſtionis principalis verſu, & iſtud eſt ſecundũ veritatẽ. & ver. ſequenti.

8 ¶ † QVARTO quæro principaliter iuxta hæc, quæ & qualia iudicia pro his reſtitutionib. intentanda ſunt? Reſpõdet Innoc. dicens, quòd duo ſunt remedia: vnum cognitionis prętoriæ. i. officium iudicis. & aliud cognitionis reſciſſoriæ: vt. ff. de mino. l. in cauſæ. §. interdũ. ¶ Subdit, quòd primo auxilio. i. officio iudicis prudenter agitur, quando res, ſuper qua reſtitutio in integrũ petitur, eſt apud prętorem: vt puta, quia ipſe prętor ſententiam tulit, ſed eam executioni non mandauit: vel rem vendidit, ſed eam non tradidit. Hic enim ſufficit, quòd officium iudicis imploretur ad retractandum ſententiam, vel contractum, hoc enim facto, poſſeſſor remanet huius. Et idem dicendum eſt, ſi ab actore in rem eſt trãſlata poſſeſſio ex cõtractu, vel ſentẽtia, & poſt tranſlationem poſſeſſionis imploret officium iudicis, cõtra ſententiam, vel cõtractum. Nam ſi probauerit in hoc iudicio in integrum reſtitutionis ſe lęſum in contractu venditionis: puta, quia res plus ſatis valebat, quàm vendidit, reſtituetur ei res: nec oportebit eum probare dominiũ rei vel, ſi probauerit ſe lęſum ex ſententia: puta, quia cum primo actũ eſſet contra eum rei vendicatione, & cõdemnatus fuiſſet, modo in cauſa reſtitutiõis probat ex actis primi iudicij ſententiam fuiſſe iniuſtam. ĩ. de ordi. cogni. cum dilectus. §. nos tamen. Vel per nouas probationes probat rem eſſe ſuam. ĩ. de fide inſtru. cum Ioan. eremi. §. fin. ĩ. eo. c. ſi. in fin. Vel cum ageretur commodati contra eum, & ſuccubuiſſet, modo in cauſa reſtitutionis probat rem ſibi non fuiſſe commodatam, vel aliàs ſe non teneri. Et ſic ſentẽtiam iniuſtam. Nam in his caſibus, & alijs ſimilibus, ſufficit iudicis officiũ implorare: per quod non ſolùm contractus, vel ſententia retractabitur, ſed etiam res ipſa ſibi reſtituetur, & transferetur eius poſſeſſio ad petentẽ in integ. reſtitut. vt. ff. de admi. tut. l. ſine hęrede. §. interpoſito. & ff. de mino. l. ſi. vbi videtur caſus. Sed pone, quòd in iſto caſu actor non probat lęſionẽ ſufficienter, ſed ſummariè tantùm: nunquid dabitur ei in integrum reſtitutio? Refert Inno. quoſdam dicere, quòd ſic non vt ſibi reſtituatur res: ſed vt tollatur contractus, vel ſententia. quo ſublato, poſteà agetur cauſa à capite. argumen. ff. de procuratoribus qui proprio. §. Item quæritur. C. ſi aduerſus rem iudicatã. l. j. Dicunt enim quòd ſufficit, ꝙ aliquem colorem vel veriſimilitudinem habeat, ad hoc ſolùm, vt ſententia reſcindatur: vt. ff. de minorib⁹. l. minor autem. ĩ. eod. cum veniſſent. in fi. Refert alios dicere aliter, videlicet quòd plena probatio exigitur ad hoc, vt talis reſtitutio detur, id eſt, vt contractus, vel ſententia reſcindatur. ar. ff. de iureiuran. l. nam poſteà. § ſi minor. ¶ Innocentius tamen hoc loco eſt in contraria ſententia. Ego non credo, inquit ille, in prædictis caſibus ſufficere ſemiplenã cauſæ cognitionem. Nec video, ꝙ in aliquo caſu aliquę probationes ſufficiãt ad audiendam reſtitutionem in integrum, vt reſcindatur ſententia, vel contractus. quin eędem probationes ſufficiant
9 ad condemnandum ad rei reſtitutionẽ. ¶ † Sed pone, quòd cõtra contractũ vel ſententiã data eſt reſtitutio, de re reſtituenda per iudicem mentione non facta nunquid nihilominus ex conſequentia res, quæ per contractum, vel ſententiã in tranſlata eſt, debet reſtitui: dicit Innocen. hoc plus, id eſt fortiùs, quàm prædicta ſint, videri: videlicet, quòd ſic argumentum. ff. de minoribus. xxv. annis. l. ſi. & ff. de admini. tutor. l. ſine hærede. §. interpoſito. ¶ Sed contra opponeſ: quia cum res iſtæ petitę non fuerint: nõ videtur, quòd iudex poſſit eas adiudicare, iuxta lect. & not. de ordi. cogni. c. ſi. Reſpondet Inn. ꝙ iudex nihil adiudicabit: quia ex edicto de minoribus nulla proditur actio, ſed officium iudicis: quod latè patet. & quicquid datum eſt hincinde, reſtituatur: vt. ff. de mino. l. quod ſi minor. §. ſi. & C. de reputationi. l. vna. ¶ Et procedunt pręmiſſa cum illo, qui petit modo reſtitutionẽ in integ. eſt in poſſeſſione, ſemper qua petitur reſtitu.

10 ¶ † Nunc autem quęritur de caſu, in quo petens reſtitutionem, non eſt in poſſeſſione rei, ſuper qua petit reſtitutionẽ in integrum. Nec etiam eſt tranſlata poſſeſſio ab actore in reum. Verbi gratia: idem qui modo petit reſtitutionem in integrum cõtra ſententiã, etiam primò egit. Sed reus fuit ab eo abſolutus: Quæritur ergo qualiter habens petere reſtitutionem agere debet. Reſpondet Innoc. dicens, quòd in hoc caſu prudenter facit iſte, contra quem lata eſt ſententia, ſi intentat reſciſſoriam, id eſt priſtinam actionem in rem vtilẽ: dicendo ſic: cum talis per ſententiam ſit abſolutus à petitione mea: & res tamen ad me pertineat iure dominij, vel quaſi peto quatenus reſciſſa illa ſentẽtia per officiũ veſtrũ, vos domine iudex à quo peto reſtitutionẽ in integrum mihi rem adiudicetis. Et hoc dicit dicta. l. in cauſæ. ĩ. §. interdum. ff. de minoribus ſecundum eum. Et hoc caſu petitur reſtitutio aduerſus ſententiam, vel etiam contractum.

11 ¶ † Sed quid ſi petitur reſtitutio aduerſus contractũ reſpõdet Inno. dicens, quòd idem dicendum eſt in contractibus. Verbigratia: ſi tranſegiſti mecum ſuper te: quid à te petebam: & ita quòd res petita apud te debeat permanere. Nam prudenter tunc ago reſciſoria petens reſciſſa tranſactione: vt mihi res petita adiudiceſ. ¶ Et idem dicit in pręſcriptione vt ſi pręſcripſiſti rem meã, quã alius tibi vẽdidit, nõ ago: tunc prudẽter ago, ſi intento reſciſſoriã. i. vt reſciſſa pręſcriptione res mihi adiudiceſ. Dicit tamẽ, ꝙ hoc per raro locũ

habet

habet in minore: quia contra illum non currunt præſcriptiones temporales minorei triginta annis: vt. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. l. finali, quæ incipit, ſancimus fauore &c. Et dicit Hoſtien. quòd eſt idẽ dicendum de eccleſia vt patet in eo, quod legitur & notaſ. ſupra eodem. c. ſecundo, quòd examinabitur in Clementina vna. infra eodem ¶ Sed habet locum, & ampliatur procedere, quod ſupradictum eſt, ſecundum Innocen. in maioribus, qui cauſa rei publicæ abſunt. de quibus. ff. ex quib. cauſis maiores. l. j. & per totum. ¶ Caueat igitur ſibi diligens & prudens aduocatus, vt in prædictis & ſimilibus caſibus reſciſſoriam intentet.
12 ¶ † Sed pone, quòd fatuus aduocatus contra ſententiam, vel præſcriptionem ſeu tranſactionem, aut contractum non intentat reſciſſoriam: ſed tantùm officium iudicis implorat: & per ſententiam iudicis obtinuit, quòd ſentẽtia, vel tranſactio reſcinditur: nunquid per hoc obtinebit, quòd res quæ non eſt ab eo tranſlata in reum, ſibi adiudicetur: vel ſibi reſtituatur. ¶ Reſpondet Innocen. dicens, quòd non. Et dicit, quòd imò noua actione agere habet ad rem reſtituendam. Sed non obſtabit ſibi ſententia: quia ſublata eſt per in integrum reſtitutionem priùs datam. Subdit, quòd & aliæ probationes ſunt neceſſariæ ad hoc, vt tantùm reſtituatur in integrum: & aliæ ad hoc, vt obtineat rem ſibi adiudicari. Nam in primo caſu ſufficit quomodocunque probet ſententiam fuiſſe iniuſtam. In ſecundo oportet, quòd probet dominium rei. ¶ Quid dicendum? ¶ Certè ſubdit Innocẽ. vnum notabile dicens ſic: nobis tamen videtur, quòd contra ſententiam nunquàm intentatur reſciſſoria: ſed tantùm per officium iudicis petitur reſtitutio in integrum & quòd per illud obtinebit petens non tantùm, quòd reſcindatur ſententia, ſed etiam, quòd res ſibi adiudicentur, ſi ex probationibus præteritis, vel nouis probauerit de iure ſuo. Subdit, quòd ſi nondum de iure ſuo probauerit, ſed probare intenderet, reponeretur in ſtatu, in quo erat ante ſententiam, quæ reſciſſa eſt, ſi ex quibuſcunque cauſis probaret eam iniuſtam. & quòd poſteà receptis probationibus ſuper principali feretur ſuper eo ſentẽtia ſine noua libelli oblatione & litis conteſtatione. Nam & litis conteſtatio & alia acta prioris iudicij, contra quæ non eſt data reſtitutio in integrum, debent in ſuo robore perdurare, ſecundum Innocen. Ad quod allegat Hoſtien. argumentum. C. de teſtamentis. l. ſancimus. & de appellationibus, & conſultationibus, præcipimus. & ideò illa litis conteſtatio debet ſufficere. argumẽto in eo, quod legiſ, & notatur infra de probationibus. c. fina. Et per hoc habes ſummatas omnes gloſſ. Innocen. & deberent prędicta ſufficere pro materia decreta. ¶ Supereſt, vt ad dictarum gloſſarum intellectum clariorem & pleniorem & canoniſtarum ſimplicium inſtructionem per modum ſummæ, videamus de duplici iudicio, reſcindenti videlicet & reſciſſorio. Super quo vide aliqua breuia per Ioan. in Specula. parte quarta. eodem titulo. § primo. in principio. Videamus ergo primò, quid ſit iudicium reſcindens, & quid ſit iudicium reſciſſorium: & quare ſic dicatur: Secundò, qualiter contra vſucapionem & præſcriptionem competunt dicta duo iudicia. ¶ Tertiò vtrum reſciſſoria ſit diſtincta & nominata ſpecies actionis. ¶ Quartò, qualiter diffinitur reſciſſoria: & quare ſic appellatur, & cui competit, & contra quem. ¶ Quintò pro quibus rebus competit. ¶ Sextò, an ſit natiua, vel datiua, & quando naſcatur. ¶ Septimò à quo tempore incipit iudicium reſcindens, & quo iure petitur. ¶ Octauò quanto tempore duret iudicium reſcindens, vel reſciſſorium. ¶ Nono qualiter perpetuetur reſcindens vel reſciſſorium. ¶ Decimo vtrum reſciſſoria poſsit opponi in modum exceptionis. ¶ Vndecimo vtrum poſsit excipi perpetuò. ¶ Duodecimo cui, & quando, & contra quem competat iudicium reſcindens, & qualiter in eo, & in reſciſſorio formanſ libelli. ¶ Tertiodecimo vtrum reſcindens & reſciſſorium poſſint ſimul, ſeu in eodem libello intentari ¶ Decimoquarto qualis proceſſus in iſtis iudicijs eſt ſeruandus. ¶ Decimo-
13 quinto quales probationes ſunt neceſſariæ. ¶ † Circa primam quæſtionem dico, quòd iudicium reſcindens eſt officium iudicis, per quod datur in integrum reſtitutio & pro hoc vide late per canoniſtas in. c. ſecundo & ibi textum & gloſſam de officio iudicis. hoc ipſo volumine. Et ideò reſcindens dicitur, quia per illud reſcinditur obſtaculum, quod impediebat reſtitutum agere, & rem reponit in ſtatu, in quo erat tempore, quo læſio contigit. Reſciſſorium verò eſt iudicium, quod competit reſciſſo obſtaculo. Verbi gratia vſucœpiſti rem meam, quam potuiſſem vendicare: niſi fuiſſet tua abſentia, datur mihi in integrum reſtitutio, per quam reſcinditur vſucapio, ita quòd rem meam vendicabo, perinde ac ſi non eſſet vſucapta: ipſaque reſtitutio datur per officium iudicis, quod vocatur iudicium reſcindens. Sed rei vendicatio quæ reſciſſa vſucapione competit, vocatur reſciſſoria: quia ex reſciſione orta. Et patet exemplum, ſi detur reſtitutio aduerſus ſententiam, vel contractum. vnde iſta iudicia nomina iſta recipiunt ab effectu. Reſcindens enim dicitur, quia reſcindit: & reſciſſorium quia ex reſciſione oritur, vel ortum apparet: prout iſta reperies per Cyn. C. de reſtitutione militum, & eorum, qui reipublicæ cauſa abſunt. l. quod tempore. in prima quæſtione per omnes ſcribentes. Inſtitutionibus de actionibus. § rutius. & tangam latiùs infra in quinta quæſtione. De primo habes. ff. de minoribus. l. quòd ſi minor. § ex hoc edicto. Et dé ſecundo. eodem titulo. l. in cauſæ. prima. § interdũ. Et de iſtis poſt Innocen. ſcripſi ſupra oppoſitione quarta. § quarto quæro. in principio & poſt principium eiuſdem oppoſitionis. § ſuluunt. Ego verò puto, quòd voluit. ¶ Sed aduerte, quia præmiſſa non ſunt vera perpetuò. vnde hoc. quod dixi ſupra proximè de reſciſſoria, demum obtinet, vbi læſo competebat actio aduerſus actorem: vel erat cõpetitura ſi non fuiſſet abſens, vel aliàs impeditus. Verbigratia. Tu tenebas rem meam: habebam actionem ad eam, quæ eſt extincta propter abſentiam, vel impedimentum: tunc obtinet, quod dixi. Vel pone: ſtipulatus ſum, vel ſunt mihi legata decem annua, annis quibus eſſem in patria. Ego abfui cauſa reipublicè: & ita nun fuit mihi quæſita actio, ſeu nata: reſtituar per officium vt agere poſsim, ac ſi præſens eſſem, text. l. ſi quis ſtipulatus ſit in annos. ff. ex quibus cauſis maiores viginti quinque annis in integrum reſtituantur quo textu vtilis actio à iudice introducta eſt ex eius officio. Et hoc caſu nõ dicitur propriè reſciſſoria: imò potiùs inſtitutoria. vt. ff. ad ſenatuſconſultũ velleyanum. l. quamuis. § ſi cum eſſem. Sed vbi nun competebat actio læſo: quia fortè poſsidebat rem: vel eſt aliàs, quàm in perdenda actione nata, vel naſcenda: tunc totum expeditur per officium: nec datur reſciſſoria. verbigratia: poſsidebam fundum tempore, quo incœpi abeſſe. quem tu occupaſti. Reuerſus peto in integrum reſtitutionem. Certè ego non reſtituor ad agendum. & ita reſciſſoria mihi nõ competit, ſed ad poſſeſsionem meam, & ad ſtatum, in quo eram tempore quo receſsi. Quod intellige, niſi ad reſtitutionem poſſeſsionis competeret mihi iudicium aliquod ordinarium petitorij, vel poſſeſſorij, cui per tuam abſentiam eſſet præſcriptum: quia tunc facta reſtitutione competeret reſciſſoria per prædicta. Vel non eſt præſcriptum: quia tunc ceſſaret reſtitutio extraordinaria, per. l. in cauſæ. la. ij. quo textu cautum eſt, quod vbi cõpetit remedium ordinarium, ad extraordinarium non eſt recurrẽdum: & facit text. l. auxilium. ff. eo. ſequitur ergo reſtitutionem in integrum nõ niſi in ſubſidium competere, eiuſque beneficium tunc competere, quando iuris communis beneficio deſtituunur. d. l. in cauſę. iure igitur prætorio, reſciſſa vſucapione, vtili in rem actione agimus. Vel fortè conſtitui procuratorem, qui me in abſentia defendit, & exceptionem omiſit: peto reſtitui,

vt poſsim eam proponere, per officium: ad hoc admittar. Nec tunc datur reſciſſoria: vt § interdum § interpoſito. & § Item queritur. allegatis ac dicta. l. ab hoſtibus § ſi damni. Et facit quod dicam in decimanona queſtione & quod ſcripſi ſupra eodem capitu. in quarta oppoſitione § ad primam queſtionem. Et hec placent Ioanni Fabri in dicto § rurſus. § ſed queritur. vtrum hec ſint vera perpetuò. Caue tamen, quia ſi impedimentum in abſentia mea appoſitum non fuit tale, quòd actionem mihi competentem perimeret: agam directa actione mihi abſque reſtitutione competente. C. de captiuis l. ab hoſtibus. & ceſſat reſtitutio, vt. l. in cauſæ.

14 ¶ † Ad ſecundam quæſtionem, qua quæritur qualiter aduerſus vſucapionem & præſcriptionem competant dicta iudicia? dico, quòd concors eſt doctorum opinio, quòd per reſtitutionem in integrum vſucapio & præſcriptio ſicut contractus & ſententia reſcinduntur. & placet Innocen. vt ſcripſi. in quarta oppoſitione § ad ſecũdam. & § ad tertiam. & ſic per officium iudicis. Probat Dynus, quia reſtitutiones maiorum & minorum æquiparantur. C. de temporibus in integrum reſtitutiõis petendæ. l. fi. ua. Sed minoris reſtitutio petitur officio iudicis: vt. l. quòd ſi minor § fina. pro hoc facit dictus § rurſus. cum dicit reſciſſa & l. ab hoſtibus. C. de capti. l. ſi quis ſtipulatus. ff. ex quibus cauſis maiores. Reſtat ergo falſa quorundam ſententia contraria notata in dicto § rurſus. ¶ Sed pone: vſucapio, quæ per magnum tempus cucurrerat in abſentia, fuit cõpleta in præſentia: aut in præſentia incepta & finita: & partim in preſentia & partim in abſentia continuata, fortè vicibus interpellata: vel econtra: nunquid dabitur in integrum reſtitutio, vt reſtituatur tantùm tempus, &c. Hanc quæſtionem mouet & pertractat Cyn. in integrum reſtitutione mili. quæſtione nona. Etiam Ioannes Fabri in § rurſus § pone, quòd vſucapio. & Barto. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ab hoſtibus § ſed quòd ſimpliciter. & l. necnon § ſi quis ſæpiùs. Sed dicam de hoc infra eodem ab eccle. in Cle. ¶ Item pone, ꝙ abſens rẽ alterius abſentis vſucepit: nũquid erit locus reſtitutioni? dicas quòd ſic, per. l. vltimam. ff ex quibus cauſis maiores. Nec obſtat, quòd in pari cauſa melior debet eſſe conditio poſsidentis & conuenti. & ff. de minoribus l. verum. in fine. & de verborum obligationibus. l. ſi ſeruum § ſequitur. Concedo enim, quòd priuilegiatus pari priuilegio, non vtitur eo priuilegio contra priuilegiatum. Vnde quando duo minores non ſunt, niſi in iure communi: & ſic decepti parem cauſam habent: melior eſt conditio poſsidentis. Sed vbi non priuilegiantur ambo pariter, tunc ſecus: vt in propoſito: quia ille cuius res eſt vſucapta priuilegiatur in duobus, ſcilicet quia eſt abſens & quia propter abſentiam damnum eſt paſſus, ad quod habet remedium illud legis. Sed ille, qui vſucapit, non priuilegiatur, niſi in vno: quia non eſt damnum paſſus, imò lucrũ acquiſiuit. Et ideò ille, cuius eſt res vſucapta, vtitur priuilegio ſuo contra eum. Et faciunt ea, quæ notantur ſupra eod. auditis. in vltima gloſ. & per Cyn. in dicta. l. quod tempore. in vltima quæſtione & per eundem. C. de ſacroſan. eccle. authẽ. quas actiones. in quarta quæſtione vbi pleniùs tractatum reperies, qualiter priuilegiatus contra priuilegiatum

15 vtitur priuilegio ſuo. ¶ † In tertia quæſtione, qua quæritur, vtrum reſciſſoria ſit diſtincta & nominata ſpecies actionis. Et videtur, quòd ſic: quia per legem inducta eſt hec diſtinctio: vt § interdum. & l. quòd tempore. allegatis. Et quia in dicto § rurſus. appellatur genus actionis. & tamen legiſtæ genus pro ſpecie recipiunt. ff. de lega. j. l. legato. Nota glo. ſi certum peta. l. ij § mutui. Et ſermones intelliguntur iuxta materiam. ff. loca. ſi vno. Ponitur enim inter actiones in § rurſus. Item, quia ſublata prima actiõe per vſucapionem, iſta non poteſt dici eadem. Imò alia. ff. de ſolutiõib. l. qui res. § aream. & ff. de ſeruitu. vrbano. prædi. l. ſeruitutes § ſi ſublatum. Facit, quia tex. eam ſic nominat. ff. ex quibus cauſis maiores. l. necnon § exemplo. C. de capti. l. ab hoſtibus. Licet alio ſumatur modo. ff. de donatio. l. vt mihi & alio modo. ff. ad Velleianum l. quamuis. quaſi per totam legem: tamen illa non dicitur ibi reſciſſoria, ſed reſtitutoria. & hoc placuit Iacob. de Rauen. ¶ Sed glo. in § rurſus. dicit contrarium, videlicet, quòd non eſt ſpecies diſtincta, nec nomen propriũ, ſed cognomen actionis, ſicut de peculio, exercitoria, inſtitoria, & ſimiles. Et dicit Cyn. poſt Petrum. C. ex quibus cauſis maiores. l. ſi ab hoſtibus. in ſecunda quæſtione, quòd iſta eſt veritas: quia eadem ſpecies actionis non recipit differẽtias ſpecificas. Sed iſtæ ſunt differentiæ ſpecificæ actionum, quòd alia in rem: alia in perſonã. Inſtit. de actio. § primo, ſed reſciſſoria quandoque eſt in rem: vt in. l. ſi ab hoſtibus. & l. ab hoſtibus. allegatis. cum ſimilibus. Quandoque eſt in perſonam, vt quando per minorem remiſſa eſt actio perſonalis. quæ reſtituitur reſtitutione conceſſa, vel quando præſcriptum eſt actioni perſonali. argumentum. C. ſi aduer. trãſactio. l. prima. & de reputatio. l. vna. Nec ſequitur genus eſt: ergo ſpecies. Sed in § rurſus. debet exponi, actionis genus, id eſt, agendi modus. Et quòd de peculio &c. non ſit nomen actionis, inducit Ioannes Fabri. ff. de peculio. l. tertia § cum congruit. vbi de hoc. & Inſti. quod cum eo § penul. & l. depoſiti. in princip. C. depoſiti. in princip. iuncta. l. filiusfamili. & ſiue. de in rem verſo. & C. quod cum eo. l. prima. Sic de arbitraria Inſti. de actio. § præterea. ff. de eo, quod certo loco. l. ſecunda. in principio § primo. Coadiuuat rationem Petri: quia ſi eſſet ſpecies, eſſet realis, vel perſonalis: nec participaret cum vtraque. Nam iſta eſſe non poteſt. Inſti. de actio. § aliæ. cum gloſſa ſuper verbo, tam in rem. Nulla enim ſpecies actionis poteſt dici quandoque perſonalis, & quandoque realis, ſiue ſit actio prætoria, ſiue ciuilis: cum iſtæ ſint differentiæ ſpecificæ actionum. Inſti. de actio § omnium. Licet enim actionum etiam ciuilium alia in rem, alia in perſonã, alia miſta: valet tamen miſta reduci ad aliquam iſtarum, non autem iſta. Poteſt dici, quòd quandoque dicatur realis, quãdoque perſonalis ſeparatim: vt dicto § omniũ. cum ſua gloſſa iuncto § quædam re. Et dicit, quòd ideò habet ſpecialem tractatum, quia eſt prætoria. Et quòd licet ſit quandoque realis, quandoque perſonalis eſt: vt ponitur in § rurſus. Dicit etiam, quòd non reſuſcitatur, ſed prima directa, & fortè ciuilis, nunc vtilis, & prætoria eſt: vel, quòd in illa inſufflatur ſpiritus vitæ. & quòd hæc eſt intentio gloſſæ quoque fictione legis eſt eadem, ſicut fingimus in poſtliminio, ac in patre & filio teſtatore & hærede. de captiuis per totum. Inſtitu. de inutilibus ſtipulationib. § ei quoque. Et bene ſecundum quendam dicitur actio vtilis. Nam cum penitus eſt ſublata prima actio: vt eſt in materia vſucapionis, per quam ipſo iure tollitur dominium iuxta legem traditionibus. C. de pactis. & l. vſucapio. ff. de vſucapionibus. Actio quæ priùs erat directa eſt nunc vtilis: vt. l. ſi ab hoſtibus. allegata. ſiue in rem ſit, ſiue in perſonam. Et ideò alibi dicitur exceptio vtilis actionis: vt. l. ab hoſtibus. allegata. & C. de rei vendicatione. l. nullo. Licet enim non reuiuiſcat extincta. ff. de minoribus. l. & ſi ſine § ſed quod Papinianus. Inſtitutionibus, de bonorum poſſeſsionibus § quod autem. Dat tamen prętor mediante reſtitutione actionem vtilem, quæ reſciſſoria dicitur. Quæ etiam poteſt dici reſtituta, ſeu nouiter inſtituta adiectio actionis antiquæ directæ inefficacis reparatę. Nam reſtitutio quandoque reſtituit antiquam actionem, quę ipſo iure fuerat ſublata: vt eſt in materia vſucapionis rei mobilis: vt ſupra dixi. Et tunc dicitur adiectio vtilis actionis reſtitutę. Quandoque induxit actionem nouam, quę nunquàm nota fuerat: vt eſt cum quis reſtituitur ad implendam conditionem, quæ iam defecerat: vt. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ſi quis Titio. Et hoc caſu potiùs dicitur actio inſtitoria, quàm reſtitutoria. & tunc debet dici adiectio actionis nouiter inſtitutę, non reſtitutę. Quandoque autem reſtitutio nec reſtituit antiquam actionem, quæ ipſo iure ſublata eſt: nec inducit actionem

de nouo:

de nouo: ſed tollit impedimentum exceptionis & actio-
nem, quę erat inefficax propter obſtaculum exceptionis,
ſublato illo obſtaculo efficacem reddit: vt eſt in materia
pręſcriptionum circa res immobiles. vbi non perditur do-
minium ipſo iure, ſed ope exceptionis: vt. l. obligationum
ferè. §. placet. ff. de actionib. & obligationibus. Et hoc caſu
dicitur adiectio actionis directæ antiquæ inefficacis repa-
ratæ. Ad quod. ff. ad Trebellia. l. ſi hæres inſtitutus. & de pa-
ctis. l. ſi vnus. §. pactus. Ioannes autem de Blauaſco ſuper hoc
diſtinguit: quia aut læſio non abſorbet penitus ius actionis
ipſo iure, ſed per exceptionem: vt ſi debitor contra credito
rem præſcripſerat triginta annis. C. de præſcrip. triginta an
norum. l. ſicut. Tunc enim non tollitur actio ipſo iure, ſed
vulneratur: & tunc non eſt nomen proprium actionis: &
pro tanto non recurreretur ad extraordinariam, quia extra
ordinaria eſt: obſtaculo enim exceptionis remoto, compe-
tit, & propter illius reſciſsionem reſciſſoria cognominatur.
vt. l. ab hoſtibus. allegata. Aut læſio abſorbet in totum actio
nem, vt in vſucapione: tunc noua actio, quæ reſciſſoria ap-
pellatur, habet nomen proprium actionis. Primo enim ca-
ſu idem eſt in ſubſtantia. argumentum. ff. de præcario. l. ſed
ſi manente. & dicta. l. ſi hæres inſtitutus. in princip. & quod
nota. de eo, per quem factũ erit. l. tertia. in princip. ¶ Dicit
autem Petrus Iacob. quòd in prædictis oportet conniuen-
tibus oculis pertranſire & facere vexillum de. l. nemo. ff. de
in integrum reſtitutione. quæ dicit, quòd nemo videtur re
excluſus, quem prætor in integrum ſe reſtituturum pollice
tur: vt ſic ſtatum, quod potuit, & debuit petere reſtitui, &
habuit actionem in rem reſciſſoriam de iure prętorio, licet
inefficacem, ſeu ſine effectu: quæ fictione iuris prætorij cō-
tinuata cenſetur cum actione prima. & ſit eadem cum ea.
16 ¶ † Et laxando ait ſic poſſe dici de Lazaro reſuſcitato; vi-
delicet, quòd idem numero & ſuppoſito fuerit reſuſcitatus,
ſicut ante. Subdit tamen naturaliter loquendo, quòd forte
non potuit reuiuiſci: nec aliqua narrare de illis, quæ anima
eius ſeparata à corpore viderat: quia, vt dicit Philoſophus:
Intellectum neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari. Quia ergo il
la, quæ in alio ſeculo viderat, non fuerant in phantaſia
ipſius: nec in ſenſu eius ſingulari, vel communi: quia mor-
tua erant cum eo organa, & potentiæ animales. & tamen ni
hil in intellectu ſingulari, vel communi. & cum ſupra natu-
ram redit anima ipſa nouiter mole carnis oppreſſa, oblita
eorum, quæ viderat à corpore ſeparata. De quo Lazaro no.
ff. de legi. l. ex his. vnde finaliter ipſe ſtat cum glo. quòd non
ſit nomen actionis, ſed adiectio quædam. ¶ Ioannes Rollā-
di in. §. rurſus. idem tenet: quia aut diceretur proprium no-
men, quia reſtitutoria, & non eodem modo, quia vtilis na-
ſcitur in ſpecie à prima nō differens. Et quia propter hanc diffe-
rentiam directæ & vtilis, non diuerſificetur ſpecies actio-
nis, inducit. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ſed ſi ſtipulatus. &
l. nec vtilem. & l. finali. eodem titulo. C. ¶ Quid dicen-
dum? certè Canoniſta de hac diſceptatione curare non de-
bet, argumento eius, quod legitur & notatur infra de iudic.
c. dilecti. Verumtamen mihi, quòd hæc diſceptatio ex æqui
uocatione procedit. Nam aut quæris, vtrum hoc verbum re
ſciſſoria ſit nomen proprium actionis: & de plano dico ti-
bi, quòd non eſt nomen proprium, ſed quædam cognomi-
natio, ſeu adiectio actionis: quia vt dicit Petrus vna & ea-
dem ſpecies actionis, non poſſet eſſe quandoque realis, &
quandoque perſonalis: quia ſic prædicaretur de pluribus
differentibus ſpecie. Et ſic potiùs ſaperet naturam generis:
& quia non ſub eadem ratione prædicatur de illis. & ſic nō
ſe habet ad illa propriè, tanquàm genus, prout dicitur in
alia facultate. Aut quæris, nunquid illa actio reſtituta, co-
gnominatur reſciſſoria, ideò quia talis faciat propriam a-
ctionis ſpeciem diſtinctam ab alijs. Et breuiter puto, quòd
non, ex ratione etiam proximè dicta. niſi eo modo, quo di-
cere poſſes vtilem actionem à directa differre: quod proba
bile eſt. Poſtquàm enim datur vtilis illi, cui directa dari nō

poteſt, etiam in materia iſta, vt omnes fatentur: vt dicta. l.
& ſi ſine. §. ſin autem. in fine. Et patet in fideicommiſſario
vniuerſali & emptore hæreditatis & nominis. quibus con-
17 ſtat dari vtiles, & denegari directas. † Quid plura? nunquid
prætoriæ & ciuiles actiones differunt? vtique certum eſt, vt
Inſtitu. de actioni. §. aliæ. & tamen prima ciuilis eſt, & iſta
prætoria: vt dicto. §. rurſus. ergo neceſſariũ eſt dicere, quòd
ſpecie differunt. Tu igitur dic finaliter, quòd ſi læſio non
tollit actionem, ſed parit ſolùm exceptionem ceſſat quæ-
ſtio: quia remanet prima directa: nec datur vtilis. Si verò læ
ſio tollit actionem: tunc, aut quæris, an hoc verbum reſci-
ſoria ſit nomen proprium actionis. & dic, quòd non, per
prædicta. Aut quæris, an actio reſtituta, vel inſtituta de no
uo ſit ſub ea ratione, quia ſit reſtituta, vel inſtituta eſt, cer-
ta ſpecies actionis: & tunc dic, quòd non etiam per prædi-
cta. Aut quæris, an quia vtilis, & prætoria differat in ſpecie
à prima actione, quę ciuilis eſt, & directa: & tūc dico, quòd
18 ſic etiam per prędicta. † Et nota ſecundum Ioannem Fabri,
quòd in reſciſſoria vtili veniunt fructus, & omnia quę ve-
nirent in directa: vt. ff. ex quibus cauſis maiores. l. necnon. §.
finali. ¶ Ad quartam quęſtionem principalem quę tres cō
tinet quęſtiones circa primam. Dicit Cynum poſt Petrum
in. l. ſi ab hoſtibus. allegata in prima quæſtione principali,
19 quòd reſciſſoria ſic diffinitur: † *Reſciſſoria eſt quædam vtilis a-
ctio, quæ datur in integrum reſtitutis propter hoſtium poteſtatem,
propter abſentiam propriam, ſeu alienam, aut aliam iuſtam cauſam,
reſciſſo obſtaculo, iudicis officio.* Et probat, quòd ſit vtilis per. l.
ſi ab hoſtibus. Sed Dy. dicit, quòd quandoque eſt directa: &
tunc debet poni in diffinitione vtilis, vel directa. Quod
non placet: quia imò prætor viuus, vel mortuus per reſtitu
tionem non poteſt dare directam. Ideò oportet eam dicere
vtilem, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra quæſtione proxi-
ma. §. quid dicendum. verſu, & breuiter dico. & ex his, quę
dicam infra eodem. c. coram. in quęſtione ſecunda. §. ego cre-
do habuiſſe. Quod tamen intellige & reſtringe ad caſum,
in quo prima actio per lęſionem ipſo iure ſublata. Sed ſi nō
fuiſſet ſic ipſo iure ſublata, ſed ſolùm inefficax reddita per
lęſionem, vt videlicet per pręſcriptionem annorum. & per
reſtitutionem redacta ad efficaciam: fateri tunc oportet il-
lam eſſe directam, & à prętore non datam. Et hoc caſu pro-
cedit adhuc, quod hîc dicitur. Item, quod dicit, per poteſta-
tem, abſentiam, vel iuſtam cauſam: probat per. l. primam. §.
verba. & §. Item ſi quis. & §. vltimo. Et quod dicit reſciſſo ob
ſtaculo probat per. l. quod tempore. Et quod dicit, iudicis
officio: probat, quia reſciſſoria duobus modis accipitur.
Vno modo reſciſſoria dicitur, quæ per legem mortuam cō-
petit: vt. ff. ad Velleianum. l. quamuis. per totam legem & . C.
ad Velleianum. l. ſenatus. Et de hac non tractamus hîc. Alio
modo accipitur reſciſſoria, quę propter reſciſsionem, ſeu
remotionem vſucapionis, vel alterius obſtaculi, factam per
prętorem viuum competit: vt. ff. ex quibus cauſis maiores.
l. ſi quis ſit ſtipulatus. & §. interdum. & §. exemplo. allegatis
de qua tractamus hîc. ¶ Et eſt hęc actio reſciſſoria quan
doque reſtitutoria, vt quādo primū competijt, ſed fuit vſu-
capione ſublata. Et quandoque inſtitoria, vt quando non
competijt primo, ſed datur reſtitutione conceſſa actio, quę
primo non competierat: vt. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ſi
quis Titio. ¶ Et appellatur hoc nomine ſecundum quoſ-
dam ab effectu: quia licet per iudicium reſcindēs id eſt, per
iudicis officium remotum ſit obſtaculum vſucapionis re-
ſtitutione conceſſa: non tamen res habetur. Sed opus eſt,
quòd agatur ad eam, quę facit per actionem rem reſtitui: vt
l. ſi ab hoſtibus. & § interdum. in fine. ¶ Sed hoc non eſt
ſemper verum: quia quandoque per officium reſcindens re-
ſtitutum ipſa res: vt dicto. § interdum. Ideò dicit Cyn. poſt
Petrum in. l. ſi ab hoſtibus. in tertia quęſtione, quòd reuera
dicitur ab euentu ex eo, ſcilicet, quia nunquàm datur, niſi
lęſiōe reſciſſa, quę reſcinditur per officium. quo primo agi
oportet: vt. §. rurſus. & l. quod tempore. & non po-

nitur in deſcriptione in rem, vel in perſonam: quia aliquan
do eſt in rem, aliquando in perſonam: vt.l. ab hoſtibus.
¶ Addit autem Ioannes Rollandi in diffinitione prædicta,
hæc verba, *ſcilicet, ad id tendens, ad quod prius actio competebat.*
quia iſta eſt vtilis, quæ priùs erat directa. Inducit.l. quod mi
nor.§. reſtitutio.ff. de mi. & ex q. cau. ma.l. Iulia. & l. ſi à Titio.
Sed non placet hæc additio: quia licet conueniat reſtituto-
riæ, non tamen conuenit inſtitutoriæ. Subdit Ioan. Rollan-
di, quòd ideò propriè dicitur reſciſſoria: quia nunquàm da-
tur, niſi poſt iudicium reſcindens, & donec quod reſcindi
petitur, remaneat reſciſſum: quia iudicium reſcindens præ-
parat ipſam: vt.ff. de actioni. & obliga.l. in honorarijs.§. ſed
cum. & dicto.§. rurſus. Sed quare dicitur hæc reſciſſoria, &
non illa de qua dicta.l. quanuis. dicit Ioann. Rollandi, quòd
ideò, quia in.l. quanuis. reſtituitur ſine alio iudicio: vt ibi. &
eodem titulo.l. debitrix. & l. aliquando. Sed hæc non datur,
niſi alio iudicio reſcindente eam præcedente. Quidam ve-
rò aliter ſic diffiniebat: *reſciſſoria eſt quedam adiectio vtilis re-
ſtitutæ, vel noviter inſtitutæ, vel antiquæ directæ inefficacis repara-
tæ: quæ in integrum reſtitutis, qui ſunt læſi ob abſentiam, vel captiui-
tatem, vel aliam iuſtam cauſam, datur officio iudicis benigniter im-
plorato, impedimento vſucapionis, vel præſcriptionis ſublato.* Et di-
cit adiectio, propterea quæ ſcripta ſunt in proxima queſtio
ne vbi reperies. etiam quare ponit verba ſequentia. Item di-
cit, quæ in integrum reſtitutis datur: pro eo, quòd duplex
eſt iudicium. Primum preparatorium reſcindēs, ſcilicet, of-
ficium iudicis, quod primo intētari oportet: vt.l. quod tem-
pore. quo impetrato ſequitur ſecundum iudicium reſciſſo-
rium: vt.l. ſi ab hoſtibus. & ff. ex quibus cauſis maiores. circa
finem, cum ibi nota. & pleniùs in.l. quod ſi minor.§. finali &
in.§. interdum allega. & ff. ex quibus cauſis maiores.l. ab ho-
ſtibus.§. ſed quod ſimpliciter. de quo dixi ſupra in prima
quæſtione. Et hæc diffinitio coincidit cum præcedenti: ſal-
20 uo, quòd eſt magis plana. ¶ † Sed cui datur? Dicit Cyn.
in.l. ſi ab hoſtibus. in vndecima quæſtione, quòd hîc prom-
ptum eſt dicere, quòd datur reſtitutis in integrum, aut pro
pter captiuitatem, vt ibi: aut propter abſentiam, vt.§. verba.
& §. Item ſi quis. allegatis. aut propter aliam iuſtam cauſam:
vt.ff. ex quibus cauſis maiores.l. prima. in fine & l. ſuccurri-
tur. & de minoribus.l. in cauſæ.§. interdum. & quaſi per to-
21 tum. ¶ † Sed contra quem datur reſciſſoria: reſpondet
Cyn. vbi ſupra in duodecima quæſtione, quòd datur con-
tra eum, qui occaſione læſionis reſtituti vtilitatem aliquam
acquiſiuit: & tam contra principales, quàm contra fideiuſ-
ſores: vt.ff de minoribus.l. patri.§. finali, dummodo imme-
diatè ex læſione ſenſerit lucrum & etiam contra tertium.
Sed cum diſtinctione, quæ habetur.ff. de minoribus.l. in
cauſæ.§. vltimo, & l. ſequenti & ſequenti. Quod intelligit
quidam, ſi magis interſit læſi habere rem, quàm æſtimatio-
nem: vt.§. interdum. Aliàs ſecus: niſi ille, ad quem res perue-
nit eſſet in aliqua culpa: vt quia ſcienter emit ab illo, qui de
cipiebat: vel niſi decipiens eſſet non ſoluendo: ſic intelli-
gens.l. in cauſæ.§. finali, cum.l. ſequenti, quod ſatis credo.
¶ Et ſi quæris, cuius naturæ ſit? dico, quòd eſt prætoria, &
regulariter vtilis: licet quandoque directa & ciuilis, vt patet
22 ex dictis. ¶ † Circa quintam quæſtionem, qua queritur,
pro quibus rebus competit reſciſſoria? refert Cyn. in.l. ſi ab
hoſtibus. in quarta quæſtione quoſdam hîc ponere mirabi-
les nouitates. Dicunt enim quidam, quòd competit pro re-
bus mobilibus tantùm: non autem pro immobilibus, vel a-
ctionibus perſonalibus. Et eſt ratio ſecūdū eos: quia per vſu-
capionem rei mobilis quæritur directum dominium: vt in
l. traditionibus. Ergo ei, cuius res eſt, nulla remanſit actio:
niſi reſcindetur vſucapio per iudicis officium: qua reſciſſa,
tunc competit reſciſſoria: vt.§. rurſus. Sed per præſcriptio-
nem rerum immobilium non quæritur directum domi-
nium: vt ſolet dici. C. de bonis maternis: authen. niſi. & de
præſcriptione triginta annorum.l. ſi quis emptionis. Ergo
ſi competit adhuc directum dominium, competit rei ven-

dicatio: & per conſequens reſtitutio ceſſat: quæ non datur,
vbi eſt aliod auxilium de iure communi: vt.l. in cauſæ. Aga-
tur ergo actione prima. & ſi excipiatur de præſcriptione, re
plicabitur de læſione, petita reſtitutione in modum exce-
ptionis incidenter: vt.ff. de exceptionib.l. exceptiones. & ff.
de rei vendicatione.l. in rem. ad finem. ¶ Sed dicunt Cy-
nus & Petrus, quòd iſta ſententia non eſt vera: quia compe
tit tam pro rebus mobilibus, quàm pro immobilibus, &
etiam pro actionibus perſonalibus. Et patet hoc vbi minor
vendidit & tradidit rem immobilem ſolenniter. Nam tunc
transfert dominium, & nulla ſibi directa actio datur. Et
idem vbi liberauit per acceptilationem aduerſarium ſuum,
qui ſibi tenebatur perſonali actione. Nam tunc actio tolli-
tur: nec habet aliquam actionem minor in præmiſsis, niſi
reſtitutionem impetret: qua impetrata, competit reſciſſo-
ria. ff. de minoribus per totum, & C. ſi aduerſus tranſactio.
l. prima. & de reputa.l. vna. ſecundum Petrum. Et hoc pro-
batur ſecundum Iacobum per.l. ab hoſtibus. C. de capti. Ibi
enim loquitur de vſucapione ac præſcriptione libertatis.
Inducit Ioannes Rollandi, quia ſaltem actiones temporales
lapſu temporis ipſo iure tolluntur: & tamen in illis etiam
de iure Digeſtorum datur reſtitutio & reſciſſoria: vt.ff. ex
quibus cauſis ibi: *cum dies exierit.* ¶ Præterea ſuppoſito
ſecundum opinionem communem, quòd per præſcriptio-
nes non tollitur actio ipſo iure: nec quæritur directum do-
minium: tamen & tunc videtur, quòd competat reſciſſo-
ria: quia & reſtitutio locum habet, ſicut videmus in reſtitu-
tione quę competit per actionem quod metus cauſa, etiam
vbi eſt exceptio: vt.l. metum.§. quod prætor.ff. quod metus
cauſa. ¶ Sed hoc vltimum non credunt Cynus & Petr⁹,
quia vbi priſtina actio competit ipſo iure, & adiuuatur
ope replicationis, non habet locum reſciſſoria: quia reſtitu-
tio tunc ceſſat: vt.ff. de iureiurando.l. Nam poſteà.§. ſi mi-
nor. & de minoribus.l. in cauſæ. in principio. Tamen dici
poteſt, quòd licet competat actio in caſibus præmiſsis, iſta
actio non eſt efficax: quia non poterit contra exceptionem
replicari ante reſtitutionem. argumentum.l. exceptiones. in
fine.ff. de exceptio. Et ſic, cum petatur reſtitutio in integrū
ad remouendum obſtaculum præſcriptionis dicitur actio
reſciſſoria competere. ¶ Petrus tamē de bella pertica di-
cit hîc mirabilia, tam in perſonalibus, quàm in realibus. Di
cit enim, quòd in perſonalibus actionibus præſcriptiones
operantur, quòd ipſo iure tollantur: quia licet verum, quòd
iure veteri tempus non eſſet modus tollendæ actionis: vt.l.
obligationum ferè.§. placet.ff. de actionibus & obligationi-
bus & ſic pręſcriptio non tollebat olim actionem ipſo iure,
ſed pręſcriptionem parabat. hodie tamen introductum eſt,
quòd tempus ſit modus tollendæ actionis ipſo iure: quia
hodie, ne lites fiant immortales, voluit ius, quòd actio tolla
tur ſpatio triginta annorum. C. de conſtituta pecunia.l. ſe-
cunda & Inſtitu. de perpe. & tempo. act. in principio. Et ſic
cum hodie actio tollitur in perſonalibus ipſo iure, non po-
teſt iure communi agi prima actione, vt expreſſum videtur
de præſcriptio. triginta annorum.l. ſicut. in fine. Agetur re-
ſciſſoria vtili, quæ primò erat directa remota præſcriptio-
ne per reſtitutionem conceſſam in realibus. Dicit Pe. quòd
ſi quæratur de re mobili, certum eſt omni iure, quòd domi
niū directū tollitur tempore vſucapionis: vt.l. traditiōibus.
Item ſi quæratur de re immobili, & de præſcriptione bonę
fidei: cum titulo decem vel viginti annorum. Similiter
dicit Petrus, quòd per eam directum dominium tollitur,
vt.ff. de vſucapio.l. eum, qui ædes. Plus dicit, quòd etiam ſi
non interueniat titulus, ſed bona fides cum ſpatio triginta
annorum, plenum dominium quæritur de iure Codicis.
vt. C. de præſcriptioni. triginta annorum. ſi quis emptionis.
in principio. Et ſic vtili aget, cui anteà competebat dire-
cta. Dicit tamen, quòd ſi mala fide, & ſine titulo poſsidere-
tur, non quæreretur directum dominium, vel vtile. Sed qa
ille neglexit rem ſuā petere, actionē ſuā in effectu amittet.
Et ideò,

Et ideò, ſi petit ope exceptionis ratione negligentię ſuę repelletur. Et ſic intelligitur, quod dicitur, quòd actio quandoq; perdit: vt dicta l. ſi quis emptiõis. in medio. Verũ tñ ſi poſſeſſor cadat à poſſeſſione: & tertius incipiat poſſidere: vendicabitur ab eo ſine aliquo offendiculo vel impedimento exceptionis cuiuſlibet. Et in hoc eſt differentia inter dominium, & perſonales actiones: quę certi cõdictiones in varijs iuris partib9 appellant: quia perſonalẽ actionẽ per .xxx. annos perdo ipſo iure. Sed dominium ope exceptionis quã do deeſt titulus & bona fides. Ratio diuerſitatis eſt: quia differentia eſt inter perſonales actiones & iura formalia, vt dominia. Nam poſſumus amittere actiones, etiam ſi alij non quærantur: vt. C. de conſti. pecu. l. ij. & Inſti. de perpe. & temporal. actio. in prin. Sed dominium rerum noſtrarum nõ poſſumus perdere, niſi alij quæratur: vt. ff. ex quib. cau. maio. l. deniq;. & .l. nec vtilem. Modò ita eſt, quòd vbi rem meam poſſides cum titulo & bona fide, vel bona fide & ſine titulo per legitima ſpacia temporum, dominium tibi quæritur vt. l. traditionibus. & l. ſi quis emptionis. & ideò illud amitto. Sed ſi mala fide poſſides, nullum habes principium per quod quæratur dominium. & ideò cum non quæratur alij, illud non amitto: quia nec hoc poſſibile eſt: vt dicta l. denique. Ideò viribus mihi remanet rei vendicatio, ſed ratione negligentiæ perdo eam in effectu per exceptionis obiectũ. Et ſic patet ſecundum Petrum tam in mobilibus, quàm in immobilibus rebus, quàm etiam in perſonalibus actionibus vtilem reſciſſoriam locum habere. Sopita eſt ergo ſecundum eum illa quæſtio: quæ ſolet quæri, vtrum actio reſciſſoria ſit vtilis tantùm, vel inueniatur aliquo caſu directa. In qua determinat Dy. quòd aliquando eſt vtilis, aliquando directa. Nam ſi vſucapta eſt res immobilis reſtitutione conceſſa, vtilis erit actio reſciſſoria, vt dicitur in .l. ſi ab hoſtibus. Sed ſi præſcripta ſit res immobilis, vel præſcriptum ſit perſonali actioni: tunc actio reſciſſoria, quæ per reſtitutionem incipit habere effectum, erit directa. C. qui. non obſt. longi temporis pręſcrip. l. ab hoſtibus. Et ſic intelligit leg. illam. Primo enim caſu reſuſcitatur actio, & ideò reſuſcitata eſt vtilis. Secundo verò caſu obſtaculum, quod ei per præſcriptionem vel ratione præſcriptiõis poterat obijci, remouetur per præſcriptionem. Et hæc eſt communis opinio, ſic quòd habet locum reſciſſoria in rebus mobilibus propter reſtitutionem ſcilicet reſciſſa vſucapione & actione reſuſcitata, & in rebus immobilibus, & actionibus perſonalibus propter reſtitutionem reſciſſo obſtaculo præſcriptionis ex qua probatur exceptio. Non enim per anteà dabatur replicatio de abſentia: cum & abſentibus currat præſcriptio: vt C. de præſcriptio. longi temporis. l. vltima. ¶ Præterea & ſecundum Petrum vbi poſſidetur res immobilis mala fide, paratur exceptio: & tunc opus eſt reſtitutione ad remouendum obſtaculum. Et ideò adhuc ex caſu poteſt reſciſſoria dici directa. Rationes autem per quas Petrus probat opinionem Marti. veram, quæ habet per præſcriptionem longi tẽporis directum quæri dominium: & contrariam Butri. eſſe falſam, habes in Cy. in dicto authentico. niſi § quæri ſolet. Et illam opinionem Marti. tenebant. Iaco. de Raue. Iaco. de Feritate & Thomas doctor Anglic9 q aurelianis Anno dñi. M.cccxiiij. in repetitiõe hoc tenuit. & quidã alius ſubtilis doctor per. l. cum, qui ædes. allegatam iuncto, quòd dominium ſimpliciter ſumptum priùs intelligitur de directo. argumentum. ff. ſi ager vectiga. l. j. & ff. de vſufructu. l. Stichus. ¶ Dominus Ioan. Fabri fatetur, quòd dominio per præſcriptionem ſaltem malæ fidei non tranſlato, & ſic remanente directa reſciſſoria, non eſt vtilis: quia vtiles actiones nõ formantur à prætore, nec à iure, quando directæ remanent: vt ff. ad Trebellia. l. ſi hæres inſtitutus. Quæ tamen aliàs firmarentur & competerent: vt eod. titul. l. ex aſſe. ſecundum Dy. Dicit tamen, quòd etiam dominio non tranſlato, & perſonali actione directa non perempta per præſcriptionem ſecundum diuerſas opiniones. nihilominus eſt obſtaculum exceptionis, & aliud: quia in immobilibus vtile dominium præfertur directo: vt. l. ſi quis emptionis. Quæ omnia per prætoris vim reſtitutionem remouerentur. & ideò tunc locus eſt reſciſſorię: quia dominium inutile reddit vtile ſecundum Iacob. & Dy. ¶ Ioan. verò Rollandi videtur velle dicere, quòd directa actione remanente, non habet locum propriè reſciſſoria, etiam ſi, vt agi poſſit, neceſſarium ſit reſcindens iudicium reſtitutionis. Et hoc probat, quia reſciſſoria & pretoria: vt in § rurſus. prima verò ciuilis. Pretereà pro hoc inducit illud quod ſcripſi ſupra in eadem quęſtione verſiculo ſed hoc vltimum non credunt. Et pro hoc inducit. ff. nautę, caupones, ſtabularij. l. & ita. de dolo. l. & elegãter § ſeruus pactionis. & de iure dotium. l. ſi mulier. Quę magis videntur facere contra. inducit, quia exceptio non lędit actionem quoad ſui principia: licet bene faciat, quòd cõdemnatum non ſequatur. Super quo remittit ad nota ſua. Inſti. de actioni. in principio iij. quęſtione qua quęrit, quę actio ibi diffiniatur. Item probat per. l. ſi hęres. iuncta. l. prima § de illo. ff. ad Trebellia. Fatetur tamen, quòd poteſt largo modò reſciſſoria appellari pro eo, quòd acciperet effectum propter iudicium reſcindens. ¶ Sed re uera non apparet mihi, quòd iſta ſit diſceptatio realis, ſeu dicta impugnatio effectualis, imò potiùs verbalis eſt. Nam cum hoc nomẽ reſciſſoria non ſit proprium nomen actionis, nec deſignet certam ſpeciem actionis, ſed ſolùm quandam adiectionem & cognominationem reſciſſionis pręcedentis, & accipiatur pro actione, quę competit reſtituto poſt reſtitutionem ad rem ipſam, in qua paſſus fuerat læſionem: vt patet ex his, quę dixi in quæſtione ſupra proximè præcedenti. non apparet mihi, quare non poſſit ita adaptari hoc verbum reſciſſoria directæ, ſicut vtili & reparatæ actioni, ſicut reſtitutę, vel inſtitutæ de nouo. Nam cui diffinitio, ſeu ratio diffinitionis, illi debet competere diffinitum. ff. de dolo. l. j. § dolum. & dicitur in alia facultate. Modò diffinitio, ſeu ratio diffinitiõis reſciſſorię eſt, quia datur reſtitutio poſt reſciſſionem & propter reſciſſionem conſyderato effectu: vt § rurſus. & dixi in quæſtione præcedenti quæ tamen diffinitio ſiue ratio in reparata actione vendicat ſibi locum. Vnde ſicut dicitur in alia facultate, concretum ſicut eſt album, ſupponit id eſt accipit pro ſubiecto, id eſt, pro re alba. & cõnotat, id eſt conſignificat, ſeu appellatiuè deſignat adiectionem abſtracti, id eſt, albedinis. Sic in propoſito iſtud nomen reſciſſoria, licet deſignet adiectionem reſciſſionis præcedentis, accipitur tamen pro actione, quęcunq; ſit illa reſtituta, inſtituta, vel reparata, aut vtilis, vel directa, quæ datur poſt reſtitutionem, & propter reſciſſionem ſaltem cum effectu. Licet enim reparata non detur ipſo iure, ſed quoad ſui principia, propter, ſeu poſt reſciſſionem, quando reuera ſuo effectu poſt & propter reſciſſionem comparante carebat: qui effectus in propoſito principaliter ponderatur, vt. ff. de in integrum reſtitutione. l. nemo videtur. allegata. cum cõcor. ibi ſignatis.

25 ¶ † Circa ſextam quæſtionem, qua quęritur, an reſciſſoria ſit natiua, vel datiua: & quando naſcatur: formãtur duæ quæſtiones. Circa primam, an ſit natiua, vel datiua Cyn. in .l. ſi ab hoſtibus. in quinta quęſtione poſt Petrum præmittit, quòd vbicunque non eſt ſufficiens materia ad productionem ſui in eſſe, actio non naſcitur defficiente materia. Et ideò non dicitur natiua. Sed actiones datiuæ non habent cauſam ad ſui productionem. vnde tanta eſt differẽtia inter natiuam & datiuam actionem, quanta eſt inter generationem & creationem: quia generatio eſt ex præcedenti materia ſufficienti. Sed creatio non eſt ex pręcedenti materia, ſed ex nihilo. Caue tamen quia Petrus. C. de tranſactionibus. l. cum mota. in fine. vbi hoc per Cyn. reperies. Dicit hoc verum ex parte allegationis quia illę, quę habent ex cõtractu vel quaſi, aut delicto, vel quaſi, pręexiſtentem materiam dicuntur natiuę: alię verò datiuę tamen in actionibus non cadit illa differentia: quia ad hoc, ꝙ cõpetat actio ſemper oportet, ꝙ habeat pręexiſtẽtem materiã, verũtamẽ iu-

dicando, magis pones matrem, judicantur natiuę: vt .ff. de actionibus & obligationi. l. obligamur. & de procura. l. licet. § ea. ſuper quo vide pleniùs in Cyn. C. de actio. & obli. l. j. in iij. q. vbi vide etiã pulchrè de materia vtilis actiõis, an ſit natiua, vel datiua: & an ſit eadem cũ directa. Et hoc ſuppoſito, dicit ſecundum Pet. ꝙ cum hodie dominio & actioni perſonali præſcribatur ipſo iure: vt diximus in. q. præced. reſciſſoriam, quæ prima actione ſic perempta datur, datiuam dicimus, non natiuam: quia nec in realibus, nec in perſonalibus habet ſufficientem materiam ad productionem ſui in eſſe: quia dominium ex cauſa habili traditiõe ſecuta vt pulchrè per Cy. in. l. traditionibus. & hic dicitur dominium natiuũ. Nam vbi res mea præſcripta eſt, dominium amiſi: & iudex me reſtituens reſtituit mihi vtile dominium: quod tunc nõ habet ſufficientem materiam. Et ſic dicitur datiuum dominium: quod tunc non habet ſufficientem materiam. Et ſic dicitur datiuum dominium, & datiua actio vtilis: vt. l. ſi ab hoſtibus. Et idem eſt in perſonalibus actionibus, quę naſcũtur ex obligationibus, quæ procedunt ex contractu: vt. § ea. allegato. Cum enim actioni ſit præſcriptum ipſo iure, ceſſauit obligatio: & iudex mihi reſtituit actionem, quæ tũc nõ habet ſufficientem materiam. Et ideò dicitur datiua. vnde dicit Cyn. ꝙ cum ſecundum ſuam opinionem actio reſciſſoria ſit quandoq; directa, & quandoq; vtilis: vt dixi in præcedenti. q. dici oportet, ꝙ quandoq; ſit natiua. ſ. quando eſt directa: & quandoq; datiua. ſ. quando eſt vtilis. Et hoc ꝓdeſt ſcire propter formationem libelli. ¶ Alij dicunt ſimpliciter, ꝙ natiua eſt per. l. nemo videtur. ff. eo. ti. iuncto, ꝙ non præſumitur quem velle illi beneficio iuris renunciare. ff. de probatio. l. cum de indebito. in fi. Dicit enim ſpeciem attendendam vt. ff. fami. erciſcundæ. l. propter ſpem. Et dicunt, ꝙ noſcitur ex huiuſmodi ſpe & memoria præcedentis dominij ſicut dicitur de furioſo. ff. de his, q ſunt ſui, vel alie. iuris. l. patre furioſo. & ff. de regu. iur. l. furioſus. Facit. ff. de quæſtionibus. l. vnius § ſeruus. de curato. l. fi. de ſolu. l. vero procuratori. Sed alij reſpondent nulla ſupereſſe veſtigia: quia dominium obligatio & actio in totum tolluntur: vt. l. traditionibus. & Inſti. qui. mo. tol. obli. per totum. Nec propter ſpem, vel memoriam admittitur quis ad agendum. ff. de ſolutio. l. cum quis. ¶ Alij verò dicunt, ꝙ licet directum dominium ſit ſublatum per vſucapionem & præſcriptionẽ remanet tamẽ vtile, propter quod prætor reſciſſoriam pollicetur, quod præfertur directo: vt. ff. ſi ager vectiga. l. j. Sed cœteri dicunt hoc ſuſtineri nõ poſſe: quia prætor nihil dat niſi probato, ꝙ dominus eſſet ante præſcriptionem, vel vſucapionẽ. Ergo ante hanc probationem nulla actio ſupereſt. ergo non natiua, ſed datiua datur: vt. l. ꝙ ſi minor § reſtitutio. & C. de ſen. paſ. l. iij. Maximè quia prætor ſub conditione promittit. ergo nihil debetur, niſi conditione præmiſſa. argu. ff. de acqui. poſ. l. qui abſenti § j. Sed reſpondent quidã, ꝙ retrotrahitur ad tempus vſucapionis, vel pręſcriptionis. ar. ff. qui potio. in pig. habẽ. l. potior. de verbo. obli. l. fil. fami. Ioan. autem Fabri, cui applaudere videtur Ioan. Rollandi, dicit, ꝙ ſi prima actio reſtituitur, ſeu in ipſa ſpiritꝰ vitę inſufflatur, ipſa reſtituta erit talis, ſicut prima, natiua videlicet, vel datiua. Nam reſtitutio reponit omnia in priſtinum ſtatum: vt § reſtitutio allegato. & ideò dominia & actiones reſtituuntur. Ex quibus ſuppoſito, ꝙ prima non reſtitueretur: quidam magis ſubtilizans dicit, ꝙ conſiderato medio remoto, videlicet reſtitutione, ex qua datur dominium vtile, cenſetur datiua. Sed conſiderato principio immediato, videlicet dominio ex quo naſcitur, cẽſetur natiua. Et idem dicunt in perſonali reſpectu contractus, ac etiam in publiciana. quod placet Ioan. Rollandi. Verũ quia reſtitutio ipſa non habet præexiſtentem materiam, nec eſt ſecundum veritatem eadem reſtituta cum prima, ſed potiùs regulariter diuerſa, dominium obligatio & actio reſtituuntur. Et ſic vnum non poteſt repręſentare cauſam, ſeu materiam præexiſtentem alterius. Magis Cyni concluſioni acquieſco, vtẽdo illis verbis natiua, & datiua, ſecundum intellectum, de quo ſupra: cum ſint magiſtralia verba. Nec ob. quòd reſtitutio reponit rem in priſtinum ſtatum: quia hoc verum vtiliter, & in effectu, non autem directo: cum in prætoris viui, vel mortui poteſtate non ſit de huiuſmodi iuribus directis diſponere. vt Inſti. de bo. poſ. § quos autẽ. & l. & ſi ſine § ſin autem. in fi. allegata. Nec obſtat valet diſtinctio de principio immediato: quia in his, quæ in inſtanti indiuiſibili non eſt medium: cum indiuiſibile diuiſionem nõ recipiat: vt de ſe patet. Nec valet dicere, quòd hoc caſu ex vtili dominio, vel vtili obligatiõe naſcatur iſta actio: quia ars imitatur naturam: & tamen ſecundum naturam pater & mater filium & filiam præcedunt tempore. argu. Inſti. de adoptio. § minorem natu. Et quod dixi per reſtitutionem prædicta omnia ſimul & in inſtanti, ac indiuiſibiliter reſtitui: patet, quia reſtitutio non eſt, niſi quædam ſententia prætoris viui reſtitutionem huiuſmodi concedentis. argu. eorum, quæ leguntur, & nota. ſ. de offic. iudi. c. ij. & tamen ſententia maximè circa idem negotium neceſſario indiuidua eſt: vt patet ex his, quę notauit Cyn. cum Petro. C. ſi aduer. rem iudic. l. j. in ij. q. argu. ff. de arbi. l. quis tamen. in princip. & l. in hoc iudicio. ff. famili. erciſcundę. Et ita non placet ſubtilitas hęc: de hoc tamen non multùm curare habet ſimplex Canoniſta: cum ex diuerſitate opinionum non diuerſificetur effectus.
26 argumen. ff. de leg. l. minimè. allega. ¶ † Circa ſecundam partem quęſtionis, videlicet, quando naſcatur reſciſſoria, Cyn. poſt Pe. in. l. ſi ab hoſtibus. in. vj. q. recitat circa hoc variationem gloſſarum & opinionem Bulga. & eius improbationẽ & opinionem Petri, quę habet quòd quia per vſucapionem & pręſcriptionem tollitur dominium ipſo iure ſecundum eum, vt dixi. ſ. reſtat, quòd actio non competit: vt. ff. de rei vendicatio. l. in rem. & de annuis legat. l. Quintus. Et per cõſequens, quòd oportet venire ad iudicem, & impetrare reſtitutionem, qua conceſſa, datur actio vtilis reſtituto. & ſic naſcitur immediatè data reſtitutione, & non ante. Non ob. l. ſi ab hoſtibus. cum ſimilibus: quia intelligendum eſt, quòd actio vtilis anno vtili tollitur. i. eius natiuitas impeditur. Et ſic ceſſat argumentatio legis, nam & ſi ſub conditione. Et ita intelligit. l. ſi ab hoſtibus. & ſimiles. argumen. ff. de ſolutio. l. diſpenſatorem. ¶ Dy. verò inter opiniones Bulga. & glo. mediam viam eligens, dicit: aut ſublata eſt actio ipſo iure, vt per vſucapionem triennij: & tunc nunquàm reſciſſoria datur, niſi poſt reſtitutionem conceſſam. Sic loquitur. l. ſi ab hoſtibus. & § ſed cum reſciſſa. & gloſſ. in. l. ſi ab hoſtibus. Aut non eſt ipſo iure ſublata: vt in pręſcriptione rerũ immobilium & perſonalium actionum, ſecundum eum: & tunc bene competit, licet ſine effectu ante reſtitutionem conceſſam: vt. l. ab hoſtibus. C. qui. non obſt. longi tempo. pręſcrip. & l. ab hoſtibus. C. de capti. & in primo caſu prętor aditur, vt actionem det: quia extincta eſt per vſucapionem. ¶ In ſecundo aditur, vt efficacem cõſtituat illam, quę erat inefficax ratione pręſcriptionis. ¶ Ioan. Fa. dicit, quòd de primo membro proximę diſtinctionis & text. in. l. quod tempore. allegata vbi dicit tex. quòd amota pręſcriptione infra annum poteſt vendicare. ergo extunc incipit ex quo amota eſt. & dicit hoc expreſſum in cle. vna. j. eo. ¶ Nec valet ſecundum argumen. cum dicitur: actio quę non eſt nata, tolli nõ poteſt. C. de iure dotium. l. in rebus § omnes. de vſufru. l. corruptionem. Sed hęc tollitur, vt. l. ſi ab hoſtibus. Nã actio non nata tolli dicitur, cum pręſcribitur materię, ex qua cauſari debebat: vt vides in pignoratia: cum pręſcribitur iuri offerendi. C. de pręſcriptio. xxx. annorum. l. cum notiſſimi. & petitione hęreditatis. cum non intentatur querela infra quinquennium. C. de inofficio. teſtamento. l. ſancimus § finali. ¶ Sed bene concedit, quòd iudicium reſcindens competit à tempore reuerſionis, ſi fuit lęſio in abſentia: aliàs à tempore lęſionis: vt dicta Clementi. prima. ¶ Ioã. Rollandi dicit, ꝙ Pe. malè intellexit. l. ſi ab hoſtibꝰ. quia nõ dicit, ꝙ vtilis actio det à tẽpore reuerſiõis. ſed contrariũ, quia dicit

quia dicit, quòd datur reſtitutis: nec dicit, quòd perdatur ante. Sed ſucceſsionem ex beneficio leg. corneliæ in hoc, qa
27 ſicut ex beneficio edicti prætoris reſtituto datur prædicta actio vtilis. de pſeoti, placet diſtinctio Dy. ¶ † Circa ſeptimam quæſtionẽ qua quæritur de iudicio reſcindenti, à quo tempore incipit: ad quam reſponſum eſt. ꝫ. proxi. q. ver. ſed bene procedit. Sed hic diſtingue: quia aut quæris de iure agendi largè ſumẽdo hoc ius, propter infra dicenda. Aut de lite ſuper iure huiuſmodi agitanda, quæ iudicium propriè dicitur: vt dicetur. ꝫ. de iudicio rubri. Primo caſu: aut loquimur io minore, vel abſente, aut aliàs agere impedito: & tunc à tempore maioris ætatis, reuerſionis, ſeu impedimenti ceſſantis, currit hoc tempus. Aut quærim⁹ de eccleſia, vel alio maiore, aut republica Romanorum: & tunc à tempore læſionis. Plus hæc membra deducam latiùs in Cle. vna. ꝫ. e. vbi expediam. vij. qõ. motas. De iſta materia per Cyn. C. de tempo. in iute. reſti. petendæ. l. ſuperuacuam. Secundo caſu principali dic incipere eo modò, quo ceteræ lites. de quo
28 plura dicemus. in Cle. ij. vt lite pendente. ¶ † Secunda quæſtio eſt, quo iure petitur. & dicit aliqui, quòd petitur actione in factum ex edicto prætoris: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. j. quia actio in factum ex edictis prætorum eſt. ff. de eo, per quem factum eſt. l. j. & nau. cau. ſta. l. ait. §. j. Dicit Cyn. poſt Pet. in l. quod tempore. in. j. q. quòd reſtitutiones quædam à prætore mortuo procedunt. & illæ petuntur per viam actionis, vt patet in titu. quod oiet. cau. de dolo, & ſimilibus. Quædã conceduntur à prætore viuo: vt reſtitutio quæ conceditur minoribus & maioribus læſis. & iſtæ petuntur officio iudicis: vt. l. ſi quis ſtipulatus. alle. Tunc enim ex edictis prætorum deſcendit actio in factum, vbi noo eſt actio propria, vel officium iudicis expreſſum. Sed ex illo edicto deſcendit officium iudicis: vt patet in. l. ſi quis ſit ſtipulatus. allegata. vbi dicitur officium prætoris eſt. &c. Et probat Dy. quòd detur officium iudicis per. l. ſi ab hoſtibus. allegatam. vbi pari paſſu ambulant reſtitutio maioris & minoris. Modò in reſtitutione minoris non datur actio, ſed officium iudicis: vt. l. quòd ſi minor. §. ſi. Item, quia actio habet matrem obligationem: vt. §. ea. allegato. Et modò hic non reperitur obligatio, quia nec cõtractus, vel quaſi: nec delictum, vel quaſi: & ſic nec factum ſufficiens. Ioã. Rolandi idem tenet, & probat ſic. Nam ibi agitur per officium iudicis. modò in caſu iſto non poſſum redarguere factum aduerſarij. inducit. ff. de ope. no. nuncia. l. prætoris officium. & l. prætor. & ff. de dãn. infec. l. cum poſtulaſſem. Item, quia qui petit iure actionis, petit id qd põt facere aduerſarius: quia impoſsibiliũ nõ eſt obligatio: vt regula, nemo poteſt. Modò reſtitutio tendit, vt reſcindatur vſucapio, quod pars facere non poteſt. Item, quia actiones dantur vniformiter, & non reſtitutiones. inducit. ff. eo. item, quia ceſſante actione & æquitate dictante, datur officium iudicis. ff. de peti. hæred. l. hæreditas. & de adimẽ. le. l. Quintus. Modò ſic eſt in materia reſtitutionis. Et ad id quod dicitur ex edictis prætorũ actionem deſcendere. dicit hoc verum, vbi reperitur factum ſufficiẽs dandi actionem. quod hic ceſſat. Et ſic reſpondet ad. l. quoties. ff. de præſcrip. ver. Nec obſtat æquitas. l. ſi me, & Titiũ. & l. ſi ſeruum. ff. ſi certum peta. quia hîc nõ eſt de ſe factum ſufficiens, ad producendam actionem, vt dixi. nam in vſucapione, ſeu præſcriptione vſucapiens, ſeu præſcribens rem meam, non tenet eam amodò, vt meam: ſed vt ſuam: vtpote per vſucapionem, ſeu præſcriptionem iam factus dominus. Nec ſine cauſa: cum vſucapio, ſeu præſcriptio ſit cauſa ſufficiens, & à iure probata. Et ſic ceſſat æquitas dictarum legum, vbi rem meam ſine cauſa alius tenet, ad quem de voluntate, vel pecunia mea peruenit. & iſta eſt veritas. ¶ De quæſtione verò octaua dicam infra eodem coram quæſtione prima. §. ſed quæro. & quæſtione ſecunda. §. deſcendo. & de quæſtione nona dicam in dicto. c. coram. quæſtione tertia. De quæſtione verò decima. dicam infra eodem. c. ſuſcitata. quæſtione quinta. Et de quæſtione vndecima. eodem c. ſuſcitata. quæſtione ſexta. Et de quæſtione duodecima. infra eodem. c. conſtitutus. in quæſtione prima. De quæſtione verò decimatertia. dicam infra eodem. c. coram. in quæſtione quarta. De decimaquarta quæſtione dicam infra eodem in. c. coram. in quæſtione decima. De quæſtiõe decimaquinta. dicam infra. c. conſtitutus. in quæſtione, ſecunda. & ſupra c. auditis. in quarta oppoſitione. ¶ Supple gloſſas. in glo. argumentum, quòd. ibi: *addiscere*. vnde dicit Canon: multo tẽpore diſce quæ poſt modum doceas. decimaſexta quæſtione prima. ſic viue. Lex tamen dicit in quinque annis quem imbui in legali ſcientia. in cõſtitutione digeſtorum in pen. columna. Et ibi: *ſomnus*. verſiculo, iuuenalis. libro primo. Et ibi Monachus. vbi de hoc. vnde Seneca de conſolatione ad matrem circa finem: beneficio capacis ingenij pluſquàm tẽpore auxiſti. Et Hieroni. contra Bifinum. Memoriter tenendo præcepta doctoris ingenio pro libris vtebantur. Et ad Paulinum. c. tertio. ingenium docile etiam ſine doctore laudabile eſt. ¶ In glo. *ſed quare*. ibi: *contra eos*. Innocen. Sed ſecundum Hoſtien. fundata erat actoris intentio, per ea, quæ ꝫ. de priuilegio ſunt dicta. dicit etiam Hoſtien. quòd hæc negatiua, non ſolùm per teſtes, & inſtrumenta probabitur: ſed etiam per iura communia: cum ſit negatiua iuris. De quo remittit de elect. bonæ. j. Et dicit hoc notari per verbũ, non debeat. quod potius notatur ius, quàm factum. Et forſan ſecundum eum probabitur per teſtes, quòd renunciauerunt ſuo priuilegio tacitè, vel expreſsè. de conſtitut. cum acceſsiſſent. in fine. Vel inducitur priuilegium contra priuilegium, quod ſi de primo ſufficientem fecerint mẽtionem, conſtat de iure primum reuocatum: aliàs ſecus. de hoc infra. de præſcriptio. veniens. ¶ In gl. penultima ibi: *ad peremptor*. dicit Hoſtien. quòd prima vice non mittitur peremptoriũ, niſi ex iuſta cauſa expreſſa: vt quia citatio non eſt facilis, vt hic: aliàs poſſet appellari. Remittit de dilatiõib⁹. c. primo & ꝓut dicit, vbi ſit hoc ex cauſa, ſolẽt tres termini in vna citatione exprimi. de teſti. cogen. c. ſecundo. Et in fine. ad idem de ſententia excommunicationis. relatum. Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia beneficio reſtitutionis in integrum ſibi competenti, num renunciare poſsit? remiſsiuè.*
2 *Minor beneficium reſtitutionis in integrum, an per ſe petere poſsit?*
3 *Procurator ſine mandato ſpeciali, num reſtitutionem in integrum petere poſsit? Et quid de ſyndico & actore? Et qui in hoc includantur? Item quid de conſanguineis? numero. 4. & 5.*
6 *Exceptionem incõtinenti probatam ſententiæ executionem impedire. Et quid de ſupplicatione? numero. 7.*
8 *Promiſsiorum de qua hîc, in quibus ſententijs locum habeat?*
9 *Præſumptiones efficaciores ad hoc requiri, vt poſtulatio reſtitutionis in integrum ſententiæ latæ per auditor. palatij Apoſtolici impediat quam aliarum ſententiarum per alios iudices minores latarum &c.*
10 *Exorbitantia quotuplex eſt.*
11 *Præſumptiones de quibus hîc, quæ, quot, & quales eſſe debeant. Et num vna ſufficere poſsit?*
12 *Sententiæ duæ, aut tres ſi latæ ſint, an locum habeat Decreta. hac, ſuſcitata.*
13 *Reſtitutionem in integrum petens aduerſus contractum, aut ſententiam, vt audiatur, an ſit cauſæ cognitio aliqua neceſſaria.*
14 *Reſtitutio in integrum, num per modum exceptionis peti poſsit? Et an poſt quadriennium impleri per exceptionis modum poſtulari queat? & numero. 15.*

¶ *CAP. VI.*

SVſcitata. Caſus. Si reſtituatur in integrum contra ſententiam is, contra quem eſt præſumptio, ſententia exequutioni mandabitur, recepta cautione de reſtituenda re, ſi priùs condemnatus in hoc

iudicio præualeat. Et primò ponit deciſam facti narratio-
nem. Secundò ipſius diffinitionem. Tertiò reſtitutionis pe
titionem. Quartò ipſius cum certa prouiſione conceſſio-
nem. Secunda ibi: *nos intellectis*. tertia ibi: *ſententia verò*. quarta
ibi: *quam eidem*. ¶ Expone literam. *Articulis*. qui fuerunt illi,
neſcimus: fortè erant ſuper ſynodo, viſitatione, procuratio
ne, & ſimilibus. Pet. & Abbas. Et infra deciditur, quòd iudices
ad cauſam dati negotium retulerunt. Pet. & Abbas. lata per
nos: *indulgendam*. Et ſic contra ſententiam Papæ datur reſti-
tutio. ſ. c. proxi. etiam læſione non probata, & ſic contra .c.
j. & c. iij. ſ. eo. Abbas. Super quo vide, quod ſcripſi in. iiij. op
1 poſitione. An † autem eccleſia poſsit renunciare beneficio
reſtitutionis in integ. ſibi competenti: tangit hîc Colle. ſed
2 dicam. j. eo. c. j. lib. vj. † Tangit etiam nunquid minor per ſe
petere poſsit beneficium reſtitutionis in integ. & arguit, quòd
ſic, per. l. ſi iudex. ff. de mino. Demum dicit, quòd fatuus eſſet iu
dex, qui admitteret eum ſine tutore. ff. de admi. tuto. l. j. § pe.
Licet tutor nihilominus reſtitueretur. Allegat Hoſtien. in
ſumma de procura. § j. an ſi. prouidendū. quaſi viam mediam
eligendo. de offi. deleg. quærenti. Nunquid ergo poteſt trahi
in exemplum: putat Hoſti. quòd ſic: quia non eſt prouiſio ſim-
pliciter ſpecialis, ſed aliquantulùm continet ius commune.
de re iudic. in cauſis. Et de hoc. ſ. de tempo. ordi. c. j. ij. & iij.
Et hoc dictum probat litera: quia hîc Papa de iure reſpon-
det, ambabus partibus prouidēdo hinc inde, & ambas hinc-
inde à grauamine releuando. Nouel. *Præualuerit*. i. ſi proba-
3 uerit. quod intendit, obtinebit. Hoſtiē. ¶ † Primò opponi-
tur ibi: *procurator*. quia ſine ſpeciali mandato non poteſt pro
curator petere reſtitutionem, quod proſequere, vt in gloſſ.
iiij. vbi vide vnam ſolutionem, quam recitat etiam Innocē.
allegans pro hoc, quod dicitur de iudice. j. e. c. pe. iuncto. quòd
mandatum iuriſdictionis ſimile eſt mādato procuratoris. ff.
de iuriſdi. om. iudi. l. & quia. Vel ſecūdum Inno. ſuppleri de-
bet ad tex. quòd ſpeciale mandatum habebat ad petendum hāc
reſtitutionem. ¶ Vel ſecundum eum, alia ratio eſt hîc: quia
ex quo committitur ei principale, & acceſſorium. ſ. de offi.
dele. præterea. & c. prudentiam. § pe. & vltimo. Vel dic ſecū-
dum & tunc tantùm ſine ſpeciali mandato poteſt petere in
integ. reſtitu. cum per litis conteſtationem factus eſt domi-
nus litis. Nam tunc conſtat, quòd petere poteſt cum dominus
ad hoc non poſsit alium procuratorem conſtituere ſine cau
ſa. ff. de procura. l. quæ omnia. & eod. ti. lib. vj. c. quamuis. Sed
fortiùs ob. ſ. de ele. innotuit. ad fi. ſecundum Hoſti. ¶ Dicit
ergo Hoſti. quòd iſte procurator in ſuo procuratorio habebat,
vt eſt moris, expreſſum mandatum, quòd poſsit in integ. reſtit.
petere, & ante, & poſt ſententiam. Et hunc dicit verum in-
tellectum. vnde dicebat Inno. de facto ſeruari, quòd procurator
ſine ſpeciali mandato ad hoc non admittebatur. ¶ Vel ſecū
dum Hoſti. non fuit hîc de hoc obiectum, vel ſecundum eū
diſpenſatio petita. In .c. innotuit. non erat ita annexa peti-
tioni confirmationis, ſicut hæc petitio annexa eſt principa
li, imò quaſi contraria: quia diſpenſatio petitur de gratia: cō
firmatio de iuſtitia. de ele. poſtquàm. Nec fit ibi tantū præ-
iudicium, ſi differatur diſpenſatio, quæ tota pendet ex gra-
tia: ſicut l. [illegible] fieret in reſtitutione, quæ fieri debet de iuſti-
tia. ¶ Subdit autem Inno. ſecundum quoſdam, quòd ſicut pro-
curator minoris vel eccleſiæ in proſequutione cauſæ ſi ma-
lè agat negotium domini, ſic quòd ex hoc ſequatur læſio, & fue
rit ipſe in culpa: dominus reſtitutionem non habebit: imò
tenebitur domino procurator actione mandati. Sed ſi non
fuit in culpa, locus eſt reſtitutioni, quam nō procurator, ſed
dominus poſtulabit. ¶ Addit autem Hoſtiē. quòd etiam ſi fuit
in culpa, ſed ſoluendo non eſt, peti poteſt reſtitutio per .l. ſi.
ff. de eo, per quem factum eſt. imò idem etiam ſi ſoluēdo eſ-
ſet: quia vtiliùs poteſt eccleſiæ, vel minori reſtitui, quàm ve
xari litibus & expenſis. ff. de mino. l. minoribus. xxv. annis.
Hoſti. Et hoc verum de procuratore petentis reſtitutionē.
Sed quid de procuratore illius, contra quem petitur reſtitu
tio. Dicit Inno. quòd ille bene admittitur ſine ſpeciali manda-
to: vt: ff. de mi. l. quòd ſi de ſpeciali mādato. Et eſt ſimile quod de
actione populari notatur, de accuſatio. veniēs. in gl. prima.
¶ SECVNDO quæritur quantùm ad hoc, quid de
ſyndico & actore: dicēdū eſt ſecundum Inno. quòd prædicti &
omnes, qui legitimam adminiſtrationem habent. Et ſic in-
cludit prælatos, etiam ſi ſpeciale mandatum petendi reſtitu
tionem nō habeant, in integ. reſtitutionem petere poſſunt.
Et de his vide in Spec. ij. parte. eo. ti. § ij. verſi. prælatus autē.
& ſequē. Et in generali procuratore intelligitur. § ſi talis, pro
contrario allegatus ſecundum eum. Circa hoc tamen diſtin
guit Iac. de Are. quia aut eſt ſyndicus vniuerſitatis, qui ge-
rit publicum officium, iſte poterit petere reſtitutionem, li-
cet non habeat ſpeciale mandatum. arg. C. de officio eius,
qui vicem alter. gerit. l. j. Et idem ſecundum quoſdam in tu-
tore & curatore: vt probatur. ff. de re iudi. l. ex contractu. &
de autho. tu. planè. & C. ſi ſæpiùs in integ. reſtitu. poſtu. l. ij.
Aut eſt ſyndicus alicuius collegij, vel alterius non habens
officium: & iſte ſine ſpeciali mandato non poteſt petere re-
ſtitutionem argu. dicti. § ſi talis. ſiue ſit de collegio, ſiue non
ſecundum eum. Et hoc puto verum. Nam in tali eſt eadem
ratio, ſicut cum procuratore. & cenſetur effectualiter pro-
curator. de nominibus non curetur. de procurat. petitio. &
per hæc moderes dictum Innocen.
¶ TERTIO quæritur, quod de patre? Dicit Innocen.
quod pater pro filio quamuis innito, poteſt petere in integ.
reſtitutio. Idem Iaco. de Arena ſi petat tanquàm legitimus
adminiſtrator filij: vt. C. de bo. mater. l. j.
4 ¶ † QVARTO quæritur, quod de conſanguineis?
dicit Innocen. quòd conſanguinei ſine ſpeciali mandato ad
hoc non admittuntur. Et idem de alijs agnatis, vel affinibus:
niſi adoleſcens eius vitæ eſſet, vt meritò bonis ei debeat in-
terdici, prout hæc omnia probant. ff. de mino. l. illud. cum
duabus legibus ſequentibus. Hoſti. Ex hoc infert Colle. con
iunctam perſonam non admitti, per. c. nonnulli. in fi. de re-
5 ſcrip. & ſua collecta ibi. ¶ † Ex quibus Hēricus colligit vnā
diſtinctionem talem, ſi quæris vtrum procurator generali-
ter conſtitutus, vel ad cauſam ſpecialiter datus poſsit pete-
re in integr. reſtitu. refert: quia aut petitur principaliter: &
tunc non, vt. § ſi talis. Aut incidenter: & tunc, aut ante ſentē
tiam, ſeu poſt appellationem legitimam ab ea interiectam,
vel poſt ſententiam, ſi ante appellationem intra tempus ap-
pellandi: & tunc ſic, vt hîc, & c. j. c. proxi. cum ibi not. Quod
placet Collec. quia poteſt appellare ex vi primi mandati: vt
c. nō iniuſtè. Sed hoc eſt arguere à caſu incluſo, vt ibi, ad nō
incluſum: vt. § ſi talis. Ideò non placet hoc dictum. Henric.
autem dicit, quòd eſt iſta ratio: quia procurator datus ad cau-
ſam, ad omnia cēſetur datus, ſine quibus cauſa ad effectum
proſperum perduci non poteſt. ff. de procurat. l. ad rem. & l.
ad legatum. Et ita intellige hîc gloſ. quartam. Et idem tenet
Cyn. C. per procura. cau. in integ. reſtitu. agi poſ. l. vna. Et ad
hoc facit illa. l. nec obſt. l. qui proprio § item quæritur. ff. de
procura. quia intellectus eius dubius eſt, vt refert Cyn. vbi.
ſ. de cuius intellectu ſatis ſcripſi. ſ. c. proxi. in. iiij. oppoſitio
ne. § quæro igitur. verſic. ſed contra hoc opponitur & § iij.
principaliter. poſt princi. Et ad hanc decre. reſpondet Cyn.
vbi ſupra, dicens, quòd loquitur in facti narratione, non in
iuris diſpoſitione. Vel dic ſecūdum eum, quòd licet tex. hîc
dicat, quòd procurator petijt reſtitutionem, nō dicit, quòd
fuerit danda. Sed hoc eſt deliberare contra tex. qui dicit, quòd
data fuit. & quicquid dicat Henricus Cyn. ibi non determi
nat: niſi de. q. incidenti ante ſententiam, ita quòd ſecuriùs
eſt dicere cum Hoſti. quòd hoc hîc habebat mādatum ſuffi
ciens. Et ſi dicas, quòd hoc eſt diuinare: reſponde per dictū Cy.
quòd hîc narrat & ſupponit verum factum, videlicet, quòd
procurator erat ad petendi reſtitutionem. Nec quoad hoc
ius diſponit: ſed ſupponit factum quoad hoc rectè ordina-
tum. Nec video, quid faciat facultas appellandi poſt ſenten
tiam quantùm ad hoc: cum ſententia de natura ſua impo-
nat finem liti. ff. de re iudicata. l. j. licet in materia attenta-
torum

torum certum inducat effectum.de appellatinnibus.non ſolum.li.vj.Et ſic nihil facit hæc decretalis,quia loquitur de reſtitutione danda poſt ſententiam Papæ, à qua appellari non poteſt:& eodem modo non facit.c.coram.ideò nõ placet Henrici ſubtilitas contra dominum.Et iſta eſt cauſa noua non commiſſa.vt.§.ſi talis. Aut petit reſtitui poſt ſententiam,quæ in rem tranſiuit iudicatam,ſeu à qua appellari nõ poteſt:& hoc non ſine ſpeciali mandato:vt infra eo.coram. Ratio,quia negari tunc non poteſt, quin ſuper principali procuratorium ſit finitum.Ergo multò fortius ſuper incidẽti,vel acceſſorio.arg.ff.de regulis iuris.l.cum principale.&.l.cum principalis.& infrà de regulis iuris.acceſſorium. libro ſexto.Et ſic no.zenzel.in cle.vna.infra eo.gl.j. Sed quando cenſetur habere ſpeciale mandatum? dicit Iac.de Rauẽna,ꝙ tunc,quando habet liberam adminiſtrationem.vt.ff.de ꝓcuratoribus.l.procurator,cui libera.& de iureiurando.l.iuſiurandum.quod ex conuentione.§.vlti.&.l.ſeq.facit infrà de ꝓcuratoribus.qui ad agendum.§.ſi.libro ſexto. Et idẽ dicit Iac.in beneficio abſolutionis obtinendo.¶ Sed nunquid ſufficit quantùm ad hoc,ſi detur licentia petendi in integrum reſtitutionem quoties opus erit? Dicunt quidam,quòd ſic. Sed alij dicunt contrarium, & bene ſecundum Petrum de Bellapertica,dicentes quòd ſpeciale mandatum tunc demũ videtur eſſe conceſſum:cum datur ſibi mandatum,quòd petat reſtitutinnem in integrũ aduerſus talẽ læſionẽ,vel abſolutionem aduerſus talem ſententiam.Et quòd hoc ſit verũ probatur.ff.de acquirenda hæreditate.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ſecundn reſponſo ſecundum Cyn.poſt Petrum vbi ſupra.Ad hoc vide not.Archid.de ſententia excommunicationis.is cui.li.vj.& Spe.de procuratoribus.§.j.verſ.ſed nunquid.ſecundum Collect.Sed hoc dictum non ſeruatur,nec eſt verum prout ſcripſi.infrà de ꝓcura.c.ſi.libro ſexto.in fi-

6 ne primæ.q.& ibi plenè.¶ † Secundò opponitur de.c.veniens.vt in gl.hoc regulare.in prin.Aduertẽ glo.ponit hanc concluſionem, quòd exceptio in continenti probata impedit exequutionem ſententiæ.¶ Sed contra videtur,quia ſententia lata iudex functus eſt officio ſuo.ſ.de officio delegati.in literis.Ergo contra ſententiæ exequutionem nullã exceptionem vlteriùs audire debet.Solutio illud verum,niſi impetretur reſtitutio:vt hic. Vel niſi ſit appellatum,de re iudicata.cum inter.&.c.quod ad conſultationem. tamen ſi aliquid iuſtum probetur,differtur exequutio.ſ.de re iudic. decæterò. Vel diſtingue inter delegatum,qui hoc poſſet.C. quomodo,& quãdo iudex.l.ſi præſes.de,quo remittit Hoſt. de accuſa.qualiter.in prin.&.c.quod ad conſultationem.allegato.vbi vide Nouellã ſuper vltima gl.Et ibi vide de exceptione nullitatis.dicam in dicto.c.decæterò. Sed adhuc videtur obſtare.c.venẽs.inducendo per alium modum: qa ibi non mandabatur exequutioni ſententia, cui tertius ſe opponit.Sed dicit Collectarius,quòd non obſtat,quia vbi res vacans à nemine poſſeſſa petitur,habet locum quod ibi dicitur:aliàs nõ,vbi no.per Inno.hic verò res petita ab alio poſſidetur.Nec hic opponebat ſe tertius:& erat hic præſumptio contra impedientem exequutionem.Et per hoc etiam tollitur.c.cauſa ſuper.de re iudicata.quia ibi tertius,contra quem nulla præſumptio debito tempore,& per viam ordinariam appellationis,ſecundum Collec.qui ſubdit propter præſumptinnem contrariam hic exigi cautionem:quod nõ placet:quia præſumptio hic non faciebat competentẽ exequutionem,à quo exigitur.Sed contra petẽtem reſtitutionem,cui exhibetur.& quia tex.in verſ.neue monaſterium. &c.in alia ratinne.ij.¶ Tertiò opponitur de.c.ſi.de trãſlact. vt in ſi.gl.Pet.Solue vt in dicta gloſſa. Vel dic,quòd hic petebatur reſtitutio aduerſus ſententiam principis, quæ non datur,niſi per ſupplicationem.† Et ſupplicatio non impe-

7 dit exequutionem,ſi petatur poſt decem dies:vt no.ſupra.e. c.ex literis.& ibi dixi.in prima.q.§.& ex hoc notare potes. &.§.ſeq.&.§.quinta differentia,&.§.ſed quæro ſpecialiter. Et ſic intelligitur ſecundum Innocentium ff.de minnribus.l. minor autem.arg.ſ.c.proxi.Vel dic ſecundum eum ſpeciale eſſe in ſententijs latis à principe:vt prætextu reſtitutinnis in integrum ipſarum exequutio non debeat impediri. Sed dicit Hoſtien.quòd quicquid ſcribatur,iſta fuit prouiſio, de qua dixi in expoſitione literæ,in verbo prouidẽdum. De illn autem generali qualiter æquitas rigori præfertur: dixi ſatis.in.c.ſi.de tranſlatione.allegato.in.iij.oppoſitione.

8 ¶ † PRIMO quæritur in.§.ne verò.ibi:*nos æquitate penſata, iure duximus prouidendum*.vtrum hæc prouiſio iuris locum habeat in ſententijs iudicum aliorum? videtur quòd ſic per id, quod ſcripſi in textu ſuper verbo prouidendum.Sed in contrarium arguitur:quia priuilegium conceſſum nb honorẽ principis ex iure nouo,& contra diſpoſitionem iuris communis non debet extendi.ff de legibus.ius ſingulare.& contra de regulis iuris.priuilegium.&.c. in argumentum. &.c. quæ à iure.li.vj.Modò ſic videtur in propoſito.Nam de iure communi,pendente in integrum reſtitutione,nihil innouari debet.C.vt in inte.reſti.poſtu.nil noui fiat.l.vna.Et hîc loquitur de ſententia lata à principe,& reſtitutione aduerſus eam concedenda.¶ Reſtat videre,an iſta decretalis ponat ius nouum.& videtur,quòd ſic,per rationem proximè præcedentem.& per dictam.l.vnam.vbi dicitur ſic: *poſtulata in integrum reſtitutione in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finiatur, perſpicui iuris eſt:idque curabit is,ad cuius partes ea res pertinet.* Item hoc videtur velle gl.in dicta.l.vna.in principio ponẽs exemplum eius in exequutinne ſentẽtiæ,& Cy.dicens hoc verũ eſſe de iure ciuili:licet ſecus de iure canonico,per hãc decretalẽ.Per quod clarè innuitur,quòd hæc decretalis ponit ius nouum,& ſpeciale.¶ Ex quo videtur conſequenter inferri poſſe,quòd cum in textu duo concurrant in facto videlicet:quia aduerſus ſententiam principis reſtitutin petebatur,& aduerſus petentem plures præſumptiones faciebant,vt patet in.§.ne verò.in prin.ibi:*ex præſumptionibus pluribus*.ceſſare debeat iſta decretalis hoc ius ſpeciale quodam modo propter principis honorem:vt videtur priuilegium ſpeciale inducens ceſſantibus duabus modificationib' antedictis,ſeu altera etiam earundem.ar.ſ.de regulari.c.conſtitutionem.&.c.non ſolùm.libro ſexto.& facit quod ſcripſi poſt Inno.ſ.e.in proxima oppoſitione.ver.vel dic,ſecundũ eum.Item,quia inter caſus adinuicem ſeparatos, & diuerſam inter ſe rationem habentes,malè arguitur.ar.ff.de calũniatoribus.l.ſi.C.de donation. inter virum & vxorem.l.maritus.&.ff.de verb.obliga.l.à Titio.à contrario.Modò ita eſt in propoſito:nam alius eſt caſus de reſtitutiõe aduerſus ſententiam principis,& alius de reſtitutione aduerſus ſententias aliorum.Item eſt & alia ratio,quia ſententia principis maioris eſt authoritatis adeò,quòd dicit textns,quòd perrarò aduerſus eam datur reſtitutio:vt.ff.de minoribus.l.minor autem magiſtratus.§.primo. Et ideò maint eſt præſumptio,quòd meliùs,maturiùs,atq; ſolenniùs lata fuerit.ar.C. de legibus.l.humanum.de teſtamẽtis.l.omnium. ff. de offic. præfecti prætorin.l.vna.Nnn ergo poteſt iuridicè inferri,ꝙ ideò,quia poſtulatio reſtitutionis aduerſus ſentẽtiam principis non impedit ſententiæ ipſius exequutionem: quòd nec etiam impediet,& ipſa petita aduerſus ſententias aliorum.Sed in contrarium facit,quod ſcripſi ſuper verbo,prouidendum.Adnerte in veritate valde ſum dubius,ſed magis acquieſco opinioni Hoſt.in hoc videlicet,quòd habeat locum iſta decretalis etiam dum reſtitutio poſtulatur aduerſus ſententias aliorum.Nam licet princeps reperiatur in iure habere priuilegia:& hoc potiſsimùm,qa poteſt diſponere cõtra iura:tamen in dubio videtur velle diſponere ſecundum ius,prout ſcripſi.ſ.c.proximo.in ſecunda oppoſitione.§.ſed oppones.quia non præſumitur in dubio hoc velle.Et fortiùs vbi exprimit,quòd vult diſponere ſecundum ius,vt hîc dicit ibi:*iure duximus prouidendum*. In certis enim ceſſat præſumptio.ff.de verbo.oblig.l.continuus.§.cum ita. ¶ Aduerte tamen,quia dico nihilominus, quòd hîc ponit ius nouum,ſed commune illud facit.Dico enim, quòd no-

uum eſt: quia ante iſtam decretalem oportebat ſtare regulę poſitiuæ, quam tradit.l.vna. allegata. cum non eſſet iſte caſus de iure prouiſus: licet æquitas in contrarium ſuaderet. ar.ff.qui, & à qui.l.proſpexit. Aequitas enim non ſcripta rigori ſcripto non præualet: vt ſcripſi de tranſlatione.c.fi.in tertia oppoſitione. dico tamen ꝙ hoc ius commune eſt, non dico reſpectu regulæ: de qua ſupra, à qua fateor, quòd exorbitat: ſed reſpectu omnium caſuum ſimilium, etiam ſublata differentia principis: quia dicit hic: *de iure dirimus prouidē dum*. Sed, vt tollantur contraria, dico aduertẽdum, quòd huius decretalis deciſio in certo non ponitur, ſed refertur ad arbitrium iudicãtis. ar.ſ. de officio deleg. de cauſis. cum ibi not. volo dicere, quòd non dicit tex. ſimpliciter, quòd reſtitutione poſtulata ad ſententiæ exequutionem cum cautione procedatur: ſed dicit hoc eſſe ſeruandum pluribus præſumptionibus contra poſtulantem reſtitutionem facientibus. Nec determinat quæ, vel quales illæ præſumptiones eſſe debeãt: & per conſequens ipſe remittit arbitrio iudicãtis. arg.ff.de iure delib.l.j.§.ait prætor. de verborum obligationib. cõtinuus. in princi. & c. de cauſis. allegato. Dico ergo, ꝙ cum arbitrium iudicantis ex circunſtantijs factorũ, & præſumptionibus inde inſurgentibus debeat iuſtificari: vt patet ex lect. & not. in iuribus allegatis. fortiores præſumptiones debent ipſius arbitrium mouere in dubio ad ſuſpendendum exequutionem ſententię Principis, quàm iudicis inferioris pro eo quòd ſententia principis: quia Præſumitur

9 lata ſolenniùs, difficilioris eſt reuocationis. vt dixi. ¶ † Et ex hoc infero, quòd fortiores requiruntur præſumptiones ad hoc, quòd poſtulatio reſtitutionis impediat exequutionem ſententiæ latæ per auditorem palatij Apoſtolici, quàm aliarum ſententiarum latarum per alios iudices minores, qui cum minori ſolennitate procedere ſolent. & difficiliùs impediri exequutionem latæ ſententiæ cum publicis relationibus: cum illis adhibitis ſolennior examinatio habeatur: & difficiliùs duarum, quàm vnius ſententiarum. argumen. eius, quod habetur in.l.minor autem magiſtratus.§.primo. verſ. ſed & proſcennio. quod pluries allegaui in conſilijs, & etiam obtinui. Nec obſtat quod de exorbitantia.ſ. dictum

10 eſt. ¶ † Nam dico, quòd duplex eſt exorbitantia: vna ſimplex propria & abſoluta: quę ſic videlicet in natura proprię exorbitãtiæ remanet, quòd facit ius omnino ſpeciale: nec tranſit in naturam iuris communis: vt ſunt illæ ſpecialitates, quæ conſideratione perſonarum, temporum, vel locorum contra communes iuris regulas inducuntur: vt.ff.de cõſtitutionibus princi.l.j.§.planè. & de regulis iuris.l.quæ propter neceſſitatem. & c.non ſolùm. & c.conſtitutionem. allegatis. & infrà de regulis iuris.c.priuilegium. & c.in arg. & c. quæ à iure.li.vj. cum concor. in illis aſsignatis. Et in his dico extenſionem non fiendam, etiam ex ſimilitudine rationis, vt probant iura proximè allegata. ¶ Alia verò dicitur exorbitantia non ſimplex, neq; abſoluta: ſed ſolummodò reſpectiua, vt eſt illa, quæ non remanet in natura ſpecialitatis & exorbitantię. Sed tranſit in naturam iuris communis, ſecundum quod ſunt iuris communis regulæ generales à cõmunibus iuris regulis deuiantes. vt ecce, regula iuris gentiũ concedit alienationes: regula verò iuris canonici, & ciuilis hoc prohibet in rebus immobilibus eccleſiarum, & minorum. Alia verò regula vtriuſq; iuris permittit res huiuſmodi alienari ex cauſa cum obſeruatione certæ formæ. Iſtę regulę ſunt omnes communis iuris, licet vna reſpectu alterius exorbitans videatur. Et in iſtis bene arguitur ex identitate rationis. Et ſic rectè procedit gl. in dicta.l.quæ propter neceſsitatem. quod oſtendo per alium modum: nũquid eſt regula iuris naturalis & gentium: quod non liceat alium occidere, vel vulnerare, ſeu in eum ſęuire, aut ei nocere. ff.de iuſtitia & iure.l.vt vim. cum ſuis concord. ¶ Nunquid etiam habes regulam aliam, quæ licet à prędicta generaliori exorbitare videatur, tamen re vera regulam iuris communis cõmunis conſtituit, videlicet, quòd liceat poteſtatibus pro delictis pœnas infligere. Hoc enim reipublicæ valde expedit. ff.de publicanis.l.licitatio.§.quod illicitè. & de fideiuſſ.l.à reo.§.fi. & ad legem Aquiliam.l.ita vulneratus.§.vltimo. cum concor. ibi ſignatis. Et tamen infra iſtam regulam reperio argui poſſe a ſimilitudine rationis, dum pœna non imponitur de iure. vt.ff.ad legem Aquiliam.l.illud. Licet ſecus, dum imponitur ipſo iure: vt ſupra de electione. cap. ſtatutum. libro ſexto. Quę ſic procedunt, quę ſcripſi in regula, quę à iure. allegata. circa Nouellam. Modò ad propoſitum, licet iſta conſtitutio reſpectu legis vnicę ſupradictę videatur exorbitans ſecundum quid: non eſt tamen exorbitans ſimpliciter, quia tranſit cum in diſpoſitione iuris communis generaliter ſtatuentis, quòd vbi ex præſumptionibus veriſimilibus præſumitur contra petentem reſtitutionem aduerſus ſententiam non impediatur executio ſententię propter poſtulationem reſtitutionis. Ratiò enim cõmunis eſt, & fauorabilis: cum aſsiſtat alijs regulis communioribus, & ad eas rem reducat. argu.ff.de pac.l.ſi vnus.§.quod in ſpecie. Quarum vna dicit, quòd ſententia quę in rem tranſit iudicatam, exequutionem deſyderat. Aliàs fruſtra ferrentur ſententię: niſi exequutioni mandarentur. ff.de iudicijs.l.ſi prętor. de rei vendicatione. qui reſtituere. ne vis fiat ei.l.tertia. in principio. Et aliàs dicit, quòd ille pręſumitur per maliciã cauſa dilationis aliquid petere, audiri non debet. C.de fal.l.fi. not. Innocen. de conceſsione prębendę. poſt electionem. Coadiuuat, quia hoc ius petendę reſtitutionis, & impediẽdę exequutionis ſententię, valde ſpeciale eſt. Et ideò multũ reſtringendum. in auth. de non alie.§.quia verò. ff.de teſtamẽt.mil.l.eius. Igitur per legem cõtrariorum, eius contrarium fauorabile, & ampliandum eſt. xxxij.di. hoſpitiolum. cum ſi. Nec etiam nobis obſtat, quod dictum eſt de diuerſitate caſuum, atq; rationum. Nam quòd loquatur de ſententia principis pluſquàm alterius fecit accidentia facti. Et pro gratia exempli politi videndum eſt. ff.de vi, & vi armata.l.prima.§.quod vulgò. & de legi.l.iura. & l.non poſſunt. Nõ enim fuit ratio ſumpta ex priuilegio, vel authoritate Principis: ſed ex præſumptionibus pluribus cogitatę malitię, quæ aduerſus petentem reſtitutionem facere videbantur: vt patet in textu. Quę ratio etiam in cœteris poteſt vendicare ſibi locum, licet enim caſu, quo impedita reſtitutione argueretur iudex, ſeu factum, vel culpa, aut imperitia eius minùs audiri deberet petens reſtitui aduerſus ſententiam principis pro eo, quòd præſumptio pro perſona principis faciens redderet cauſam reſtitutionis nimis inueriſimilem: ſecundum quam conſyderationem fortè loquitur tex. dum dicit, quòd princeps perrarò ſolet permittere reſtitutionẽ contra ſententiam ſuam.l.minor autem magiſtratus.§.primo. allegato. Tamen vbi perſona iudicis in huiuſmodi reſtitutionis petitione non arguit, ſed alia iuſta cauſa, quę ęquè poteſt fallere principem, ſicut & alios: vt.ff.de iuris, & facti ignorantia.l.ſecunda. & infrà de conſtitutionibus principũ. c.primo. vt ſi minor, vel eccleſia per dolum, culpam, ſeu negligentiam agentis, ea proponere, producere, vel probare iura ſua omiſiſſet, vt in pręſenti decretali. & ſupra eodem.c.cum veniſſent. hic caſus vniformiter principem, & alios in ratione concludens in ipſo, & in cœteris, debet ad paria iudicari. agumento dictæ legis illud. cum concordan. ſaluis ſupra & infra dicendis. Et ſic non videtur caſus, vel diuerſitatis rationis hic poſſe notari. quæ vbi aſsignari non poteſt, nõ eſt diuerſum ius ſtatuendum.

11 ¶ † SECVNDO quęritur in.§.ne verò. ibi: *ex præſumptionibus pluribus.* quæ, quot, & quales debent eſſe iſtæ pręſumptiones. & an poſsit vna ſufficere. ¶ Ad primum dico, quòd cum hoc lege non determinetur, iudicis arbitrio relinquendum eſt. argumento.§.ait prætor. & c.de cauſis. allegatorũ. & ff.de eſtractoribus.l.prima. Qui perſonarum, & cauſæ ac proceſſus conditione penſata maiores, vel

minores

minores requiret præſumptiones iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra in.j.qõne.§.ſed vt tollantur contraria. Sed pone,quòd per Papam vni auditori palatij committitur executio ſententię,& alteri auditori cauſa reſtitutionis,quis eorum de hoc cognoſcet? certè dico,quòd ille,cui eſt cõmiſſa exequutio, & non alter habens cauſam reſtitutionis. Patet,quia iſta exceptio,non poteſt procedi ad exequutionem,de directo peremptoriè,contra exequutionem opponitur. Et iſta eſt defenſio,quòd imò põt fieri exequutio:quia reſtitutio præſumitur per malitiam poſtulari per modum replicationis, aduerſus dictam exequutionem allegatur. Cum ergo iudex cognoſcẽs de negotio principali,cognoſcere habeat de exceptionibus & replicationibus:vtpote de incidẽtibus acceſſorijs & cõnexibus,vt patet per cõmunia iura,cognoſcet, & iſte de his.arg.eius quod legitur & not.j͂.de re iudic.decæterò.Sed auditor cauſæ reſtitutionis de hoc non cognoſcet:quia,licet hæc quæſtio tangat exequutionem,non tangit reſtitutionis cognitionem:quia ſiue fiat,ſiue impediatur exequutio,continuari poteſt proceſſus cauſę reſtitutionis,cum nun ſubſit ratio aliqua. Nec etiam conſtitutio poſitiua,per quam valeat impediri:cum nec hoc dicat iſta decretalis,nec etiam alia,quam ego viderim. Et tamen dicit communis iuris regula,quòd eccleſia læſa poteſt quandocunq; beneficium reſtitutionis implorare:vt ſupra.c.prox. &.c.auditis.&.c.cũ veniſſent.&.c.j.& infra.c.proxi. Et hoc verum,niſi tanta eſſet malitiæ præſumptio,quòd nedum exequutionem ſuſpendere,ſed etiam reſtitutionis poſtulationem impedire valent. Quod eſſe poſſet:quia incoloratè petens reſtitui,non auditur:vt.d.l.minor autem magiſtratus.§.denique.Sed oporteret,quòd eſſent multa magna,quia difficile eſt,quòd quis propter præſumptionem repellatur à proſequutione ſui iuris:vt patet ex notatis Card.& Nouel.infra de hæret.c.filij.lib.vj. ¶ Quoad ſecundum verò dico,quòd poſſet vnica præſumptio ſatis ſufficere:quia poteſt eſſe talis,quòd ſola fortior eſt,quàm plures debiles ſimul iunctæ.& tamen hîc non ponderatur,niſi veriſimilitudo probabilis excogitatæ malitiæ. Quid ergo facit,an ex vna,vel ex pluribus cauſis inſurgat,dũmodo ſit. Non enim refert,quomodo fiat.ff.de peti.hære.l.item.§.à quo.de act.empt.l.j.in fi. Et fortior videtur vna euiſdẽ potentiæ:quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. Et quia probationes malæ coniunguntur:vt.ff.de excuſa.tut.l.ſpadonem.§.qui iura Et ad iſtum tex.reſpondetur,quòd plurale in ſingulare reſoluẽdum eſt:ſicut in l.falſa ff.de condi.& demon. Natura materiæ,& ratione conſtitutionis,quæ ſingularitati, ſicut & pluralitati conuenire poteſt.Sic.C.de impub.& al. ſubſti.l.quãuu.&.l cum quidam remittitur arbitrio iudicantis pro eo,quòd tota iſta materia arbitratoria eſt:cæteris tameo paribus duæ rationes vrgerẽt fortiùs,quàm vna. ſ͂.de treu.& pac.c.j. in authẽ.de cõſan.& vte.frat.in princ.

12 ¶ †TERTIO quæritur ibi:*Effectum ſententiæ*. Quid ſi plures ſentẽtiæ eſſent latæ? Et hîc facio duo dubia. Primũ, quid ſi duæ tantùm ſententiæ latæ eſſent. Secundũ,quid ſi tres latæ forent. ¶ Ad primum dico,quòd in principe,vel præfecto prætorio hoc locum habere non poteſt:cum ab eis non valeat appellari:Sed in alio inferiore à principe,à quo appellari poſſit:dico decret.iſtam poſſe vendicare ſibi locum:quia non magis pondero vnam ſententiam inferiorum,quàm vnam ſententiã Principis:licet fatear,quòd difficiliùs debet moueri iudex ad ſuſpendendum exequutionẽ prætextu reſtitutonis aduerſus duas ſententias poſtulatæ, quàm aduerſus vnam:vt dixi ſupra in proxi.qõ.§.& ex hoc infero. ¶ Ad ſecũdum dubium dico,quòd hîc poſſunt tres qõnes formari. Prima eſt,vtrum aduerſus tres ſentẽtias cõformes poſſit competere reſtitutio. Secunda eſt,an illa pendente debeat ſuſpendi exequutio. Tertia eſt,an donec exequutio facta fuerit,debeat cauſæ in integrum reſtitutionis cognitio permitti. ¶ Et ad primam quæſtionẽ dico,quòd ſic & ſic pronunciaui,& fuit mea pronunciatio de tempore do.Gregorij.xj.confirmata,per duos dominos Cardinales:licet prolatores fuiſſent auditores palatij Apoſtolici,& viri magnę authoritatis,inter quos fuit do.Ber.de boſquto:quem poſteà do.Vrbanus Papa v.promouit ad Archiepiſcopatum Neapolitanũ,& ſecundò ad Cardinalatum quem conſueui ſæpiùs in lectura iſta allegare,pro eo quòd ipſe fuit vir præclariſſimus.& præſertim in iure ciuili:& quod magis eſt,vitæ apud graues & bonos inter alios ſingularis. Non enim video textum nec rationem,quæ in caſu iſto regulam abſorbeat generalem:qua cauetur,quòd ſi minor,vel eccleſia læditur,reſtitutionem poſtulare poteſt. ſupra eo.c.& quaſi per totum iſtum titulũ. Igitur ſi lęditur per tres diffinitiuas ſententias ipſum reſtituam. Nam non recedam à regula in caſu a iure nõ expreſſo. j͂.de coniug.leproſor.c.quoniam. ¶ Ad ſecundam qõnem dico hîc poſſe diſtingui:quia aut allegaẽ aliqua ratio patens,vel ex actis, vel ex probationibus in contrarium allegatis,per quam de lęſione apparet,ſeu incontinenti apparere poteſt. Et tunc impediatur exequutio:vt.ff.vt in poſſ.lega.ea.l.ſi is,à quo.in prin. Nam fruſtrà fit per plura,quod poteſt fieri per pauciora:vt hîc ſcripſi ſupra.c.præcedẽti.in princ.iiij.oppoſitionis. Atque hic videturprobari in ratione in eo,quòd ſentẽtia Principis quodam modo æquiparatur tribus ſentẽtijs aliorum:cum eundem effectum reportet in iure,in hoc ſaltem,ꝗ non magis appellatur ab illa,quàm à tribus. ¶ Aut non allegatur talis ratio ſic patens:& tunc non ſuſpenderẽ ego exequutionem,vt.l.vna.C.reſti.poſtu.ne quid no.ſi.allegata.& maximè,quia ſi aduerſus duas ſentẽtias vix detur reſtitutio in.d.§.denique.fortiùs vix dari deberet aduerſus tres.& non niſi propter præſumptionem calumniæ ipſam petentis. Igitur ipſa præſumptio mouens ad denegandam reſtitutionem,fortiùs mouere debet ad executionẽ ſuſpendendam.ar.regulę,ſi id quod minus &c. Induci poteſt cle.vt calumnijs.de re iudi.& C.ſi ſępius in integ.reſti.poſtu.l.j.ij.&.iij.& ita vidi in cõſilijs palatij ſępius obtineri. ¶ Ad tertiam quęſtionem dico,quòd de ea vidi ſępius in conſilijs palatij diſceptari,& cõmuniter hanc concluſionem teneri,quòd ceſſante primo membro diſtinctionis,quam dedi.ſ͂.ad proximam.q. In quo fortiùs permitti debet cauſę reſtitutionis cognitio,quàm executionis ſuſpenſio,vt probatur hîc,& in.l.vna.ſuperiùs alleg.debet executio ſuſpendi. & hoc per iſtam rationem. ¶ Nam ſi id quod minus &c.vt c.cũ in cunctis.in prin.alleg. Modo minus videretur,quòd fauor debitus executionibus ſententiarum,vincet iudiciũ commune & ordinarium nullitatis,quàm iudicium ſpeciale & extraordinarium reſtitutionis in integ.arg.§.quia verò.in authen.de reb.eccle.non alie.&.ff.de teſta.mili.l.eius. Et tamen ita eſt,quòd dictus fauor dictum cõmune vincit iudicium:vt cle.vt calumnijs.allega. Igitur fortiùs & iſtud ſpeciale. ¶ Nec obſt.quòd dicta cle.ponit ius nouum,& loquitur ſolùm in iudicio nullitatis per id quod ſcripſi ſupra eo.c.j.q.§.nec obſtat,quod l de exurbitantia.de quo tamen fortè aliquid latiùs dicam in clemẽtina vt calumnijs.alleg.

13 ¶ †QVARTO quæritur,nunquid antequam audiatur petens in integrum reſtitus aduerſus ſentẽtiam,vel contractum eſt neceſſaria aliqua cauſę cognitio.& videtur quòd requiratur vna ſummaria cauſæ cognitio præambula:quia non ſequitur:Contraxit minor,vel ſententiam habuit contra ſe.ergo læſus eſt. Nec ſequitur:Imo præſumitur in dubin ſententia iuſtè lata.ſ͂.de renuncia.in pręſentia. Modò incoloratè petens reſtitui,non auditur:vt.d.§.denique. Igitur cum de colore huiuſmodi conſtare non poſſit, niſi per aliquam cauſæ cognitionem,ſaltem ſummariam: neceſſaria videtur præambula cauſæ cognitio,ſaltem ſummaria. Pro quo facit,quod ſcripſi.ſ͂.c.proxi.in iiij.oppoſitiono.§.ad primam quæſtionem. Sic enim alibi reperimus de eodem,videlicet bis cognoſci:videlicet primò ſummariè ante litis ingreſſum,& poſteà plures in progreſſu litis. Et hoc maximè quando id,quod petitur,iuri,vel rationi

communi aduerſum eſt:vt colligitur ex notatis. Innoc.ꝭ. de ſoro compe.§.contrahentes.lib. vi. Facit.ꝭ.de reſtib. veniens.ij.vel quando eſt præparatorium iudicij principalis: vt.ff.ad exhiben.l.iij.§.ibidem.ſicut videtur eſſe in propoſito.¶ In contrarium arguitur:quia in iudicio ordinario litis conteſtationem requirente probationes tangentes negotium principale non debent litis conteſtationem præcedere:cum ipſa litis cōteſtatio ſit principium & fundamentum totius certaminis in authentica.de exhiben.rei.§.ſi verò.initium.ff.rem rat.ha.l.amplius.C.de rei vendica.l.more.ꝭ.vt lit.non conteſt.in rubro & nigro.& de litis cōteſt. c.exceptioni.lib.vj.Nec eſſet,niſi Carrugam ponere ante boues. Volui quandoque ſic diſtinguere:quia aut quæritur an petens reſtitui,ſaltem tenetur in forma ſuæ petitionis exprimere nominatim cauſam ſufficientē læſionis:ſic quòd non dicat ſe læſum ſolum ideò,quia contraxit,vel ſententiam contra ſe obtinuit à qua nō appellauit. Sed vltra hoc cauſam,quare fuit lęſus in contractu,vel ſententia,ſeu propter quam ſibi expediuiſſet appellare,teneatur adijcere. Et tunc dico,quòd ſic,ne incolorate petere videatur.& ſic procedunt argumenta prima. Aut quæritur,vtrū de huiuſmodi cauſis teneatur ante litis conteſtationem.animum iudicantis aliqualiter informare. Et hic ſępius variari vidi:audiui enim quoſdam tenentes,quòd ſic per argumenta prima. & quandoque alios tenentes contrarium,per argumenta ſecūda.¶ Sed mediā eligens viam iuxta id,quod legitur in iſta decret diſtinguo ſic de præſenti: quia aut cauſa læſionis alleg.in libello habet aliquam veriſimilitudinem veritatis.& eſt de ſe iuſta & probabilis:& tunc ſtetur opinioni ſecundæ. Aut non,& tunc ſtetur opinioni primę. Et probant vtrinque dicta argumenta.& plerunque hoc dixi in conſilijs.& placuit dominis,vt prima facie videbatur. dicam tamen aliud in.c.ij.ꝭ.eo.lib.vj.

14 ¶ † QVINTO quæritur de vno,quod proſequitur hic Henricus in.ij.diſtinctione.videlicet,nunquid per modum exceptionis in integrum reſtitutio peti poſsit Verbi gratia:eccleſia vel minor,cuius res eſt vſucapta,nanciſcitur poſſeſsionem rei ſic vſucaptæ:vel rem,quam vendidit,adhuc tenet:nunquid,ſi conueniatur poterit excipere de læſione,& per viam exceptionis.& ſic reſtitutiuois beneficium implorare: Ioan.fabri.in.§.rurſus.& Henricus hic tenent,quòd ſic:dicēdo,ſi vnquàm actor vſucœpit rē meam vt aſſerit:hoc fuit in abſentia mei,& debeo reſtitui:quare ante omnia imploro veſtrum officium,quòd reſtituar,& vſucapio reſcindatur.& ipſa reſciſa. Dico ipſum malè petere.ſic intelligit.l.exceptiones,quæ perſonæ.§.fin.ff.de exceptionibus Et hanc decretalē vbi omne ſe quod erat reum & fuerat condemnatum dum ſententia peteretur ex parte Epiſcopi executioni mandari,petijt reſtitui quaſi per modum exceptionis&.l.necnon.§.exemplo.ff ex quibus cauſis maio.& de iureiuran.l.nam poſtea.§.ſi minor.licet vtrobique Accur. notet contrarium. ¶ Inducit Ioan.fabri.ff. ex quibus cauſis ma.l.ſi is,cuius.&.ff.de inoffi teſt.l.Papinianus.§.ſi filius.Iuncta.l.ſancimus.C.de inoffi teſt.&.ff.de bo.poſſeſ.contra tabu.l.ſi præteritus.iuncta.l.uj.§.penult.ff.de bono.poſſeſſ.&.ff.de minori.l.uj.§.ſed vtrum Et hanc opinionem ſequebatur Dyn. Fatetur tamen,quòd gloſſ.& doctor.in.§.exemplo.tenent contrarium per dictum.§.exemplo.& per dictam.l.exceptiones.in fine. Et pro dicta opinione facit,quia cui datur actio, multofortiùs exceptio.ff.de regulis iuris.l. inuitus.§.cui damus. de ſuperfici.l.j.§.quod ait. Modò.§.rurſus dat actionem:ergo. Sed in cōtrarium videtur,quia antequam habeat effectum reſciſſoria requiritur iudicis audientia circa in integrum reſtitutionem factam. Et ideò dicitur in textu,quòd datur reſtitutis:non autem dicit reſtituendis.C.ex quibus cau.ma.l.ſi.Quibus non obſtat longi temporis præſcriptio.l.ſi ab hoſtibus.& de capti.l.ab hoſtibus. ¶ Reperio,quòd quidam dominus ſuper hoc ſic diſtinxit.aut quæris,an poſſit obijci per modum exceptionis antequàm fuerit obtenta impetratio in integ.reſti.& hic dicit,quòd nō. Nam nec reſciſſoria poſſet ante proponi per viam actionis:quia ſicut oportet,ꝙ actio reſciſſoria verificetur per in integr.reſti.impetratam iudicis officio:vt.ff.de acti.& obli.l.in honorarijs.§ ſed cum reſciſſa. Sic requiritur,cum petitur iure exceptionis:cum exceptio huiuſmodi exemplo actionis reſciſſoriæ ſit conſtituta:vt eſt caſus.& ibi glo.in.§.exemplo.& l.exceptiones quę perſonę.ad ſi.allegatis. Aut quęris,an poſt reſtitutiones in integ.impetrationem obtentam poſſit opponi in modum exceptionis:& tūc dicit quòd ſic,per ſupernis allegata. Nec ob.l.ſi is cuius.quia prout ibi ſentit glo.& in dicto.§.exemplo,ibi reſtitutio iā conceſſa fuerat ei,cuius res fuerat vſocapta antequā ad eum poſſeſsio perueniſſet & antequam reſciſſoriam proponeret. Ad.§.ſi filius.reſpondet,quòd prout gloſſa in quadam noua additione ibi,ſentit.ibi proponebatur per filium querela cōtra hæredē ſcriptū per modum exceptionis.i.per modum contradictionis,ſeu reconuentionis:dicendo teſtamentum eſſe factum contra officium pietatis Et hoc implorato non mirum,ſi per modum exceptionis poterat ſe tueri. Et iſto etiam modo reſponderi poteſt ad.l.ſi præteritus filius.¶ Vel dic,quòd ibi competebat reo ius de præſenti ſuper bonorum poſſeſſ.contrata.& ſic non mirum ſi per modum exceptionis ſtatim proponere volebat. Hic autem non competebat ius de præſenti in reſciſſoria,niſi eſſet exceptio per in integrum reſti.prius vnificata:vt prædixi ¶ Et hoc procedit in vſucapione rei mobilis,per quam perditur dominium ipſo iure:vt.l.vſucapio.ff.de vſucapio. ¶ In præſcriptione autem longiſsimi temporis,quam mala fides ſequitur,non haberet locum: cum detur vero domino,qui remanſit adhuc directa exceptio iure cōi,ſi res peruenerit ad eū,& ſe poſsit tueri cōtra præſcribentē,ſi agat:vt.l.ſi quis emptionis.C.de præſcript. xxx.ann.fateſ tū bene,quòd in modū exceptionis.poſſem poſtulare officiō iudicis,& per hoc poſtulare reſtitutionē: vt.d.§.ſi filius. Et ſic in effectu cōcordat cum primis.¶ Iac. verò de Butrigarijs.in dicto.§.exemplo circa hoc ſic diſtinguit:quia aut reſtitutio datur à lege.& tunc:quia ſtatim, quòd contingit læſio competit reſtitutio,poteſt quandocunque de reſtitutione excipi:vt.§.ſi filius.allegatus. Aut reſtitutio datur ab homine:& tūc,ſi iam data eſt,opponi poteſt:vt.§.exemplo. Sed ſi nondum data eſt,non poteſt de ea excipi : vt.§.ſi minor. & idem repetit in.§.ſi minor.¶ Alij verba mutantes dicunt ſic:aliquando reſtitutio competit iure actionis abſque hoc,quòd ſit neceſſariū iudicis officium implorare. Et hæc poteſt opponi per modum exceptionis.ff.quod metus cauſa.l.metum.§ quòd ſi prætor. Et pro hoc.ff.de dolo.l.cum à te. Aliquando competit non iure actionis,ſed officio iudicis,quod neceſſum eſt implorare:& quod merum factum eſt:vt.ff.de mino.l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.& ex quibus cauſis maio.l.j. Et hoc caſu non poteſt opponi,nec per modum actionis,necper modum exceptionis niſi data reſtitutione.vt.§.exemplo.&.l. exceptiones. allegatis. Ratio diuerſitatis:quia in caſu primo ius æquiparat actionem & reſtitutionem:Sed in ſecundo ſecus:quia licet prætor mortuus pollicitus fuerit ſe læſos reſtituturū,id non eſt alicuius efficaciæ,donec factum prætoris viui interuenerit ad reintegrandum, quod ſuit factum. Nam illud ius prætoris mortui magis introducitur ad impetrandum factum prætoris viui,quàm ad præparandum reſtitutionem. Et hoc placebat Ioan. Rollands. in dicto.§.rurſus.qui reſpondet ad.§.ſi filius.quòd non ſufficit ibi,quòd filius probet ſe exhæredatum:niſi teſtamentum eſſet reſciſum. Et ideò oportet,quòd perprius reſcindatur,quod probat per textum.ibi: cū dicit *in modum contradictionis querelā induceret, quēadmodum ageret, ſi non poſſideret ſed peteret*. Inducit etiam dictum.§.ſi minor.ſecundo reſpon. ibi: *& ſic in integrum reſtituere*. Sed ſto magis cum primis per eadem iura. Nam in eo,quod dicit textus in.§.ſi filius exhæ

redatus poſ

datus poſſeſsione ſit hæreditatis.petitione hæreditatis conuentus in modum contradictionis querelam inducet: quemadmodum ageret,ſi non poſsideret,ſed peteret.appa ret,quod ibi loquitur de deductione facta in modum exceptionis,non autem petitionis.hoc enim ſonat verbum *contradictionis*.quia reus excipien.do actori propriè contradicit, non econtra. Item hoc probat clarè verbum,quemadmodum ageret,ſi nõ poſsideret,ſed peteret.In hoc enim quòd illam contradictionem poſſeſſoris actioni, ſeu petitioni non poſſeſſoris æquiparat:dat planè intelligere quòd illa contradictio in modum actionis,ſeu petitionis non fiebat: quia nihil eſt ſimile ſibijpſi: vt.ff.depoſiti.l.quod Nerua. ¶ Item in eo,quod dicit,quemadmodum &c.dat clariſsimè ad intelligendum , quòd talis exceptio anomala eſt,& naturam non ſequitur aliarum. Nam qui excipit,regulariter nihil petit,ſed ſolùm alterius petitionem excludit: quia nondum habet ad hoc materiam præexiſtentem.Sed primò directè & immediatè petit id,quod peteret,ſi ageret, videlicet,teſtamentum reſcindi,tanquàm inofficioſum.& poſtea conſequenter infert in euentum:hoc eſt dum teſtamentum reſciſſum fuerit,hæredem à petitione excludit.& nihilominus donec de hoc cognitum fuerit,effectum ſuæ petitionis ſuſpẽdit.ita quòd in duobus deuiat iſta exceptio ab alijs. Primò quidem,quia principaliter continet petitionẽ,vt dixi Secundo,quia excluſionẽ petitionis aduerſarij,ad quam finaliter tendit,non ex iam cauſata ac præexiſtenti materia & purè,ſed ex materia adhuc in futurum cauſanda,& producenda,videlicet ex reſciſsione futura , illam deducit in euentum productionis eiuſdem. Et iſte eſt verus intellectus § ſi filius.niſi fallor.Ad propoſitum adducas in exceptione reſtitutionis per te ipſum iuxta exemplum datum in princi pi q.Item hoc clarè probat § ſi minor.ij. reſponſo.Negari enim non poteſt,quin cum minor ageret,& contra eum de iuramentu per eundem lato exciperetur ipſe de læſione petens in integrum reſtitui.replicauit.& quòd ſuper replicatione iudex de læſione plenè cognoſcere illa,qua probata reſtituere,ac facta reſtitutione exceptionem tollere debuit: vt ibi probatur ad contextum.Et ſi in modum replicationis hoc poſsit minor,quare hoc non poſsit in viam exceptionis non apparet.Ideo reputo ibidem caſum clarum. Nec mireris ,quia exceptio habet pro exiſtenti materia æquitatem . ff. de exceptione doli l. qui æquitate. Modo æquitas dictat,tum quòd totum ſimul expediatur per ea, quæ ſcripſi.ſ̃ c.præcedenti in formatione quartæ oppoſitionis.tum quòd non reddatur res petitori pro eo,quòd poſſet reſtitui poſt iudicis officio in modum actionis pro reſtitutione implorato : vt.ff. de exceptione doli. l . dolum facit.Et hanc opinionem ſequitur Bart in § ſi minor.& l. exceptiones . allegata inducens.l.ſi poſſeſsione.ff.de bono. poſſeſ.cõtratab.Inducit etiam.Exceptio de neceſsitate non continet concluſionem. Quod proſequere prout ipſe oot. ff.de exceptionibus.l.j.& placere etiã videtur Cy.C.de tempori.in integ.reſtitu.petendæ.l.ſi.in princ.vlt.glo.

6 ¶ † SEXTO quæritur de vno alio,quod etiam proſequitur hic Henricus,videlicet vtrum poſt quadriennium per modum exceptionis poterit reſtitutio implorari?& videtur quòd ſic:quia quæ temporalia ſunt ad agẽdum,ſunt perpetua ad excipiendum.vt C.de exceptionibus.l.licet.ff. de doli exceptione.l.purè § finali . ¶ In contrarium facit, quòd tantùm infra quadriennium implorari poſsit:quia exceptio datur exemplo actionis,vt dicto § exemplo.Modò certum eſt,quòd in modum actionis non poteſt peti poſt quadriennium:vt dicta.l.fin.&.ĩ.eo.c.j.&.ij.libro ſexto.& cle.vna.eo.tit. ¶ Henricus ſtat in parte ſecunda,videlicet quod poſt quadriennium reſtitutio peti non poſsit quia ceſſante ratione legis,debet ceſſare lex.ff.de iure patro.l. adigere § quamuis.ĩ.de appellationibus.cum ceſſante . Sed ratio eſt,quare exceptiones ſunt perpetuæ:quia non eſt in poteſtate rei,quando excipiat:vt.l.purè § fina.allegata.Sed iſta ratio ceſſat in eccleſia,vel minore & in alijs læſis,in quorum poteſtate eſt,quando petatur reſtitui. Et hoc probant § ſi minor.in fine.& § ſi filius.allegatis. ¶ Nec obſtat quòd exceptiones ſunt perpetuæ:quia illud intelligitur de exceptionibus.ideò competentibus,quia actio non competit: non autem de exceptionib.Ideo competentibus,quia actio competit.Tunc enim actio & exceptio eiuſdem vitæ ſunt, per iura proximæ allegata.facit.ff.de peti.hæredi.l.ſi quis libertatem.Et per hoc fuit ſemel repulſa eccleſia cum contra agentem aduerſus eam ex contractu,in quo læſa fuerat,de læſione exciperet poſt quadriennium.& fuit ſibi dictum: tardè venere bubulci.&c.Conuẽtionales verò exceptiones ex conuentione partium legem accipiunt.& ſecũdum eum eſſe poſſunt temporales , vel perpetuæ:vt.ff.de exceptionibus l.exceptiones & Inſtit.de exceptionibus § temporales. ſecundum eum.Sed iſta fuerunt verba Cyn.in dicta vltima q.licet Henricus ipſos alleget. ¶ Dynus verò aliter dicit,videlicet quòd ante impetrationem reſtitutionis quadriennalis eſt.& in hoc concordat cum prædictis.Sed poſt impetratam reſtitutionem perpetua eſt:& in hoc cadit in prædictis.Dicit autem fabri.in § rurſus.quòd hæc opinio Dyn. ſatis videtur rationabilis.Nam data reſtitutione,ſi rem poſſidet,actionem mouere non poteſt ad eam vendicandam argu.ff.vti poſſ.l.j.§ penult.Nec eſt in poteſtate ſua excipere de reſtitutione iam data,donec agatur contra eum.Ideò, l.purè § fina.& eius ratio hic rectè vendicant ſibi locum.Et ſic poteſt intelligi.l.ſi is,cuius. allegata.Et hæc eſt veritas, quam etiam ſequitur Io.Ro.in § rurſus.ſuper quo vide Cynum C.de non numerata pecunia.l.ſi ex cautione.in vlti.q. ¶ Supple gloſſas.In gloſſ.ij.ibi:*in cauſa*.vt patet in antiqua. In gloſſ.*iſte fuit*.ibi ĩ c.*proximo*.Dicit Hoſtien. quòd ibi à tempore interlocutionis lapſi erant.x.dies:vel ibi procurator mandatum exhibuit ſpontaneus,non coactus.Et ibi: *incidenti*.ad hoc.ĩ.eo.c.penult.Et ibi:*ſi actor*.ibi licet actor à curatore datus appellet, curator proſequitur.Et dicit ibi gloſſ.ſi procurator proſequitur neceſsitate, actor verò voluntate.Et ibi:*non habebat* ſ.quia papa pronunciauerat: hoc dico pro tanto,quia ſi intelligeretur,quando non poterat appellari propter lapſum.x.dierum:tunc dicerem illud principale,non incidens.& ſic requireretur etiam ſpeciale mandatum.In gloſſ.vltima ibi:*eccleſia ſanctæ Mariæ* &.ĩ.de ſenten.excommu.venerabili Et in bonæ fidei iudicijs ex cauſa poteſt ante diem agi,vt interponatur cautio.ff.de iudicijs.l.in omnibus. Vincen.

SVMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum petenda incidenter,an mandatum ſpeciale requiratur?*

3 *Reſcindens iudicium ,ſiue quadriennium quod datur &c.abs quo tempore currere incipiat?Et quanto tempore durent,nu.ſeq.*

4 *Reſciſſoria quanto tempore duret?*

5 *Reſtitutio ſi poſt quadriennium conceſſa ſit,an teneat conceſsio?*

6 *Iudicium reſcindens ac reſciſſorium qualiter perpetuari poſsint?Et num litiſcont.in reſcindenti facta,perpetuari reſciſſoria videatur numero ſequenti.*

8 *Iudicium reſcindens, ac reſciſſorium , num ſimul in eodem proponi queant.Et an in vno eodemque iudicio vſucapionis reſciſsio,& rei reſtitutio peti poſsint?*

9 *Reſtitutio in ſpecie de qua hîc,an eccleſiæ dari poſsit?*

10 *Reſtitutio poſt miſsionem,vel ſomentum lucano in caſu de quo hîc,an que poſsit?*

o *Reſtitutio in integrum an in exceptionibus dilatorijs ſolutionis locum habeat?Et an differant dilatoriis ſolutionis & fori declinatoria quoad reſtitutionem?numero ſequenti.*

13 *Reſtitutio aduerſus interlocutoriam ſuper debiti inſtrumento,an concedenda videatur?*

14 *Teſtes examinari aduerſario reclamante , in caſu de quo hîc, an poſsint?*

31 *Termino ad aliquid agendum conſtituto, eoque elapſo, nun quis admitti ad ipſum terminum ipſius lapſu non obſtante, poſsit? Et vide in hoc quæſtionem ſubiectam. & numero.17.18.19.20.21.22.*
32 *Res non integra variè dicitur.*
33 *Probationes criminum, defectuum ſiue obiectuum, an poſt terminum peremptorium recipi queunt?*
34 *Obiectus ex peremptorij lapſu repulſi, nun in modum de quo hîc, admitti interim poſsint?*
35 *Terminus peremptorius, qualiter dignoſci poſsit?*
36 *Reſtitutione principaliter implorata, nun in partis contumaciam lite non conteſtata procedi queat?*
37 *Reſtitutio dum petitur, qualis proceſſus haberi debeat?*

¶ *CAP. VII.*

Coram. Caſus. Poſt peremptorium de iure communi nõ auditur eccleſia: auditur tamen beneficio reſtitutionis in integrum. Prima narrat. Secunda interloquitur ibi: *nos autem*. ¶ Expone literam. *& te*. ſingulariter loquitur, cum ſpecialiter dirigit ſermonem ad Archiepiſcopum: & quando communiter ad eum & capitulum, loquitur pluraliter: vt in fine. e. *Aſsignatus*. quo cum actis & munimentis præſentarent ſe coram Papa ſententiam audituri. *Non modicam*. Hoc dicit ſecundum Hoſti. propter l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. Et eſt ſimile de renunciatione. veniens. ſecundum Hoſti. *Non ſtuduerunt*. Et ſic non venerant inſtructi. *Depoſitiones*. in publicam formam redactas, vel ſigillo authentico ſigillatas, ſeu roboratas: aliâs non adhiberetur fides ſimplici ſcripturæ. de probationibus. quoniam. de fide inſtru. c. ij. *Inter eos*. & etiam contra eos. Nam ex quo ad inſtruendam cauſam ſtatuitur peremptorius terminus, venire debent cum omnibus actis, quæ portari poſſunt, ſecundum Innoc. Allegat Hoſtien. de dolo & contu. c. fina. de appellationibus cordi. libro vj. facit de electione, c. fina. j. & c. cupientes. eod. libro. *Poſtularunt*. ipſi procuratores. vnde nomine eccleſiæ veſtræ, & iure minoris eo quòd exigens inſtructionis neceſsitas & damni aliâs imminentis hoc exigebat. C. de dilatio. l. j. iij. q. iij. c. Induciæ. §. ſpatium. ſecundum Hoſti. *Interlocuti*. iuſtum fuit, quòd Bracarenſis eccleſiæ daretur reſtitutio in integrum. vt non obſtet ei terminus peremptorius, quin plenè cauſam ſuam inſtrueret: quia ſine hoc reſtitutionis beneficio ipſe terminus obſtitiſſet: nec ad probandum vltra terminum admitteretur. Et ſi non fuiſſet admiſſa eccleſia Bracarenſis ad probandum, in hoc lædi grauiter potuiſſet. Nam per hoc potuiſſet ſententiam contrariam reportare. Et ideò iuſtum fuit, quòd ei daretur in integrum reſtitutio. vt. ſ. e. proxi. Innocen. *Octauas*. proximas. ff. de verbo. obliga. l. eum, qui. in princi. & de octauis dic vt dixi de ferijs. c. ij. Nouella. *Duximus*. præmiſſa aliqua ſummaria cognitione, in qua quæſiuit, an haberent aliqua inſtrumenta neceſſaria, vel vtilia omiſſa. ſic. ſ. eod. c. ij. Multa enim occurrunt iudici inquirenda. de fide inſtr. cum Ioannes ad finem. ſecundum Innoc. & Hoſti. ¶ Secundum quod non egreditur hîc Papa formam petitionis dando terminum ad octauas non petitum. Nam quantitas termini petenda nõ erat: ſed per iudicẽ ſecundum circunſtantias arbitranda. De hoc de procura. dilectus. Et natura dilationis habet terminari, & terminum aſsignari: aliâs partes neſcirent, quid agerent: vel nil fieret in cauſis, reo non comparente. *Ind. igendum*. aliâs ex defectu probationis ſententiam contrariam reportaſſet, & per conſequens grauiter lædi poterat. fuit ergo ſubueniendum: vt. ſ. c. primo ſecundo & iij.

¶ Primò opponitur ibi: *Procuratores veſtr*. quia Archiepiſcopus conteſtatus fuerat litem vt patet. ſ. in princ. c. Et ſic per conteſtationem factus d minus litis. vnde ipſe ſolus habuit procuratorem dare. C. de procura. l. neque. & l. nulla. ¶ Dicit Hoſti. quòd Archiepiſcopus, vt caput eccleſiæ. & de conſenſu capituli proſequebatur illam. ſubdit etiam quòd iſte caſus adeò communis & arduus eſt, quòd ſolus Prælatus hunc proſequi non poſſet. remittens ad not. ſua. ſ. de reſcriptis. edoceri. ¶ Sed caue, quia hoc non ita indiſtinctè procedit. & ſuper hoc vide quod ſcripſi. ſ. de maio. & obedi. humilis. in quinta oppoſitione & remiſsionibus ibi datis. Et alio modo etiam poſſes ſoluere: dicendo, quòd verbum veſtri, hîc ad partes litigantes communiter referebatur, pro eo quòd de ipſis immediatè prædixerat: licet ſoli vni parti reſtitutionẽ dederit, videlicet eccleſiæ Bracarenſi. Vel dic, quòd tex. quoad hoc refert accidentiam facti, & non iuris diſpoſitionem. ſimile. ſ. eo. tum ex literis. vt ibi dixi. in tertia oppoſitione. ¶ Secundo opponitur ibi:
3 *ſpeciale*. † quia ad petendum reſtitutionem in integrum incidenter, non requiritur ſpeciale mandatum: vt ſcripſi ſatis ſ. e. proximo. in prima oppoſitione. Dicit Hoſti. quòd hîc ſponte obtulerunt mandatum vel quòd à tempore interlocutoriæ lapſi erant x. dies. vel quòd admitti poſſet procurator non oſtendens ſpeciale mandatum cum cautione de rato. ff. de mino. l. illud. § j. & l. ſequenti Sed hoc vltimum mihi non placet. Nam ſiue ſit certum de mandato ſufficienti, ſiue ſit certum de nullitate, vel inſufficientia mandati non eſt locus admiſsioni cum præſtatione cautionis. Sed tunc demum, cum de mandato vel ſufficientia mandati dubitatur: vt patet ex lectis, & notatis. C. de procuratoribus. l. j. ¶ Nec obſtat. l. quòd ſi de ſpeciali. ff. de minoribus. ſequens. l. illud. allegatam. Imo illa lex probat contrarium: quia non dicit procuratorem generalem, de cuius mandato generali conſtat, admittendum cum cautione ad petendum reſtitutionem in integrum. Sed dicit, quòd ſi de ſpeciali mandato dubitetur, cum reſtitutio poſtulatur interpoſita ſtipulatione ratam rem dominum habiturum, rei poteſt mederi ¶ Præterea ibi non loquitur de petitione incidenti reſtitutionis. ſed de principali ¶ Dicit ergo, quòd ſi non appareat de mandato aliquo: vel apparet de mandato generali tantùm: nec ſubeſt aliqua ratio probabiliter dubitandi de ſpeciali mandato petendi reſtitutionem: non eſt locus cautioni: quia ſine illa ad incidentem admittitur. & à principali repellitur, per ea quæ ſcripſi in prima oppoſitione allegata. Sed dum conſtat de mandato, generali tamen, & ſubeſt aliqua cauſa probabilis veriſimiliter dubitandi de ſpeciali mandato, admittitur ad petendum reſtitutionem cum cautione prædicta, per dictam. l. quòd ſi de ſpeciali. & ſine ea ad petendum etiam incidenter per ea, quæ dixi in dicta oppoſitione. Nec obſtat hîc, quod dicitur de lapſu decem dierum. quia illud nihil facit, quominus petitio cenſeatur incidens, & non principalis ¶ Quid ergo dicendum? putant Petrus, Abb. & Nouella quòd in procuratorio illorũ erat expreſſum, ꝙ poſſent: cũ neceſſarius caſus occurreret in integrum reſtitutionem petere: vt eſt moris Aliâs viderentur fuiſſe in dolo hi, qui dabant tale mandatum: cum æquè dare potuiſſent munimenta: vel fortè miſerunt poſt interloquutoriam vel fortè prius munimenta cum tali expreſſo mandato. Ego autem puto, quòd vt dixi in oppoſitione. præcedenti. text. in hoc narrat accidentiam facti & non iuris diſpoſitionem. Et ideò quoad hoc de iuris diſpoſitione diſceptare ſuperuacuum eſt.

2 ¶ † PRIMO quæritur ibi: *Peremptorius*. à quo tempore incipit currere reſcindens iudicium ſeu quadriennium quod datur ad petendum per huiuſmodi reſcindens iudicium in integrum reſtitutionem. Dicit Inno. quòd à fine termini peremptorij, & non à die interloquutoriæ datæ. pro quo infra eod. c. j. libro ſexto. Et eſt ratio ſecundũ eum quia finito termino completa eſt læſio eius. Quod etiam ex eo apparet: quia etiam ſi ſententia non ſequeretur contra talem læſionem daretur reſtitutio. ſ. eod. auditis. & c. cum veniſſent. Et ideò prudenter facit, qui læſus eſt in ſententia ex omiſsione probationis, ſi expreſſe petit in integrum reſtitutionem, & contra ſententiam, & contra probationes omiſſas ad eas producendas ſecundum eum. fatetur tamen,

quod alij

ꝙ alij dicunt,ꝙ tantùm à die ſententię quadriennium hu-
iuſmodi computatur.& quod ſufficit à ſola ſententia pete-
re reſtitutionem in integrum.ar.ff.de minoribus.l.tertia.§.
primo.Inno.no.gl.in cle.vna.j.eo.ti.quod primò dixit Inn.
de re iudi.quod ad conſultationem.ſuper verbo,prælato di
cere,quòd non à die datę dilationis.Sed interloquutorię de
dando,ſeu de concedendo currunt.x.dies,qui dantur ad ap
pellandum.& ibi videtur expreſſum.Et facit ibi Inno.diffe
rentiam inter tempus,quod datur ad appellandũ,quod cur
rit ſtatim termino aſsignato,& tempora quę dantur in alijs
pręſcriptionibus Collec.Dicit tñ Inn.finaliter,ꝙ prius di-
ctum magis ſibi placet.& ad hoc facit cle.ab eccleſia.j.e.vbi
hoc no.in gl.in hoc.Nec mirum,quia reuera hic,per interlo
cutoriam Papę nulla fuit inducta lęſio:ſed iam inducta per
lapſum peremptorij ſolũmodò declarata.ar.ff.de acqui.re.
do.l.adeò.§.cum quis.&.ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quæ-
ratur.Ideò putarem,ꝙ aduerſus huiuſmodi interlocutoriã
non poſſet peti reſtitutio,& quòd deberet ſuccumbere pe-
tens propter petitionem ineptam.ar.eius,quod legitur,&
no.j.de iudicijs.c.exhibita.Prædicta procedunt ſpecialiter
reſpectu iſtius decre.ſed non generaliter reſpectu confuſio-
nis dubij propoſiti.Super quo dic,vt ſcripſit Cy.C.de tem
po.in inte.reſti.peten.l.ſuperuacuam.in.iiij.q.& ſeq.quoad
hoc inter maiores,& minores eſt differentia facienda.Licet
enim in hoc conueniant,ꝙ non datur ante lęſionem cõple-
tam,ſed poſt hoc reſcindens iudiciũ nec ante incipit curre-
re,quadriennium,ſed poſt.Et eſt ratio,quia non daſ niſi læſo:
vt.ſ.e.c.j.& ff.de mino.l.nã poſteà.§.ſi minor.Nec incipit
ei tempus currere,donec naſcatur.C.de præſcrip.xxx.anno-
rum.l.cum notiſsimi.§.illud.& de annali exceptione.l.j.in fi.
Item in alio,quia ſicut minori non currit illud quadrien-
nium,niſi à tẽpore,quo factus eſt minor:ſic nec maiori ab-
ſenti cauſa reipublicę propter abſentiam lęſi currit quadriẽ
nium,niſi à tempore reuerſionis:vt.l.ſuperuacuam allegata.
Tamen in hoc differunt maior abſens cauſa reipublicę:ac
propter abſentiam læſus:& minor,quia quadriennium non
currit ſtatim maiore reuerſo,ſed demum poſt modicum tẽ
pus arbitrio iudicis relinquẽdum:vt.ff.ex quibus cauſis ma
iores in integ.reſti.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ad fi.
& tamen minori currit immediatè finita minoritate ętatis.
Nam illud de modico tempore maiori reuerſo à lege cõceſ-
ſo,non reperitur conceſſum minori.Nec debet huiuſmodi
lex extendi:vt.ff.ſolu.matri.l.ſi verò.§.de viro.maximè cum
non ſit eadem ratio vtrobiq;:quia abſens tẽpore abſentiæ,
nec bene,nec malè poteſt quærere aduocatum:nec ſua ne-
gotia aliàs bene componere.Sed minor hoc potuit.Ideò ſi-
bi imputet.ſi nõ fecit.vbi tamen minor hoc facere non po-
tuiſſet magis,quàm abſens,eadem ratio eſſet.Et ideò videſ,
vbi.ſ.ꝓ & tunc eſſet idem iuſ.Sed pone,ꝙ præſcriptio.xl.
annorum incœpit currere in minori ętate ſolùm per vnam
diem,vel aliquale tempus maius:nũquid quadriennium cur
rit ſibi aduerſus lapſum temporis:vel expectatur,ꝙ læſio ſit
cõpleta:videſ ex dictis,ꝙ expectandum eſt,ꝙ læſio ſit com
pleta.i.ꝙ cõpleta ſit pręſcriptio.xl.annorũ.cum dictum ſit
ſ.ꝙ à tempore lęſionis cõpletę currit hoc tempus.arg.ff.qñ
acti.de pecul.eſt annalis.l.j.§.annus.Et ſic videſ tenere quæ-
dã gl.in.l.ſuperuacuã.alleg.Sed hoc nõ placet Iac.de Ra.Tũ
quia ſequereſ abſurdum,videlicet,ꝙ reſtitueret qs pętextu
minoris ętatis in.lxv.anno.Tum,quia ſatis cenſetur cõple-
ta tota lęſio,quã minoris ętatis ſalſitas attulit:l eo abbreuia-
tum fuit tempus vitę actionis minori cõpetentis tempore
minoris ætatis,cum ſequentis temporis læſionem non attu
lerit minor ætas.Et idcirco dicit,ꝙ ſtatim ętatis minorita-
te ceſſante,currit ſibi tẽpus:cũ ꝓ intereſſe dictę abbreuia-
turę,tũc poſſet agere.ar.ff.de le.j.l.ſi creditori.Sed hoc non
placet Petro.dicit enim,ꝙ nõ,pręterea daſ reſtitutio alicui,
ꝙ actio ſit abbreuiata:vt patet.ff.de caſtrẽ.pec.l.pater.§.fi.&
de acquir.hære.l.Pãtonius auitus.in prin.Petrus tñ ſateſ,ꝙ
gl.malè dicit:quia cũ læſio nõ ſit cõpleta in minori ętate,nõ

eſt tractandum de tempore reſtitutionis:quia non cõpeti.
ſibi reſtitutio:cum adhuc ſit tutus ipſo iure:vt.ff.de mino.l.e
in cauſæ.& idem dicit in maiore,vt nõ competat ſibi reſti-
tutio:ſi vſucapio non eſt in abſentia,vel.j.modicũ tẽpus cõ
pleta:cum ſuperſit auxilium iuris cõis:& imputeſ eis,quare
non agunt actione,quę ſibi cõpetit,& non interrumpunt
curſum præſcriptionis,vt.ff.ex qui.cau.ma.l.nõ enim.in fi.
Super quo etiam vide not.Cy.C.de reſti.mili.qđ tempore.
in nona.q.Et ex præmiſsis reſultare patet concluſio talis,ꝙ
vt videſ in integrum reſtitutio maiori,vel minori oporteſ,
ꝙ ſit lęſus,& ꝙ læſio ſit cõpleta,& ꝙ aduerſus talem lęſionẽ
nõ poſsit ſe iuuare bñficio iuris cõis.quòdq; reſcindens iu-
diciũ cõpetere,& quadriẽnnium ad illud intentandum cur
rere incipiunt regulariter à tempore perfectæ læſionis.Fal-
lit tñ in abſente cauſa reipublicæ,cui vltra modicum tem-
3 pus datur eo modo,quo dixi.¶ †Sed quæro horũ occaſio-
ne,quanto tempore,ſeu vſq; ad quod tempus duret præ-
dictum reſcindens iudicium?& dices ſtatim,ꝙ vſq; ad qua-
driennium,per.l.ſuperuacuam.allegatam.¶ Sed videamus,
an ſemper hoc ſit verum.& ſi læſio inſurgat ex contractu
hoc indiſtinctè verum eſt,ſecundum doctores,& ſic intelli-
gitur.l.ſuperuacuam.Sed,ſi petatur reſtitutio aduerſus læ-
ſionem ex tempore contingentem,hic difficultas.Verùm,ſi
tempus illud ſit tantum,ſicut quadriennium,vel eo maius,
adhuc eſt indubitatum apud eos,ꝙ habet locum quadrien-
nium.&.l.ſuperuacuam.Sed ſi minus ſit tẽpus quadriẽnio,
hic ſunt opiniones.Nam Butr.& Azo tenuerunt dari tantũ
tempus ad petendum reſtitutionem,quantum eſt illud,qđ
per lęſionem eſt amiſſum,& non amplius.quam ſequitur
Dy.in.§.rurſus.¶ Alia opinio fuit Iac.Balduini,& ſequaciũ,
ꝙ imò quadriennium ſemper vniforme eſt,atq; continuũ.
& datur pro omni reſtitutione,etiam aduerſus quamlibet
læſionem minoris temporis.Sed nõ reſtituitur,niſi ad tan-
tum tempus,quanto lęſus eſt.Fatẽtur tamen,ꝙ ſi infra qua-
driennium læſus negligat petere reſtitutionem,tempus ne-
gligentię cum tempore abſentię compenſatur ſic,ꝙ ſi fuit
negligens per annum,& lęſus fuerat in biennio.nõ reſtitue-
tur ſibi,niſi annus.Alia verò fuit opinio quorundam,quæ
vera eſt opinio.ſ.proxi.quoad primum dictum de vnifor-
mitate & continuatione quadriennij.Sed falſa quoad ſecun
dum de compenſatione negligentiæ,& abſentiæ:quia com
plures infra annum,quod ſibi incumbit faciendum,vſq; ad
annum non ſunt in mora.ff.de verbo.oblig.l.qui hoc anno.
&.j.de elec.cõmiſſa.li.vj.Et hęc opinio placet Petro,& Cy.
in.l.ſuperuacuam.in ſexta quæſtione.vbi reperies funda-
menta iſtarum opinionũ,& reſponſiones ad arg.hincinde.
Et iſta opinio Petri deciditur in cle.ab eccleſia.j.e.vbi latiùs
forſan dicam.

¶ S E S V N D O quæritur,quia viſum eſt.ſ.proximè
de iudicio reſcindẽti,qñ naſcatur,ac quanto tẽpore duret.
Nunc,vt continuetur materia,quæritur de iudicio reſciſſo-
rio,quod alio noie actio reſciſſoria appellatur:qñ videli-
cet naſcaſ.& quanto tempore duret.Et primò,quando na-
ſcatur.Sed de hoc me expedio per remiſsionem:quia de hoc
4 dixi.ſ.e.cum ex literis.§.circa ſecundã partẽ.¶ †Deſcendo
igitur ad ſcdm,videlicet quãto tẽpore duret reſciſſoria.Et
dixit Dy.ꝙ eodẽ tẽpore ꝓponẽda eſt reſciſſoria,quo tẽpo-
re,& iudicium reſcindens,ac.j.annũ.Et idem tempus debet
reſtitutio peti,& reſciſſoriũ ꝓponi ſic,ꝙ iſtorum duorũ
iudiciorum tempora non ſunt ſeparata.Sic intelligit.l.ſi ab
hoſtibus.C.ex qui.cau.ma.&.l.quod tẽpore.de reſti.mili.&
l.ab hoſtibus.C.de capti.&.l.ab hoſtibus.C.qui.non no.lõg.
tẽpo.præſcript.&.§.rurſus.Inſti.de act.vbi de hoc per eum.
Sed Petrus de bellapertica,& ſequaces dicunt,ꝙ imò tẽpus
reſtitutionis petendæ eſt quadriennium & vniforme:ſed
iudicium reſciſſorium non eſt vniforme,ſed habet annum
vtilẽ poſt quadriennium,ſi tanti temporis erat actio dire-
cta,eo tempore,quo læſus incœpit lędi.Sed ſi erat minõri
temporis,& minoris vitæ directa tunc eodem modo eiu

dem vitæ & téporis erit reſciſſoria:vt.ff.de mino.l.vltima.
& ad Vell.l.ſi debitrix.§.primo.&.ff.e.l.ſed & ſi quis per prę
torem.§.quoties. quia ſicut non debet eſſe in dãno, ſic nec
in lucro.ff.e.l.ſi. Differentia eſt ergo inter tempus.ĩ.quod,
& tempus ad qđ. Idem vult Ioan.Fabri.§.ruríus.dicens,ꝙ li-
cet annus vtilis vitę iudicij reſcindentis ſit correctus & im-
mutatus,per.l.ſuperuacuam.tamen annus reſciſſotię nõ eſt
alteratus,nec immutat⁹:nec illa.l.ſi.de eo loquitur,imó re-
manet incorrectus. Nec.l.ſi ab hoſtibus.nec.§.ſed cum reſciſ-
ſa.allegati.nec etiam.l.ſi is,cuius.ff.ex quibus cauſis ma. re-
periuntur correctæ. Subdit etiam,ꝙ quãquã lęſio ſit de ma-
iori tempore, quàm annus, vel quadriennium:nihilominus
tamen reſciſſoria non durabit vltra annum. Et idem dicit,
vbi eſt alia læſio:puta in liberatione,vel aliâs:quia ſecundũ
eum nunquàm durabit vltra annum. Et idem dicit,vbi eſt
alia lęſio:puta in liberatione vel aliâs: quia ſecundum eum
non durabit reſciſſoria vltra anoum. Et eſt ratio,quia con-
tra ius,& ex quodam beneficio datur. & ideò non immeri-
tò reſtringitur eius vita, vt dico.§ ſed cum reſciſſa. Subdit
etiam quód is annus vtilis eſt, ſicut in alijs prætorijs:vt in-
ſti.de perpetu.& tempora.actio.§.eas verò.cum ibi notatis.
¶ Alij volunt dicere,ꝙ licet non duret:niſi anno, quando
læſio,vel vita actionis perditæ non eſt, niſi tanti temporis,
vel minoris. Tamen vbi lęſio,vel vita actionis perditę ma-
ioris eſt temporis,dicunt,ꝙ reſciſſoria tunc tanti temporis
eſſe debet:quia non poſſum capere, ꝙ actio per læſionem
perdita,ac per reſtitutionem reſtituta,minoris poſt reſtitu-
tionẽ exiſtat temporis,quàm eſſet antequàm perderetur. Et
probant hac ratione:quia aliter reſtitutio in totum nõ redu
ceret omnia ad ſtatum primum, contra id quod ſcripſi in
rubrica.§.dicitur autem reſtitutio. Ioan.Ro. ſtat in hac opi-
nione, videlicet, ꝙ ſi læſio eſt maioris temporis, vel actio
reſtituta vitę longioris:reſciſſoria durat vltra annum tanto
tempore, ſicut prima. Et dicit, quòd hoc no.gl.in.l.ſuperua-
cuam.& in.§.ſed cum reſciſſa. Dicit tñ ꝙ breuioris vitę eſſe
poterit, quã anno, ſi tempus læſionis ſit minus. Et ſic intel-
ligit.l.ſi ab hoſtibus.&.l.ab hoſtibus.&.l.quod tempore. &
§.ſed cum reſciſſa.allegatis.inducit etiam.§.rurſus. referẽdo
verbum,intra annum.ad verbum petere.& non ad verbum
reſciſſa vſucapione. Et dicit,ꝙ caſus eſt,niſi calumniet̃, text.
in.l.ſi is,cuius.ff.ex quib.cau.ma.vbi dicitur ſic, ſi is cuius rẽ
vſucœpit reipublicæ cauſa abiens poſſeſsionem ſuæ rei ab
eo vſucaptę natus ſit,& poſteà amiſerit,non temporalem,
ſed perpetuã habet actionem. ¶ Ego credo habuiſſe Io.Ro.
corruptum,& magis ſto cũ Io.Fabri de præſenti,ſaltem in
hoc,quia reſciſſoria nunquã annum excedat. Quod probo:
quia.§.ſed cum reſciſſa.loquitur in reſciſsione vſucapionis,
quę tollẽs dominiũ.vt.l.traditionibus.C.de pac.&.ff.de vſu-
cap.l.iij.tollit etiam actionem in rem,licet natura ſua per-
petuã:vt.l.ſicut.C.de pręſcrip.xxx.annorũ. Et tñ reſciſſoria,
quę poſt reſtitutionẽ,hoc caſu datur,reſtitutio,vltra annũ
nõ datur:vt.§.ſed cum reſciſſa. Item probo per.l.ſi is cuius.
allegatam.in verbo,*natus ſit*.& in verbo,*amiſerit*.iuncta.gloſ.
ſuper dicto verbo,*natus ſit*. Nam iõ datur ibidẽ nõ tẽpora-
lis,ſed perpetua illi,qui poſt reſtitutionem nactus eſt rem
ſuã vſucaptã:quia per dominiũ recuperauit,& acquiſiuit iu
re naturali directam in rem,vt ibi. Igitur à contrario,ſi na-
tus non fuiſſet,non daretur ſibi perpetua, ſed temporalis.
Item ſto cum Pe.de bellapertica.io ea parte,in qua dicit, ꝙ
ſi minoris vitæ,vel temporis erat lęſio,vel perdita actio tã-
ti tẽporis,& nõ pluris,erit reſciſſoriæ vita ꝑ ratiões ipſius.
& per cle.vnã.ĩ.eo.in fi.vbi forſan hoc latiùs tangam. Nec
obſtat ad dictã.s̃.proximam,ꝙ reſtitutio reducit in totum
ad priſtinũ ſtatũ:quia hoc verum in effectu:niſi ſtet per re-
ſtitutum. Poteſt enim facta reſtitutione incontinenti rẽ pe-
tere:& ſcdm aliquos litem conteſtando reſciſſoriam perpe-
tuare. Imó,& ſcdm alios ipſam reſciſſoriã ſimul cũ petitio-
ne reſtitutionis intentare. Qđ ſi nõ fecerit,prætor dignum
duxit hoc eidẽ imputare:vt.ff.de reg.iur.l.dãnum, qđ quis.
Ideò prætor,qui vtrunq; inſtituit iudiciũ reſcindens,vide-
licet,& reſciſſorium,videns vtrunq; eſſe contra ius commu
ne,voluit vtrunq; arctare tempore:quam arctationem ſolũ
quoad reſcindens immutauit lege Codicis, ſuperuacuam.
allegata. In hoc ſto cum Io.Fabri. Et hoc tenet etiam Bar.in
5 dicto.§ ſed cũ reſciſſa. ¶ † Sed quæro,quid ſi poſt quadrien-
nium reſtitutio ſit conceſſa:an teneat cõceſsio?videt̃,ꝙ ſic,
tanquàm contra ius litigatoris facta.ij.q.vj.c.ei, qui.§ diffi-
nitiua.C.quando appel.non eſt neceſſe.l.ij.&.ff.quę ſenten.
ſine app.reſcind.l.j.§ Item cũ contra ſacras.de re iudi.l.præ-
ſes.&.l.cum prolatis.Cy.in.l.ſuperuacuam.in ſexta quæſtio-
ne.dicit fortè dicendũ eſſe contrarium:quia huiuſmodi re-
ſtitutiones cõtra ius commune cõceduntur:& ideò reſtrin-
gendæ ſunt:vt.§ ſed cum reſciſſa. Pręterea,quia qua ratione
ſententia poſt tempus excuſationis lata nõ tenet ipſo iure,
vt.ff.de excu.tut.l.ſcire oportet.§.conſequens. Eadem ratio-
ne neq; hic,ſcdm Dy.& faciunt.C.de iudicijs.l. properãdũ.
in princ.vbi videtur notari,ꝙ ſententia lata poſt trienniũ
non tenet. ¶ Idem tenent Io.Ro.&.Io.Fabri.in.§ rurſus. qa
arguendum eſt de tempore ad locum,& econtra.ff. ſi certũ
petatur.l.vinum. Modò ſi iudex alio loco,quã debuit,dedit
ſententiam, nõ valet.vt.ff.de offi.præſi.l.iij. Inducit.l fœmi-
næ.ff.de tut.& cura.da.ab his.& cle.ſi appellationem.de ap-
pellationibus. Sed ad veritatem ego ſum dubius:quia aut di
ces ſententiam eſſe nullam ex defectu iuriſditionis,vel pro-
ceſſus,ſeu ratione alicuius poſitiuæ conſtitutionis annullan
tis.& hoc in facto non ſupponitur,aut propter defectum iu
ris agendi,reſpectu partis actricis.& hoc non:quia hoc non
infert aliquid factum eſſe contra ius conſtitutionis,ſed ſo-
lùm contra ius partis,quod nullitatem nõ induerit:vt dictũ
eſt.ar.ad hoc.ff.ad trebel.l.ſeruo.§.cum prætor.aliâs eſſet for
tè dicere,ꝙ poſſet opponi contra ſententiam nullitas: quia
actori non competijſſet ius agendi. Verùm ſi in forma ſniæ
per ſe conſiderata,vel ad libellum relata,eſſet error iuris,fa
terer tunc ſententiã nullam.arg.ĩ.de ſent.exeõ.per tuas. ſed
hoc ceſſante,nimis dubito. Induci põt pro,& cõtra.ff.famil.
erciſcun.l.cũ putarem. Sed hoc de pręſenti relinquo ſub du-
bio fortè.vel dic de hoc prout ſcripſi in cle.vna.ĩ.e.ſuper gl.
& hoc eſt qđ dicimus in vltima ſuppletione.
6 ¶ † TERTIO quæritur:quia de perpetuatione horũ iu-
diciorum.s̃.in proxima.q. tactum eſt,qualiter perpetuari
poſſunt. Et primò de reſcindenti iudicio quærendum eſt,
vtrum per litis conteſtationem perpetuetur. Et hîc certum
eſt ſecundum Io.Fabri,ꝙ reſcindens iudicium etiam per li-
tis cõteſtationẽ perpetuari nõ poteſt:quia nedum illud in-
choari,imò & terminari oportet ĩ.quadrienniũ:vt.l.ſupua-
cuã.allega.& ſic no.gl.& Pau.in cle.intimata.ĩ.e.& ibi ꝓbat̃.
Quid ergo de iudicio reſciſſorio? Aduerte,quærere potes,
an iudicium reſciſſorium perpetuari poſsit per litis conte-
ſtationẽ. Et hîc dicit Cy.in.d.l.ſi ab hoſtibus.in.viij.q.Io.Ro
landi,& Io.Fabri.in.§.rurſus.quòd ſic,ſicut & quælibet alia
actio temporalis. Dicit enim lex ſimpliciter,quòd actiones
per litis conteſtationem perpetuantur.C.de præſcript.xxx.
annorum.l.ſi. Cum ergo hoc non ſit prohibitum,& per cõ-
ſequens permiſſum.& dicit,ꝙ in hoc omnes cõcordant. ar.
C.de præſcriptioni.xxx.annorum. cum notiſsimi.arg.ff.ex
qui.cau.ma.l.ſed & ſi per prætorem.§ quoties.de dolo.l.fin.
Itẽ nec obſtat.l.ſuperuacuam.&.l.petendę.eo.ti.quia loquit̃
de iudicio reſcindenti. Nec obſtat.§ ſed cum reſciſſa.quia lo
quitur de tempore dato ad inchoandum.& dum illius tem
poris pręſcriptio,non reperitur per litis conteſtationẽ in-
7 terrupta. ¶ Itẽ quærere poſſes,vtrum per litis conteſtatio-
nem factam in iudicio reſcindenti, cenſeatur perpetuata
actio reſciſſoria? Ioã.dicit,ꝙ ſic. Pro quo facit optime.ff.de
bo.poſ.l.cũ quidã. Sed Dyn.dicit,ꝙ illa lex nihil facit:quia
ibi vtrũq; remedium ſimul competebat,& ipſo iure.ſed hîc
non competit reſciſſorium niſi demum reſtitutione impe-
trata.vnde

trata.vnde dicit,quòd ſententia Io.neceſſariò conuincitur falſa:quia certum eſt,quòd reſciſſorium non competit:niſi demum reſtitutiõe impetrata.& quòd durat anno tantùm. Cum igitur petatur reſtitutio per iudicium reſcindẽs,ſi dicas quòd conteſtatio facta in reſcindenti perpetuet reſciſſoriam,ſequitur quòd non erit annalis, ſed perpetua, ſaltem per illud accidens.vnde ſic fruſtrà ſtatutum eſſet eam anno finiri.Facit pro hoc,qa nulla actio ꝑpetuaẜ,antequã ſit.arg. C.de iure dot.l.in rebus.§.omnes.& cõcor.Io.Ro.in.d.§.rurſus.& ſuper hoc omnino vide,quæ ſcripſi.ĩ.eo.c.vno.in cle. ſuper glo.& hoc eſt quod dicimus.

¶ QVARTO propter vnum quod tetigi.ſ.in ſecun-
8 da.q.¶ † Quero,nunquid iſta duo iudicia reſcindens,videlicet,& reſciſſorium poſsint ſimul in eodem libello intentari:vel nunquid ſaltem in vno iudicio poſsim petere vſucapionis reſciſsionem,& rei meæ reſtitutionem.vel nunqd oportet primò per iudicium reſcindẽs petere reſcindi vſucapionem,& poſteà agere reſciſſorio iudicio ad rem illam? & videtur quòd ſucceſsiuè duplici iudicio ſit agendum: vt ff.ex quibus cauſis ma.l.necnon.§.vlti.& l.ait prætor.§.item ei.In contrariũ videtur,quòd vtroq; iudicio:quia circuitus eſt vitãdus.l.allegata.in.ij.q.Diſtinguunt ſic:aut ille,qui petebat reſtitui,poſsidebat rem ſuam tempore abſentiæ: aut non.Si non poſsidebat rem ſuam tempore abſentiæ: tunc vno iudicio petetur reſciſsio vſucapionis,& rei reſtitutio: vt patet.ff.de admi.tu.l.ſi fine.§.interpoſito.Et ſic poteſt intelligi.Et eſt ratio,quia reſtituere eſt per omnia in eundem ſtatum reponere:vt.ff.de vſuris,& fruct.l.videamus.§.inſauiana.& de verborum ſignifica.l.reſtituere.& l.penultima. & l.cum prætor.& de minoribus.l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.Si verò non poſsidebat,tunc non petetur reſtitutio rei: ſed reponetur in ſtatu, in quo erat ante abſentiam: vt ſicut tunc potuit vendicare,& modò poſsit.Sic enim diſtinguitur in minore:vt notat.ff.de procuratoribus.l.qui proprio.§.Item quæritur.Ergo idem in maiore,cum reſtitutio minorum,& maiorum per eundem modum procedant: vt l.ſuperuacuã.Sed adhuc videtur,quòd iſta duo iudicia nullo modo poſsint in eodem libello intentari:quia iſta ſunt, ſicut pręparatorium.& præparatum.Igitur non poſſunt ſimul intentari .Prætereà , vbi plures actiones ita ſe habent. quòd ſententia in vna lata,obſtat rei iudicatę in alia: non poſſunt ſimul intentari.ff.de exceptionibus.l.fundi.& l.fundum.Sed conſtat,quòd ſententia abſolutoria lata in iudicio reſcindẽti,non poteſt competere reſciſſoria:quia ex eo cauſatur.Item,quia iudicium non poteſt eſſe de futuro: nec in pendenti:vt.ff.de iudicijs.l.non quemadmodum.& de vſuris.l.prima.Modò reſciſſoria,ſeu eius materia tempore,quo intentatur reſcindens,eſt de futuro:quia non naſcitur, niſi reſtitutione conceſſa.Igitur in contrarium arguitur, quia querela inofficioſi teſtamenti,& petitio hæreditatu poſsũt intentari in eodem libello.ff.de inofficioſo teſtamẽto.l.qui de inofficioſo.cum ibi not. hîc ſunt opiniones contrariæ. Tamen Cy.poſt Pet C.ex quibus cauſis maiores in integrũ reſtituantur.l.ſi ab hoſtibus.q.fina.& Io.Fabri poſt eos in.§.rurſus.ſic diſtinguit.Aut quæris vtrum poſsint intentari in eodem libello.i.ſimul complecti,ita tamen vt ſucceſsiuè ꝓcedatur:& dic,quòd ſic.Aut , vt ſimul procedatur:& dic,ꝙ non.Et hanc diſtinctionem attribuit Dyn.& Iacobus de Rauenna.ſecundum quem oporteret dicere , quòd referatur ad ſecundum membrum diſtinctionu præcedentis: vt ſic cum iſta ſubdiſtinctione membri ſecundi,ſit illa diſtinctio completa.Non enim poſſet adaptari conueniẽter hęc ſubdiſtinctio primo membro dictæ diſtinctionis,nec pręſumendum eſt,quòd Dy.contrariari voluerit in dictis ſuis, ſeu quòd aliquu prædictorum falſum ſibi attribuat.Et pro iſta ſubdiſtinctione inducit.ff.de euictionibus.l.cum eiuſdem.& de iniurijs.l.prætor.§.ſi plures.Refert Io.Rolan.in.§. rurſus . Petrum de bellapertica indiſtinctè tenuiſſe, quòd imò poſſunt ſimul in eodem libello intentari ,cui dicebat prædictum Iacobum,perpriùs conſenſiſſe de ęquitate:licet de rigore ſecus.Et pro opinione Petri inducit,quia rei vendicatio,& actio ad exhibendum eius præparatoria poſſunt in eodem libello intentari:vt.ff.commodati.l.ſecũda. Quęlibet probet vnam pręparatoriam alterius,non tamen probat vtranq; ſimul intentari poſſe. Inducit etiam.l.ſi ſponſus.& l.eum , qui.ff.de donationi . inter virum,& vxorem. Nec obſtat quòd iudicium non poteſt eſſe de futuro:quia illud verum eſt purè,& ſimpliciter:ſecus tamen ſub conditione.vel illud eſt verum in his,niſi futurum pẽdeat ex his, quæ ſunt de præſenti,vt hic,&.C.de fideicommiſsis.l.prima.Et pro hoc.ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. l.ex hac cauſa.ff.de his,qui deiece.vel effu.l.finali.Item inducit.l.ſi rem.§.omnes . ff.de pignora . actione . Non obſtat.l. gemma.quia ibi ſubeſt alia ratio,quare ante exhibitionem vendicari non poteſt.Non obſtat,quòd abſolutoria in vna, &c.ſupra reſponſum eſt.Io.Ro.eſt in opinione,quam Iaco. attribuit,videlicet,quòd ſimul non poſſunt in eodem libello intentari.Allegat.ff.de rei vendicatione.l.in rem.§.item quæcunq;.Sed ibi aliud eſt in cauſa.Item inducit , quòd nemo ſine actione experitur.ff.de adminiſtratione tutorum. l.quoties.§.ſi temporali.Modò reſciſſoria non eſt nata ante reſtitutionem.argumento pro hoc.C.de iure dotium . l.in rebus.§.omnes.allegata.& l.cum notiſsimi.§.illud.C.de præſcriptionibus triginta annorum.Et per hoc fortificat ar.do §.itẽ quæcunq;.ibi:*& tunc vendicentur*.iuncta.l.quarta.ff.de conditio.& demon.in fi.Et eodem modo facit.l.gemma.allegata.inducendo ſic:quia ſicut tignum iunctum ædificio, ſeu gẽma incluſa annullo ſtatim peti poteſt,quod exhibeatur,& per hoc ſeparetur:tamen vẽdicari non poteſt,donec fuerit ſeparata.Sic per officium iudicis reſcindens ſtatim peti poteſt,quòd læſionis obſtaculum tollatur. Sed donec ſublatum fuerit,reſciſſoria agi non poteſt.Et per hoc tollitur reſponſio,quę ſtatim dabatur ad.l.gẽma.&.§.Item quęcunq;.Nec valet reſponſio data ad.l.non quemadmodum. quia ſecundum illam agi poſſet ex qualibet obligatione conditionali:qđ eſt falſum,vt.ff.quando di.le.ce.l.prima in fi. Non obſtat,cum dicitur,quòd actio ad exhibendum,& rei vendicatio ſimul intentari poſſunt:quia hoc non eſt verum in caſu,quo non poteſt vna competere cum alia:vt in propoſito.Nec.l.cum ſponſus.& l.in eum allegata . quia loquiutur in contractibus.hîc verò loquimur in cõtractibus:in iudicijs,vbi nemo ſine actione experitur.Nec obſtat.l.ſi rẽ. §.omnes.allegata.quia ibi præcedebat contractus , ex quo actio competebat,de cuius.§.intellectu vide per ſcribentes de actionib⁹.§.omniũ.Nec obſtat,in auth.de fideiuſſoribus. §.neq;.quia ibi vtrunq; competebat ipſo iure.Et de intellectu illius.§.qui difficilis eſt , vide per ſcribentes Inſtitutionib.de actionibus.§.item Serui ana.Et ex his apparet , quòd non valet ſubdiſtinctio Dyn.de qua ſupra. ¶ Quid dicendum?puto,quòd prima diſtinctio Petri inter omnes melior eſt,ſi ſanè fuerit intellecta. Pro quo aduerte, quia aut quæris,nunquid in eodem libello poſsim petere tolli læſionem per reſcindẽs,& rem reſtitui per reſciſſorium,non poſſum per rationes ſupra proximè præcedentes:nec vt ſimul hæc fiant:quia reſciſſorium de pręſenti nondum natum eſt. Et ſic ex illo nihil de præſenti peti poteſt:nec vt hæc ſucceſsiuè fiant.quia iudicium reſciſſorium , cuius nulla præexiſtens materia antecedit ſub tali ſuſpenſione pendere non poteſt:vt patet ex dictis.Et ſic patet,quòd imaginatio Ioã. Fabri nõ valet.Sed nec Petrus ad hoc percutiebat:aut quæris nũquid vtrunq; præmiſſorum poſsit peti per ſolum reſcindens iudicium abſq; aliquo ſuffragio reſciſſoriæ:& ipſa minus intẽtata:& in hoc caſu dico locum eſſe prædictæ diſtinctioni Petri:quia aut materia reſcindentis iudicij taliter eſt diſpoſita,ꝙ reſtitutio fienda per illud,vtrũq; effectũ allatura eſt,videlicet,obſtaculi reſciſsionẽ , & rei reſtitutionẽ

vt quia vtriuſq; damnum læſio ipſa attulerat. Et ſic vtrunq; reſtitutio reparare debet. Et tunc in eodem libello vtriuſq; reparatio, ſed per ſolũm reſcindẽs iudicium peti poteſt. Et ſic loquitur § interpoſito. & primum membrũ dictę diſtinctionis Petri. Aut materia iudicij reſcindentis non eſt ita diſpoſita, quòd reſtitutio facienda per illud poſsit effectum vtrunq; afferre: vt pote, quia læſio, aduerſus quam competit, prius intulerat. & tũc, quia opus eſt duplici iudicio ſucceſsiuum ordinem neceſſariò requirente, non poteſt vtrũq; ſimul peti. Primò ſiquidem non per reſcindens, quia diſpoſita non eſt ad hoc eius materia: nec per reſciſſorium, quia non competit de præſenti: nec ſub conditione: nec in pendenti intentari poteſt: vt præfertur. Et hoc caſu ſecundum membrum dictæ diſtinctionis Petri vendicat ſibi locum. Et iſtud eſt ſecundum veritatem, quod voluit Inn. in dicto c. cum ex literis. vt ſcripſi ibidem circa quartam oppoſitionem § tertio principaliter quęritur. in prin. & facit optimè, quod ſcripſi in eo. c. cum ex literis. queſtione prima § ſed aduerte, quia præmiſſa. Sed ex præmiſsis apparet, quòd illud, quod ſcripſi poſt Inno. in dicto § tertio principaliter quæritur. ante ſi. verſ. licet. & idem etiam non poteſt procedere de rigore iuris, ſed de quadam groſſa æquitate canonica: ſaluetur eodem modo, quo ibi dixi.

9 ¶ † QVINTO redeundo ad materiam decre. ibi: *duximus indulgendum.* quoniam hæc reſtitutionis conceſsio contra lapſum peremptorij locum habet in omiſsione probationis cauſæ principalis: quæritur: quid ſi extra caſum huiuſmodi fieret iniuſtitia eccleſiæ in aliqua cauſa per interlocutoriam, vel lapſum termini: vt puta: quia non admitterẽtur eius exceptiones puta de excommunicatione, vel expoliatione, aut falſi ſuggeſtione aduerſarij, ſeu alię huiuſmodi fori declinatorię: & maximè, quæ inducuntur in odium aduerſarij, & non in fauorem petentis reſtitutionem: nũquid tunc erit locus reſtitutioni ſi eccleſia non appellauerit, poſſet enim appellare. ĩ. decem dies, ſi vellet ab interlocutoria huiuſmodi. Dicit Inno. quòd appellet, ſi velit eccleſia: quia non habebit reſtitutionem in integrum contra tales interlocutorias, ſi non appellauerit. argu. optimum. ff. de vſuris. l. cum quidam § ſi pupillo. Ratio etiam eſt, quia reſtitutio nõ datur, niſi nõ modicè læſo. ff. de mino. l. ſcio. Et ideò ad hoc, vt detur reſtitutio alicui oportet quòd ille aliquid amittat, vel non acquirat, quod acquirere poſſet, vel quòd oneri, qđ non expediat, ſe ſubijciat: vt. ff. de minoribus. l. non omnia. & ideò iudici committitur: vt ſuper his videat. ff. de mino. l. quòd ſi minor § j. At iſti, qui huiuſmodi exceptiones declinatorias fori proponunt, ex hoc etiamſi obtinent, nihil cõſequuntur. Et ſi repelluntur ex hoc nihil amittunt: quia etiã ſi obtinent in huiuſmodi exceptionibus: ſic, & naturaliter, & ciuiliter remanent debitores, ac ſi ſuccumbant. Et ſic nullo prædictorum modorum læſi ſunt. & ita non eſt eis reſtitutio danda. Nec obſtat, ſi dicas, imò in vno lucratur in exceptione huiuſmodi obtinens: quia non cogitur modò ſoluere qđ debet. Nec eñ debet litis diſcrimẽ expectare, ſed ſtatim ſoluere, cum ſciat ſe obligatũ. ar. ff. de admi. tu. l. quoties. § ſicut autem. Sed & ſi velit ſe iuuare exceptionibus prudẽter proſequatur eas, & ſi feratur contra eum interlocutoria appellet: alioquin cum per prædictam interlocutoriam, nec damnum incurrat, nec lucrum amittat, nec oneri malo ſe ſubijciat, non dabitur ei reſtitutio: vt dictum eſt. Nec etiam obſtat, ſi opponas dicẽdo, quòd per reiectionem exceptionis ſpoliationis incurrit hoc damnum: quia non recuperat rem, qua ſpoliatus eſt: quæ quandoq; per viam exceptionis recuperatur, vt patet. infrà de ordine cognit. cum dilectus. § pe. & oneri grauis ſubijcietur: quia oportebit eum agere à capite cõtra ſpoliatorem, vt patet. ff. de minoribus. l. minoribus vigintiquinq; annis ſubuenitur. Reſpondeo enim illũ non incurrere damnum: quia per aliam actionem ius ſuum poteſt conſequi, & etiam quia per talem exceptionem non conſequitur ius ſuum mandato iudicis: niſi reus dare velit. Et non eſt graue onus, ſi quis ſuam iuſtitiam conſequatur: quamuis tamen dici poſſet, quòd iudex etiã in hoc caſu aliquando inſpectis circũſtantijs poſſet dare in integrum reſtitutionem ar. dictæ l. quòd ſi minor § primo. Innocẽ. vnde Archid. lxxxij. di. irreligioſum. not. quòd ſi eccleſia omittat exceptiones dilatorias ſolutionis, reſtituitur: ſecus in dilatorijs iudicij. Tamen & in dilatorijs iudicijs cõcedit Spec. reſtitutionem indiſtinctè. c. ti. § ſecundo. & Inno. & Hoſt. hîc hoc cõcedunt, ſi eccleſia grauiter læderetur, & iudici viſum foret. Et idem not. Io. An. infrà de ſententia excommunicationis. ſolet. Et Gof. ĩ. c. proximo. diſtinguit inter dilatorias ſolutionis, & iudicij. Sed veri⁹ videtur hoc iudicis arbitrio

10 relinquendum. Collect. ¶ † *Sed adhuc quęritur*, ſi poſt tales interlocutorias, per quas exceptiones iudicij declinatoriæ, & in odium aduerſarij introductæ repelluntur, fiat miſsio in poſſeſsionem: vel fortè in caſibus, in quibus fieri poteſt, feratur ſententia diffinitiua: qui à tali interlocutoria appellauit, & ſic contra præceptum iudicis, vel aliâs contumaciter, confiſus tamen de appellatione receſsit: nõne talis erit reſtituendus? Reſpondeo, quòd non: quia non eſt læſus ea læſione, quæ ſufficiat in integrum reſtitutionem. Nam per tales interlocutorias, ſeu per denegationem reſtitutionis, quę in caſibus prædictis iuſta fuit, non fuit grauatus tali grauamine, propter quod potuerit appellare. ideò non releuat ipſum appellatio. ĩ. de appella. vt debitus. & c. ſeq. Nec occaſione huius ſententię interlocutorię, vel reſtitutionis denegatæ data eſt, contra eum miſsio in poſſeſsionem, vel etiam ſnia diffinitiua lata: ſed potiùs propter contumaciam eius. Quod ex eo apparet: quia tunc qñ ſententiæ interlocutoriæ latæ ſunt, vel reſtitutio denegata: & nullo modo læſus eſt, ſed propter contumaciam ſequentem. vnde tempus latæ ſententiæ interlocutoriæ, vel in integrum reſtitutionis denegatæ reſpiciendum eſt: quia euentus conſequens non dat in integrum reſtitutionem: vt. ff. de minoribus. l. verũm. Et quià ſi poſteà non fuiſſet contumax, non incurriſſet dicta damna. Et ideò patet, quòd contra interlocutoriam. vel reſtitutionis denegationem nõ datur reſtitutio: quia ex eis non conſequitur damnum: ſed ex eis contumacia ſubſequẽti. Prudenter ergo faciet, ſi contra interlocutoriam dimittẽdo in poſſeſsionem, vel etiam contra diffinitiuam ſententiam reſtitutionem petat. argumento. ĩ. eodem. c. ſecundo. & c. ſuſcitata. vel ſi per lapſum anni factus eſt aduerſarius poſſeſſor, ſi petat reſtitutionem contra temporalem præ-

11 ſcriptionem. de quo no. ſupra eodem. c. primo. Inn. ¶ † *Sed* quid de exceptionibus dilatorijs ſolutionis: nunquid in illis poteſt dici, quod dictum eſt in exceptionibus declinatorijs fori, ſpoliationis, falſi ſuggeſtionis & excommunicationis? dicit Innoc. quòd ſic. argu. C. de preci. impera. offeren. l. quoties. Dicit tamen quòd ibi ſępiùs iudex ęquiùs dare poterit in integrum reſtitutionem. vt dicta. l. quòd ſi minor § primo. Et hoc clarum, ſi in modum declinatoriæ iudicij ꝓponuntur. quod frequenter accidit in literis, ſecũdum formam communem de ſimplici iuſtitia impetratis. ¶ Quid ergo ſi in modum peremptoriarum proponantur, ſicut patet exemplum de exceptione ſpoliationis in eo, quod legitur, & notatur. de ordine cogni. cum dilectus § primo. verſu, vnde verus dominus. Et de hac, & alijs in literis gratioſis ad bẽneficia impetratis, rñdeo, ꝙ tunc omnino eſt danda reſtitutio: cum apparet, quòd, tali exceptione probata perimitur aduerſarij intẽtio principalis: vt patet in eo. qđ legiẜ, & no. ĩ. de ętą. & quali. accepimus. de offi. dele. prudentiam. § ſexta. ĩ. de excep. cum eccleſiæ. vnde ſi interlocutũ ſit, ꝙ impetratum reſcriptum ſit verum, cum dicitur falſum: nunqđ ad hoc dabiẜ reſtitutio? Rñdeo, ꝙ ſi in eo contineatur gratia vel aliud, vnde poſsit grauari eccl'ia, dabitur reſtitutio. Sed ſi ſit tantũ de ſimplici iuſtitia, non quia tunc non incurritur aliquod de periculis prędictis. arg. legũ prædictarum. Inn. Dicit tñ Hoſt. ꝙ cũ in iure nõ reperiatur expreſſè cautum, ꝙ in prędictis caſibus reſtitutio denegetur, non audet

aſſerere

aſſerere hoc omnino eſſe verū:nec videt,quòd duabus obiectionibus ſupra formatis præcedentib.ſufficienter ſit reſponſum.vnde potius dicendum eſt ſecundum Hoſtiē.hoc totum eſſe arbitrarium,vt videlicet iudex etiam in prædictis caſibus reſtitutionem concedat,ſi ex aliqua latenti cauſa reperiat læſionem. ¶ Quid ſi ab eccleſia petatur ſumma maxima,puta.x.milia marcharum,quæ in capite decennij ſoluēda erat,vel etiam ſi iam venit dies,non habet eam præ manibus,nec habere poteſt,niſi prædia propria diſtrahat,vel ſub vſuris grauiſsimis mutuum cōtrahat,& erat ſpoliata ab agente vno comitatu,qui tantum non valebat annuatim:nūquid hic liquet de damno grauiſsimo,quod incurrit:quia ſua exceptio eſt repulſa:nūquid erit reſtituenda?vtiq;. Et idem in ſimilibus ſi occurrāt.ar.ff.de mino.l.j.§.prętor.& l.ait prætor.per totum.& l.quod ſi minor.j.reſponſu.& §.primo.& l.illud.§.j.& l.pater pro filio.§.penultimo.& l.ſi in emptionē.& l.AEmilius.vt tamen magis penderet apud ipſum læſio ſubſtantialis veritatis,quàm iuris ſubtilitatis.argu.in eo,quod legitur, & notatur infra, de iudic.delicti.& de dolo & contumacia.c.primo.Hoſtien.Et hoc idem videtur ſenſiſſe Innoc.vt ſcripſi ſupra eo.circa hanc quæſtionem principalem.ver.quanuis.Tamen dici poſſet,nec obſt.quod dicit Innocē.quòd non eſt graue onus,quod conſiſtit in omiſsione,vel repulſione dilatorię:quia imò in omiſsione,vel repulſione dilatoriæ poſſet eſſe enormis læſio,quæ poſſet etiā in peremptoriæ obmiſsione,vel repulſione non eſſe.vt ſi peto ab eccleſia quatuor denarios:& omiſit exceptionem pacti de nō petendo:vel ſolutionis,vel propoſuit,& repulſa fuit:abſit,quòd reſtituatur.In his igitur ponderetur læſio.Fateor tamē,quòd communius,& facilius in peremptoria lęditur.Et quod dixi in exceptione repulſa:Idem

12 intelligas in non oppoſita.† Vnde dicebat Goffre.ſupra.c.proximo.diſtinguendū inter dilatoriam ſolutionis,& declinatoriam iudicij.Nam ſi prima obmittatur,reſtituitur eccleſia.Non enim expedit ante tempus ſoluere.& ideò ſi fideiuſſor hanc omittit non nocet principali.ff. mandanti.l.ſi mandauero.in princip.Sed ſi omittatur declinatoria non fiet reſtitutio,ſecundum eum.Allegat.ff.mandati.ſi fideiuſſor.§.quædam.& in præmiſsis concord.Nouell.& Martin.De hoc autem,an contra ſententiam latam in poſſeſſorio reſtituatur eccleſia,tangit Ioan. Andr.infra eo.c.j.libro.vj.

13 & ibi dicam.¶ † Subdit autem Inno.ad fi.ſuę gloſſ.magnę,quòd contra interlocutoriam ſuper inſtrumento debiti nō eſt dubium dari reſtitutionem:quia ex ea magnum præiudicium pateretur.Super hoc vide Pau.in cle.vna.ĵ.eo.glo.in præſcriptio.§.vnde etiam.& glo.ibidem,quæ etiam hoc tangit.Sed non recito,quia nihil addunt in effectu.

14 ¶ † SEXTO quæritur,pone aſſignato parti perēptorio termino ad probandum:pars in termino produxit,& fecit eos iurare:ſed ſtetit per eam quominus infra terminum deponerent.Vult nihilominus,quòd examinentur poſt terminum,aduerſario reclamante:nunquid bene?Specul.tenet quòd non.titulo.de teſte.§.qualiter.verſicu.is quoque.& Iacob.de Aretio.ff.de dam.infec.l.damni.§.ſabini.& Archi.& Nouel.de except.c.pia.libro ſexto.in verbo octo dierum.Et de hoc aliquid per Archidiaco.xxx.q.fina.c.fina.Sed Iacob.de Butriga.contra.C.de teſti.l.ſi quando ¶ Pro prima parte facit,quia non eſt aſsignatus terminus ad producendum,nec ad iurandum,ſed ad probandum:probatio autem,(quæ non eſt aliud,niſi oſtenſio rei dubiæ per argumenta faciens fidem.not.in rub.C.de probationib⁹.& eodem tit.per Azonem in ſumma)ex duobus ſimul inſurgit:puta ex productione cum iuramento & depoſitione.C.de teſtibus.l.teſtium.Igitur ſi in altero paritum,& in altero defectum eſt in termino:in totum cenſetur eſſe defectum.argu.ff.de teſtibus.l.teſtium.§.primo.de excuſatio. tutorum.ſcire oportet.§.ſcire.de repudijs.l.finali.de iti.ac.q; priuato.l.iij.§.hoc autem.& per Cano.in reg.qui in vno deliquit.de reg.iuris.in antiquis.¶ Et pro hoc quia cōfirmans trahitur ad tempus confirmati,& non econtrario.ff.de pignor.l.ſi fundus in princip.de ſolutionibus.l.vero.C.ad Macedo.l.finali.arg.ff.de teſt.mili.certarum.§.ſi miles.& l. quedam.& l. conficiuntur.§.ſi miles.ff.de iure codicill.vbi codicilli teſtamento confirmati ad tempus teſtamenti non trahuntur. Modò ſacramentum dat robur diſpoſitioni. Cum enim diſpoſitio non habeat neceſſariam conſequentiam ad ſacramentum,ad illius tempus non trahitur.argumen.ff.quæ res pigno.oblga.poſſunt.l.penultima.&.ff.qui potiores in pigno.habeantur.l.j.& l.potior.in principio.& §.ſi colonus. Teſtis enim non compellitur deponere eò,quia iurauit: ſed compellitur iurare,& deponere ratione veritatis inueſtigandæ. ¶ Præterea ad probandum datus eſt terminus. igitur probatione non facta,excluditur:vt hic.& concord.C.de accuſationibus.ſi ea.de remiſsioñ.pigno. ſi eo tempore. C. de ingenuis,& manumiſsis l.diffamari.ff.de iudicijs.ad peremptorium:cum.l.ſequenti de optio.lega.mancip.infra de exceptionib.paſtoralū. ¶ Sed dictus Iacob.in.l.ſi quando.allegata,ſic diſtinguit: Aut eſt datus terminus ad probandum:& tunc ſufficit,quòd teſtes iurent:cum teſtimonij fides ad iuramentum reducatur:vt.l.ſi quando.allegata.& ff.de hæredib.inſtituen.l.aſſe.Aut eſt terminus aſsignātus ad habēdum probatum:& tunc non ſufficit,vt dicta.l.ſi quando in fin.vbi dicitur pars lęſa:quia probare debuit.Et probatur primum:quia quando vnum propter alterum,&c.ff.de condi.& demonſtra.l.Paulus.& l.cùm ſeruus. Et quia ſequentia ad primordium referuntur.C.de imponen.lucr.deſcript.l.j.ff.de edendo.l.j.§ ſed & ſi his.& §.ſi initium.& ff.de minor.l.iij.§.ſcio.facit optimè quod not.ff.de bo.poſſ.quæ ex teſt.mili.l.vna.Per quæ not.præſertim.Dynus.in dicta.l.vna.& per eum.ff.de condi.inſti.l.vter ex fratribus.& C.de vſuris.l.ſi pro te.non imputatur producenti,ſi non ſtat per eum. Modò ſic videtur neceſſariò in propoſito:cum non ad partem,ſed ad iudicem hoc pertineat.C.de teſti.l.nullum.& l.vlt.C.de fide inſtru.authen.apud eloquentiſsimum.arg.C.de tempo.app.l.ſi.§ illud.in fin. Licet reuera poſſet dici ſtare per partem:cum non ſolicitat ſuperioris officium,quod aliâs non regulariter ſolet impendi.ff.de oper.no.nuncia.de pupillo.§ ſi opus.de damp.infec.l.iiij.§ hoc autem edictum.certum tamen eſt,quòd ſi per iudicem,vel aduerſarium ſtetiſſet,vel non noceret ipſo iure:vel daretur reſtitutio per not.allegata.in.c.pia.& per not.Inn.de re iudicata.cum Berthold⁹.¶ Caue tamen & diſtingue;quia aut eſt datus terminus ad probandū,aut eſt dat⁹ terminus ad teſtes,ſeu alias probationes producendū.¶ Primo caſu procedit id,quod primo dixi de rigore.Sed opin.Iac.de Butrig.in iudicijs de æquitate ſeruatur:ne probationum facultas nimiùm anguſtetur. C. de hæreticis. l. quoniam.in fin ¶ Secundo caſu vidi teneri in tota,quòd poſt huiuſmodi terminum ad producendum &c.teſtes producti infra terminum,poſt terminum poſſunt examinari.Et hoc vidi teneri ſæpius in iudice remiſsionis.Ad teſtes recipiendos præfiguntur duo menſes.Et plus in illo teneri vidi, quòd licet verba literarum ſint iſta:*Infra duos menſes teſtes recipere,& examinare procures*.ad verbum:illud.*Infra duos menſes*.refertur ſolùm verbum recipere & non verbum examinare.Licet domini franciſ.laudo.& G.horbanuc, tunc auditores eſſent contra.Et pro hoc vltra prædictam æquitatem facit.bene:quia materia edicti peremptorij eſt odioſa, & pœnalis,& vltra hoc puniendo ſimpliciter infert pœnam ipſo iure.ideo valde reſtringenda eſt interpretatio eius. Aſſumptum probatur hic.Et in concordantijs ſ.ad hoc datis.probatur conſequentia.ĵ.de electione.ſtatutum.lib.vj.Et in his quæ ſcripſit Nouella.in Mercuria.ĵ.de regulis iuris.in pœnis.eodem libro.

15 ¶ † SEPTIMO quæritur in.§.primo.ibi:*poſt expectationem non modicam*.quanta debet eſſe de iure iſta expectatio:& verū ſemp re integra,ſeu antequā ſterſit aduerſarij poſsit qs admitti lapſo peremptorio eo nō obſtāte ad id,ad

quod infra peremptoriũ terminum debuiſſet admitti. ¶ Et hic intramus materiã decr. quã gl. & doc. minus bene, ſalua eorum reuerentia, attigerunt. ¶ Sed antequàm concludam mentem meam, ſubijcio quæſtionem hactenus, me præſente, Romæ in conſilijs palatij de tempore Gregorij .xj. inter auditores acutè diſputatam: videlicet vtrũ articuli iure dãtus crimen non ſapientes dati in cauſa prophana poſt terminum peremptorium ad ponendum, & articulandum per auditorem partibus aſsignatum: re tamen adhuc integra dati poſsint per auditorem non obſtante lapſu dicti perẽptorij recipi, & ad probandum admitti. ¶ Et quanquàm ſuper hoc multùm fuiſſet diſputatum, tamen maior pars conſilij tenuit finaliter, quòd ſic, per. c. ſi tibi abſenti. j. de præbendis. libro ſexto. & l. mancipiorum. ff. de opt. lega. & quod not. Cy. C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi ea, quæ in vltima quæſtione. Vbi quærit, vtrum poſt terminum ad producẽdũ teſtes & inſtrumenta poterunt ꝑduci ſine noua dilatione. vbi dicit ſecundum Iacobum de Are. quòd licet aliqui dicerent, quòd non, quaſi intelligatur renunciatum argu. C. de rebus credit. l. ſi quis. & infra de teſti. c. de teſtibus. Niſi iuraret, quòd de nouo peruenisſet ad eam illa facultas. infra de exceptioni. paſtoralis. Diſtingui debet: quia aut omnia ſunt integra i. nihil plus deperit aduerſario, ſi admittatur probatio: tunc admittetur: quia probatio non eſt anguſtanda: vt dicta. l. quoniam. & C. de rebus credit. l. generaliter. & ff. de teſti. l. teſtium. § vltimo. & quia iudex debet admittere probationem ff. de quæſtionibus. l. vnius. § penultimo. Et ſæpiùs interrogare, an aliquid noui partes addere deſiderent C. de iudic. l. iudices. Aut aliquid deperit aduerſario, quia ex hoc damnificatur: vt quia admiſit teſtes reprobatorios interim mortuos: & tunc ſecus, per. l. mancipiorum. allegatam. Fatetur tamen quia noua dilatio non daretur: & ſic poteſt intelligi iſta decretalis. Quam opinionem Iac. de Are. & Cy. approbat, & etiam Iaco. de Butrig. per. l. ſecundam. C. de dilationi. ¶ Dominus verò Argentinus etiã dicit, quòd communiter approbatur: licet in contrarium alleger. ff. de ferijs. l. oratione. Et idem videtur notare in effectu Ioan. And. infra de verborum ſignificatione. c. ſæpè contingit. in cle. in gl. vbi ergo. Vbi quærit: an poſt terminum datum ad producendum inſtrumenta audiatur pars illa volens producere. & determinat finaliter eo modo in effectu. Quãquàm reperiam Bart. dixiſſe dictam diſtinctionem per. l. mancipiorum. non probari: quia in leg. illa quocunq; modo hæres incipiat poſt terminum diſponere de ſeruis, quorum optio eſt legata: ampliùs ille optare non poteſt. Ex quo videretur, quòd quomodocunq; aduerſarius poſt terminum in cauſa incœpiſſet procedere, non audiretur volens producere: niſi iuraret, &c. vt. c. paſtoralis. Sed hoc. j. tolletur, & bene vrget dictum Cy. quia loquitur in cauſa criminali. Et pro hoc inducitur. ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. de verb. obli. ſi quis ita promiſerit. § Seia. & l. ſi inſulam. de penu. lega. l. j. ſi quis in ius voca. non ierit. l. ij. §

16 ſi. ¶ † Et ad euidentiam quæſtionis dicebam tunc, rem nõ integram duobus modis. Primo modo, ſi eſt proceſſum poſt lapſum termini ad aliquem actum negationem articulorum contingentem: videlicet, quia ſeruatus eſt terminus ad videndum admitti, vel repelli datos articulos, vel ſuper admiſsione, vel repulſione eorum diſputatum: aut iam aſsignatus terminus ad eos probandum. Aliâs ſi ad actus alios, vt ad terminum ad producendum omnia, ſeu ad dicenda cõtra producta ſolum proceſſum fuiſſet: adhuc res integra cẽſeretur, ſicut diſtinguitur in proceſſu facto dilatione pendente per Cy. C. de dilat. l. ſiue pars. & Nouellam de appel. ſignificante. Et bene poſſunt adduci no. Cy. vbi. ſ. & de pac. ſi pacto, quo pœnam. de tranſac. ſiue apud acta. in pe. q. & l. ſi maior. xxv. annorum. de procur. l. nihil. & de conſor eiuſdẽ litis. l. ij. & l. ſi inſulam. alle. per Bar. in quibus locis traditur materia de purgatione moræ. Et per hoc tollitur opinio Bar. de qua. ſ. Facit pro primo, quia ex opinione contraria grauaretur non negligens, per moram negligentis quod eſſe non debet. vt. c. mora. cum ibi nota. li. vj. & ff. de vſuris. l. mora. & dicta. l. & ſi poſt tres. à contrario. Secũdò modo diceretur res non integra, quando ſuperuenit interim factum aliquod, propter quod læderetur ius aduerſarij ex admiſsione iſtorum articulorum nouiter datorum: vt in caſu quem poſui ſupra poſt Cy. de morte teſtium reprobatoriorum. ¶ His tamen ceſſantibus, dicebam tũc, quoad impediendum admiſsionem huiuſmodi eſſe ponderandum curſum temporis longioris: in hoc recedens à. l. & ſi poſt tres. de his, quæ ſcripſi in textu ſuper verbo non modicã. & à § Seia. alleg. Nec mirum, quia quantùm ad hæc latior interpretatio facienda eſt in iudicijs, quàm in contractibus, ſecundum mentem iudicantium iudicamus. ff. de verb. obl. l. in conuentionalibus. Sed in iudicijs iudicamus ſcdm mentem prætoris tales terminos peremptorios præfigentis, qui ſemper habet oculum ad æquitatẽ. ff. de eo, quod cert. loco. l. quod ſi Epheſi. Et ita diſſoluuntur. l. & ſi poſt tres. & l. traiecticiæ. § de illo. ff. de acti. & obli. vt no. Bar. vtrobiq;, etiã in. l. ſi inſulam. & § Seia. alle. licet & in extraiudicialibus regulariter hoc ſolùm attẽdatur: videlicet cum res ſit integra, vel partis interſit: vt. l. mancipiorum. & c. ſi tibi abſenti. Et etiam, quia caſibus, quibus non eſt inobedienti per lapſum termini appoſita certa pœna: niſi partis interſit, lapſus huiuſmodi nõ imputatur: maximè in iudicijs: vt. l. ij. in ſi. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. cũ concor. licet ſecus ſi pœna certa eſſet appoſita: vt. l. & ſi poſt tres. & de arbi. ſi cum dies. in ſi. & l. Celſus. in prin. Et ſic ſoluitur. § de illo. ad. l. ſi inſulam. & tamen hic non erat appoſita certa pœna: quinimò nec interuenit hic principaliter, niſi factum iudicis. Et in. l. & ſi poſt tres. interuenit principaliter factum partis. & hic ſecluditur intereſſe partis. Et eiſdem modis ſoluitur ad. § Seia. coadiuuat iſta æquitas: quia finis principalis attenditur. ff. de donat. l. ij. de condi. ob turpem cauſam. l. ſi. de auth. tuto. l. j. in prin. Nec ad alium, maximè contra quem ſit retortio ff. de adimẽ. leg. l. legata. de ſolut. qui hominem. in fine. Modò iſte terminus non datur, vt partem intercipiat, vel tollat ius eius. Sed vt habeat tempus competens producendi. Facit. C. vnde vi. l. meminerint. de indic. vidui. tollen. l. ij in ſi. Et vt lis abbreuietur, vt legitur, & no. in. c. paſtoralis. Et tñ ex contrario lis prorogaretur data occaſione appellandi à diffinitiua: quia per nouas probationes in cauſa appellationis admiſſas reuocata labores, & expenſæ primæ inſtantiæ perderentur, & lis prorogaretur, ac circuitus induceretur contra æquitatem, veritatem, & iuſtitiam. quorum contrarium quærere debet iudex. & conſuluerunt præ cæteris dñi auditores, de dolu. c. ſi. & l. dñs. & l. quidam exiſtimauerunt. & l. properandum. & l. ꝙ ſi Epheſi. alleg. C. de appel. l. eos. ij. q. j. nos in quẽquam. Maximè cum dans articulos dicta æquitate adiutus tractet de damno vitando, & aliter de lucro cum iniquitate captando. arg. C. de codicil. l. ſi. cum ſi. Faciunt optimè no. Bart. in § Seia. in diſſolutione eius ad § de illo. ¶ Confirmabam etiam ponẽdo differentiã inter terminum ſtudioſè, ac deliberatè, & cum magna cauſæ cognitione non ad litis ordinationem, ſeu abbreuiationem: ſed ad partis fortè calumnioſe excluſionem aſsignatum, & aliũ tendentem ſolùm principaliter ad ordinationem, & abbreuiationem. de quibus. ſ. licet ex conſequenti veniat peremptio quædam. Nam, & notabilior effectus debet eſſe in primo, quã in ſecũdo, per no. Dy. j. de reg. iuris. indultum. vbi dicit terminum aſsignatum cum cauſæ cognitione non poſſe reuocari. & aliâs ſecus. & Inno. de reſcrip. cum dilecta. in gl. no. pro ordine. Attenditur plus id, quod principale. C. de inoffi. teſt. l. ex his. cum concor. Et quia qđ cum maiori ſolennitate ſit, difficiliùs reuocatur. C. de teſta. ſancimus. iuncta. l. tertia. in fin. ff. de adimendis legatis. ¶ Exemplum de primo in legibus, ſi ea. quæ mancipiorum. & c. ſi tibi abſenti. paſtoralis. & hic. de probationibus. licet. cum ſimil. Exemplum de ſecundo in terminis palatij, qui ſunt omnes ad litis ordinationem

tis ordinationem,& abbreuiationem principaliter,& ſine
deliberatione,& ſtudio,ſeu cauſæ cognitione aſsignantur
licet quoad agenda in terminis in hoc ſunt peremptorij:
quia ad ea agenda ſimiles termini à modo ſine reſtitutione
non darentur. ¶ Sic intelligebam gl.cle.j.de excep.quæ ha-
bet omnes terminos palatij eſſe peremptorios: qui tamen
non principaliter ſunt inuenti ad perimendum ius partis:
cum reſtat terminus ad concludendum peremptorius alle-
gationũ iuris & facti.de procura.auditis de cau.poſ.paſto-
ralis.de fide inſtru.cum dilectus. Et ſi igitur in termino pri-
mo cum cauſæ cognitione ſtudioſe dato haberet locum qđ
ſcripſi in tex.in verbo,non modicam.vt hic.tamen in caſu
noſtro,forte ſecus:dummodò ſaltem partis non interſit.Cũ
tñ in pluribus ſub primo comprehenſis textus aperiant par
tem re integra ſimpliciter admittendam:vt l.maocipiorũ.
&.c.ſi tibi abſenti.quod vrget arguendo de minori ad ma-
ius.Facit optimè quod no.Spec.parte.ij.ti.de dilat.§ j.verſ.
ſed quid ſi terminus.vbi dicit,ꝙ non obſtante termino prę
fixo reo ad omnes dilatorias proponendas admittitur reus
ad proponendas eas,ſi paratas babet,& eas abſq; dilatione
proponat.& hoc de æquitate.de qua in.c.conſuluit.alleg.li
cet ad petendum nouam dilationem admitti non deberet.
Et ſic intelligit.c.paſtoralis:Et pro parte iſta videtur bene
facere æquitas canonica ſaltem,de qua de iudicijs.c.pe.In-
ducebam etiam:quia licet peremptorium perimat reſpectu
partis non tamen perimit reſpectu iudicis:vt videtur:quia
iudex peremptorium poteſt expectare,& de nouo citare.ff.
de iudic.l.& poſt edictũ.in prin.licet de gratia.de offi.dele.
c.conſuluit.allegato.no.gl.xxiij.q iij.de illicita.circa prin.
magnæ gloſ.ſimile in interlocutoria:quæ licet tranſeat io
rem iudicatam quoad partem.ff de re iudic.l.quod iuſsit.
de appellatio.cum ceſſante.cum ibi notatis. Ad.l.ſi eo tem-
pore.etiam dici poſſet,quòd text.non dicit,niſi quòd ſi ſe-
cundus creditor diſtraxit poſt peremptorium.primus vlte
rius non auditur:quia res per diſtractionem deſinit eſſe io-
tegra. Nec negat quio ante diſtractionẽ audiretur. ¶ Item
in.l.diffamari.ſententia fuit lata per præſidem antequàm
admonitus agere vellet.ac.c.licet.&.l.ſi ea,quæ.dici poteſt,
quòd loquuntur in oppoſitione criminum,& obiectuum
odioſa,iuxta not.Compoſtil.& Ioan.Andræ.in.c.quod ſi-
cut.& Ioan.Aodrę.in clementina.non poteſt.argumento.
ĵ.de regulis iuris.odia.de electiooe. vt circa.libro ſexto.
cum ſuis declinatorijs.facit quod ſcripſi.ĩ.eodem.c.in quę
ſtione.v.& Speculator.de exceptionibus.§ j.ver.ſed pone.
datus eſt peremptòrius terminus partibus.vbi plenè.ar.ff.
de mino.auxilium.in princip.quod hic ceſſat. Ad.c.paſto-
ralis.dicitur etiam,quòd loquitur de exceptionibus dilato-
rijs etiam odioſis:vt dixi in.v.q. Nec obſtat quod Inno. &
Hoſt.dicunt iu.c.paſtoralis.quod locũ habet etiam in per-
emptorijs:quia illud non eſt verum:vt ibi not.Ber.in.j.gl.
Niſi ſecundum diſtinctionem,quam in prin.dixi. Vel intel-
ligitur illud de exceptionibus odioſis. Quod patet per exẽ-
plum quod ponit Inno.de exceptione excõicationis. Secus
in merè defenſorijs de iure partis reæ, vel etiam actricis,
crimen nõ ſapientibus,nec obiectum. Vel loquitur illud.c.
quoad partis excluſiouem rigoroſam. Et qđ hic dicitur,in-
telligatur de benigna æquitate iudicantis, cui non obſtat
peremptorium. Quæ æquitas ibi ceſſat propter odiũ,vt di
xi:quæ æquitas ſcripta eſt in.l.& poſt edictum.&.l.manci-
piotum.&.c.conſuluit.&.c ſi tibi abſenti.alleg.de ſimilibus
ad ſimilia arguendo.arg.ff.de legi.non poſſunt. Vel dico,ꝙ
& ſi pars negligẽs ex ſe excluſa ſit ipſo iure:vt ibi per viam
reſtitutionis vt hic:tamen iudex ex æquitate prædicta po-
teſt articulos buiuſmodi in hoc caſu admittere,quaſi de gra
tia.arg.ff.de aqua coti.& æſti.l.j.§ permittitur. Et quod no
tat in iuribus alleg. Nec obſtat quòd per lapſum perempto
rij ius quæritur.ar.de reg.iur.indultum.& de elect.ab eo.li.
vj.quia illud ius non eſt firmum,ſed dependet à iudicis vo
luntate.arg.ff.de iure dot.l.ſtipulatione. Nec obſtat hoc.c.

quia hic oon dicitur,quòd quoad effectum admittendi ar-
ticulos,ſeu probationes oblatas opus ſit reſtitutione. Sed di
citur,quòd nõ dabitur noua dilatio ſine reſtitutione : quia
ſi daretur,lis prorogaretur in præiudicium partis,& ceſſa-
ret æquitas,de qua dixi:ſatebar tamen ꝙ ſi res non eſſet in-
tegra,vel multùm intereſſet partis,non audiretur ſine reſti-
tutiõe. Nec obſtat quod dicebat Io.de caueria dari ſecundã
dilationem ad probandum cum aliquali cauſę cognitione
abſq; reſtitutione.de teſtamentis.in cauſis.cum ibi oot. Et
ſic in articulis,qui ſunt præparatorij ad probationes : quia
c.in cauſis.non loquitur de dilatiõe per modũ peremptorij
17 aſsignati : quia ſic obſtat iſta decretalis. ¶ † Quid ergo de
quęſtione principali,præmitto,quòd circa admiſsionẽ per
peremptorium excluſi,diſtingus debet,an petat admitti ad
oouum terminum:an verò oon petat admitti ad nouũ ter
minum:ſed ad id ſolùm,ad quod lapſus termious fuerat ei
datus: ¶ Ft de primo non quærimus principaliter de præ-
ſenti pro eo,quòd magnum dubium non habet:ſed quæri-
mus principaliter de ſecundo in quo eſt difficultas princi-
17 palis. ¶ † Secundò præmitto,quòd hæc decret. non loquiť
de caſu ſecundo prędictę diſtinctionis, nec illud decidit.
Sed de primo,videlicet de termino peremptorio lapſo, aut
alio termino ad arbitrium iudicantis reſtituendo. Certus
enim terminus fuerat primò per Papam hic partibus aſsi-
gnatus,infra quem ſe conſpectu Apoſtolico cũ actis,muni
mentis,& iuribus præſentarent. Et quia altera pars, videli-
cet eccleſia Bracareñ quæ nec infra terminum : oec longè
poſt ea,quãquàm diutiùs poſt terminum expectata porta-
uit de partibus ad curiam iura ſua. Et per hoc dicebat etiã
in termini lapſu ſe læſam,ſummaria cognitione præmiſſa
ad alium terminum extitit reſtituta: vt patet ex cootextu
literæ & apoſtillis per me datis. & præſertim in fine ibi: *nos
autem vſque ad octauas pententhecoſtes.&c.* fateor tamen,ꝙ pri-
mo modo & ſecundum formam huius decre.reſtituẽd⁹,ad
duo reſtituitur:videlicet ad producendum,& ad terminum
productionis ipſius: quorum primum tollit peremptionẽ,
ſeu excluſionem,quam induxerat lapſus peremptorij. Secũ
dum verò inducit proceſſus ſuſpenſionem,de qua loquun-
tur.l.ſiue pars.& cap.ſignificante.allegata. Ex quibus ſequi-
tur,ꝙ qui non admittitur ad ſecundum,ſnrtiùs nec ad pri-
mum;cum primum ſecundum includat,& vltra. ¶ Et per
conſequens,ꝙ de primo non eſt quærendum:niſi dum con
ſtat aduitti debere ad id,pro quo eſt terminus aſsignatus.
19 ¶ † Tertiò præmitto,quòd hic loquimur de aſsiguatione
termini ritè facta: quia ſi nulla furet,non obeſſet.argumen.
cius,quod legitur,& no.in cle.ij de teſti.io verbo ritè.& de
reg.iur.non pręſtat.li.vj. Non dico rectè:quia ſi iniuſta fo-
ret,non appellans ab ea acquieſceret iudicato.ĵ.de re iudi-
cata,cum inter vos. Nec aduerſus tale grauamen arctæ, vel
aliàs iniuſtę aſsignationis audiretur poſt lapſum decennij:
niſi per viam reſtitutionis. C.quomodo,& quando iud.l.ab
eo. ¶ Infero ex hoc,ꝙ lapſu peremptorio ritè,etiam ſi non
rectè aſsignato,à quo non extitit appellatum,non licet aliũ
terminum petere abſq; reſtitutione etiam eccleſię,vel mino
ris: quia aut liceret propter nullitatem aſsignatioois:& hoc
non:quia contrarium huius ſupponimus. Aut propter in-
iuſtitiam eius.& hoc non: quia acquieuit non appellans:vt
eſt dictum. Aut propter eius lapſum,ſeu negligentiã ipſius
infra ipſum terminum non parendi. Et hoc non:quia in eo
non eſt lęſus per iudicem,vel aduer ſarium, ſed ſolùm per
culpam,ſeu negligentiam ſuam,aduerſus quam ipſo iure
ſibi ſuccurri non debet: ſed potiùs eidem imputari: vt de
regulis iuris.c.damnum quod quis ſua culpa ſentit. lib.vj.
Aut quia res adhuc ſit integra:& hoc oon:quia poſtquàm
terminus incæpit currere, imò totus lapſus eſt, res aſsi-
gnationis ipſius integra cenſeri non poteſt : quia quod
iam totum completum eſt,non poteſt dici amplius inchoan
dum.argu.ff.de origine iuris.l.j.à contrario.cuoi ſimilibus.
Aut quia partis non intereſſet:& hoc non:qoia imo partis

intereſt,quòd lis ex noua termini aſsignatione non proro-
getur.argumen.ff.de minoribus. l.minor.xxv.annis,cui fi-
deicommiſſum.¶ Infero ſecundò,quòd in danda noua di-
latione ipſo iure poſt lapſum terminum ritè datum, non
eſt ponderanda expectatio longa,vel modica: de qua lo-
quitur text. noſter:quia ſublato principali de quo dixi in
proxima allegatione, tollitur & conſequens acceſſorium.
de quo hic loquimur.j.q.j.cum Paulus. de præſbite. non
baptiſ.c.veniens. Dilatio enim non concedenda,nec hoc,
nec illo modo concedenda eſt,quia tenet locus à ſuperiori
ad inferius negatiuè.¶ Fateor tamen quòd in danda noui
termini reſtitutione minori eccleſiæ,vel abſenti,ponderari
debet longa,vel modica partis cotumacis expectatio poſt
terminum lapſum. Nam auditur facilius cito poſt termi-
num lapſum petens hanc reſtitutionem,quàm longè poſt ea
quia per longiorem expectationem litis prorogatio & ma-
ius partis præiudicium inducuntur:ac petentis reſtitutio-
nem arguitur maior culpa.arg.ff.de minoribus.l.auxilium
&.l.ſi mulier.ff.quod metus cauſa.in principio. Et ſic intel-
ligitur iſte tex. Nam Papa,vt tacitam obiectionem tolleret
& vt oſtenderet magnam,quàm Bracchar.eccleſiæ facie-
bat,præmiſit de iſta expectatione non modica ¶ Ex quibus
patet reſponſio ad primam partem quæſtionis principalis
reſpectu caſus noſtræ decre.videlicet,quòd attēdi debet ex
pectatio:vt in proxima illatione.& vt hic dicitur.Sed quan
ta eſſe debeat,text.non dicit.Sed dico ex prædictis appare-
re,quòd quantò maior eſt,tantò magis nocet:Et ideò for-
tè quanta fuerit,tex.ſubticuit.Quanta autem eſſe debeat,
vt nocere poſsit,& quantùm nocere poſsit: quia lege deter
minatum non eſt,remitto arbitrio iudicantis.arg.ſ̄.de offi.
dele:de cautu: cum concordantijs. Et ita quoad primum
membrum diſtinctionis in primo præambulo tactæ,ſoluta
20 eſt prima pars quæſtionis principalis.¶ †Quarto præmitto
circam ſecundam partem.q.principalis,quòd dicitur res in
tegra quoad id,,de quo agitur:cum duo concurrunt . Pri-
mum,quòd circa rem ipſam,videlicet circa ipſam termini
aſsignationem,aut negotium,pro cuius expeditione aſsig-
natio facta aliquid extitit effectualiter monachatum. Nec
aliàs dicitur res non integra. Et ideo ad quæcunque alia in-
ter partes proceſſum fuerit , dummodo circa iſta non ſit
proceſſum,ſemper dicitur res integra. facit vt dixi ſupra
quod notatur de pendentia dilatioou in.l.ſiue pars & in.c.
ſignificante.allegatis.Nec enim ſequitur. Res illa deinte-
grata eſt,ergo & iſta.cum ſeparatorum ſit ratio ſeparata.ff.
de coditionibus & demon.l.pater ſeuerinam.in fin.facit.j̄.
de appellationibus.ſecundo requiris.ſicut oec perpetuatio
iuriſditionis delægatæ in vna cauſa,in alia non operatur.
Quod dic,vt dixi.ſ̄.eo.de offic.dele.c.licet.in ſexta quęſtio.
vbi vide,& in remiſsionibus ſuis ¶ Secundum eſt,quòd in
terſit aduerſarij in eo ſpecialiter,quòd circa rem ipſam pro
ceſſum eſt:vt quia in eius præiudicium oporteret illud fru-
ſtrari effectu reſtitutione conceſſa. Aliàs enim ſi in eo non
intereſſet aduerſarij,adhuc rem dicerem integram in effe-
ctu.& hoc probat dicta.l.mancipiorum ibi:quia non eſt
damnum ſubiturus hæres.& dictum. c.ſi tibi abſenti.quia
ibi ſolùm ponderetur collatio alteri facta,in cuius retracta-
tione prouidentis,& prouiſi præiudicium verteretur.Nec
mirum:quia aſsignatio peremptorij & effectus ipſius,non
niſi in fauorem aduerſarij & propter ſuum intereſſe ema-
nant.Ideo ceſſāte intereſſe ceſſare debet & pœna legis.ff.
ſi quis in ius voca.non ierit.l.iij.in fin.& quod ibi notatur.
Facit dicta l.& ſi poſt tres.ibi:nec actoris,&c.Hoc enim re
gulare eſt,quòd in iudicijs audiri non debet conquerens:ni-
ſi cuius intereſt.ij.quæſtione ſexta.non ſolent.cum concor.
21 ¶ †Quinto præmitto,quòd eſto,quòd res ſit integra quo-
ad proceſſum,ſi aliâs interſit aduerſarij propter factum ali
quod interim ſuperueniens,re ipſa dicitur à modo res de in
grata.Quod dic,vt ſcripſi.ſ̄.eod.quæ.§.ſecundo modo dice
retur res non integra.Et per hoc poſſet poni differentia in
ter rem non eſſe integram,&non intereſſe aduerſarij.& hoc
dico ſolùm propter verba ſcribentium per ſcholaſticos me
liùs capienda.¶ Infero,vno breuiori verbo loquendo,quód
ad admittendum excluſum lapſu peremptorij ritè dat ad
id,à quo lapſu huiuſmodi excluſus eſt ſolùm eſt conſideran
22 dum,an interſit aduerſarij.†His præmiſsis dico,quód re
non integra,ſi nō interſit aduerſarij,iudex poſt perempto-
rium admittere poteſt excluſum peremptorio ipſo,ad id
à quo per peremptorium erat excluſus de begninitate,&
æquitate gratioſa.Quam concluſionem elicias ex dictis in.
q incidenti & præambulis prælibatis: dico tamen quòd ſi
iudex in caſu quo admittere debet,repellit,appellari poteſt
vt.§.permittitur:allegato.Et ita & gratia,cum conceditur:
& iniuſtitia,cum denegatur.¶ Poſui in concluſione ver-
bum poteſt,quia hanc materiam reputo arbitrariam:quia
circa hoc maximè videlicet interſit aduerſarij tali intereſſe,
propter quod hoc debeat denegari ex diuerſis circumſtan-
tijs habebit conſyderare ipſe iudex:cum hoc non ſit leg.de
terminatum: vt.c.de cauſis. allegato. ¶ Item pro eo,quia
tanta poſſet eſſe mora poſt lapſum perēptorij,quòd etiam
ſi alia res integra,nec aliâs intereſſet aduerſarij,deberet hoc
ſufficere ad id denegandum:vt ſi datis tribus menſibus ad
probandum,& illis elapſis iudex expectauit actorem alijs
menſibus tribus.& cum actor nec infra illos diligentiam fa
ceret de probando,iudex citauit eum ad concludendum in
cauſa:qui citatus in termino vult producere teſtes ad impe
diendum concluſionem iudex poteſt eos repellere & con-
cludere,ſi hoc videtur ſibi fiendum,conſideratis qualitate,
& conditione perſonæ. Nam ſi hoc repellit à reſtitutione:
vt dixi.ſ̄.fortius & ab hoc:cum facilius admittatur quis
per viam reſtitutionis,vt hic. Et ſic facit iſte text.§ j.in ver-
bo,poſt expectariunem non modicam.& dicta.l.& ſi poſt
tres.in prin.Grauem tamen debet ſe reddere iudex in repel
lendo probationem ſine fraude & dilatione oblatam.&
præſertim inſtrumentorum:quia multò præſtantius eſt pri
mam inſtantiam plenè inſtruere:& per hoc imponere finē
liti,quàm relinquere occaſionem appellandi:vt dixi ſuprà.
Et per hoc quoad ſecundum membrom diſtinctionis tactę
in præambulo primò expedita eſt vtraque pars.q.principa
lis.Aduerte tamen,& menti commenda,quòd quicquid de
rigore iuris ſuper ſcripſimus,in omni parte proceſſus ante
ſententiam recipiuntur hodie in palatio Apoſtolico à do-
minis auditoribus oblatæ probationes inſtrumentorum &
teſtium ſuper articulis admiſſu,etiam in cauſa quantuncū
que indiſtinctè,& etiam articulis de iure partis.dummodo
non dentur in limine concluſionis,nec aliâs præſumantur
dari calumnioſè:imò & propter inſtrumenta poſt conclu-
ſionem producta ſæpe & finaliter concluſionem reuocant:
maximè in cauſa beneficiali.& inde concludere conſueue-
runt cum poteſtate reuocandi. Et quicquid ſit:mādant ſem
per prædicta deſcribi in actis:quimmò & hodie indiſtin-
ctè quaſi concedit cancellaria de mandato generali ſup hoc
ſpecialiter dato,commiſsiones, per quas mādatur dominis
auditoribus,quòd in caoſis beneficialibus admittant articu
los obiectiuos minòs bene ſpecificatos:& poſt terminum
datos:non obſtante lapſu termini & mala ſpecificatiōe dum
modo non ſint in perſonam,& ſint taliter ſpecificati quòd
probari poſsint ex æquitate iſta:vt veritas,quam ſedes Apo
ſtolica & dicti domini auditores ſemp habent prę oculu fa-
cilius præſertim in cauſis beneficialibus habeatur pro eo,
ꝙ compertum eſt,quòd occaſione rigoris iuris ſcripti,mul-
ti hactenꝰ in bñficijs ſine canon.inſtitutiōe intruſi māſerūt
23 pp ꝙ auditores hodie de dicto rigore minꝰ curāt.¶ †Octa-
uo quæritur nūquid qđ proximè diximꝰ i.q.pręcedēti habet
locū i excluſu p lapſū pemptorij à ꝓpoſitiōe,vel ꝓbatione
criminū,ſeu defectuō,ſiue obiectiuū.¶ Et vr̃ poſſe ſic diſti-
gui:quia aut excipiēdo, aut accuſando opponunt.ſed exci-
piēdo,tūc lapſus pemptorio oīo excludit,ēt ſi ooīe eccl̃ię op
ponant,ſcdm Colle.hîc.Nec habet locum quod ꝓximè di-
xi,vt

xi,vt no.Compo.& Nouella de elec.quod ſicut.quia in executionibus pœnarum beneficium in integ.reſti.non eſt paratum.ff.de mino.auxilium.No.Spe.e.ti.§.j.verſ.quid ſi fili⁹. Aliàs verſ.ſed pone.& Collect.hic.Et facit quod ſcripſi. de elect.ſuper eo.& ſupra eodem.c.in quinta quæſtione.Tales enim exceptiones odioſæ ſunt nimis.vt ibi dixi.Et facit qđ no.gl.in cle.non poteſt.de procuratoribus. allegata.in fi.gl. penul.Et per conſequens ceſſat, benigna,& larga interpretatio,& ſtricta ac rigoroſa locũ habet.ff.de liberis,& poſthumis.l.cum quidã.infrà de regulis iuris.odia. libro ſexto. Modò admittere quem poſt peremptorium ex larga,& benigna interpretatione procedit:vt dixi ſupra.Si verò accuſando,tunc quia aut publico intereſſe proſequitur principaliter,& in periculum pœnæ talionis incidit:ſi ſuccumbat, dicerem probationeſ inſtrumentorum oblatas re integra, & ſine lęſione aduerſarij per modicum tempus poſt lapſum peremptorium poſſe per iudicem recipi, non obſtante lapſu peremptorij per not. Cyn.in l.ſi ea.allegata. licet non ita faciliter,ſicut in cauſa ciuili propter maiorem odioſitatem ipſius articulos:tamen ad probandum per teſtes oblatos non faciliter deberet recipere iudex poſt lapſum peremptorium ad proponendum aſsignatum. Et ita vidi teneri quandoq; per mediam,quandoq; per maiorem partem cõſilij auditorum,etiam in cauſa iniuriarum ciuiliter intentata.& tunc determinari articulos in cauſa huiuſmodi poſt terminum peremptorium ad ponendum,& articulandum datos debere repelli,pro eo quod hic agitur ad vindictam. de collatione bonorum.l.ſecunda.§ emancipati. Vel ad perſonæ notam,in cuius præiudicium vocari non licet: vt.ff. de iniurijs.l.prætor edixit.in principio quæſtionis.Et ideò res odioſa eſt.& per conſequens ſtrictę interpretationis.Et faciunt not.Car.de regulis iuris.in generali.libro ſexto. Si tamen ex crimine non contra criminoſum, nec ad vindictam,ſed contra alium,& ad alium finem ageretur:vt ſi dicerem beneficium vacaſſe per priuationem Titij ratione delicti & per hunc modum vacandi mihi eſſet collatum à Papa contra Męuium poſſeſſorem illius ex alio titulo incumbentem.Tunc enim articuli mei cenſerentur de iure meo:nec dicerentur crimen ſapere:quia ad finem vindictę, ſeu ad notam perſonæ non tenderent.argu.infrà de ordine cognit.cum dilectus.Et ideò tunc crederem locum eſſe his, quæ ſcripſi in quæſtione præcedenti:quia ceſſante ratione dicti,dictum etiam ceſſare debet.ff.de iure patro.l.adigere. §.quamuis.& de pac.l.quod dictum.

24 ¶ † OCCASIONE huius quo ſupra proximè dictum eſt articulos ſuper obiectibus &c.in modũ exceptionis datos poſt terminum,&c.non eſſe admittendos ad probandum:quæro nunquid in termino ad declarandum poſitiones,& articulos partibus poſteà communiter aſsignato poſſint in modum declarationum dari prædicti obiectus ex lapſu peremptorij ſic repulſi? Aut tales articuli forſan in termino ad articulandum propter defectum ſpecificationis malè dati poſſunt in huiuſmodi termino ad declarandũ dato corrigi,emẽdari,ſeu meliùs ſpecificari:& in vtroq; dic,quòd non,prout tenere videtur Oldra.q.xlij.ſecũdum librum meum:quia actus certo tempore limitati,& irrepetibiles,ſi durante tempore facti non fuerint,vel inutiliter facti,ſeu in eſſe producti fuerunt,per nullam nouam ꝓductionem,vel declarationem factam poſt huiuſmodi tempus valere,vel reconualeſcere poſſunt:vt.ff.rem ratam ha.l. bonorum.Et hoc expreſſe dicit.l.de teſta.l.hæredes palam. §.ſi quid poſt.ibi: *Nam & ſi adiecta non fuiſſet,placet vtique eſſe declaratum fieri.&c.* quaſi ibi etiam apertè dicat,quòd virtus declarationis non eſt inutile facere vtile,quantùm eſt in ſe: licet fortè quoad nos propter ꝓbationis difficultatem inutile:vt.de teſta.tut.l.duo ſunt Titij.per declarationem redditur vtile.Alioquin virtus primi peremptorij eſſet totaliter viribus vacuata:vel neceſſe eſſet dicere,quòd per actum omnino inutilem,& non contingentem finem propter quẽ articulus eſt inuentus,ei eſſe ſatisfactum.quod ridiculũ eſt, & inane.ar.ff.de diuor.l.ſi non legitima.& de adulte.l.pe.& l.accuſaturus.&.C.ne de ſtatu defun.l.ſi pater.Nec obſtat aſſignatio termini ad declarandum:tum quia aliud eſt declarare,aliud de nouo facere.ar.§ cum quis.& §.ſed ſi quęratur. allegatorum.Tum quia ad hoc non eſt datus ille terminus. Sed ad obſeruationem ſtili palatij,qui pro imponendo finem declarationibus illum terminum introduxit, conſueuit aſsignari.Tum,quia effectum reportare poteſt in declarationibus nominũ,cognominum notariorũ,ſignorum,& ſubſcriptionũ,& aliorũ hmõi.& ad declarationẽ articulorũ, qui ſunt de iure partis:qui ſemper recipiuntur. vt dixi.ſ.

25 ¶ † NONO principaliter quæritur qualiter terminum eſſe peremptorium cognoſcatur.Et hic valde dubito:certi tamen ſunt duo caſus.Primus eſt ordinarius modus,cũ poſt termini edictum interpoſitis ſufficientibus temporum interuallis,ſequitur quartum edictum habens cõminationem de vltra non audiendo.&c. Alius extraordinarius, qñ poſt vnum,vel alterum,ſeu duo edicta,aut ſtatim nullo alio ꝓpoſito iudex decernit peremptorium.i.vnum ꝓ omnibus, ſic pro cauſę,perſonæ,vel temporis conditione moderãdo: & hoc de ipſo peremptorio expreſſè dicendo:vt.ff.de indicijs.ad peremptorium.cum.iiij.legibus ſeq.&.ff.de re iudi.l. contumacia.¶ Sed nunquid hoc non expreſſo,ꝙ edictũ ſit peremptorium expreſſè,nec etiam tacitè.i.nõ dictũ,ꝙ poſt terminum audientia denegetur:ſeu in negotio,non obſtãte abſentia,procedatur,poteritne eſſe peremptorium? videt ꝙ ſic.per.l.ſi eo tẽpore.C.de remiſ.pig.& de inge.manumiſ. l.diffamari.&.C.ſi aduer.vendit.auth.ſi omnes.& qui accu. accu.non poſ.l.ſi ea, quæ.&.ff.de nupt.le.l.mancipiorum.& de pręben.l ſi tibi abſenti.li.vj.allegatis.in quibus eſt terminus peremptorius.& tamen nõ dicebatur ibi tacitè,nec expreſſè,quòd peremptorius foret. ¶ Sed in contrarium faciunt leges per prius allegatæ.Et facit etiam optimè pro prima parte,quod notauit gl.infra.c.ſępè.in fi.de verbo.ſignifi. ſuper verbo peremptoriè.Alium tamẽ caſum forſan etiam poſſumus dare certum,videlicet cum citatio vim denunciationis habet:vt puta,cũ iudex ad inſtañ.vnius habet aliquid expedire,quod poſſet alijs pręiudicare:de quibus non conſtat hoc caſu edictum publicum ſolùm proponere:vt ſi qui ſint,quorum interſit ſe opponere,cõpareant, & opponant ſe.Et quia denunciatio non requirit de natura ſua multiplicationem edictorum,hîc vnum edictum ſufficit: & de natura ſua vim peremptorij habet,etiam ſi non fuerit hoc expreſſum.Et ſic intelliguntur.l.ſi eo tempore.& authen.ſi omnes.allegatæ.&.c.quoniam.infrà de electio. libro ſexto. ¶ Quartũ caſum etiam ponere poſſum,vbi edictum ꝓponitur ad iſtũ finem principaliter,vt per illud audientia denegetur,niſi fiat.ĩ.terminũ,ad quod fiendum terminus eſt præfixus. Et ſic rectè procedũt.l.diffamari.&.l.ſi ea,quæ.allegatę.¶ Quintum caſum adhuc ponere poſſum in terminis, qui ſeruantur in cauſis,quę coram dominis auditoribus palatij Apoſtolici vẽtilantur,quia de conſuetudine curię omnes peremptorij reputantur.Sed quid in dubio ceſſantibus caſibus antedictis,vbi videlicet terminus aſsignatur,nõ ad denunciationem,& non ad excluſionem principaliter, ſed potius principaliter admonitionem aliquid faciendi.& conſequẽter ad excluſionem,ſicut ſunt termini ad excipiendũ, libellandum,ponendum,articulandũ,producendum,& declarãdum:nunquid tales cẽſeantur peremptorij,licet nõ exprimat? & videt,ꝙ ſic per decre.conſuluit.de offic.deleg.Et hoc videt tenere Hoſt.& Nouel.de excep.paſtoralis.in verbo.& tunc.& Spec.de dilat.§.j.in ver.except.& verſ.ſe.& gl. in cle.vna.de excep.in verbo perẽptorio.Et pro hoc facit dicta decre.paſtoralis.In verbo,extũc.Dicã de hoc aliqd in.c. paſtoralis.alleg.in.iiij.q.

26 ¶ † Collectari⁹ hic quærit,nũquid reſtitutiõe principalr implorata põt ꝓcedi,lite nõ cõteſt.in cõtumaciã partis? & dicit ꝙ Spec.e.ti.§.ij.ꝙ ſic,ſcdm Odoff. & alios:dicens hoc probari per.l.in cauſæ.§.cauſa cognita.

ff.de mino.quæ dicit indiſtinctè illam dandam partibus cõtumacibus:ideò nec nos diſtinguere debemus.Itẽ quia ſecundum Spec.non eſt propriè ſententia,ſed decretum.arg. C.ad Trebellianum.l.iancimus.Remittit Collect.ad Collecta ſua infra,vt lite non cõteſtata.accedens.primo.Ego autem remitto ad ea,quæ latè de hoc ſcripſi ſupra de officio

27 iudicis.c.ſecundo.in quarta quæſtione. ¶ † Ex hoc aggredi poſſum quæſtionem,qua quæritur,qualis proceſſus in reſtitutione requiritur.Super quo dicit Io.fabri.in.§.rurſus. allegato.quòd cauſæ cognitio,& litis conteſtatio,ac libellus requiruntur in iſto proceſſu:vt dicto.c.ſecũdo.Sed ſubdit in quæſtione Collect.quòd ſi non poteſt procedi ad diffinitiuam contra abſentem per contumaciam,lite non conteſtata.iuxta.l.properandum.C.de iudicijs.licet gloſſ.videatur ſentire in dicto.c.ſecundo.quòd fiat miſsio.& tetigi ſupra in quinta quæſtione.§.ſed adhuc quæritur. Tamen per hoc non eſt ſufficienter prouiſum:quia dictum iudicium non perpetuatur:vt.l.fin.C.de temporibus appellationum. &.ff.de minoribus.l.papinianus.§.fi. Et quoniam aduerſarius etiam poſt quadriennium veniens recuperaret poſſeſſionem ſuam:vt dicta.l.properãdum.§.ſin autem. Et ideò videtur,quòd poſsit procedi,lite non conteſtata:ſicut & hæc ſpecialitas requiriť in multis caſibus. Et quia.§.cauſa cognita.& authẽ.ſi omnes.allegati.hoc velle videntur. ¶ Diſtinguit ſuper hoc Io.fabri.in.§.rurſus. Aut per iudicium reſcindens debet fieri reſtitutio rei:& tunc ſufficit miſsio:nec proceditur ad reſtitutionem,lite non conteſtata.quia tunc ſententia habet vim diffinitiuæ,& toti negotio finem imponit. Aut non,ſed reſtituitur actio reſciſſoria:& tunc poteſt procedi,lite non conteſtata,in contumaciam partis ad diffinitiuam. Et eſt ratio,quia illa non eſt propriè diffinitiua:cum non imponat finem toti negotio:ſed ſolũmmodò præparat aliam actionem:vt.ff.de re iudi.l.j. ¶ Et huius diſtinctionis põt apparere ratio:quia in primo caſu certa res petitur:& ita poteſt fieri miſsio in eam:ſed in ſecundo nulla res petitur:ſed ſolũm reſtitutio:& ideò non poteſt dici, quòd fiat miſsio in poſſeſsionem rei petitæ.& idem crederet,ſicut in hoc caſu,in primo,quando non petit reſtitui aduerſus certam perſonam,ſicut qn petit reſtitui aduerſus aditionẽ hæreditatis:vt auth.ſi oẽs.Sed adhuc reſtat rũdere,q̃a in pͥio caſu nõ ꝑuideť miſſo:cũ nõ ꝑpetueť actio. Solutio:licet nõ ꝑpetuet ad minus tp̃a nõ currũt,ex quo facit diligentiã,& ſtat per ſubterfugia aduerſarij.vt.ff.de minoribus.l.intra vtile.&.C.de adminiſtr.tutorum.l.ſi cum ipſe. ſecundum eum. Et facit pro iſta opinione,quod ſcripſi in dicta quarta quæſtione.§.quæſtio ad primum.verſ.aliam fallẽtiam ponit hîc Inno.Cy.vero in authẽ.ſi omnes. in vltima quæſtione diſtinguit.aut petit minor ſe admitti ad aliquid dandum,vel faciẽdum per in integ.reſti.& tunc opus eſt litis conteſtatione. Aut nõ petit aliquid ſibi dari,vel fieri per in integ.reſtitutionem.Sed petit aliquod obſtaculum remoueri:& tunc non eſt neceſſaria litis conteſtatio.vt authẽ.ſi omnes. Et ita intelliguntur quæ allegantur pro,& contra.& iſtud dicit Ber.tenere in.c.ſecundo.allegato.& hoc volunt verba Io.fabri allegata.Petrꝰ verò de Bellapertica,vt refert Cy.in.l.quod tempore.allegata.in octaua quæſtione dicit quòd contra partem abſentem per contumaciam poteſt ꝓcedi ad ſententiam diffinitiuam,lite non conteſtata,in hoc reſtitutionis iudicio reſcindenti ad inſtar appellationis. vt l.vltima.§.illud.C.de tẽporibus appellationũ.Facit,quia appellatio,& reſtitutio æquiparantur:vt.ff.de nũno.l.præfecti.Non obſtat.C.l.ſuperuacuam.quia tempus tunc ipſo iure ſeruatur illæſum:vt.l.petendæ &.C.de temporibus appellationum.l.tertia.Io.rolandi in dicto.§.rurſus.dicit ſic,quòd ſi ſit aduerſarius,cum quo poſsit lis conteſtari:& qui hoc velit neceſſaria ſit litis conteſtatio:vt.l.Papinianus exul.§.fi.ff.de minoribus.etiamſi nihil ab eo petatur dari,vel fieri: ſicut dicimus in querela inoffi.teſt.Papinianꝰ.& de petitione hæreditatis.l.ſi quis libertatem.&.C.de tranſactionibus.l.cum mota. Tamen ſi aduerſarius ſit abſens,vel litem recuſet conteſtari per contumaciam,non eſt neceſſaria litis conteſtatio.& eſt caſus ſecundum eum in.§.cauſa. quòd negari non poſſet pro eo,quòd nihil peto à parte,ſed tantùm à iudice eius officium implorando:vt.ff.de damno infec.l.cum poſtulaſſem. Aliud in his,in quibus concluditur contra partem:vt in actionibus.Reputat etiam caſum in authẽ.ſi omnes.& per hoc dicit diſſoluenda omnia cõtraria.& hoc magis puto:vt.c.ſecundũ.alleg.non corrigat.§.cauſa cognita.& auth.ſi oẽs.Sed intelligatur ſecũdũ ea quę no.j.de elect.cum expediat.li.ſexto.& vt ęquiparẽtur appellatio,& reſtitutio: vt.l.præfecti.Vnde fuit quæſtio inter monaſterium vnũ & quoddam commune eò,quòd monaſterium petijt reſtitui contra quandam ſententiam latam pro communi:cui parte cõi reſiſtente finaliter,lite non conteſtata,lata fuit diffinitiua ſententia reſtitutoria pro monaſterio:quã Odofre.impugnabat.per.l.nec quicquam.§.vbi.ff.de officio proconſulis. & lega. Et quia lata erat contra ſolitum ordinem iudiciorũ, lite non conteſtata:vt.C.de ſententijs & interlocutioni.omni iudi.l.prolatam.inducens pro ſe.c.ij.de offi.iudi. Franciſcus Accurſ.allegauit pro monaſterio,quòd iudicis officiũ non requirit litis conteſtationem,vel libellum: inducens quandam gl.Azo:ſuper rubrica de interrog. actio. Item q̃a ſuper actione datur libellus,& fit conteſtatio:ſed officium iudicis nõ eſt actio.ff.de mino.quod ſi minor.§.fi.Sed;vt refert Io.And.in addit.in Spec.parte ſecunda.eo.titulo.§.quis autem.in fi.terminatum fuit,quòd & ſi ſecũdum ſcripta ſuſpenſis,ex quo petebatur reſtitutio contra ſentẽtiam parte contumace,ſentẽtia ferri potuiſſet:tamen ex quo pars erat præſens conteſtatio erat neceſſaria per dictam decret.ij. & hoc coniungas cum dicta quarta quæſtione,& habebis totam materiam penè expeditam. Et per hoc habebis intellectum eius,quod tetigi poſt Inno.ſupra eo.tum ex literis.qõ. iiij.§.ad ſecundam quæſtionem.&.§.ſeq.& quod ſcripſeram ante.in.§.ad primam.q.habet locum in reſtitutione petita incidẽter. ¶ Supple gloſſas.In gl.pe.ibi.*l.illud*. Ex hac gl.arguit Io.ij.q.v.quę de cauſa.quòd generali mandato non denegatur diſpenſatio. Et de hoc in Spec.titulo.ij.§.conſequẽter.verſ.generaliter. Et ibi.§.procurator.&.j.de procuratoribus.qui ad agendum.in fi.li.vj.vbi enumeraui. xxij. caſus ſpeciale mandatum requirentes,videlicet in expoſitione literę ſuper verbo pacifici.Caſum verò.c.fi.de procura.libro ſexto.dicit hic Phi.iure non probari.In gl.vltima in fi.poſſet dici ſecundum Collect.quòd regula infrà de regulis iur. cum quid vna via.li.vj.locum habet in damnatis de ſui natura prohibitis:ſicut eſt captio clerici per ſecularem iudicẽ facienda.de vita & ho.cleri.li.vj. Et in actibus non recipientibus diſpenſationem.de elec.auaricię.lib.vj.ſaltem quoad obtinendum viam per alium,quàm per Papam. de electio. c.cum nobis.Nec obſtat.j.eo.c.fi. quia non admittitur alia via in effectu.Nam iteratò conceditur beneficium reſtitutionis ex nouis cauſis,& non aliâs.Appellatio verò à diffinitiua ex nouis,& antiquis.de fide inſtru.cum Ioannes.Sed ab interlocutoria ex antiquis tantùm.de appellationibus. appellanti.in cle.Collec ¶ Sed nõ capio,qualiter faciat ad ꝓpoſitum.dicit dominus Mart.cũ quid vna via prohibetur, non propter reſpectum habitum ad viam, ſed propter ſeipſum ſimpliciter:tunc cẽſetur etiam alia via prohibitum, vt hic.Sed ſi prohibitio fieret reſpectu habito ad viam prohibitiuam dicta via,non cenſeretur alia via prohibitum:vt in contrarijs.Induci poſſet.c.innotuit.de electione.iũcto.c. fi.de poſtulatione prælatorum.Goffre.ff.de tuto.& cura.da. ab his.Licere oportet.§.primo.dicit,ꝙ vbi eſt eadẽ ratio in vna via,ſicut in alia,habet locum regula,cum quid vna via. cũ cõcor.vbi nõ eſſet eadem rõ,tunc ſecꝰ.C.de teſti.l.omnibus. ff.de teſti.l.nullus.ff.de teſta.quæ teſtõ.&.ff.ad Trebel.l.j.§. fuit.Pro regula tñ inducit cõcord.ff.de libera.lega.l. ſi quis reum.§.j.ibi:ego inquietor,&c.de cõdi.inſtitutio.l.quę ſub. §.ſi quis. in fine.ibi:ne alia ratione.&c.ff.pro ſocio.l.Idem

quod.&

quod.& concor.alleg.in.§.ſi quis.in fi.ſuper verbo,ne alia.& ff.rem ra.ha.l.quo enim.in fi.&.l.amplius. & de reb. eorum. l.magis.§.ſi pupillus.&.C.de vſur.rei iudi.l.fi. & Inſti. de eo, cui liber.cau.bo.po. addi.§.tuæ.&.ÿ.de cleri. coniug.c.j.lib. vj.de quo etiam dixi in.c.tuæ.alleg.in.xvij.quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Filij & hæredes,an poßint contra patris factum venire? Et quid de ſuccedente alienanti? nu.ſeq.& nu.3.*

4 *Libellus ſub cõditiõe, diſiunctione, vel alternatiuè, an concipi poßit? Et ſi quis in libello duas, aut plures actiones proponat, an eligere vnam cogatur? & numero ſeq. cui ſubduntur limitationes ſex. vſque ad numero.5.*

6 *Reſtitutio, an concedenda ſit minori aduerſus contractum proprium iuratum.*

7 *Contractus per minorem initus,qualiter efficax ſit,ac teneat?*

8 *Oblatio,an ſufficiat.Et cuius, & de quo oblatio operetur. Aliquot concluſiones ſubijciuntur.*

9 *Reſtitutio iuris conſuetudinarij minoribus quoad retrahendi facultatem an ſit neceſſaria? Et in hoc concluſiones quoque ſubnectuntur.*

10 *Conſuetudo retrahendi facultatem inducens,an fauorabilis ſit. Et ad retrahendum tempus per conſuetudinem conceſſum,quando currere incipiat,ſiue vnus ſit,ſiue plures ius retrahendi habentes?*

11 *Libellus in iudicio reſcindenti, aut reſciſſorio, vel in vtroque etiam, qualiter concipiendus? Et huius formulæ variæ.nu.12.& .13.*

14 *Reſciſſorium iudicium cui,& aduerſus quem competat? Et ſub hoc quid in reſcindenti?*

15 *Reſtitum petens,quid neceſſe probare debeat? Et quæ probationes in reſciſſorio ipſo requirantur? numero ſeq. Et num quæ in reſcindenti inductæ ſunt,in reſciſſorio fidem faciant? numero.17.*

18 *Emancipatio coram quo fieri debeat?*

19 *Iuramentum minori per partem remiſſum,an perinde habeatur,ac ſi præſtitum eſſet.Et id in cuius præiudicium? Et de quo iuramento locus hic intelligatur? nume.ſeq.Et quid ſi minor iuret ſuper codice,in quo putet Euangelia ineſſe,& non inſint? numero.21. Et quid de iuramento impuberis?*

22 *Iuramentum minoris curatorem habentis,in contractu ſine curatore inito,an efficax ſit?*

23 *Actiones plures,aut cauſas,qualiter quis ſimul proſequi poßit.*

24 *Minor iuris communis viam eligens, vtpote rei vendi.aduerſus poſſeſſorem,vel appellationem à ſententia, num ſi ſuccumbat, poßit contra contractum,vel ſententiam reſtitutionem petere?*

25 *Retrahendi facultas in ſpecie,de qua hîc,an lite pendente currat?*

26 *Termino ad omnes exceptiones proponendas aßignato, eodemque excurſo,an poßit alias opponere? Et quid ſi actum eſt cum minore vſque ad ſententiam,& opponente tunc aduerſario,&c. numero ſequenti.*

28 *Reſtitutio minoris,an fideiuſſoribus proſit?*

CAP. VIII.

Conſtitutus. Caſus.reſtituitur minor in eo, quod contraxit,vel omiſit, ſi probat ſe exinde læſum: & ſic infra tempora reſtitutionis petendæ. In prima partis petitio.In ſecũda iudicis datio ſuper illa conceſſa minori: ibi, *quo circa.* ¶ Expone literã: *minori.* ſ.xxv.annis.de hoc.ÿ.de proba.in pręſentia.verſi.pręterea. *vtrique.* ſ.patri & matri.Inno. Aliâs vtriſq;.i. patri & filijs.& poterat hoc eſſe ex ſucceſſione materna,que habebat illa bona cum marito communia:vt in gloſſ. Vel ſecundum Hoſtien.pater ſucceſſit filio præmortuo viriliter vna cum fratribus defuncti & ſuis filijs.C.ad Tertullia.l.ij.& authen. defuncto. *Emancipaunt.* vt valeret alienatio:quia non poterat eſſe firma aliâs per patrem facta. Habet enim in bonis maternis ſolùm illum fructũ: nec tenet alienatio de illis facta per eum.C.de bo.mater.l.j.& in authen.de nup.§.ſi verò ſit. Inno.Formam autem emancipationis vide in Spec. de nat. ex lib.ven.ad fi.Pater autem non cogitur emancipare filiũ. Inſti.quib.mo.ius patri.pote.ſol.in fi. Niſi in.iiij. caſibus ibi not.in vltima glo.Quod hîc no.Bonaguida, ſi agnouit legatum ad hoc relictum,ſi adoptiuo facto puberi non expedit eſſe in poteſtate,ſi filiam peccare cogit:ſi malè & contra pietatem pater filiũ afficit. *fecit.* pater. *Eos* .ſ. filios. *Contractui.* ſ.vendicationis. *Conſentire.* ſine iuramento.quare obſtat ætatis minoritas: quę tunc non iuuaſſet. C.ſi aduer.vendi.l.ij.& auth.ſacramẽta puberũ.ÿ.de iureiur.cum contingat. Hoſti. *Nullam.* Nam nulla erat venditio nuncianda, ſiue ipſi, cum minores eſſent,alienaſſent ſine decreto: ſiue eorum parentes,in quorum poteſtate ſunt,etiam ſi eſſent maiores.C. de bo.mat.l.j.in authen.de nup.§.ſi verò ſit.C. de prædi. mino. ſi prædium. Inno. *portione.* patris. *Conſuetudinem.* C. quæ ſit lõga conſue.l.ij.& ÿ.de conſue.in rubri.de his no.Inno. *Quod* ſ.offerre pretium, & rem repetere. *Super vtroq;* .i. ſuper reuocanda alienatione rerum ſuarum à patre facta.& cui præſtiterit conſenſum,ſuper quo datur reſtitutio ex verbis generalibus edicti:cum ipſum conſenſum præſtando læſi fuerint:& eo non obſtan.reſtituendi.& ſuper eo quod petebãt reſtitutionem in integrum: vt liceret eis offerre pro parte patris emptoribus pretium:quod offerre infra annum per negligentiam omiſerunt. Inno. *Non modicum.* ſupra .c.j. &.c. auditis.in fi. *Eiuſdem.* ſ. paternæ. *Offerre.* ergo etiam in lucro ſubuenitur minoribus.ff.de mino.l.ait prætor.§. hodie. Inno. *Beneficium.* ſ.reſtitutiõis in integrum. *veritate.* ſ. quòd ſint minores & læſi. *Submixa.* intelligebatur de reſcrip.c.ij. *Venditionem.* fuit commiſsio alternatiua:quia petitio alternatiua. *partem.* quia vendita erat ſine decreto, cum eſſent minores: vel maiores erant & in poteſtate patris conſtituti, & in caſibus non licitis. Innocen. *Eadem.* ſcilicet, portiune materna *ſolennitas.* ſcilicet decretum præſidis,& caſus licitus.C.de bonis,quæ libe.§ vbi autem.vſque ad.§.filiam.Innocen. *Interuenerit.* ſcilicet,debita ſolennitas.Innocen. *Eadem.* quæ fuit patris.Innocen. *Reſidua.* ſcilicet,quæ fuit matris, ſecũdum Innocen.ſed Hoſtiẽ.& Nouella econtrariò exponunt. de quo non eſt vis. *Faciendum.* Nec enim ſufficit ſola oblatio,ſed requiritur oblati pręſtatio.Hîc enim opus eſt facto.de eo,qui mitti.in poſ.c.j.de vſur.C.l.acceptam.ÿ. de re iudi. cum aliquibus.Et ſi emptores nolint pretium recipere, deponatur in ædem ſacram:vt.l.acceptam.alleg.&.l.ij. eo. titu. &.C.de ſolu.l.obſignatione.ſecundum Hoſti. videquè eum in ſum-
5 ma de ſolu.ſub rubrica de oblatione. ¶ † Primo opponitur,quia hîc admittuntur filij & hæredes ad veniendum cõtra factum patris,cuius hæredes ſunt,videlicet ad retractãdum contractum per patrem initum.Contra quod videtur per.l.hæredem.ff.de regu.iur.&.l.cum hæres.ff. de diuer. & tempo.præſcrip.&.c.j.ÿ.de ſolu.&.l. cum à matre .C. de rei vendica.&.C.de ſeruo pig.da.ma.l.ſi creditoribus. Et maximè,quia filius eadem perſona reputatur cum patre.in auth. de iureiuran.à moriẽte.præſti.§.j.Modò pater vigore cõſuetudinis admittentis proximiorem ad retractum nõ potuiſſet admitti ad proprij cõtractus retractationem: quoniam quem de euictione tenet actio,ipſum vendicantem repellit exceptio.ff.de euictio.l.vendicantem.cum ibi nota.Et ideò hîc iſti minores ad retractationem alienationis ſuę proprię portionis,ſi de iure tenuit,& in ea paſsi fuerint detrimentum non admittuntur de iure communi,ſed ſolùm beneficio reſtitutionis minoris ætatis.& pro hoc.ff. de rei vendicatio.ſi à Titio.de actionibus empti.l.ſi quis alieni.de pign. l.ſi Titio.de exceptione rei iudicatę.l.j.ij. reſponſo.ad Trebellianum.l.filiam fratribus .C. de rei vendicatione cum à matre.de rebus alie.non alienan.l. tertia.ÿ. de donatio. cum dilecti.Dicunt Petrus & Abbas,quòd non datur iſti reſtitutio vltra legitimam ſuam.& exſtimant, quòd quia iſti erant clerici modicum eis pater reliquerit: vt fieri ſolet. Dicit Nouella ſe neſcire,quid hæc verba velint. Nam ex vi conſuetudinis admittebatur proximior: admittebatur & filius.Et quia non obtulerant,fuerunt in hoc grauati. Dicit etiam,quòd nõ videt,quid dicant Petrus & Abbas de legi-

tima cum iſti cogantur reſtituere pretium. Dicebat autem
hîc Phi. quòd contra emptorem hîc datur reſtitutio, qui ſi
cur non debet eſſe in lucro, ita neque in damno. ſ. eod. c. j.
Contra patrem autem non datur reſtitutio filio, nec liber-
to contra patronos propter eorum reuerentiam. C. qui &
apud quos. l. vlti. liberis enim, & libertis ſemper honeſta &
ſancta videri debet perſona parentis & patroni. ff. de obſe-
2 qui. l. liberto. ¶ † Petrus autem de quercu doctor Aurelian.
reputans hîc caſum in quæſtione qua quæri ſolet, an proxi
mior alienanti ſuccedens, beneficio conſuetudinis retract⁹
de qua hîc legitur & not. gaudere poſſit: videtur velle quòd
ſic, licet reſpondeat à contrario, dicens, quòd ſic ſuccedens
per talem retractum non impugnat factum patris, cui ſuc-
cedit: imò contractum valere, ſed vult habere pro illo pre-
tio: nec retrahit tanquàm hæres, ſed tanquàm alius, videli-
cet, vt proximior. argu. §. de euictio. l. fi. ff. de pigno. actio. l.
rem alienam. §. j. de pig. l. ſi Titio & quod no. gl. fi. ff. de actio.
emp. l. ſi quis alienum. Pro hoc de his, qui. vt indig. l. penul.
& ſi cui pluſquàm per. l. falci. l. j. §. item ſi ipſe. Videtur caſus.
ff. ad Trebellia. l. debitor. §. fina. per quem Alanus Aelorey.
Epiſcopus Trecorenſis nepos Beati Iuonis doctor legum
dictam quæſtionem Aureliæ terminauit, licet conſuetudo
Franciæ ſit in contrarium. Nec obſtat, quòd iſte hæres tene
tur de euictione ad intereſſe actoris: quia non eſt verum:
cum non propter defectum dominij, ſeu iuris ipſius vendi-
toris: ſed alia de cauſa, ſcilicet, proximitatis & retractus res
euincitur, tenetur tamen ad pretij reſtitutionem: vt hîc. &
de hoc eſt tex. cum glo. ff. de euictionib. l. minor. Non tamē
placet Henrico, quòd hîc ſit caſus de dicta quæſtione pro
eo, quòd hîc non dicitur quo tempore iſti filij agebant ad
retractum. Nec etiam, quòd pater, qui alienauit, fuiſſet mor
3 tuus. Nec etiam, quòd iſti filij eidem ſucceſſiſſent. ¶ † Sed
ad illud generale, an hæres poſſit venire contra factum de-
functi, ſeu illud retractare. Dicere potes, quòd ſi per hoc nō
improbet, nec impugnet factum defuncti: & contra hoc
poteſt, vt hîc, intelligere id, quòd iſti minores erant iam hæ
redes patris defuncti, quod ſonare videtur litera in verbo,
quondam iuncta conſequentia communis accidentiæ, quā
facit Apoſtolus: filius ergo hæres. ff. de ſuis, & legi. hære. l. in
ſuis. Et faciunt etiam ea, quæ prædixi. Aliter autem, ſi in
fraudem hæredis futuri cedat illud, adhuc idem: vt. ff. de
conditio. & demonſtra. l. qui hæredi. §. fina. iuncta. l. ſi quis.
C. ad. l. falci. & C. ſi in frau. patro. à libertis alienatio facta ſit.
l. j. vbi Petrus ponit hoc membrum. aliâs autem ſi eſt hęres
voluntarius id eſt, quem teſtator ex mera voluntate, & non
iuris neceſſitate hęredem relinquit: non poteſt venire con-
tra factum defuncti: vt. l. hæredem. allegata. ¶ Sed ſi eſſet hę
res neceſſarius, hoc eſt talis, quem defunctus habeat, velit,
nolit dimittere, ſaltem pro parte: talis vſque ad partem ſibi
debitam, & non vltra, poſſet venire contra: &c. Et ita intel-
ligit Iacob. de Raue. l. j. C. ſi in frau. patro. & per totum. & C.
de inofficio. dona. l. j. & l. ſi totas. ſecundum Henricum di-
cam. ſ. de ſolutio. c. j. & pleniùs. ſ. de regu. iuris is, qui in ius.
lib. vj. ¶ Sed circa hoc iunge, quæ ſcripſi. ſ. eodem. c. oppo-
4 ſitione. vj. §. quarta concluſio. ¶ † Secundò opponitur, quia
hîc videtur valde notabiliter expræſſum, quòd libellus ſub
conditione, diſiunctione, vel alternatiuè admitti debet. cui
concor. de emptio. & venditio. dilecti. de pigno. ex literis. ſ.
de priuile. cum olim. & nota. ſ. de elect. vt qui duas. de re iu-
dica. c. Abbate. in princip. libro. vj. & in Specula. de ſenten.
prola. §. iuxta. verſi. ſed nunquid. Contra quod videtur. ff. de
iniurijs. l. prætor. §. quod autem. de verbo. obliga. vbi autem.
§. qui illud. de iure fiſci. ita fidei. Dicit Hoſtiē. quòd illi ſub-
tilitati de ſimplicitate canonum non eſt locus. ſ. de iudicijs.
dilecti. vel non fuit exceptum. C. de annali exceptione. l. fin.
Vel locum habet: ſi non eſt quod imputari actori poſſit: vel
licet in ſuppoſitione & commiſſione procedat incertitudo
non procedet in libello. de quo remittit Hoſtien. de libelli
obla. c. j. ij. & iij. & in ſumma illius titu. §. quid debeat conti-
nere. Et de poſitionibus remittit Nouella ad not. ſua. de re-
ſcrip. ex parte. ſ. in gloſ. not argumen. Super hoc etiam vide
plenè not. in ſpecu. titu. de lib. concep. § iuxta. & quæ ſcripſi.
ſ. de libe. obla. c. primo. in quinta quæſtione principali. §. ſex
tò quæro. & per Collec. ſ. de libe. obla. c. fina. columna ſecun
da, verſu, quòd ſi reus. & verſu, item admittitur libellus. &
verſu, & pręmiſſa fa. ¶ Dicit Innocē. quòd re vera hîc erat
libellus alternatiuus, & quòd in illo petebatur vēditio pro-
nunciari nulla officio iudicis. xij. quæſtione. ij. Apoſtolicas.
Vel reſcindi per reſtitutionem in integrum. Nec obſt. quod
dicit tex. quòd quando certum eſt communi auxilio quem
iuuari, ad extraordinarium recurri non debet. ff. de mino. l.
in cauſæ; quia illud procedit, quando certum eſt communi
auxilio locum eſſe. Hic autem erat dubium. Poterat enim
eſſe, quòd petitio prima, in qua dicebat venditionem nul-
lam, corruat, vel non iuuabitur iure communi: vel poterat
aduerſarij exceptione elidi. & idcirco, vt minuātur lites, ſi-
mul ad vtrunque ſub diſiunctione admittitur. argumen. ff.
quorum legato. l. prima. §. quia autem. ſ. de præſcrip. auditis.
& de priuile. ex ore. licet fateatur alios dicere, vt ſcripſi. ſ. ea
dem oppoſitione, verſi. vel licet in ſupple. ¶ Finaliter ſub-
dit Innocen. regulam generalem perpetuò meſſi tenendam,
dicens: nos dicimus, quòd vbicūque quis probabiliter errat
in ſuo facto, vel alieno, poteſt in eodem libello plures pro-
ponere actiones, & non cogitur ex eis aliquam eligere, etiā
ſi ſe adinuicem non compatiantur, vt hîc, & c. auditis. & §.
quod autem. allegatis. Sed ſi error eius non eſt probabilis:
tunc cogitur eligere, vt. ff. de tributo. l. quod in hærede. §. eli
gere. & ff. de regu. iuris. l. nemo. § fi. & de lega. ij. l. cum filius.
§. varijs. ¶ Subdit tamen alios dicere, quòd vbicunque cer-
tum eſt me habere aliquam actionem, ſed de alijs eſt incer-
tum, quòd tunc cogor eligere. ¶ Item refert quoſdam dice-
re, quòd licet non cogatur eligere actionem, nec vnam ſolā
exponere in libello: tamen proteſtari debet de vna ſola pro
ſequenda, & vnam ſolam proſequi debet. & ſuper vna ſola
producere teſtes & aliàs probationes: vt dicto. §. quod autē.
Sed poſteà ſubdit: ſed certè nos contrarium dicimus, ſcili-
cet, quòd ſuper vtrumque poterit inducere probationes: &
hoc hîc in fi. expreſſè dicitur: vt dicto. c. auditis. Dicit etiam
quòd proteſtatio, de qua loquitur §. quod autem. non eſt ſic
facienda, quòd tantùm alteram actionem proſequatur, ſed
ſic proteſtari debet, videlicet, quòd ſufficiat ad victoriam
cauſę, ſuper quacunque actione, probet intentionem ſuam.
¶ Et hac ratiōe motus ſubdit notanter talem libellum ad-
mittendum eſſe: *Vendico talem rem iure dominij, vel quaſi.* Et
facit ad hoc quod legitur & notatur. ſ. de iudicijs. dilecti. de
ordi. cogni. cum dilectus. de fide inſtrumen. inter dilectos.
& in dicto. c. Abbate. in princi. Fatetur tamen alios dicere,
quòd imò ſemper in initio cogitur eligere actionem: ſic. C.
de codicillis. l. fina. reſpondentes ad §. quod autem. quòd il-
lud factum fuit ibi propter odium rei: quia nolebat expri-
mere, an poſſideret pro hærede, vel pro poſſeſſore: ad quod
tenebatur: vt. ff. de interrogato. actio. l. j. primo reſponſo. &
§. j. ¶ Innocen. tamen in prima opinione perſeuerans, etiā
ſubdit, quòd præmiſſa vera ſunt, ſi actiones competunt ad
idem. Nam ſi ad diuerſa, vtrumque intentatur. C. de furtis. l.
ancillæ. niſi eſſent contrariæ. C. de furtis. l. j. Et vide quod
ipſe ſcripſit. & Nouella poſt eum. de religio. domi. cum dile-
ctus. ſuper fi. vlti. glo. & quod ſcripſi poſt Innocen. ſ. eodem,
tum ex literis. ſuper verbo, reſtitui. Et forſan poſteà ad hoc
redibo. Vide etiam qualiter in eodē libello poteſt quis pete
re pronunciari ſententiam eſſe nullam: & ſi qua ſit, eam eſſe
iniuſtam. Et qualiter iſta etiam in appellatione coniungi
poſſunt vide per Bartolum. ff. de appella. l. ſi expreſſim.
per Accur. eodem titu. l. ſcio. per Innocen. infra de appellat.
5 c. dilecto. ¶ † Henricus autem circa præmiſſa ponit vnam
diſtinctionem longiſſimam, quam per membra recipias. &
dic primò, quòd ſi conditio, vel alternatio non eſt in con-
cluſione, ſed ſolùm in narratione, & eſt iam purificata, ſeu
expleta

impleta conditio, aut determinata alternatio, ſic quòd certa cõcluſio ſequi poteſt: tunc ſub tali conditione, vel alternatione poteſt libellus concipi. ff. de verbo. obli. l. conditio. in præteritum. de verbo. ſigni. l. cedere diem. Inſti. de verbo. obli. § ex conditionali. & eodem titu. ff. l. in illa ſtipulatione ſi calẽdas. ibi: ſed cum eo, &c. & de nouatio. ſi pupillus. § ſub conditione. cum ibi nota. & de ſolu. Stichum, aut Pamphilũ. in prin. & de iure do. l. plerũq; § fi. j. rñ. & de leg. j. l. planè. j. § ſi ita Titio. & de leg. ij. l. lucio. & l. ſi is, cui. & de viuſr. le. l. ſi fund° Titio. ¶ Et idẽ ſi cõditio nõ eſt purificata, vel impleta, ſeu alternatio nõ determinata, ſic q ex ea nõ põt elici, ſeu inferri certa, clara, & determinata concluſio: dummodò certum ſit, quid agendo implebitur, vel purificabitur conditio. ff. de verbo. obliga. l. Titius, & ſeius. & rem ra. habe. ſi indebitum. & pro ſoci. l. actione. Aut talis alternatio de qua certũ ſit, quòd agendo præciſetur, ſeu determinetur. ff. de lega. ij. ſtatuliberum. § Stichum. & meliùs. ff. de ſoluti. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. in fi. ¶ Sed ſi narratio fieret ſub conditione non determinata, nec agendo determinanda: tunc libellus non poteſt ſub tali cõditione concipi: vt. ff. de iudi. l. non quemadmodum. & quando dies leg. vſuſfru. ced. l. j. in fi. de verbo. ſigni. l. cedere diem. Inſti. de verbo. obliga. § ex cõditionali. Et idem ſi fieret narratio ſub alternatione indeterminata, non determinanda agendo: vt. ff. de lega. l. ſi ex toto § fi. de cõdi. inde. l. cum is. in fi. Fallit primò, dum alternatio refertur ad idem, vel ad id, quod pro eodẽ habetur: vt ſic non ſit verborum conculcatio quędam: vt. j. de teſtamen. Raynutius. cum ibi nota. per Hoſti. & Abb. ſuper verbo, vel ſubſtitutionis. Secundò fallit: cum talis alternatio, ſeu diſiunctio ex obligatione alternatiua procedit, & concipitur ſecundum eam: vt. l. plerunque. § fina. allegata. & l. Stichum aut Pamphilum. de ſolutio. ff. & j. de plus peti. c. vno. § te quoque. & C. de plus peti. l. vna. ¶ Secundò principaliter vbi videlicet cõditio, vel alternatio diſpoſitiuè adijcitur in concluſione libelli, tene pro regula, quòd talis libellus non valet: nec recipi debet. Patet de conditione in dicta l. non quemadmodum. & ff. de vſur. l. j. in fin. & j. de ſepul. c. in noſtra. Et patet de alternatione in § eligere. & § quoties. § varijs. allega. ff. de iure fiſ. l. ita fidei. Et ſic procedunt in cõtrarium allegata, & no. Archi. xiij. quęſtione. ij. in ſumma. & lec. & not. Ioan. lxxxj. diſtin. ſi quis ſacerdotum. & Archi. iij. quæſtione. ij. c. induciæ. § offeratur. & Spec. titu. de libello. § nunc videamus. verſi. ſed nunquid talis libellus. & per gloſſator. in. c. vt qui duas. & c. ſanè. allegatis. & c. nullus pluribus. j. de regu. iuris. lib. vj. ¶ Fallit primò in conditione ex iure præſenti puro in libello petito & deducto reſultãte, & emanante ac dependentiam habente purificanda & implenda in ipſo iudicio. Et idem de alternatione eadem ratione: vt, *peto gemmam de annulo ſeparari: & ea ſeparata eius dominium ad pertinere declarari.* ff. ad exhiben. l. gemma. de rei vendicatio. l. in rem. § item quæcunque. iunc. l. ff. de auro & argen. leg. & ſi non ſunt. § perueniamus. Vel, *peto in cauſa appellationis pronũciari ſententiam nullam: vel ſi aliqua reperitur, iniquam.* iuxta not. Innocen. & Hoſtien. de appel. dilecto. & lec. & not. de teſta. Raynaldus. § deinde. eodem reſpon. ibi: *& reſtitui eis, ſi contra ipſ. m &c.* Vel ſi legato mihi Sticho Pamphilo, vtrũ hæres vellet: peto alternatiuè. & ſi hæres non eligit, peto talem mihi dari. ff. de lega. ij. ſtatulib. § Stichum. Vel, *peto talem rem mihi venditam tradi: & ſi non traditur, peto intereſſe.* ff. de actio. emp. l. j. cum ibi nota. in glo. an ergo. Vel: *peto à me extorta per metum: & ſi non reſtituantur, peto quadruplum.* ff. quòd metus cauſa. ſi cum exceptione. § j. & § ſatis clementer. Not. Hoſtien. in ſumma, quod metus cauſa § fi. in fi. & Cyn. poſt Iaco. & Pet. C. quod metus cauſa. l. ſi per vim, vel, ſi peto reſcindi vſucapionem, & rem mihi reſtitui, eo modo, quo ſcripſi. ſ. c. proximo in. iij. quæſtione. Simile. j. de pig. ex literis. de emptio. & venditio. cum dilecti. & c. cum cauſa. vbi de hoc. & C. de reſcin. venditio. l. rem maioris pretij. & ff. de condi. furti. l. in re furtiua. Et idem, quando prouenit conditio, vel alternatio ex natura rei deducta in iudicium: vt probant etiam iura allegata: & notant Goffre. Ber. Innocen. & Hoſtien. in c. Raynaldus. allegato, & Archi. in dicto § offeratur. allegato. ¶ Ratio huius eſt, quia talis conditio, vel diſiunctio non reddit libellum dubium, vel obſcurum, vt patet in exemplis. ſ. poſitis, vt ſi peto rem ſub pœna debitam, & pœnam: ſi contradixerit reus, hic vtraque petitio clara iuxta not. Ber. Innocen. & Hoſtien. in c. Raynaldus. glo. ſed nũquid. Vel ſi peto rem locatam mihi reſtitui: & ſi non reſtituitur, æſtimationem iuxta nota. C. loca. conductores. Vel ſi peto damnum in arboribus meis datum. & ſi reus inficietur duplum iuxta not. Specu. in verſi. ſed nũquid talis libellus allegatus. Eſt etiam ratio quare tales libelli admittuntur: videlicet, cauſa dirimendarum litium: vt. ff. ſi certum peta. l. quidam exiſtimauerunt. & no. Hoſtien. in § deinde. eodem reſpon. allegato. ¶ Fallit. ij. in alternatiua proueniente ex natura rei, vel ex forma obligationis in iudicium deductæ ſecundum iuris diſpoſitionem: vt. C. de reſcinden. venditio. l. ij. & j. de emptio. & venditio. cum cauſa. vbi. de hoc per Ber. Innocen. & Hoſtien. & per Innocen. Hoſtien. eodem titulo dilecti. & per Hoſtien. in ſumma de emptio. & vendit. § qualiter. verſi. & nota quòd libellus. vel ſecundum partiũ conuentionem: vt quia mihi promiſiſti dare Stichum, vel Pamphilum mihi dari. j. de teſtamen. Raynutius. & c. Raynaldus. de plus petitio. c. vno. § te ergo. & eodem titulo. C. l. vna. Inſti. de actio. § plus autem. ff. de pact. l. ſi vnus. § pen. de verbo. obligationib. l. eum, qui certarum. § cum purè. Et eſt ratio: quia huiuſmodi alternatio etiam tales libellos obſcuros non reddit: vt patet in dictis exemplis. ¶ Tertiò fallit cum talis incertitudo, vel obſcuritas prouenit ex pacto doloſo, vel culpabili aduerſarij. ff. quorum legato. l. j. § quia autem. ¶ Quartò fallit, cum error actoris probabilis eſt ſiue in proprio ſiue in alieno facto conſiſtat, ſecundum Innocẽ. Hoſtien. & Nouellam eo modo, quo ſcripſi. ſ. poſt princip. huius ſecundæ oppoſitionis. verſi. finaliter ſubdit Innocen. regulam. ¶ Quintò fallit, licet Henricus non dicat in rei vẽdicatione & publiciana ſeu in dominijs directo & vtili: vel vt propriùs loquar in dominio & quaſi dominio, ex quibus formantur: vt ſi peto rem dominij, vel quaſi: vt. c. Abbate. allegato in princip. & ibi not. per Ioan. And. Et hoc induxit vſus iudiciorum cauſa litium abbreuiandarum. ¶ Fallit ſecundum Henricum. iiij. fallentia antedicta. iij. caſu. c. vt quis duas. j. de electio. lib. vj. vbi notatur ratio huius. Et per præmiſſa intellige & concorda iura & gloſſas ſuperiùs allegata. ¶ † Tertiò opponitur ibi: omiſſa. quia videtur, quòd etiam ſi omiſſa ſit ſolennitas non propter hoc debet fieri reſtitutio, ſaltem ſi contractus iuratus fuerit per minores: vt authenti. ſacramenta puberum. ſituata ſuper. l. prima. C. ſi aduerſus venditio. & j. de pact. quanuis pactum. libro. vj. cum his, quæ ibi latè ſcripſi. ¶ Ecce pro ſolutione videas, quæ ſcripſi. ſ. eodem. c. in expoſitione literæ, ſuper verbo cõſentire. ¶ Circa hoc tamen qualiter minor iurans non venire contra contractum, ſibi præiudicat. Dicit Henricus primò, quòd ſi impubes eſt, ſibi non præiudicat: vt. ff. de iureiurando. l. qui iuraſſe. in princi. & de in litem iurando. l. videamus. in princip. vbi hoc innuit glo. Et hoc tenet gloſ. in dicta authen. & corp. vnde ſumitur. & probat ibi textus in verbo. puberum. iunc. j. de præſumptio. nonne. cum ibi allegatis. Et maximè, quando non eſt doli capax. quia talis ætas ignorat, quid agit. C. de falſa mone. l. j. Fallit, quando pupillus manumiſſus promittit patrono operas: quia tunc obligatur, vt. ff. de libe. cauſa. l. fina. in fi. Et eſt ratio, quia cum ſeruitus æquiparetur morti. ff. de regul. iuris. l. antepenultima. non poteſt dici deceptus: ſed eſt vſus iure communi. C. de in integrum reſtitutione. l. fina. Et quia ſi cognatus tenetur de honeſtate cognatum redimere à vinculo ſeruitutis. ff. ſoluto matrimonio. l. quanuis. & de libera. cauſa. l. j. & ij. multò magis ſeipſum propter ordinem charitatis, qui à ſe inciperet. C. de ſeruitu. l. præſes. xxiij. quęſtione quinta ſi non li-

cet. ¶ Secundò dicit, quòd ſi pubes eſt, & iurat generaliter
ſe non venturum contra contractum aliquem in præſentia
iudicis, ſibi præiudicat, & non reſtituetur: quia ſacramen-
ta in manu iudicis interpoſita proſunt ſubiectis: vt in auth.
de hæredi. ab inteſta. § penul. colla. ix. cum glo. ſua. vbi dici-
tur, quòd iudicit mulierem ſuſcipientem tutelam filiorum
ſuorum generaliter iurare. Arg. ad hoc. ff. de magiſtra. con-
ueni. l. j. § exigere. & rem pupilli ſal. fore. l. non quia. Et ſic te-
net Iaco. de Raue. in dicta authen. ſacraméta. Sed petrus ibi,
& hic Henricus intelligunt hoc eſſe verum, quando iudex
hoc eo propoſito agit: vt quæratur per eũ ſubiectis obliga-
tio: vt in iuribus. ſ. proxi. allegatis ſecus ſi iudex non habet
illud propoſitum, vt quæratur per eum obligatio ſubiectis.
Et ſic loquitur. ff. de interrogato. actio. l. quia. Et pro hoc fa-
cit. j. de vſur. quanquàm. libr. vj. ¶ Sed ſi extra iudicium ſic
generaliter iurauit pubes, & poſteà cum aliquo contrahen
do vim illius iuramenti repetit, perinde denegatur ſibi re-
ſtitutio, ac ſi iuraſſet contractum ſpecialiter: quia quæ in
præcedentibus, &c. ff. de verborum obligatio. l. Titia. § idem
reſpondit. & j. de appella. inquiſitioni. & c. ſecundò requi-
tis. ¶ Sed vbi nõ repetijſſet iuramentum, nec iuraſſet aliàs
ſpecialiter ipſum contractum: tunc poſſet reſtitutionem pe
tere. Et ſic intelligitur glo. dictæ authen. Et eſt ratio: quia ſi
minor iuret non venire contra contractum, & ex iſto iura-
mento nullum ius ſibi quæritur: qui poſteà cum eo contra-
hit: quia res inter alios acta, &c. C. ad Velleiañ. l. iubemus. ff.
ad leg. Iul. de adulte. l. denunciaſſe. § Item quæritur. & C. res
inter ali. ac. per tutum. quia quando poſteà totum cõtrahit,
licet priùs iurauerit, non tamen tibi iurauit: nec ſe tibi ad-
ſtrinxit. Et licet dicta authen. ſacramenta. videatur dicere
contrarium, quando dicit, ſacramenta puberum ſuper con-
tractibus rerum ſuarum non reuocandis ſeruantur. opor-
tet ſingula iuramenta ad ſingulos contractus referre: vt ſu-
per contractu certo iuretur. & hoc dicit l. j. C. ſi aduer. ven-
di. Et ideò ſic iurans poterit venire contra cõtractum poſt-
eà ſpecialiter tecum initum, quem ſpecialiter non iurauit.
argu. ff. ſi ſerui. vendi. l. loci corpus. § competit. Caueat tamẽ
ſibi, quia periurus eſt: & ſufficit pœna periurij: vt. C. de reb.
credi. l. ij. Dicit tertiò Henricus, quòd vbi pubes iurat con-
tractum ſpecialiter, tunc non poteſt petere reſtitutionem.
Et ita intelligit dictam authen. & Hoſtien. hic. Quod intel
lige ſic: nec metu, nec dolo præſtitum ſit. vt. j. de pactis. c.
quanuis. libro. vj. Et iunge quod ibi ſcripſi, & remiſſiones,
quas ibi dedi in. iiij. quæſtione principali & dummodò ſit
talis contractus, qui iurari poſſit. id eſt, quòd non ſit contra
bonos mores: vt. j. de regu. iuris. non eſt obligatorium. & c.
in malis. ¶ Quartò opponitur ad idem, quia etiam ſeruata
ſolennitate non valet alienatio puberis de re immobili, ſi
curator non interuenerit. C. de in integrum reſtituti. mino.
l. ſi curatorem. ¶ Solutio, interuentus & authoritas curato-
7 ris eſt de ſolennitate: vt in contrario. ¶ † Huius occaſione,
cum quæritur, qualiter contractus initus per minorem va-
leat, & teneat: diſtinguit Henricus: quia ſi loquimur in pu-
pillo, in ſui commodum, & ad alium ſibi obligãdũ valet: &
aliter non. Inſti. de authorita. tuto. in princip. & § neque ta-
men. & de inutili. ſtipulatio. § pupillus. C. de authori. præſtã.
l. j. & de contrahenda ſtipulatio. l. ij. ¶ Sed ſi adultus eſt, &
exercet actum collatum in tempus finitæ adminiſtrationis
curatoris ſui: vt teſtamentum valet: vt. ff. de libera. lega. l.
Aurelio. § Cayus. Sed ſi curatorem habens cum extraneo
contrahat, non valet, niſi vt de pupillo prædixi: vt. l. ſi cura-
torẽ. in actu voluntario, ſibi non obeſt. ff. de authorita. tuto
rum. l. pupillus. de contrari. tute. iudi. l. prima in princip. ver
ſicu. quanquàm. In neceſſario verò, vt eſt hæreditatis reſti-
tutio, vel pati geri curam ſuam, bene valet. ff. ad Trebellia. l.
j. § fuit quæſitum. & de contrario tute. iudi. l. j. Sed ſi non ha-
bet curatorem, valet, ſed reſtituitur: vt co. l. ſi curatorem. ij.
reſponſo. Et idem ſi contrahit pupillus, vel pubes cum tuto
ris, vel curatoris authoritate. ff. de autho. tuto. l. pupillus. § j.
& Inſtitu. de autho. tu. § j. Vel cum authoritate iudicis. ff. de
minoribus. l. ait prætor. § permittitur. C. qui admi. ad bono.
poſſeſ. l. bonorum: Sic intellige gloſ. in. l. ſi curatorem. in glo.
quantùm. in fi. ¶ Præmiſſa intellige, dum contrahit aliter,
quàm alienando rem immobilem. Si verò rem ſuam immo
bilem alienet, tunc requiritur duarum authoritas ſcilicet,
tutoris, vel curatoris, & etiam iudicis, ſic quòd authoritas
alterius eorum ſolius non ſufficeret. Sic intellige gloſ. l. ij. C.
de fideiuſ. tuto. & l. vltimę. C. ſi propter publi. penſita. vbi te
net contrarium eius, quod tenuit in. l. ſi curatorem. Quas
gloſ. ſic diſſoluit Cy. poſt Petrum & Iaco. de Are. vnde quã
tumcunque careat curatore, nullus eſt contractus ipſo iure,
niſi fiat ob æs alienum cauſa cognita, & cum interpoſitione
decreti. C. de prædi. mino. ob æs. Vel aliàs cauſas, de quibus
not. C. quando decre. opus non eſt. per totum. Et de hac ſo-
lennitate no. de reb. eccle. non alienan. dudum. libro. vj. ſecũ
dum Hoſtien. hic. Et hoc intellige, iuramento ceſſante, pro-
pterea, quæ ſcripſi in oppoſitione. ſ. proximè præcedenti.
8 ¶ † Quintò opponitur, ibi: *dum tamen, quod offerunt, duxerint faciendum*: quia imò videtur, quòd deberet ſufficere ſola ob-
latio: vt. ff. de arbi. l. Celſus. in fi. de lega. j. ſi fundum § vlti. de
actio. & obliga. traiectitiæ. C. de ſuſcep. & archa. l. j. libr. x. ff.
quando di. lega. ced. ſi poſt diem. Item ſi qua. ¶ Solutio: hic
loquitur de oblatione verbali tantùm: ibi verò de reali.
¶ Cuius gratia, cum quæritur cuius, & de quo oblatio ope
retur: ponit hic Henricus vnam longam diſtinctionem,
quam per concluſiones recipias. ¶ Concluſio prima ergo
ſit iſta: oblatio remiſſa de cõſenſu partiũ nullum operatur
effectum: vt quia debitori offerenti, dixit creditor, ſerua pe
cuniam vſque cras. & debitor reſpondit, placet: & ſic ſecun-
dum vnum intellectum loquitur. l. creditor. ff. de ſolutio. cũ
ibi not. per ſcribentes. Ratio eſt voluntas, ſeu conſenſus par
tium remiſſiuus, ſeu ſuſpenſiuus. ff. de oper. no. nunciatio. l.
non ſolùm. § ſciendum. j. de oper. no. nuncia. cum ex iniun-
cto. argu. ff. de his, qui notan. infa. l. furti. accipe, ad Turpilli.
l. j. in fine infra de appella. præterea. Et quia oblatio, quæ nõ
durat, non videtur facta. ff. de in rem verſo. ſi pro patre. §
verſum. cum. l. allegatis; quod cuiuſque vniuerſi. l. item eorũ.
§ quòd ſi actor. de diuerſis & temporali. præſcrip. inter qua
tuor. de diuor. l. diuortium. de ſerui. fugiti. l. quis ſit. de cap.
& poſtlimi. reuer. l. nihil. de in integrum reſtitutio. l. diuus.
de ritu. nuptia. l. palam. de rei vendicatione. l. is, qui. de con-
dictiõe indebiti. & elegãter. § primo. de petitio. hæredita. l.
ſi poſſeſſor. § in bonæ fidei. de legat. iij. l. ſi concubinam. § ſi
hæres. de acquiren. poſſeſſione. non videtur. C. de curato. fu-
rioſi. l. cum alijs. de pœn. diſtin. prima diuortium. ¶ Secun-
da concluſio, quòd oblatio partis debiti tantùm, etiam non
remiſſa, non operatur effectum. C. de ſolutio. l. obſignatio-
ne. Fallit, ſi partes cõuenerunt pro parte ſolui poſſe, vel vbi
offerens nõ confitetur niſi partem, quam offert: vt. ff. ſi cer-
tum petatur. l. quidam exiſtimauerunt. Item fallit fauore li-
bertatis. ff. de ſtatuliberis. l. cum hæres. § vltimo. ¶ Tertia
concluſio, quòd quoad debiti deliberationem oblatio to-
tius non remiſſa, ſi debito modò fuerit depoſita, ac conſi-
gnata: nec poſteà per offerentem reſumpta, operatur effe-
ctum: vt. l. obſignatione. C. de ſolutio. allegata. & C. de vſur. l.
acceptam. vbi hoc tenent Iacob. de Aretio. & Cyn. & gloſſ.
in. l. obſignatione. pro hoc. ff. manda. qui mutuam. § primo.
Dixi non remiſſa, propter primam concluſionem. Dixi de-
poſitione & conſignatione. Nam his ceſſantibus, non ope-
raretur effectum liberationis. vt iuribus allegatis. Sed bene
operaretur, quòd ſpecies debita, non autem genus, vel quã
titas interim interiret cum periculo creditoris: vt. ff. de ſolu
tioni. l. qui decem. in princip. & l. qui hominem. & l. ſi debi-
tor offert. & de doli exceptio. l. ſi opera. & depoſiti. l. j. § ſi pe
cunia. Et eſt ratio diuerſitatis, quia quod debetur in ſpecie,
perire poteſt. Ideò eius interitu contingente liberatur debi
tor non moroſus. ff. de verborum obligationib. l. ſi ex legati
cauſa. Fallit quod dixi in peremptione ſpeciei, ſi perit culpa
debito-

debitoris:vt.ff.ſi certum petatur.l. quod te. Secundò Fallit, ſi extat res obligata:vt.ff. de arbi.l. ſi poſteà. Niſi in duobus caſibus nota.per Accur. in dicta.l. acceptam. Tertiò fallit, dum creditor recuſat debitum oblatum recipere iuſta de cauſa.vt quia nõ congruo loco,vel tempore fiebat ſibi oblatio:vel quia dicebat ſe pecuniam non cognoſcere,& volebat ire ad campſorem:vt.ff.de ſolutioni.ſi ſoluturus.&.l.creditor.& de lega.ij.ſi ita relictum.§ pegaſus. cum ibi nota. & qd legiſ,& no.in.l.obſignatione.C.de ſol. ¶ Item dixi in cõcluſione non reſumpta, &c. quia ſi debitor offerens conſignans,& deponens,poſteà reſumeret rem, non duraret depoſitio,&c.argumen.iurium ſupra allegatorum:vt.ff.de vſuris.l.debitor.&.l.acceptam.allegata. ¶ Quarta cõcluſio, oblatio inchoandũ vſurarum curſum impedit:ſed inchoatum non tollit,niſi depoſitione,& conſignatione ſecutis:& tunc bene patet prima pars concluſionis.C.de vſuris.l.ſi per te.& l.ſi ex prædio.ſecundum vnum intellectum. Patet ſecunda pars.C.de vſuris.l.ſi creditrici.&.l. acceptam. in princip. Et fallit,ſi debitor pecuniam depoſitam,& conſignatam reaſſumit:vt.l.ſi debitor.allegata. ¶ Quinta concluſio, ſola oblatio debiti pœnæ committendæ euitationem inducit. Et hanc probant iura pro contrarijs allegata. ¶ Sexta concluſio,ſola oblatio debiti iudicialis actionem inducit: ſed extraiudicialis non:niſi depoſitio,& conſignatio ſequãtur in re,quæ deponi & ſignari poteſt. Sed in alia re illam inducere,ac indiſtinctè contra hypothecariam parit exceptionẽ. Patet prima pars concluſionis.ff. de pigno. actio.l. ſi rem.§. fina.&.l.ſeq.Patet ſecunda pars in dicta.l.acceptam.&.C.de pigno.actio.l.nec creditores.in fi.& de diſtract.pigno.l.ſi reſiduum.& de compenſationi.l.inuicem.Patet tertia pars in re immobili:vt.l.acceptam.allegata iuncta.l.ij.C.quando & quib.iiij.pars.libro.x. Patet quarta pars.ff. quib. mod. pig. vel hypothe.ſolui.l.item liberatur.§ qui paratus eſt.l.Paul⁹. in fi. ¶ Septima concluſio ſola oblatio ſufficit ad morę purgationem,& per conſequens ad periculum interitus euitandum:vt.ff.de verborum obligatio.l.ſi ſeruum.§ vlti. ¶ Octaua concluſio:ſola oblatio interrumpit præſcriptionem offerentis,ſed non præſcriptionem illius,cui fit:niſi ſit iudicialis,vel talis res,quæ deponi,& conſignari non poſſit:aut depoſitio & conſignatio ſubſequãtur. ¶ Patet primum.C. de præſcriptio.xxx.annorum.l.cum notiſsimi.§ ſed & ſi quis. ¶ Patet ſecundum,quia ſic dictum eſt ſupra de pigno.inducere,& quia ſola oblatio nõ impedit curſum vſurarum iam inchoatum, licet ſummè odioſum: vt.l.acceptam.Curſus enim præſcriptionis ex parte præſcribentis eſt fauorabilis: ne dominia ſint in incerto.Inſti.de vſucap. in princ. Sic intelligitur quod no.hîc Hoſtien.Patet tertium, quia citatio interrumpit pręſcriptionem.C.de præſcriptio. triginta annorum.l.ſicut.Patet quartum,dummodò fiat cum effectu: hoc eſt,quòd res oblata præſtetur,quantùm eſt ex parte offerentis,ſi præſtari poſsit iuxta ea,quæ not.C.de anna.exceptio.vt perfectiùs.ſ̃.de offi.ordina.c.paſtoralis.in fi.&.ĩ. de eo,qui in poſ.mittitur.c.ij.& per totum. Et ſic intelligitur, quod hic in fi.decre.dicitur.Patet vltimum in.l. acceptam.&.l.obſignatione.allegatis.Prędicta tamen nec Hẽrico,nec mihi attribuas:quia collecta ſunt ex dictis Cyn.in leg. allegatis poſt alios. Nec ideò hoc contemnas: quia firmius eſt iudicium,quod plurimorum ſententijs confirmatur.de officio delega.c. prudentiam.§ illa quippe. cum ibi allegatis.

9 ¶ † Sextò opponitur ibi:*reſtituere ſtudeatis*.quia imò non videbatur neceſſaria hæc reſtitutio iuris conſuetudinarij minoribus:quia hæc eſt præſcriptio temporalis, videlicet anni & diei:& per conſequens minori non currit: imò, quia ipſo iure in his,præſcriptionibus temporalibus de iure ſeruatur illæſus.C.in quib.cauſis non eſt neceſſaria in integrũ reſtitutio.l.vlti. ¶ Solutio,dicit Goffre. quòd loci conſuetudo id habebat,ſcilicet,quòd hoc tempus curreret etiam minoribus:& ideò fuit neceſſaria reſtitutio. ¶ Innocen.verò dicit, quòd contrarium loquitur de tempora. præſcriptio. in corpore iuris contentis,ſeu à iure inductis,in quibus ius tanquàm introductis à ſe voluit prouidere de iure communi ſine beneficio reſtitutionis.illas enim leg. potuit præuidere:ſecus autem dicit in his præſcriptionibus temporalibus,quæ non à iure,ſed à conſuetudine introducuntur: vt hîc:quia leg.illas non potuit præuidere.Facit.c.j.de conſtit. libro.vj.Et idem tenet Specu.eod.titu.§ ij.verſic. vt autem. vbi etiam tractat de biennio in exceptione non numeratæ pecuniæ.Et quod dicit Innocen. de præſcriptionibus conſuetudinarijs,idem dicas de conuentionalibus per.l.Æmilius.ff.de minori.vbi etiam hoc not.Et idem etiam intelligas ſecundum Hoſtien. in præſcriptionibus iudicialibus, quę etiam currunt minoribus:ſed reſtituuntur:vt.ff.de minori.l.ait prætor.§ fina.&.C.de iudi.properandum.§ fina. & C.ſi ſæpiùs in integrum reſtitutio poſtuletur.l.j.&.ĩ.eod.c. fina.vbi latiùs de hoc dicam. Vnde ſcias,quòd ſemel anteq̃ ſtuderem canones domini Vrbani quinti annorum.iij. in quadam mea reſponſione in publica diſputatione circa materiam huius oppoſitionis concluſiones quandoque principaliter poſuiſſe. ¶ Prima concluſio:patria poteſtas non impedit curſum huius conſuetudinariæ præſcriptionis. Nam valenti agere currit præſcriptio .C. de inofficio. teſtamen. contra maiores.de annali exceptio.l.fina.in fi. de bonis maternis.l.j. in fi. à contrario. Sed iſti minores etiam in patris adhuc viuentis poteſtate exiſtentes, rem immobilem per patrem venditam ſecundum conſuetudinem poſſunt retrahere,quia proximiores.Inſtitu.de hære.quæ ab inteſta. circa princip.& authen.eo.titu.§ j.& Inſti. de gradi.§ j. Nec eis obſtat aliquod impedimentum ex parte rei:cum nõ ſit prohibita alienari,vel acquiri argu.ff.ex quib.cauſis.l.nec non.§ ſed quod eis inquit.Nec ex parte eorum:cum ſint tales,quibus acquiri poteſt regulariter quoad proprietatẽ.C.cõmu. de ſucceſ.l.fina.& de bonis maternis.l.j.& de bonis quæ liberis.l.j.&.l.quæcunque.&.l.cum oportet.&.l.fina. Et in multis caſibus etiam quoad vſumfructum.C.de bonis quæ liberis.authen.excipitur.& authen.idem hæreditas. & authen. idem ergo. ¶ Plus dicebam hãc rem retractam acquiri iſtis filijs in poteſtate patris viuentis adhuc conſtitutis per retractum huiuſmodi etiam quoad proprietatem & vſumfructum:& nihil patri.Probabam,quia quandocũque perſona habilis ad acquirendum ſibi,& alijs aliquid acquirit quod alijs quęri non poteſt,totum ſibi quærit.ff.de acquirẽdo rerũ domi.l.ſeruus meus.&.l.homo liber.§ quicquid.eo. titu.Sed iſti habiles ſunt ad acquirendum ſibi, vt probatũ eſt:nec poſſunt patri acquirere.Probabam, quia quando qs per ſe ſibi non poteſt acquirere propter factum ſuum, nec etiam per eum quis ſuo iuri ſubiectus eſt: vt patet ex diſſolutione iurium.ff.de hæredi.inſtitu.l.non minus.C. de hæredi.inſti.l.neque per ſe.ff.de leg.j.l.ſi mihi.§ regula. Ad.l.debitor.§ fina.de leg.ij.& ad.l.ſi maximè de ſerui.le.ſicut ſeru⁹ communis in re acquiſibili de præſenti contrahens, quam non poſſet alter dominorum acquirere,illi non acquirit:vt l.proinde.&.l.item ſi ſeruus.in princip.Sed patri hîc nil poſſet acquiri:vt.ff.de adoptio.l.poſt mortem.de condi. inde.l. ſi non ſortem.§ filius. de ſerui.ruſti.l.per fundum. de leg.ij.l. cum pater.§ libertis.C.de rei vendi.l.ratas. de fidei.l.quoties. de reuocan.donatio.l.cum profitearis.de libe.cau.l. ſi ab eo. Simile.C.de bonis quæ libe.l.fina.§ ſin autem patre recuſante.& authen.idem eſt.allegata. ¶ Præterea,quia cum ex aliquo facto æqualiter peruenit ad patrem & filium, in parte filij pater non vendicat etiam vſumfructum.C.de bon.quæ libe.authen.item hæreditas allegata in authen.de hære.quæ ab inteſta.§ ſi verò cum aſcendentibus.Modò ſic eſt hîc: qa pretium eſt æquale rei,ſaltem ſibi, qui eam tantùm exiſtimauit.ff.de leg.ij.l.imperator.§ j.ad.l.fal.l.ſi fundus.in fine & l.ſed ſi non ſeruus.in princip.eod.titu. Vnde dari potuit & debuit iſtis minoribus curator litis & rei.C.de bonis,quę liberis.l.cum oportet.§ patre nolente. ¶ Et ſi maiores eſſent cogeretur pater eos emancipare: vt eadem.l.§ neceſsitate.

¶ Secunda concluſio,quòd ętas pupillarit impedit curſum
huius præſcriptionis temporalis. probabam primò , quia
hæc præſcriptio currit à tempore ſcientiæ , & non ante.ff.
de calum.l.annus.ff.de ædili.edic.l.cum ſex.& ibi ſex cócor-
dantiæ in glo.ij.Facit de bono.poſ.l.in bonorum.Sed pupil
li non reputantur aliquid poſſe ſcire.ff.de iuris,& fac.igno.
l.fina.& de iureiuran.l.qui iuraſſe. Quod intelligebam etiá
de maiori infante:vt.ff.de acqui.hæredi.in fine.l.motæ.&.l.
pupillus.& rem pupil.ſal.fo.l.ſi ſeruum.& ad leg.Corne. de
fica.l.impuberem.& C.de ſal.mone.l.j.in fi.¶ Et licet pater,
qui vendidit tanquàm coniuncta perſona poſſet pro iſtis
impuberibus filijs ſuis agere:vt.ff.de procurato.l.ſed & hæ.
vel tanquàm tutor.argu ff.de inoffici. teſtamen.l.filius non
impeditur.circa princ.& C.de admini.tuto.l.cum quidam.
in fi.argu.Inſtitu.de inoffic.teſtamen.§.ſi tutor.&.ff.de his,
quib.vt indi.l.tutorem.Facit.ff.de bono.poſſeſ.l. ſeruus.pe.
reſpon.& l.infanti tamen ſi non petat, non præiudicat eis:
vt.ff.de bon. poſ.furioſo,infanti.mut.ſurd.compe.l.ij. reſp.
¶ Tertia concluſio,quòd ætas pubertatis non impedit cur
ſum huius præſcriptionis temporalis:ſed facit dari in inte-
grum reſtitutionem.Probabam primam partem concluſio
nis,quia tempus ad acquirendum de nouo competens cur-
rit minori non impedito,quominus agat.Sed ſic eſt in pro
poſito:igitur.Probabam maiorem: quia annus datus pro
inuentario faciendo currit minori ad acquiſitionem nouæ
hæreditatis.in authen de hære. & ſal.§. pupillus. & vt cum
de appel.cogno.§.ſi quit de prædictis. verſi. ſi verò liberi. &
de ſaoctiſ.Epi.§.ſi quis rapuerit. Probabam minoré. primò
clarum eſt , quòd minores ſupponuntur , & quòd eis datur
hoc tempus ad acquirendum de nouo. Item & quòd non
ſunt impediti,quia poſſunt facere,quòd agant:vt.§. oeceſſi
tate.& §. ſinautem patrono recuſante.allegatis.igitur.argu.
ff.de regu.iur.l. qui poteſt.¶ Secundò probabam:quia tem-
pus datum ad reſcindendum factum alienum,quod fuit fa-
ctum ſecuodum iuris communis diſpoſitionem currit mi-
nori.C.ſi ſæpiùs in integrum reſtitutio poſtule.l.j.in authé.
de appel.& intra quæ temp.§.j Sed ſic eſt hîc.argu.C.mand.
l.in rem mandata.Probabam ſecundam partem concluſio-
nis:quia non ſolùm in damnis,ſed etiam in lucris datur mi-
nori reſtitutio.ff.de mi.oo.l.ait prætor.in prioci.&.§.hodie.
l.nō omnia.ff.ex quibus cauſis maiores.iuncta.l. ioterdum.
ff.de minori.Facit.C.de iudic.properandum.in fi.de hæred.
& ſal.§.pupillus.in authen.de appel.& intra quæ tempo §.j.
allegatis &.C.ſi aduer.vſucap.l. vna. Et probatur diſtinctio
duarum concluſionum proximè præcedentium. in feudis
de prohibi.aliena.feud.per Fre.& ſi de feu.defunc.mili. con
trouer.ſue.c.ſi minor.& de præſcrip.triginta anoorum.l. ſi-
cut.¶ Quarta concluſio,quòd poſt mortem patris hos mi-
nores nō impedit paterna ſucceſsio, quominus ſi ſiot infra
annum,in caſu huius decre.ſecundum ius conſuetudinariū
admitti debeant ad retractum. vel ſi ſint poſt tempus ad in
integrum reſtitutio.probabam,quia quando plura iora cō-
currunt in perſonam vnius perinde iudicatur de illis , ac ſi
in perſonis concurrerent diuerſorum.ff.de his:quib.vt indi
gnis.l.tutorem,qui potio.in pigno.habean.l.ſi prior.§.ſcien
dum.de actio.empti.non eſt oouum.de duob.re.l.ſi reus.de
fideiuſ.l.generaliter.de euict.qui à pupillo.&.l.ſed ſi per im-
prudentiam.§.j.& de iure delibe.l.finali §. in computatione.
verſicu.ſi verò.de his,qui in priorum credi.locum.l.ij.&.iij.
iuncta.l.ſi pecuniam.in fi.à contrario.de priuile.fiſ.&.l.ſecū
dus.de pig.¶ Secundò probabam:quia ius quæſitum alicui
ex perſona ſua cuntra alium non intelligitur propter hære
ditatem tertij admittere:cum obligatus non eſſet habitur⁹
recurſum contra eum:cuius fuit illa hæreditas:vt.ff.de acti.
& obligatio.l.ſi it,qui Stichum.argu.in.ff.de lega.j.l.ſi ſeruus
legatus.§.j.de acquiren.hæredi.l.Pantonius.& de re mili.l.ſi
nali.de ſolutio.l.ſi duo.Et bene dico : cum obligatus &c. qa
qui pulſat talem &c.me pulſare videtur , &c.C. de vſur. rei
iudi.l.fina.in fi.ff.de pact.l.& hæredi.§ fina.&.l.ſequen. & de
procurato.l.Titius.argu.C.de rei vendi.l.cum à matre. alle-
gata permittitur enim filio & hæredi retractare factum de-
functi patris,noo allegando turpitudinem patris , nec facti
ipſius nullitatem ex quadam ſpeciali æquitate.ff.de inoffic.
teſtamen.l.j.ij.&.iij.¶ Ex qua præfecto prætorio ſupplica-
tur,à quo appellatur.C.de præci.impera.offeré.authen.quæ
ſupplicatio.Facit.ff.de lega.præſtan.l.non putauit.§ nō quę-
uis.de prohi.alie.feud.per Fre §.præterea ſi quis. iunct. quo
tempo.miles inueſti.pe. debe.c.j.circa fin. & ſi de feu. con-
trouer.ſue.c.ſi mioor.inducebam.l.neceſſarijs.ff. de acquir.
10 hæredi.& iſtam decre.¶ † Quinta concluſio, quòd iſta cō-
ſuetudo retractus eſt fauorabilis,& quòd anous incipit cur
rere à tempore venditionis,ſi ſit pura. Et idem ſi ſit ſub cō-
ditione reſoluenda.Sed ſi ſit merè conditionalis incipit cur
rere à tempore conditionis exiſtentis.Et ſi ſint plures pro-
ximi gradus,currit omnibus vous annus. præfertur tamen
proximior,ſi velit:& ſi repudiet,cęteri proximiores admit
tuntur. ¶ Hæc concluſio ſex habet partes principales.
¶ Prima pars patet:videlicet,quòd hæc conſuetudo eſt ra-
tionabilis.Nam iur & natura fauent bona ad poſteros de-
ferri.ff.de inofficio.teſtamen.l.nam & ſi.& vnde libe.l. ſcri-
pto.in fi.& de bo.lib.l.nihil.§.j.aliàs eſt lex penultima in fi.&
de bo.dan.l.cum ratio.& de impo.lucrati.deſcrip.l.vna. cir-
ca princi.libro.x.Et ideò licet officiali emerè paterna præ-
dia,quæ à fiſco io ſuo territorio diſtrahuntur:licet aliâs nō
liceret.ff.de cootrahen.l.non licet.&.l.qui officij. in princi.
facit.ff.de minori.l.ſi in emptione.Facit etiam in ratione.ff.
de pact.l.imperator.& ideò non meritò approbatur à iure.
in feu.per quos ſi.inueſti.c. vno.§.j. Et in iſta decre. non eſt
iſta conſuetudo contra.l.dudum.C. de contrahen. emptio.
quia lex illa non condemnat leg. ſed cooſuetudinem contra
riam,quæ extraneos ab emptione remouebat,& hominib⁹
liberum arbitrium res ſuas vendendi tollebat, quod conſue
tudo hæc non facit,ſed dat reuocatoriam proximiori de ge
nere.Et ſimile in reuocatoria,quæ datur creditoribus & pa
tronis:vt.ff.de his,qui in frau.credito.l.prima.& l.hac in fa-
ctum.& not.inſti.de acti.§.itē ſi quis in fraudē.&.ff.de vſur.
l.videamus.§. in Faiana. Vnde iſta verba renocare & retra-
here ſimilia ſunt.¶ Secunda pars videlicet,quòd in pura vē
ditione annus incipit currere à tempore venditionis. pro-
batur.ff.de ædili.edi.l.ſciendum.§.ſi.&.l.cum ſex.de his,quæ
in frau.credi.l. prætor.§.annus.&.l.qui autem.§ fin.¶ Quod
intelligo in ſciente:quia aliâs tempore ſcientiæ ſolùm inci-
peret:vt dicta.l.cum ſex.& in feu.ſi de inueſtit. inter. domi.
& vaſſalum ori.§.ſi quis.verſicu.ſi autem aliquis.& qualiter.
feu.alie.pote.§.porro.& ſi de feu.controuer.ſue.c.Titius.ar-
gumen.C.de tabular.l.generali.libro.x.¶ Secundo dico hoc
verum,niſi conſuetudo aliud induceret.Facit.ff.de his , qui
not.inſa.l.graue.de calum.l.annus:de diuer.& tempora.præ
ſcri.l.j.¶ Tertio dico id,quod dixi ,à tempore venditionis
annum currere intelligi de venditione effectuali,ſcilicet,cū
traditione:quia quandiu venditor detinet & poſsidet , ſu-
peruacuum eſt credere ipſum vendidiſſe. vnde retrahent
cootra excipientem de præſcriptione replicaret de dolo.ff.
quib.mod.pig.vel hypothe. ſolui.l. ſicut.§. ſuperuacuum.&
l.voluntate.in princi.&.§ fina.& de acquiren. hæreditate.l.
ſi is,qui bonis.¶ Tertia pars videlicet,quòd ſi venditio pu-
rè contracta reſoluenda eſt ſub conditione , incipit currere
annus à tempore venditionis. Probatur .ff. pro emptio.l.ij.
§.ſi ſub conditione.&.§.Sabinus.Dico tamen,quòd ſi re re-
ſtituta proximiori venditor velit infra ſtatutam diem pre-
tium reddere,& rem recuperare,hoc poteſt: vt.ff. de ſeruis
exportan.l.Titius.¶ Quarta pars videlicet , ſi ſit merè con-
ditionalis,&c.currit à tempore exiſtentis conditionis , &
non venditionis.Probatur.ff.qoando actio de peculi.eſt an
nalis.l.j.§ aonus.C.de præſcript.triginta annorum.l.cum no
tiſsimi.§.illud.ff.de iure dotium.l.tali. & de tute. & rationi.
diſtrahen.l.ſi filius.de vſur.l.cum quidam.§ ſi pupillo.Facit,
quia creditot conditionalis non facit fructus ſuos : & tamē

talis reuocatio fit propter fructus.argu.ff.de in di.addic.l.ij. in fi.&.l.iij.&.l.vbi.in principio. ¶ Quinta pars videlicet, quòd ſi ſint plures proximi per gradus,currit omnibus vnus annus.Probatur per.l.ff.de adulte.l.is,cuius § penul. iunct.l. ſi maritus.§.in ſecundo reſpon.eodem titu.quia ſicut pœnæ reſtringendæ ſunt.ff.de pœnis.l.ſi præſes.&.l. interpretatione.ita & iſta conditio data retrahentibus: quia contra ius eſt:vt dicta.l.dudum.&.l.inuitus.eod.titu.&.C. de iure deliberan.l.nec emere.argumen.ff.de leg.l.quod verò.&.l.ſequẽti.&.l.ius ſingulare.& de libe.& poſthu.l.cum quidam.& de actioni.& obliga.l.in honorarijs § ſed cum reſciſſa. ¶ Sexta pars ibi incipiẽs,*preſertur autem*.vſque in fi.probatur.ff.de lega.ij.l.peto § fratre. de ſucceſ.edic.l.iij § quibus.Inſti. de bono.poſſeſ § penul.Sed ſi ſint plures ęquè proximi, ſimul admittuntur:vt § allegato.& Inſti.de capi.dimi § fina. &.ff.de ſepul.viola.l.iij § ſi ad plures. ideò autem prædictas quinq; concluſiones hic volui inſerere: quia valde bene videntur facere ad prædictam oppoſitionem ſextam.& etiam ad materiam decre.& dictæ conſuetudinis retractus,quæ nullibi in iure canonico ita propriè cadit,ſicut in iſta decre.Et etiã vt dem iuuenibus doct.bonam materiam repetendi,ac etiã pro memoria iuuentutis meæ recolenda:quia à tempore dictæ reſponſionis meæ fluxerunt,quaſi.xix. anni. ideò volui

11 ad dictam reſponſionem addere aliquid in effectu. ¶ † Occaſione ſecundæ oppoſitionis, primò quæro qualiter formatur libellus in iudicio reſcindenti,aut in reſciſſorio,vel etiã in vtroque.& ſic iſta tres continet quęſtiones. ¶ Circa primam primò videri oportet , vtrum in iudicio reſcindenti neceſſarius ſit libellus?videtur,quòd non: quia imploratur iudicis officium: & vbi imploratur iudicis officium , non eſt opus libello:vt.ff.de interroga.actio.in rubrica. Dici ſolet,& ſcripſit Ioan.fabri in dicto § rurſus.quòd vbi reſtitutio poſtulatur principaliter , opus eſt libello. Sed cum imploratur incidenter litis conteſt.in principali libello opus non eſt:vt.ſ.de officio iudi.c. ſecundo. vbi dixi de hoc. Et vide,quod ſcripſi.ſ.eod.coram.in.x.quęſtione. ¶ Hoc viſo in abſente læſo petente reſtitutionem quidam formant ſic libellum in iudicio reſcindenti: *Dico contra talem,quòd dum eram abſens cauſa reipublicæ vel apud hoſtes:aut alia iuſta cauſa impeditus,non valens procuratorem dimittere,ipſe vſucæpit rem meã: quare peto impedimentum vſucapionis remoueri.* Sed iſte libellus non videtur ſufficiens:quia verbum meum,ad præſens tempus refertur:vt.ff.de auro & argen.legat.l.ſi ita.Sed ipſe quæſiuit dominium per vſucapionem. &.l. traditionibus. ergo. Vnde Cyn.C.ex quibus cauſis maiores.l.ſi ab hoſtibus. quæſtione.xv.refert ſecundum Petrum libellum ſic debere formari.*Dico contra talem,quòd tempore abſentiæ meæ,vel alia ſimili cauſa,talis vſucæpit rem talem , qua mea erat tempore vſucapionis nondum completa:ideò cum iura dicant læſis per talem cauſam reſtitutionem in integrum cõcedendam,imploro officiũ,veſtrum,domine iudex,vt impedimentum vſucapionis reſcindatis.* ¶ Et ſi minor ſit,qui petit reſtitui,dicat ſecundum Petrum.*Dico contra talem,quòd vendidi,vel donaui,ſeu locaui ei talem rem , tempore quo minor eram:& contrahendo læſus fui : ideò cum iura dicant minores læſos eſſe reſtituendos,imploro officium veſtrum domine talis,vt dictum contractum reſcindatis:vt eo non obſtante,poſſim rem vendicare,ſicut potui prius.* vt.ff. de minori.l.in cauſæ § interdum. Dicit Ioan.Fabri.vbi.ſ. quòd ſuper formatione libelli huiuſmodi certa regula,ſeu doctrina dari non poteſt. variatur enim ſecundum varietatem factorum, & in narratione & in concluſione. ¶ In hoc dicit aduertendum , quòd ponas cauſam,quare petis reſtitui,fortè,quia eccleſia, vel minor, aut maior propter abſentiam , vel aliam iuſtam cauſam. & quòd poſteà ponat læſionem,& deinde concluſionem, quę diuerſificatur ſecundum varietatem factorum. Nam ſi petens reſtitui , rem poſſidebat , petet reſtitui ad ſtatum , in quo erat.& per hoc iudicium res ei reſtituetur,& ad hoc cõcludet.Si verò petit obſtaculum,velut vſucapionem remoueri,concludet ad hoc.vnde oportet,quòd ſecundum varietatem factorum,varietur concluſio. Aduertendum tamen eſt potiſſimè,an per iudicium reſcindens debeat actio reſtitui,vel res,de quo dixi ſatis plenè.ſ.eodem coram. in quarta quæſtione & ſecundum hoc concluſio formetur. & hoc facile eſt videre cuicunque factiſtæ. ¶ Vnde,quando reſtitutio rei fit per iudicium reſcindens,vt quia læſus rem poſſidebat tempore læſionis , vtrunque petens vno ſolo iudicio reſcindenti , dicet ſic ſecundum Petrum , ſi maior eſt. *Dico contra talem,quòd tempore abſentiæ meæ rem talem,quam ille poſſidebã,ipſe poſſidere incœpit,&, me abſente, vſucæpit eam,quæ mea erat tempore vſucapionis.vnde cum iura dicant læſos propter abſentiam reſtituendos,imploro veſtrum officium , vt rem mihi reſtitui faciatis,impedimento vſucapionis ſublato.* ¶ Et ſi minor eſt, dicat ſic:*Dico contra talem,quòd rem,quæ mea erat tempore venditionis,& quam poſſidebam , vendidi tali.& in hoc fui læſus: vnde cũ iura dicant &c.imploro veſtrum officium,vt reſciſſa alienatione rẽ mihi reſtitui faciatis*.ff.de minori.l.in cauſæ § interdum vel ſecundum Ioan.Fabri. *Dico ego talis contra talem , quòd tempore minoris ætatis meæ à poſſeſſione talis rei mobilis cecidi: & ipſe eam meam tempore vſucapionis vſucæpit, & retinet vſucaptam. vnde cum minoribus læſis debeat per in integrum reſtitutionẽ ſubueniri: & ſum læſus,& infra tempus petendæ reſtitutionis , peto per officiũ in integrum reſtitui,meque in poſſeſſionem priſtinã reponi.* Vel ſic. *Tempore minoris ætatis vendidi tali rem,quæ mea erat, & tradidi, & læſus fui:ideò peto per in integrum reſtitutio.venditionem reſcindi,& rem reſtitui.* Et ſi maior eſt,dicat ſecundum eum: *Cum, me cauſa reipublicæ abſente, vſucæpit:ideò cum iura dicant abſentes,&c.peto per in integrum reſtitu.officio veſtro vſucapionem reſcindi,& rem mihi reſtitui:cum in priſtinum ſtatum reducere me debeat reſtitutio.* Si verò per reſcindens,ſola actio ſit reſtituenda:vt quia læſus non poſſidebat,dicat ſecundum eum:*Talis rem meam tempore vſucapionis,licet à me non poſſeſſam tempore abſentiæ meæ vſucæpit: vnde cum læſis propter talem abſentiam ſit per in integrum reſtitu.ſubueniendum,peto per officium veſtrum in integrum reſtitui,ac integram vſucapionem reſcindi , actionemque mihi competentem tempore,quo me abſentaui , reſtitui. &c.* Et ſic poteris ſecundum eum ſemper formare libellos variando concluſiones ſecundum varietatem factorum. ¶ Ideò autẽ recitaui tam formaliter quoad hoc dicta ſua : quia ipſe fuit tempore ſuo maior aduocatus & factiſta Pictauij & Ande-

12 gauiæ. ¶ † Circa ſecundam quęſtionem qualiter formatur libellus in reſciſſorio.dicit Petrus vbi.ſ. quòd maior debet dicere ſic:*Tali tempore,quo abſens eram,rem talem vſucæpit completè:& per officium iudicis imploratum obſtaculum vſucapionis amotum eſt:quare cum rem ipſam poſſideat , peto rem illam , meam declarari,ac ſi illam non vſucæpiſſet.Et hoc declarato,peto, quòd eã faciatis mihi reſtitui: & ad hoc propono vtilem rei vendicationem.* Bene enim præmittitur petitio declarationis.ff.de rei vendicatio.l.ex diuerſo § j.Et bene dicitur de vtili: quia primò erat directa:vt dicta.l.ſi ab hoſtibus.& hoc etiam in immobili re,ſecundũ eũ:licet alij in immobili dent directã. dicẽtes per vſucapionem immobilis dominium non acquiri. Et ſi minor eſt dicat: *Dico contra talem , quòd rem, talem &c. ſibi vendidi tempore,quo eram minor: & fui læſus & reſtitutus propter ætatem meam:quare cum ipſe poſſideat.*&c.concludendo, vt ſupra.Et ita debent formari petitiones de iure : ſed de conſuetudine aliter fit,ſecundum eum.Dicit Ioan.Fabri:quandoque reſtituitur actio realis,& quandoque perſonalis.vnde,quando realis reſtituitur,conclude , vt in reali ad declarandum:& ſi perſonalis ad dandum,rectè ſicut in prima faciendo mentionem de reſtitutione præhabita.vnde in reali dicat:cum talis rem meam teneret,dum rei publicæ cauſa abſens fui , vel in vinculis poſitus , eamque poteram vendicare:meque abſente eam vſucæpit,propter quod in integ. reſtitutus fui,& reſciſſa vſucapiõe,peto declarari dictam rẽ ad me pertinere iure dominij,& mihi reſtitui , vel ſi prima erat publiciana,aut confeſſoria,vel hypothecaria , concludat & nominet actionem ſecundum naturam ipſius : & in quacunque actione perſonali,ſicut in prima.& de alijs for-

mis remittit ad Specu.parte.quarta eodem titulo. vbi tamẽ non ita plenè ¶ Subdit tamen, quòd licet tutum ſit agentem reſciſſoria actione prima, ſemper facere mentionem de reſtitutione, tamen etiam ſi de ea mentio facta non eſt, & de vſucapione excipiatur, agens de conceſſa reſtitutione poterit replicare: vt.ff.de iureiuran. nam poſteà.§.ſi minor & de mino.l.tertia.§ ſed verum. Et hoc verum, ſi directa cõpetit. Nam ſi competeret vtilis, deberet tantùm exprimi, quòd appareret agi vtili, non directa, per dictum.§.rurſus. Et pro hoc inducit no.ſua Inſti.de actio.§.j.& dictum.§.rur-
13 ſus. ¶ † Circa tertiam quæſtionem dicit Ioan. Fabri in dicto.§.rurſus.poſſe in vtroque formari libellus ſic, videlicet præmittendo narrationem & concluſionem iudicij reſcindentis, & poſteà addendo ad concluſionem hæc verba: *Qua reſtitutione præhabita, peto vtili rei vendicatione reſciſſoria dictam rem, ad me pertinere iure dominij declarari &c. ſicut in rei vẽdicatione.* Et de hoc in Specu.de in integrum reſtitu. verſicu. ſed nunquid in eodem libello.& ibi vide poſitiones actoris & rei. ¶ Sed nõ.cures de hoc propter hoc, quod veritas eſt, quòd licet eodem reſcindenti iudicio certo caſu, poſsint duo ſimul peti, videlicet obſtaculi reſciſio, & rei reſtitutio: tamen non poſſunt iudicia duo, videlicet reſcindens & reſciſſorium ſimul in eodem libello intentari: vt plenè dedu-
14 xi.ſ̃.eodem coram.in quarta quęſtione. ¶ † Infertur ex prę miſsis, cui, & contra quem competit iudicium reſciſſorium competit enim læſo valenti reſtitutionem petere, vel ex cõmuni iure, vt eccleſia minor, & res publica Romanorum, vel ex ſpeciali iure propter cauſas ſpeciales iuſtè mouentes animum iudicis, cuius officium ad hoc imploratur enumeratas.ff. ex quibus cauſis maiores. per totum. & aliàs etiam quaſcunque, propter quas viuo prætori iuſtum videbitur reſtituere: dum tamen non reperiatur contrarium expreſſum in iure, ſecundum Ioan. Fabri in dicto.§.rurſus. vnde dicit, quòd vbicunque propter iuſtam ignorantiam quis lęditur, debet reſtitui. Et ideò ſi quis extraneus per ignorantiã conſuetudinis, vel ſtatuti pœnam, vel damnum incurrit, ſuccurri debet ei. Vel ſi fortè aliquis aliquos teſtes produxit, qui omnes repelluntur, fortè propter excommunicationẽ, vel alios obiectus, reſtituitur remittens ad ea, quæ ſcripſi poſt Innocen.ſ̃.eod.auditis.& .j̃.de teſti. cum veniſſent. Et idem credit, ſi fuit pro anima ſua ſaluanda. & in peregrinatione læſus fuit. vel ſi propter mercaturas abſuit remittens ad Specu.parte quarta.eod.titu.verſicu.quid de mercatore. & ad no.in.l.ſi.ff.eo. Subdit etiam, quòd nedum reſtituitur læſus.imò ſucceſſor & alij, quorum intereſt vide.ff. de minori.l.quòd ſi minor.&.l.patri.&.ff.ex quibus cauſis maior. l.cum miles.& C.de fideiuſ.mino.l.j. & .ij. ¶ Datur autem hoc iudicium reſcindens aduerſus eum, qui læſionem attulit, & aduerſus eum, qui ex læſione lucrum accepit, & aduerſus tertium, ad quem res deuenit. Super quo vide.ff. de minori.l.in cauſæ.§ fina.cum.l.ſequẽ.&.ff.ex quibus cauſis maiores.l.non ſolùm.

15 ¶ † SECVNDO quæritur, ibi: *ſi præmiſſa inueneritis veritati ſubnixa.* nunquid petens reſtitui de neceſsitate habet probare læſionem.& videtur caſus hìc, quòd ſic.&.ff.de minori.l.nam poſteà.§.quòd ſi minor. &.l.quod ſi minor.§. non autem.ff.de mino. ¶ In contrarium videtur expreſſum.ſ̃.eodem auditis. &.c. ſuſcitata. Præterea, quia ſi dicas me habere probare in reſcindenti rem meam eſſe: tantùm onerabor, ſicut in reſciſſoria: quod non videtur conſonum rationi. Cum igitur quæritur, quales probationes in reſcindenti iudicio quærantur: diſtinguit Ioan. Fabri in dicto.§. rurſus. quia aut petitur reſtitutio de iudicialibus, aut de extraiudicialibus. ¶ Primo caſu, aut petitur reſtitutio contra proceſſum, & ante ſententiam: aut contra ſententiam. Si cõtra proceſſum tantùm: vt quia fortè termino peremptorio aſsignato, vel ante renunciationem & concluſionem, non allegabit exceptionem: & tunc nil probabit de læſione: quia læſio apparet eo ipſo, quòd non oppoſuit infra tempus. Et ita intelligitur capitulũ auditis.ſupra eodem. &.ff. de minori.l.minor.xxv.annis omiſſam. Bene tamen verum eſt, quòd ſi peteret reſtitui ad proponendam declinatoriã fori, vel aliam, ex qua ius ſuum modicum prima facie læderetur, poſſet reſtitutio denegari: vt ſcripſi.ſ̃.eodem capi.coram.in quinta quæſtione. Et ideò credit Ioan. Fabri, quòd qui petit reſtitui, debet ſpecificare allegationem quam dixit omiſſam. ¶ Sed vbi petit reſtitui contra ſententiam, tũc oportet plenè de lęſione docere.& hoc docto, retractabitur ſententia & proceſſus, & reſtitutus reponetur in ſtatu, quo erat ante ſententiam.& ideò ſi rem tradiderat virtute ſentẽtiæ, reſtituetur ei: & totus proceſſus reuocabitur.& ſic intelligitur.c.veniens.ſ̃.eodem vbi Papa inſpexit priuilegia ante, quàm reſtitueret. ¶ Verùm ſi dicat ſe læſum propter aliquam exceptionem non probatam, & petat ſe reſtitui ad eam probandam: tunc non probabit ante reſtitutionem, ſed fiet, vt dicitur.ſ̃.eodem ſuſcitata.videlicet, executio ſententiæ, & reſtitutio ad probandum.& ſic tenet Specu. eodẽ titulo.§.quis autem.verſicu.illud quoque. ¶ Et eſt bona ratio: quia hoc ipſo apparet læſio, quòd exceptionem propoſuit, & nullas probationes produxit. vbi autem quis dicit ſe læſum in extraiudicialibus, & petit reſtitui, ſicut contra cõtractum: tunc ſi per hoc iudicium reſcindens debeat res reſtitui, & non actio reſciſſoria tantùm: tunc oportet plenè probare læſionem. vnde, ſi dicat ſe dominum rei, & læſum in dominio: ipſe plenè probabit. Si autem in poſſeſſione, probabit illam ſolam. Si verò actio reſciſſoria tantùm reſtitui debeat: tunc non habet probare, niſi ſemiplenè. Et fortè per iuramentum. Et dicit hoc fuiſſe de mente Innocẽ. quãuis multùm variet.ſ̃.eodem, tum ex literis. vbi de hoc dixi in.iiij.oppoſitione.§. ad primam quæſtionem. &.§ quarto quæro principaliter. Inducit ad hoc, quia in præparatorijs ſufficit ſemiplena probatio.ff. ad exhiben.l.iij.§ ſciendum. cum ibi not. ¶ Sed hoc non placet ita ſimpliciter. Licet enĩ dominio in reſciſſoria plenè probando, cuius reſcindens eſt præparatorium, ſatis fatear dictum iſtius domini, argu. eius, quod legitur & no.j̃.de teſti.c.ij. quia ex illo, & immediatè non concluditur in iudicio reſcindenti, tamen de eo, ex quo directè & immediatè in illo concluditur, videlicet, de læſione & cauſa ipſius læſionis, non poteſt negari quin ſit plenè probandum, vt hìc, & dicto.§ ſi minor.& ideò Cy. C.de in integ.reſtitu.mili.l.quod tempore. in.iij. quæſtione dicit, quòd vt vtrunque videlicet obſtaculi reſciſsio, & rei reſtitutio: tunc plena probatio dominij requiritur: vt dixi ſ̃. Sed ſi agit duobus iudicijs, oportet, quòd in primo plenè probet de abſentia.C.de eden.qui accuſare. Sed de dominio ſeu iure ſuo, circa rem, ſemiplenè probabit, ſicut de filiatione dicimus.argumen.ff.de leg.præſtan l.filium.§. ſi quis.&.§. penul. ¶ Saluo, quòd ſi agendo ad vtrũque non dicat ſe fuiſſe dominum, ſed ſe vt dominum poſſediſſe: quod ſecurius eſt. & ſufficit ad obtinendum reſtitutionem per officium iudicis: non oportet probare dominium: ſed ſufficit probare poſſeſsionẽ, ſecundũ Iac.de Ra.vt.ff.de admi.tut.l.ſi ſine ſententiæ.§.interpoſito.& ex quib cau.maio.l. prætor. ait.§. item ei, qui. vbi videtur caſus.& hoc verius. Super quo omnino vide, quod ſcripſi.ſupra eodem auditis in quarta oppoſitione. ¶ Sed quid ſi petens in integrum reſtitui in reſcindenti iudicio ſolùm ad actionem reſciſſoriam onerauit ſe plena probatione plenè probauit ſe dominum, vel rem ad ſe pertinere: nec aduerſarius dedit aliquid in cõtrarium, vel probauit: nunquid reſtitutione facta in integrum, fiet in eodem iudicio rei reſtitutio? videtur, quòd ſic cauſa euitandi circuitus.ff.de condi. indebi.l.dominus. Cyn poſt Petrum in dicta.l.quod tempore.in quarta quęſtione tenet cõtrarium: quia hoc non petijt in libello.& ſentẽtia debet ferri ſecundum formam petitionis.ff. communi diuidun.l. vt fundus. Sed Ioan. Fabri dicit vbi ſupra, quòd ſatis poteſt dici contrarium, quãdo pars aduerſa nihil proponit.ff. ad exhibendum.l. celſus.§.idem.& .l. tigni.§ finali cum.l. ſequen.

Ad contrarium

¶ Ad contrarium reſpondens, quòd imò iudex debet pro-
nunciare ſuper eo, quod nõ eſt petitum, quando ſibi de illo
conſtat, & materiam tangit. ſ. de conſuet. cum inter. & .j. de
teſtamen. c. Raynaldus. ¶ Sed verè hoc non capio: nec
mihi placet. Nam probationes factæ ad vnum effectum
minus principalem nõ operantur ad alium effectum prin-
cipaliorem: vt patet ex his quæ leguntur, & notantur in. c.
veniens. allegato. Et quia lite non conteſtata in principali
non valent probationes reſpectu illius iudicij. j. vt lite nõ
conteſta. per totũ. Item ſuper principali non eſt ſeruatus
ordo iudiciarius. ergo in illo ſententia ferri nõ poteſt. Item
quia quando de iuribus ſingularium perſonarum agitur,
quieſcit officium iudicis: quod non impenditur ad poſtu-
lationem partis. not. Innoc. de iureiuran. c. iij. Nec hîc po-
teſt habere locum poſtulatio partis propter rationes, quæ
præcedunt. Nec ob. quòd quandoq; Papa pronunciat ſu-
per non petitis, ſuper quibus ordo iudiciarius ſeruatus non
eſt: quia vel ſunt illi caſus ſpeciales ad conſequentiam non
trahendi, vel illud ſpeciale in Papa: vel illud cum agitur
de extirpatione damnatæ conſuetudinis, aut declaratio-
ne eius, quod non conſiſtit in facto, ſed in iure: vt ſcri-
pſi in dicto. c. cum inter vos. in. iij. oppoſitione. Super quo
vide, quæ ſcripſi. j. Clemen. j. de offi. ordi. ad fi. viij. quæſtio-
ne. § verum ſubdit. & de poſtula. prælato. c. bonæ. in. ij. oppo
16 ſitione. ¶ † Sed quales probationes in iudicio reſciſſorio
requirũtur. Breuiter credo, quòd plenæ. Nam ſi ante indu-
ctum obſtaculum prima actione egiſſet, neceſſariæ fuiſſent
plenæ probationes. C. de probatio. l. actor. ff. de probatio. ei,
qui. de rei vendicatio. is, qui. Inſti. de interd. § cõmodum. igi-
tur idem in propoſitu. Patet conſequẽtia, quia agens reſciſ-
ſoria agit prima actione ſibi per reſtitutionem reſtituta. &
quia per iudicium reſciſſiuum ſolũ hunc effectum conſecu-
tus eſt reſtitutus, videlicet quia ſibi ſublatum eſt obſtacu-
lum, quod eidem obſtabat, quominus poſſet agere, ſicut
priùs: & reductus eſt ad ſactum primi: & facultatem agen-
dum. ſicut priùs, & nõ plus, nec minus in effectu. Igitur eo-
17 dem modo debet probari ſicut priùs. † Sed nunquid proba-
tiones adductę in reſcindenti iudicio fidem faciũt in reſciſ-
ſorio? videtur quòd ſic: vt. C. de arbi. l. vltima &. C. de teſti-
bus. l. fin. Petrus in dicta. l. quod tempore. in. v. quæſtione de-
terminat contrarium. Ratio ſua eſt, quia ſi probauit in iu-
dicio reſcindenti, quod probandum erat in reſciſſorio; tunc
probauit, quod probare non debuit. Modò probando quod
non debuit, ſibi non prodeſt: vt. ff. de petit. hære. l. ſi quis
libertatem. ad fi. & . C. qui legi. perſo. ha. ſtan. in iudicio. l. vlt.
Nec obſtant iura in contrarium allegata. quia in illis proba-
uit, ſicut probare debuit. Et ideò probationes factę ſecun-
dum formam ſuam ibi valent, & probãt. ¶ Et pro hac opi-
nione facit. ff. de excu. tut. l. ſpadonẽ. & quia regulariter acta
in vno iudicio non probant in alio. Super quo vide lec. &
no. C. de re iudi. l. geſta. C. de eden. l. ij. ¶ Ioan. Ro. in. § rurſus.
dicit, quòd pars contraria ſuſtineri poteſt: quia ſentẽtia pro
veritate habetur inter eaſdem perſonas. & per conſequens.
proceſſus. ff. de ſtat. ho. l. ingenuũ. & de re. iuris. l. res iudica-
ta. Item, q̃a quod probre nõ debeat dñium in iudicio reſcin-
denti eſt in eius fauorem introductum: ideò non debet in
eius læſionem retorqueri. C. de legi. l. quod fauore imò ſibi
proficere debet. ¶ Item, quia aliquando ex actis habitis in
ciuili imponitur, pœna in criminali. ff. de offi. pręſi. l. fi. C. ſi
aduerſ. liberta. l. ij. Item quia iudicium reſciſſorium depen-
det à reſcindenti. & ideò quodãmodo cenſetur eadem cau-
ſa, quare &c. ar. ff. de petitio. l. ſi res hęreditarias. Et ita dicit
ſe credere. & Iac. de Butrigario ſentire velle. ¶ Tenuit ta-
men dictus Iaco. quòd ſententia lata in iudicio reſcindenti
declaratorio dominij non probat in iudicio reſciſſorio me
eſſe dominum. ¶ Ratio ſua eſt, quia ſententia lata in iudi-
cio ſummario non probat in ſequenti iudicio principali.
Allegat. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie iuris l. ſi iudex. Et de
hoc eſt textus in dicto. c. veniens. Ideò finaliter ſta cum Pe-

tro. ¶ Item adde ad præmiſſa omnino notata Barto. ff. de
iureiur. l. nam poſteà §. ſi minor. Cuius lecturam ex defectu
ſcriptorũ nõ habeo, vbi tenet, quòd minor, qui nõ appella-
uit nõ reſtituetur, niſi doceat ſe habere aliquid ꝓpter quod
in cauſa appellationis obtinere deberet. Vel ſi nõ probauit,
aut allegationẽ omiſit, niſi probet ſe eam habere, per pręd.
§ cum glo. ſic intelligens. l. minor. xxv. annorũ omiſſam, &
not. Inno. de in integ. reſtitu. c. auditis, & c. coram. Dicit ta-
men hîc probationem leuiorem ſufficere, & illam etiam in
principali non obſtare, per. l. in lege Aquilia ſi deletum. ff. de
le. Aquil. & de teſti. c. veniens. ij. ¶ Collectarius, hîc multa
mouet quæ ne deſint, tango breuiter. Et pro maiori parte
expedio remiſſiuè. ¶ † Et primo ibi: *emancipaunt*: corã quo
habet fieri emãcipatio? Et dicit, quòd coram quocunq; or-
dinario. vide in Spec. parte. iiij. de nat. ex libe. ven. ver. Titi⁹.
& ſe. C. de emancipa. lib. l. non nudo & . l. fin. Inſti. quib. mod.
ius pat. poſt. ſolui. § prætereà.
¶ Secundo, ibi: *contractui conſentire*: quid ſi iuraſſent nõ ve-
nire contra. Super quo vide, quod ſcripſi in tex. in verbo, cõ
ſentire. & . ſ. in. iij. oppoſitione.
19 ¶ † Tertio, quia authẽ. ſacramẽta puberũ. quotidie venit ad
manus Canoniſtarum, dicit eſſe expediẽs materiã eius tra-
ctatam per legiſtas hîc inſeri. Et ideò quęrit, quid ſi iſti mi-
nores voluerunt iurare, ſed pars non permiſit, remittens eis
iuramentũ, an habeatur perinde, ac ſi iuraſſent, & valeat ta-
lis remiſſio: de quo ibi per Cyn. in. v. q. vbi not. Cyn. ꝙ ſic in
pręiudicium remittentis. non alterius. Remittit Collec. ad
lec. & not. de eo, qui mitt. in poſſ. c. j.
20 ¶ † Quarto, de quo ſacramento intelligitur. de quo ibi in
iiij. q. dicens, quòd de corporali. vide Archi. de elec. vbi ma-
iũs, ſuper verbo pręſtito. ¶ Collec. tamen tenet, ꝙ imò intel
ligiẽ de omni iuramẽto, quia nõ eſt tutum illud reſtringere
propter periculum animarũ: cum cõtra iuramentũ veniens
beneficio ſit priuandus, & infamis: vt legitur, & not. de teſti.
veniens, & de iureiuran. tua. cum ſi. inducit lec. & not. de iu
reiuran. & ſi Chriſtus. xxij. q. j. ſi aliqua. & duobus cap. ſequẽ
tibus. Licet enim obligatus ad iurandum, pręſtare teneatur
iuramentũ corporale: iuxta not. Inn. in. c. & ſi Chriſtus. tamẽ
ſi aliter quis iuret, maximè ſolẽniter, & pręſente libro nõ eſt
tutum dicere, quòd nõ liget: vt not. xxij. q. j. in ſumma. Facit
xxxv. q. vj. de parẽtela. & c. ſeq. & not. Inn. in. c. & ſi Chriſtus,
& Collect. de iureiuran. clericus. Intelligit ergo. c. quãuis. de
pac. & c. cum contingat, de iureiuran. & ad inſtar illorũ di-
ctam authen. de omni iuramẽto, ſup quo vide additio. nouã
Ioan. an. j. de elec. vt circa & glo. eiuſdẽ in cle. fi. § j. de hęret.
21 ¶ † Quinto, quid ſi minor iurat ſuper codice, in quo cre-
dit eſſe Euangelia, quę nõ ſunt. refert ibi Cyn. in. q. vj. Iac. de
Ra. tenere hoc caſu opinionem veritati pręferri, & Petrum
ſentire cõtrarium. Collec. ſtat cum Iac. quia tale iuramẽtum
obligat iurantẽ. xxij. q. v. quacunq; arte, vt dixi. ſ.
¶ Sexto, quid de ſacramẽto impuberis? Cyn. ibi in. q. vij. re-
fert quoſdam tenere idem, ſi ſit prope pubertatẽ, ac Petrũ
eſſe i opiniõe, ꝙ plena pubertas eſt neceſſaria. Credit collec.
tutiùs ſuper hoc eſſe dicendum ſecundum Collect. de iura-
mento calumniæ c. j. Et quòd hoc videtur verius, quia ex
quo apparet de lęſione apparet, ꝙ non fuit doli capax.
22 ¶ † Septimo, quid ſi minor habens curatorem ſine eo con-
trahit, & iurat Cyn. ibi in quæſtione. viij. arguit pro, & cõ-
tra: & ponit opiniones, vna eſt Iac. de Ra. quòd nihil opera-
tur hoc iuramentũ. Alia eſt contraria fundata per gloſſ. l. ij.
C. de reſcin. vendi. Cõmuniter ſolet terminari, quòd ſi mi-
nor interrogatus, reſpondit curatorem non habere: doloſè
decceperit: ideò non ſuccurritur. Aliàs autem bene. Petrus
tamen ſtat cum opinione. ij. indiſtinctè. ibi vide. Nõ obſtat,
quòd ęquiparaẽ pupillo: quia verum eſt in hoc, quòd tacita
interdictiõ adminiſtrationis vitiat alienationem ipſo iure. &
hoc ceſſante iuramẽto in quo nõ ęquiparatur pupillo.
¶ Octauũ, an detur hîc reſtitutio aduerſus emptorem? dic,
quòd ſic ſecundum Phil. & Nouel. quia ſicut non debet eſſe

in lucro, nec in damno. ſ. e. c. j. ¶ An verò aduerſus patrem, vel patronum, dixi. ſ. quòd non propter eorum reuerētiam C. qui & apud quos. l. fina.

¶ Nono, nunquid habet locum dicta authen. in contractu donationis? Cyn. ibi in. q. xij. recitat opinionem communem, quòd non. dicit tamen quòd communiter tenetur contrarium.

¶ Decimo, ibi j. *tempus*. de quo. ſ. e. c. j. & c. tum ex literis. Et ſic not. minorem reſtitui ſi læditur in venditione rei ſuę, vel communis. Cuius gratia quærit, nunquid minor poſſit per ſe diuidere rem communem. Cyn. C. ſi aduer. tranſac. l. j. in ij. q. dicit, quòd Iac. de Are. & quidam moderni dicunt minorem poſſe prouocare ſocium ad diuiſionem, quando ſibi expedit, & cum decreto. Quæ credit Collect. intelligenda vbi habet curatorē: aliâs non: inducēs collecta ſua. ſ. e. c. j.

¶ Vndecimo, quid in permutatione? refert Cyn. vbi. ſ. q idem ſecundum quoſdam, ſi euidenter ſuam conditionem faciat meliorem.

23 ¶ † Duodecimo, ibi: *nullam vel cum adhuc*: qualiter plures actiones, vel cauſas poteſt quis ſimul proſequi. de quo dixi ſ. in oppoſitione, & recitat circa hoc quædam not. præcedentia hîc, & j. de cau. poſ. cum ſuper. de reſtit. ſpoli. cum ad ſedem. de conſue. cum dilectus. de teſta. Raynaldus. de cap. mon. c. ij. de inſti. cum veniſſent. de fide inſtr. inter dilectos. de verbo ſigni. Abbate. de poſtula. præclaro. c. j. de præſcrip. veniens. & latiùs in Summa de libelli obla. § debeat. verſ. ſed nunquid. & per Ber. de reſcrip. c. fin. & per Ioan. An. de elec. vt quis duas. & aliqua interſerit, quę non vidētur mihi magnę vtilitatis. Ideò tranſeo.

¶ Decimotertio, qualiter pręſcriptio tēporalis currit minori: de quo dixi in. vj. oppoſitione. addit Collec. aliqua notata per Innocen. de appel. ex ratione, & per Hoſtien. de re iudi. quod ad conſultationem. & ſ. e. c. j. & collect. ſua. j. e. c. fin. quarta quæſtione.

24 ¶ † Decimoquarto, an minor eligens ab initio viam iuris communis, vt rei vendicationem contra poſſeſſorem, vel appellationem à ſententia ſuccumbens poſſit poſteà cōtra contractum, vel ſententiam petere reſtitutionem: arguit cōtra per. l. contra maiores. C. de inoffi. teſta. Subdit, quòd illa ſolui poteſt: quia loquitur de ignorante: ne calūnioſus, & bonę fidei ſint eiuſdem conditionis: vt ibi not. Poſteà ponit diſtinctionem Cyn. in. l. cōtra maiores. cum quæritur, quando competūt alicui plura remedia, & vnum intentat, nunquid currit ſibi tempus ad aliud intentandū. Quia aut competunt verè, aut cōpetit vnum, & credit aliud competere. Primò caſu, ſi poſſunt ſimul intentari, currit tempus in alio. Inſti. de excu. tu. § qui autem. ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. § ſcire. aliâs nō, vt. ff. de adulte. l. quinquenniū, & l. denunciaſſe. § quęritur: & not. de religio. domi. cum dilectus. Secūdo caſu, ſi illud, quod credit ſibi competere, licet non cōpetat, poteſt ſi vult intentare cum alio, quod ſibi competit: & currit ſibi tempus ſtatutum ad aliud intentandū, quod verè competit. ar. dictorum iuriū, videlicet § qui autem. & § ſcire. Aut non poteſt &c. & tunc, ſi illud quod credit ſibi competere, &c. intentet calūnioſe, currit ſibi tempus: vt. ff. quod vi, aut clam. l. ſeruus. & l. non ſolùm. Aut legaliter: & tunc ſecus vt. l. contra maiores. & l. eū, qui. e. tit. & ff. de petit. hęre. l. Lucius. ſecundum Dyn. & Petrū per quod reſpondetur ad multas quęſtiones: vt ecce, ſi procurator credens probabiliter mandatum habere, comparet pro citato, vt talis: & iudex interloquitur procuratorium non valere, poterit comparere, vt defenſor cum ſatiſdatione. nec erit dictus contumax. Et induxit etiam hoc Cyn. ad quinque alias quæſtiones, quas ibi vide. & ad propoſitum dicit Collect. quòd minor, vel eccleſia ſciens ſibi competere beneficium reſtitutionis ſuccumbens in rei vendicatione, vel in cauſa appellationis, pręcluſus eſt à via reſtitutionis: quia in dolo eſt. & ideò ſibi non ſubuenitur, vt not. ſ. e. auditis. Faciunt not. Ber. vt lit. non conteſtat. c. j. Sed contra: quia condemnatio expenſarum videtur ſufficere abſque alia pœna dictæ excluſionis, ſicut in differente proponere exceptionem annullatiuā proceſſus. Colligitur ex not. & lec. j. de excep. c. exceptionem. Sed hoc facit ibi animæ periculum. Verum finaliter credit Collect. quòd in dubio in caſibus pręmiſſis admitteretur. & videtur expreſſum. ſ. e. proxi. & j. eo. c. fi. Nam electio iuris communis non excludit viam iuris ſpecialis ſed priuilegij: vt dicit notari per omnes ibidem, & maximè non competentis: ſed competituri iudicis officio: vt eſt beneficiū reſtitutionis. Et ab illa præcluſus poſſet agere de nullitate. de emptio. & venditio. cum dilecti. In caſu tamen certo credit cōtrarium, ex quo ſimul intentari poſſunt. & ſciēter ſeparauit in grauamen partis, remittens ad not. de iſta materia. j. c. fi. Et meliùs, de loca. potuit. q. xxix. ſecūdum eum. Sed in veritate hoc non capio in aliquo caſu. Nam quando aliqua duo ſunt inuicem adeò cōpatibilia, quòd vnum ſupponit aliud de neceſſitate in eſſe: vnum non poteſt eſſe excluſorium alterius. Cum imò econtra poſitio vnius inferat de neceſſitate poſitionem alterius. Aliâs eſſet ponere oppoſitū in obiecto. Modò reſtitutionis beneficium aduerſus ſentētiam, vel contractum neceſſariò requirit validitatem ſententiæ, ſeu contractus, adeò, quòd illius excluſio hoc excludit. ff. de mino. l. in cauſæ. Igitur ſententia fundata ſuper validitate ſententiæ, vel contractus, non excludit beneficium reſtitutionis præterea, quando duæ actiones ſunt diuerſæ, & ſeparatę, & tendunt etiam ad diuerſa, ſententia lata in vna nō parit exceptionem rei iudicatę in alia: vt. ff. de excep. rei iudi. l. cum quæritur. & l. an eadem. in princ. & l. Iulianus. cum tribus. l. ſeq. & eadem. l. an eadē. § actiones. Modò ſic eſt in propoſito: poteſt tamen referri quęſtio ad alium ſenſum, quem magis videntur ſapere verba Cyn. videlicet an quādiu tractat cauſam rei vendicationis, vel appellatione currat ſibi tēpus petendę reſtitutiōis: & tunc propriè locus foret diſtinctioni, an ſciret, vel ignoraret. Et quid in dubio, vt ſcienti, vel ignoranti: vel in dubio currere cenſeretur, quòd placeret tunc ex dictis. & facit ad multa alia decidenda.

25 ¶ † Decimoquinto, quid ſuppoſita cōſuetudine retractus, ſi proximior omittit agere ad retractū propter litis pendētiam inter emptorem, petentē rem tradi, & venditorem negantem cōtractum, curret proximiori tēpus lite pendente, Cyn. in. l. contra maiores. dicit, quòd nō: quia debet attendi ſcientia certa, & firma, quæ eſt poſt iudicium. ar. C. qui admitt. ad bo. poſ. poſſunt. l. quandiu. ſecundū Iac. de Ra. facit de elect. cum in cunctis. & c. commiſſa. lib. vj. dicit collect. quòd ſi confiteretur venditionem, ſed aliâs tradere nollet, ſecus eſſet: quod non placet, per id, quod ſcripſi. ſ. circa ſextam oppoſitionem. § quinta concluſio verſi. ij. pars ibi tertio dico. per quod confirmatur fortiùs dictum Cyn.

¶ Decimoſexto, quid de illo, qui egit de nullitate ſentētiæ: vtrum hoc pendente currerent ſibi tempora, ſic quòd ſi ſuccubuerit à prima ſentētia appellare non poſſit? Cyn. tangit in. d. l. contra maiores. arguendo quòd nō: quia ſimul de iniuſtitia, & nullitate agi nō poteſt. inducit lec. & not. de offi. deleg. cum cōtingat. de appel. dilecto. Hîc enim non potuit allegari ignorantia: quia iuris ſecūdum eum. Sed ſalua pace poteſt eſſe ignorantia in facto, ſi videlicet in proceſſu non reperitur litis conteſtatio, vel aliud ſubſtantiale, quod probetur per teſtes in cauſa nullitatis. Item poteſt eſſe ignorantia in iure. Ideò ſatis videtur ęquū poſſe diſtingui inter ſciētiam, & ignorantiam probabilē & improbabilem.

26 ¶ Decimoſeptimo, an poſt aſſignatū terminū ad omnes exceptiones proponēdas, illoque elapſo, poſſit alias opponere? & diſtinguit Cyn. in. l. contra maiores. an ſint contrarię: vel ſimul poſſint concurrere: & an ſciuerit, vel non: quia regula, nullus pluribus. j. lib. vj. loquitur eodem tempore, non viciſſim. licet in. c. paſtoralis. detur conſilium de proponendo ſub conditione. vide not. xiij. diſtin. in fi.

27 ¶ † Decimooctauo, quid ſi actum eſt cum minore vſque ad ſententiam, & opponente tunc aduerſario de nullitate pro

ceſſus

ceſſus propter minoritatem ętatis: poteſtne dicere minor proceſſum quantùm pro eo facit, valere facit, contra minorem. quia melius eſt ante tempus occurrere. Facit cõtra aduerſarium: quia debuit hoc ab initio opponere. Et videtur placere primum Specu. de acto. verſ. quid ſi minor. & Hug. xv. q. iij. certis. vbi de hoc per Arebi. per legem, quę dicit, quòd quæ malè incœpta ſunt, nõ finiantur. C. de his qui legi. perſo. ha. ſtan. in iudicio. l. j. ¶ Refert Cyn. C. de procuratorib. non eo minus. in. ij. q. Mar. Silimam diſtinguere: aut eſt prope ſententiam, forte poſt teſtimonia publicata: & tunc non repellitur minor: & tenet proceſſus. Aut eſt magis ante ſententiam, nec adhuc ſunt teſtes aperti. & tunc repellitur, & proceſſus eſt nullus. ¶ Iaco. de Ra. dicit, quòd imò. & ſi ſit prope ſententiam, repellitur minor, ſed proceſſus nõ infirmat. Sed põt inſtare minor cũ authoritate curatoris; vt feratur ſentẽtia ex illis actis. ar. ff. de reſcin. vendi. l. id quod. § j. Quod intellige verum poſt aperturam teſtamenti, ſi tunc apparet proceſſum facere pro minore: quòd difficulter poteſt ſciri ante aperturam: cum dubius ſit litis euentus: vt. ff. de peculio. l. quod debetur. Et quia multoties quis reportat ſententiam contrariam, qui pro ſe credidit reportare. ff. de appel. l. j. vnde dicit Cyn. poſt Pet. quòd hîc oportet nos ire per coniecturas: vt ſi bonam cauſam fouet, & bonos teſtes produxit: veriſimile eſt, quòd debet obtinere. ar. ff. de peculi. l. eo tempore. quia tunc veriſimile eſt, quòd proceſſus habitus facit pro eo, & tunc poſſumus tenere in dubio proceſſum validum. & ſi ſi., licet poſteà interueniente tutore pronuncietur contra eum, non retractabitur ſententia & proceſſus: quia quod legitimè factum eſt. nõ debet ex facto ſuperueniẽte irritari. C. de admi. tut. l. ſancimus. Remittit Collect. ad collecta ſua de procuratorib. accedens. Sed verè hoc mihi non placet. Nam ſi proceſſus facit contra minorem, ſiue hoc credatur, ſiue nõ, ſiue veriſimiliter hoc credi poſſit, ſiue non: ſemper ipſo iure eſt nullus. quia regula iuris ipſum anullat: vt. l. ſi curatorem. alleg. & C. qui legi. perſo. l. j. Facit quia quaſi contractus eſt. ff. de pecul. l. iij. § idem ſcribit. Sicut hæreditatis aditio. Inſti. de obli. quæ ex quaſi contract. § hęres quoque. Et tamen talis aditio nulla eſt propter periculum onerum etiam ſi hęreditas veriſimiliter ſit lucroſa. Inſtitu. de auth. tuto. § neque. Et tamen non validatur cõtra regulam, niſi certo caſu, & certo tempore: videlicet, cum ſententia fertur pro minore. Et eſt ratio illius caſus, fauor minoris: vt. l. non eo minus. allegata. Igitur his ceſſantibus, ſecus. ff. de legi. quod verò. cum ſequentibus. de iure patro. adigere § quamuis. C. de legi. quod fauore. Videre ergo debet iudex, an ſententia ſit pro minore ferenda. & ſecundum hoc deliberare ſuper ipſius promulgatione, Imò plus putarem, quòd ſi eſſet ferenda contra minorem ex illo proceſſu ſi ...neret, quòd quanquàm iudex appellationis ex eodem, proceſſu eam reuocare poſſet. argumento eius, quod leg. & notatur. ff. de euict. l. ſi minor. tamen ex illo proceſſu ſententiam in principali ferre non poſſet: quia quantùm concernit fauorem minoris valet, & aliàs non. Faterer tamen ex ęquitate, quòd ſi iudex interueniente curatore tulit ſententiam ex illo proceſſu contra minorem: cum ferre eam debuiſſet pro minore iudex appellationis nedum reuocare illam, ſed etiam aliam pro minore ex eodem proceſſu ferre debebit: quia quantum concernit fauorem minoris, validatur: vt dixi. Et credo quòd Doct. prædicti ſe referre voluerunt ad ſenſum iſtum. Nec obſtat, quòd lex non loquitur, niſi de validatione ſententiæ. Nam hoc non eſt verum, imò loquitur etiam de validatione proceſſus: cum ſine illo ſententia valere non poſſit. Et quia ratio aſſignata in lege communis eſt ad vtrunq;. ar. eius, quod ſcripſi. s. eodem ſuſcitata in. j. quæſtione. verſicu. nec obſtat.

25 ¶ T Decimonono, quid ſi minor dedit fideiuſſores, & reſtituitur, nunquid ipſo iure fideiuſſores liberati ſunt: videtur quòd ſic per regulam: ſublato principali, & circa contrarium eſt verum per. l. ij. C. de fideiuſſori. tuto. vbi plenè per Cyn. in prima oppoſitione. Nam ciuilis remanet, non obſtãte reſtitutione. ff. de condi. inde. Iulianus. cum qua ſtat fideiuſſoria. ff. de fideiuſ. fideiuſſor. ſecundum Specula. eo. titu. § fin. in fin. Et hæc faciunt, quòd fideiuſſores ante litis conteſtat. non poſſunt excipere de reſtitutione minoris.

¶ Vigeſimò, nunquid conſuetudo retractus, quæ loquitur in venditione habeat locum in permutatione: ſtat Collectar. cum Goffredo & Nouella quòd non, & quòd recipiatur verbum venditionis ſtrictè, ſicut. ff. de pig. l. in quorum. quia emphyteuta non vendit, ſed donat meliorationes.

¶ Supple gloſſas. In glo. j. in fin. pater pro filio admittitur: quia tenetur de peculio, alij non. & hoc vult illa lex, & dixi de hoc. s. eo. ſuſcitata. ſuper glo. ij. Et per ho: intellige illud, quod dicit decre. nonnulli. de reſcrip. in fin. Et eſt ſpeciale, quòd coniuncta perſona admittatur ad ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum Nouella. ¶ In glo. ij. ibi, *ab in teſtato*, ex ſenatuſconſulto orficiano, etiam ſi alieno iuri ſit ſubiectus, & præfertur conſanguineis. Et eadem ratione ſuccedit nepos, & pronepos auię, & proauiæ maternę. Nec omnino repelluntur, licet ſunt vulgò quęſiti, vel paſſi minimam capitis diminutionem. Inſti. de ſenatuſcõſulto orficiano. primo reſponſo, & § j. & ij. & C. e. l. ſi. Et ibi: *debet habere*: an det procuratorẽ ante litem conteſtatam. vide in Specu. de procura. c. ij. verſi. & not. quod & tetigi de procuratorib. ¶ In glo. iij. in fi. illa loquitur ſecundum loci conſuetudinem ſecundum quam quicquid alteri coniugum obueniat, erat vtriq; cõmune. Phi. Et concod. not. Nouel. de dicta inter vi. & vxo. c. ij. in glo. hoc ideò. Et ibi: *præſcriptio poſt emancip.* ergo currebat annus & dies, qui aliàs non curreret filio in poteſtate cõſtituto, licet aliâs filiusfamilias ex omnibus cauſis obligetur. ff. de acti. & obli. filiusfamil. præter quã in mutuo. ff. & C. ad mace. per totum. Goffre. Et ibi: *& ratam habeat*: dicebat Phil. hoc ei non nocere. Nam & ſi maior factus calliditate aduerſarij ratum habere contractum in minori ętate per ſe factum non præiudicat ei. ff. de mino. l. iij. § j. & C. cõmunia vtriuſq; iudicij. l. j. ¶ In gloſſ. ſcilicet quatuor ibi: *annorum*, quod eſt dicere. xxix. ętatis ſuæ. & in fin. dic, vt. j. e. c. j. lib vj. ¶ In glo. conſuetudo ibi: *illius loci*: de iure enim ſecus eſt de contrahen. emp. dudum. Goffre. dicit Hoſtien. quòd illa lex permittit emptorem ad volũtatem quęri. Nec hoc hîc prohibebatur, ſed permittebatur, quòd proximus j. annum & diem haberet ius offerendi: quod nec ibi negatur imò videtur permitti ibi in fi. dum dicit: niſi lex aliquas perſonas prohibeat. & exponitur. ſ. ſcripta: vel municipalis aliquas perſonas prohibeat. Supple, vel aliquibus ius offerẽdi, vt hîc. Et ibi *vendere*.: quid ſi non venditur, & in ſolutũ datur: vide Spec. de empt. & vendit. § nunc dicendum. verſi. ſed pone ſtatutũ. Abbas Odof. de hac conſuetudine loquens determinant, quòd non habet locum in permutatione ſumens ibi verbũ venditionis ſtricte, ſicut & ff. de pig. l. in quorum. Et quod emphyteuta donat meliorationes, licet non vendat. Super quo vide Nouel. de loca. potuit. ſuper. iij. glo. ¶ In glo. pen. glo. ibi: *læſi ſunt*. leditur minor aut in iudicio, aut in contractu de hoc. lxxxvij. diſtin. irreligioſum. Et ibi: *reſtituuntur*. Hoſtien. qui non habuit in glo. illud verbum. ſ. authoritate prętoris. quia fuit additio dicit de rebus, quæ ſine decreto alienari poſſunt, puta mobilibus, & ſe mouentibus: ſecus de immobilibus. In illis enim quantumcunq; minor careat curatore, & quantumcunque ſine iuramento cõſentiat, nullus eſt contractus ipſo iure, niſi fiat ob ęs alienum cauſa cognita, & cum interpoſitione decreti: vt. C. de prędu. mino. l. obſes, & l. pręcedenti, & ſequenti. & ff. de re. cor. l. magis. § non paſſim, & § ſe. propter aliâs tamen cauſas ſpeciales alienare poteſt: puta ob dotem ſecundum aliquos. C. de admi. tu. l. lex, quę tutores. § j. & ff. de iure dotiũ. l. Titia. vel ob neceſſitatem famis. C. de patri. qui fili. diſtrax. l. ij. Anima enim hominis eſt rei cuilibet proferenda. C. de ſacroſan. ecc. l. ſancimus. in fin. vel ob defenſionem pupilli. C. de admi. tuto. l. fin. § defenſionem, & in quibuſdam alijs caſibus, de quibus l. b. t legi

tut, & not. C. vbi decre. opus nõ eſt. per totũ. Idem Goffre. de his vide in Spec. de emptio. & venditio. § nunc dicendũ. prima & ſecunda colum. Et an interpoſito decreto iudicis pręſumantur omnia ſolenniter geſta ibi vide in verſu, & breuiter vide etiam. j. de reb. eccle. non alienan. c. j. & c. ij. lib. vj. ¶ In glo. vltima ibi: *ſed minores*. Erant enim actores, & ſic ętatem probare debent ſecundum not. lxxviij. diſtinctione. præsbiter.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam in iure variè accipi.*
2 *Compromitti in matrimonio ſiue ſpirituali, ſiue carnali an poſſit?*
3 *Reſtitutio aduerſus arbitri ſententiam nun peti queat? Et quid de læſo in teſtib. producendis coram arbitro, aut alijs, quæ coram eodem incidunt? nu. ſeq.*
5 *Reſtitui ſi quis petat contra arbitri ſententiam apud ordinarium: num lite conteſtata ſuper reſtitutione, ad probandum ſuper principali de iure ſuo, in hoc vt petita ſibi adiudicentur, admitti debeat?*
6 *Principis delegatus, an aduerſus ſententiam à ſe latam reſtituere poſſit? Et quid de alio delegato, quàm principis? nume. ſeq.*
8 *Compromitti de crimine qualiter poſſit?*
9 *Minor, aut eccleſia rem mihi vendidit: cuius precium ſuo creditori vult reſolui: ſi vteruis aduerſus venditionem reſtituitur: an ipſe quoque aduerſus creditorem ſolum reſtituatur?*
10 *Eccleſiæ, ſi conceſſum eſt priuilegium, vt contra eam nõ currat præſcriptio, niſi centum annorum: an prælato contra capitulum agente, aut contra ſe, hoc priuilegio vti queat.*
11 *Arbiter an de reſtitutione cognoſcere poſſit? Et cuius Imperij ſit? Item cuius ſit iudices eam dare?*

¶ *CAP. IX.*

CAuſa. ¶ Se ſummat docens qui iudices poſſunt in integrum reſtituere. Et ſumi potuit ex. l. potuit. C. vbi & apud quos. & partes patent. Prima enim loquitur de ordinarijs habentibus adminiſtrationem: vel delegatis ipſorum. Secunda de delegatis nõ habentibus adminiſtrationem, & de arbitris. Tertia annectitur euidenter: nec facit ad titulum ſecunda in § j. ibi: *delegati*. Tertia in § vltimo ibi: *in matrimoniali*. ¶ Expone literam
1 *cauſa*. Aliquando ponitur pro conditione. ff. quãdo dies legati ce. l. huiuſmodi. vbi de hoc per Goffre. in iuncta, aliquando. Quãdoq; pro obligatione; vt in eadem iuncta notatur. Quandoq; pro contractu. ff. ſolu. matrimonio. l. j. & ibi notatur. Quandoq; pro ratione, vt not. Goffre. de condi. & demon. in Rubrica in iuncta de cauſa & in iuncta, circa. Et patet. ff. de conditio. & demon. l. cum tale. § legato. Quandoque pro modo eſſendi. ff. de fideicom. liberta. l. generali. § quoties. in princi. Quandoq; cauſa accipitur pro iuſtitia negocij principalis. Quandoq; pro iudiciali proceſſu. Quod dic, vt legitur, & not. j. de verbo. ſig. c. forus. § cauſa. Et hoc modo accipitur hîc vide Accur. in dicta. l. j. ff. ſolutio. matri. & Goffre. eod. tit. l. in inſulam. iunc. ver. quid econtra. § xj. cum ſequentibus vſque ad § cõtra, diuerſus. & § quinto opponitur. & in dicta. l. j. in prima iuncta. *iudicibus*. etiam minoribus. Ita tamen, quòd minor contra ſententiam maioris non reſtituat. ff. de minor. l. in cauſæ. ij. § fi. & duabus legib. ſequentibus. Hoſtien. Hoc intellige de reſtitutiõe minoribus aut maioribus, aut eccleſiæ aduerſus læſionem præſtanda, quæ competit iure magiſtratus: & delegari poteſt, vt hîc legitur & not. ſuper quo vide Innocen. & Hoſtien. ac Henricum pleniùs. j. de re iudi. c. cum te. Non autem hoc. intelligas de reſtitutione famę & bonorum: quia illam ſolus princeps, vel ſenat⁹ dare poteſt. ff. de poſtul. l. j. § de quã. C. de ſen. pa. l. j. Nec competit iure magiſtratus: nec delegari poteſt, niſi per principem, vel ſenatum. Et ſic poteſt intelligi ſecundum Henricum. l. ea, quæ. ff. ad municipales. Sed non credo, quòd ille fuerit intellectus illius leg. *Ordinarijs*. eorum, contra quos petitur reſtitutio. C. vbi, & apud. l. ij. *Abeis*, ſcilicet, ordinarijs cum adminiſtratione. Et ibi, *finiri*. hoc dicit, quia quandoq; quis cauſas audire & tractare poteſt, qui eas finire non poteſt. iij. quæſtione. vj. quamuis. de reſcrip. cum contingat. de offic. delega. ſuper quæſtionum. in princi. & in fin. cum ſimilibus: *Incidere*. inter incidere, & principaliter eſſe, eſt differentia iſta, quia quãdo incidenter cognoſcitur, non eſt neceſſaria litis conteſtatio. Quando autem principaliter: ſecus. Et ſic poteſt intelligi. ſ. de offi. iudic. c. ij. Item dum principaliter non habet locum ſummaria cognitio iudicis ſuper eo, an admittenda ſit petitio reſtitutionis: quia omnino admittenda eſt. Sed vbi petitur incidenter in iudicijs, tunc habet locum dicta ſummaria cognitio per officiũ iudicis mercenarium antequàm admittantur probationes ſuper læſione: vt not. ſ. eod. auditis. in gloſſ. not. Innocen. Et hoc vltimum perpetuò menti tene. Et licet illud Nouella attribuat Hoſtien. tamen habeo hoc in Inno. meo. Tamen Hoſtien. & Abbas hoc dicunt eſſe contra id; quod not. Innocen. ſ. eod. tum ex literis. in fin. Sed ſecundum veritatem hoc non video: ſatis enim ponderaui illam gloſſ. nec reperio contrarietatem ad iſtam, ſaltem in Innocen. meo. *Ordinarijs*. Nec ipſi ordinarij. C. vbi & apud quos. l. fin. vt not. ibi Accur. & hîc Vincen. Innocen. Hoſtien. Petrus. & Abbas. & Specula. parte. ij. eod. titu. § videndum. in princi. Et ſatis videtur expreſſum in dicta leg. ibi, *cum hos velimus has cauſas audire qui certæ adminiſtrationi, cui iuriſdictio adhæret, præpoſiti ſunt. Facultate*. generaliter ſibi conceſſa à principe. Innocen. *Arbiter*. ſi cum pœna: ſiue compromiſſarij, cum ſine pœna. Et de vtriſq; loquitur § ſequens. *In matrimoniali*. Iſte § non facit ad titulum, ſed ponitur incidenter propter id, quod promiſerat debitrix. Et dic in matrimoniali, cum agitur de matrimonio carnali: ſecus ſi de ſpirituali. ſ. de elect. cum inter canonicos, & j. titu. ij. ex parte. *Vel criminali*. criminaliter, non ciuiliter intentata. Et quæ ſit ratio horum caſuum, & quid de cauſa excommunicationis, remittit Hoſtien. ad ſummam de arbi. § de qua re. poſt princi. ¶ Primò opponitur contra § fin. ibi: *in matrimoniali*. de. c. cum inter canonicos. ſ. de elect. & c. ex parte. j. titu. ſecundo. Dixi ſ. quòd ibi agitur de ſpirituali: & hîc de carnali. Sed hæc ſolutio Lignano non placet. Dicit enim, quòd ſicut non poteſt compromitti in matrimonio carnali, ſic nec in ſpirituali: cum ad paria iudicentur. de tranſlatiã. c. ij. Nec obſtat contraria, quia ibi non fuerunt propriè arbitri, ſed compromiſſarij, ſeu procuratores: remittens ſuper hoc ad not. de elec. cum cauſam. Nec obſtat. c. niſi. quia ibi fuerunt propriè amicabiles compoſitores, & non arbitri. Et ſic poteſt dici ad. c. ex parte. allegatum facit, quia videtur fortior ratio hîc, quam ibi: quia in ſpirituali ſunt pactiones prohibitæ, & permiſſę in carnali ſuprà de pac. c. fin. & infra de rer. per. quantùm. iuncto. j. de conditionib. appo. per totum, & tamen arbitrium habet vim cuiuſdam tranſlationis. notat. gloſſ. in authẽtico vt differen. iudi. § ſi verò contingit. Et ideò ſententia arbitri non meretur exequutionem. C. de arbit. l. j. dicam in. c. ex parte. ¶ Secundò opponitur de. c. cum tempore. j. titu. ij. ¶ Solutio, ibi de libertate eccleſiæ: hîc de libertate hominis. Innocen. Et idem ibi Pet. & Abbas, & de præſcrip. cum olim. vel ibi non approbatur arbitrium, vel de amicabili compoſitione loquitur. Goffre. ¶ Sed tenens dictum Innocen. poteſt reddere rationem diuerſitatis: quia quando agitur de ſtatu, aut exemptione eccleſię, illa non eſt ſimpliciter cauſa liberalis, ſed potiùs ſubiectionis, id eſt, cui ſubſit vnde eſt liberalis, id eſt, à certa iuriſditiõe, ſed nõ ſimpliciter, quia nõ poteſt eſſe quis Acephalus. xciij. diſtinctio. nulla. Facit extrauagans Bonifacij. vnam ſanctam. Sed cum quæritur de homine, an ſit liber, vel ſeruus: illa propriè dicitur cauſa liberalis. Et iſta multò magis eſt præiudicialis, quàm prima. Nam ſeruitus ferè æquiparatur morti. ff. de regulis iuris. l. ſeruitutem.

¶ Primò

3 ¶ † P R I M O quæritur vtrũ contra ſententiam arbitri poteſt peti reſtitutio? videtur quòd non: quia non meretur habere nomen ſententiæ. ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. § ex compromiſſu. Inno. tenet contrarium, quia reſtitutus contra ſententiam arbitri intelligitur reſtitutus etiã contra obligationem contractam ex ſẽtẽtia ad pœnam. ſ. ſi ſententię non pareatur. ar. ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. § ſi quis. de acquir. hære. l. ſi pupillus. Dicit tamen, ꝙ meliùs concipiet verba libelli, ſi dicat, peto in integrum reſtitui contra obligationem pœnæ contractam ex ſententia: vt. ff. de mino. l. ſi minor. § minores. Idem Specul. parte. iiij. eod. titu. verſi. hoc etiam ſcias. ¶ † Quæritur occaſione 4 huius, nunquid læſus coram arbitro in teſtibus producendis, vel alijs, quæ coram eo incidunt, reſtituetur incidenter. ¶ Reſpondet Inno. quòd non: quia nihil eum ligat, niſi obligatio pœnæ. ¶ Et ideo dicit, ꝙ ſi petitur reſtitutio in integrum contra ſententiam, non reſtituitur in eum ſtatum, in quo erat ante ſentẽtiam, ſed totum reſcinditur etiã ipſum compromiſſum, & proceſſus habitus per illud Cyn. poſt Pe. C. vbi, & apud quos in integrum reſti. dan. ſit. l. vlti. in. ij. quæſtio. ꝙ imò arbiter poteſt cognoſcere incidẽter de reſtitutione, & incidenter reſtituere: puta aduerſus omiſſam probationem. ar. C. de iudic. l. quoties. & de ordi. iudic. l. adite. arg. huius decre. § j. in fi. Pluſ dicit, quòd poteſt compromitti in arbitrũ de cauſa principali p minores, hoc adiecto, quòd ſi repertũ fuerit ipſum teneri ex contractu, ex quo conuenitur, & lęſum fuiſſe: quòd arbiter poſſit eum reſtituere. In qua cauſa, & iudicio Petrus extitit aduocatus pro minore. Reputaſ enim incidere, vel de nouo emergere, ac de nouo proponi: vt. C. ſi ſæpiùs in integrum reſtitutio. poſt u. l. j. licet fateatur cum Odoſtre. quod per modum principalis cognitionis nõ poteſt pronunciare arbiter minorem eſſe reſtituendũ, ſeu de hoc compromitti propter regulam dicentẽ aliquo prohibito, prohiberi & omne illud per quod peruenitur ad ipſum. Quanquàm quædam gloſ. additionalis in dicta. l. vltima. etiam teneat contrarium. ¶ Quinimò, & contra Innocen. per alium modum inſurgendo opponit Hoſtien. quid enim ſi ſine pœna fuit ſimpliciter compromiſſum, cuiuſmõi arbitrio ꝗ plerũq; obligat. j. tit. ij. per tuas. Quid etiamſi teſtes coram arbitris producti, mortui ſunt, quorum atteſtationes in iudicio valent. j. de teſti. præſentata. nunquid per ſententiam arbitri ſine pœna, & teſtes productos coram eo lædi quis poterit, certè ſic. Infert ergo Hoſtien. contra Inno. hoc caſu reſtitutionẽ dandam, ex quo cõſtat de læſione. ff. eo. l. non omnia. Et facit. s. c. j. ¶ Lignanus dicit, quòd ſi ponderetur dictum Inno. concordat mentaliter cum Hoſtien. quia non petitur reſtitutio, ſed ſtatut ſententię propter iuramentum, vel homologationem excluſoriam reſtitutionis, niſi laudum ſit iniquum ex animo. j. de iureiuran. Quintauallis. Sed non capio iſtum modum concordiæ: quia aduerſatur menti Inno. in eo, quòd dicit, quòd nihil ligat hîc, niſi obligatio pœnæ, & agit. ergo de ligamine iuramenti, vel homologationis. diuinando: menti Innoc. imponimus, non apparet. & ex eodem fundamento infertur, quòd Hoſti. male Inno. offendit. Nam Inno. non refert ſe ad caſum alio fulcimẽto valiatũ, quàm obligationis pœnæ: ideò vterq; in ſuo caſu bene dicit. Vnde dicebat Mart. & bene, quòd in actibus, qui citra metum commiſſionis pœnæ principaliter non obligant, ſeu præiudicant: procedit dictum Inno. Sed in actibus, qui præciſè & principaliter obligant, vel præiudicant, etiam citra talem pœnæ cõmiſſionem: vt in caſibus, quos ponit Hoſti. procedit dictũ ipſius Hoſti. Et ſecundum hoc dictum poſſet intelligi dictũ Pe. & Cy. de quo. s. Sed ad veritatem non apparet mihi abſurdum dicere, ꝙ etiam arbiter poſsit incidenter aduerſus omiſſam probationem, & alia hmõi ante ſententiã reſtituere. i. reuocare: quod malè factum eſt, vel admittere ad faciendum, quod factum non eſt, illum, qui per lapſum termini excluſus eſt per viam reſtitutionis incidenter. Nam arbitria ad inſtar iudiciorũ redacta ſunt. ff. de arbi. l. j. Modò quilibet iudex non valens aliter reſtituere hoc modo reſtituit: vt hîc & ſiniam ſuã ex cauſa reuocat æquitate dictante. ff. de re iud. l. quod iuſsit. j. de app. cũ ceſſante. Modò cauſa reſtitutionis eſt ſufficiens ad hmõi, reuocationem, vt hîc. & ff. & C. eod. per totum. Igitur nec credo, ꝙ Inno. vel Hoſti. ad hoc dictũ ſe retulerit. Pro cuius intellectu diſtingue: quia aut quæriſ, an læſo incidenter coram arbitro detur per iudicẽ reſtitutio aduerſus huiuſmodi lęſionẽ. Et hoc caſu loquunſ Inn. & Hoſti, Et tunc ad eorũ concordiam duos caſus diſtingue eo modo, quo dixi. s. Aut quæris, vtrum ipſemet arbiter aduerſus incidentem coram eo læſionẽ ante ſententiã ſuam poſſit reſtituere incidenter. Et hoc caſu loquuntur Pe. & Cyn. & dic, vt. s. Imò plus credo, ꝙ dictũ Inno. ſe referat ad caſum, quo petitur reſtitutio aduerſus talẽ læſionẽ incidentem ante ſententiã arbitri facienda: tamẽ per iudicem poſt hmõi arbitri ſententiã, quia dicit, ꝙ nihil ligat, niſi obligatio pœnæ, quæ propriè habet locũ poſt ſententiã. Et per id, quod ſubdit ſtatim de reſtitutione contra ſententiã, &c. videlicet ꝙ non reponit in ſtatu, &c. Sed totum reſcindit &c. & quia pendente cõpromiſſo conquieſcit officium iudicis: vt cle. quandiu. de appel. cum ibi not. Et ex hoc etiam videtur ineptè per Hoſt. repręhẽſus & placet hîc. B. in glo. pe. Sed Inn. hîc videtur cõtra in pe. glo. ideò ad hoc redibo. j. in ſupple- 5 tione glo. pe. ¶ † Queritur. ij. quid ſi aliquis coram ordinario petit reſtitui cõtra ſententiã arbitri: an lite conteſtata ſit per reſtitutione admittetur ad probandũ de iure ſuo, ſuper principali ad hunc finem, ꝙ adiudicentur ſibi petita. Reſpõdet Innocent. ꝙ non: quia hic iudex, qui cognoſcit de in integ. reſtitutione, non ſuccedit arbitro in cognitione cauſæ principalis: vt patet. C. de arbi. l. pe. § fin. Et ad hoc. ff. de iureiuran. l. ſi duo. § item iulianus ſcribit. item quia lit. conteſtatio corã arbitris. non ſufficit ad procedendũ coram iudice; C. de arbi. l. pe. § fi. allegata. quod putat verũ Hoſti. niſi ex forma petitionis aliud ſequatur: vt quia petit in eodem libello, non ſolùm reſtitui cõtra ſententiã: imò & quæ fuerũt petita coram arbitro ſibi adiudicari ſecundum ea, quæ no. etiã ipſe Innocen. s. eo. dem. tum ex literis. in fin. & dixi. s. eod. coram. in quarta queſtio. videlicet cum obſtaculi reciſsio & rei reſtitutio. eiſdem iudicio, & libello, petuntur certu caſu prout ibi dixi.

6 ¶ † S E C V N D O queritur, qualiter delegatus Principis aduerſus ſententiam per ſe latam reſtituere poteſt? Et dic, ꝙ aduerſus interlocutoriam hoc poteſt incidẽter: vt hîc & . C. qui, & aduer. quos. l. fi. Nã & quandiu cauſa eſt coram eo æquiparatur ordinario quoad illam. C. de iudicijs. l. à iudice. j. de appel. cum cauſam. Imò maior eſt omni ordinario quantùm ad eam: vt. s. de offi. lega. ſtuduiſti. Sed ordinarius hoc poteſt facere, vt hîc. Plus vult dicere Cyn. poſt Pet. dẽ bell. perti. C. ſi aduerſus rem iudi. l. aduerſus. iij. q. ꝙ imò poteſt quicunq; delegatus ſit tam principis, quàm alterius: tã cõtra diffinitiuam, quàm cõtra interlocutoriam reſtituere. Nam qui cauſam committit, omnia quæ dependent ex ea, videtur cõmittere. Et quia nemo videtur excluſus, quẽ prætor &c. vt. l. nemo. Et quia procuratores & delegati pari paſſu ambulant. ff. de iuriſdit. om. iudi. l. more. & tamen hoc videtur in procuratore. ff. de procurato. l. item quæritur. Et dicunt, ꝙ caſus videtur. C. vbi, & apud quos. l. vlt. Refert tamẽ in additiõe alios moderniores tenere: & fuit Gui. de cugno. ꝙ nec delegatus principis reſtituit aduerſus ſuã ſententiã. Et ita dicit intelligendam. l. aduerſus. & l. minor. § j. ff. de mino. quæ dicit, ſolus princeps, &c. quicquid ibi dicat glo. & pro hoc optimè ſa. ff. de re iudi. l. iudex. vbi dicit, ꝙ nõ poteſt interpretari, vel corrigere: quia functus eſt officio ſuo. ergo nec reſtituetur. ff. de verbo. ſigni. l. derogatur. licet poſſit cõtra interlocuto. C. de auth. pręſt. l. fi. Nõ ob. l. vlti. all. q loquiſ in incidenti, vbi remanet iudex: niſi cauſa incidẽs eſſet talis, quæ totã cauſam ſopiret. Nam tunc ſecus, vt. ff. de de confeſ. l. cũ fideicõmiſſum. Henricus verò, qui, vt credo,

dictam Cy naddi tionem non vidit, circa hoc ſic diſtinguit:
quia aut adhuc durat iuriſditio ſua, quod eſt donec ſua ſen-
tentia diffinitiua fuerit executioni mandata: vt.ſ.de offi.
dele. in literis.&c.c.ſi delegatis.§ ſi.lib.vj. Et tunc procedat di
ctum Petri. Aut finita eſt eius iuriſditio, vt quia ſententia
diffinitiua eſt lata. & exequutioni mandata: & tunc ſecus:
quia functus eſt officio ſuu,&c. ¶ Sed magis placet dictum
Gui. indiſtinctè. Nam licet duret iuriſditio iudicis delegati
poſt diffitiuam, & ante executionem quoad executionem:
vt.ſ.de offi.dele.quærenti. non tamen quoad ſentẽtentiam
& cauſæ cognitionem: vt.l.iudex.allegata. Aliâs eadem ra-
tione de nullitate ſententiæ ſuæ cognoſceret, quod nullus
diceret,& eſſet contra illud,quod legitur, & not.C.quomo-
do,& quando iudex.l.ſi vt propoſuis.j.& ibi not.per Cyn.in
prima oppoſitiõe. Nec video, quòd.l.ſi.C.vbi, & apud quos
faciat ad propoſitũ, textu põderato. Et ratio Guiliel.nõ ſol-
uit ad illam. Licet enim dicat ibi textus, quòd poſſint reſti-
tuere,ſeu de cauſa reſtitutionis maiorũ,& minorum cogno
ſcere, etiam delegati à principe & ab alijs. Tamen nõ dicit,
quòd iſti aduerſus ſuas ſententias reſtituere poſsint. Et di-
cit Collec. hic quòd pro opinione Iac. ſcilicet,quòd aduer-
ſus ſuam ſententiam diffinitiuam poteſt reſtituere aliquis
delegatus: ſunt omnes Canoniſtę,per not.in.d.c.in literis.&
7 de elec.ſi compromiſſarius.lib.vj. ¶ † Sed quid de alio dele-
gato, quàm principis: refert Cyn.in dicta.l.vltima.C.vbi,&
apud quos.Iac. de Ra.dixiſſe, quòd talis contra interlocuto-
riam ſuam poteſt reſtituere,& non contra diffinitiuam. Sed
Petrus de Bellaperti. ibi indiſtinctè dicit, ꝙ poteſt nedum
contra interlocutoriam,ſed etiam contra diffinitiuam: di-
cens, quòd videtur caſus in.l.vltima.allegata. Dicit Henri.
quòd opinio Iac.vera eſſet,ſuppoſita opinione,quòd delega
tus ordinarij poſſet ſentẽtiam exequi. Sed vera eſſet opinio
Petri ſuppoſita opinione contraria,quã ſequitur Henricus.
de offic.dele. ſignificaſti. Et ideò ſtat Henricus indiſtinctè
cum opinione Petri ante exceptionem, & appellationem.
Nam deuoluta per eam iuriſditione ad ſuperiorem.j.de ap-
pel.intimaſti.&.c. vt noſtrum.& per totum,non poſſet co-
gnoſcere,& per conſequens nec diſcutere reſtitutionẽ pro-
bat,quia oppoſita reſtitutiõe, niſi prius de ea cognouerit,&
diſcuſſerit,non põt exequi:cum, pendente cauſa reſtitutio-
nis,ſuſpẽdatur executio de iure ciuili indiſtinctè, & de iure
canonico ceſſante ſuſpicione.ſ.eo. ſuſcitata. cum ibi not. Si
ergo põt exequi,põt omnia,ſine quibus &c.de offi.dele.præ
tereà.&.c.prudentiam in ſi.j. de regu. iuris.c. cum quid.lib.
vj.Et quia adhuc durat ſua iuriſditio: vt eſt dictum. Dic cõ-
tra,vt.ſ. Nec obſtat, quòd poteſt cognoſcere, ſi opponitur
reſtitutio exequutioni. Primò, quia hoc ſecũdum quoſdam
non eſt verum: vt latè ſcripſi.ſ.eo.ſuſcitata.in.v.q. Et ſi hoc
verum ſit,quòd poſſit proponi in modũ exceptionis', hoc
intelligi debet coram iudice ad hoc iuriſditionem habẽte:
cuiuſmodi non videt iudex delegatus per ſentẽtiam officio
functus: vt dixi.ſ.ar.de offi.dele.cum olim. Nec.§.itẽ quæri
tur.allegatus aliquid facit in cõtrarium: quia debet intelligi
eo modo, quo dixi.ſ.e.cum ex literis.in.v. oppoſitione.§.iij.
principaliter. circa medium. Et ſi ad hoc iuriſditionẽ habe-
ret,hoc modo,illud eſſet incidenter. Nec per hoc poſſet in-
ferri,quòd principaliter eã haberet, vt hic.ar.C.de iudicijs
l.quoties.& de ordi.iudicio.l.adite.alleg. Nam ſi incidenter
cognoſceret tanquã executor, & eſſet neceſſaria indago al-
tior illam ordinariè deberet remittere: vt legit.& not.ff.de
re iudi.l.à Diuo.§ ſi ſuper.& j.de re iudi.de cætero. Ex quo
etiam infertur,quòd nec hoc modo de hoc cognoſcere po-
teſt: cum talis reſtitutio aduerſus ſententiam altam requi-
rat indaginem: vt not.Inno.ſ.eod. tum ex literis.ad ſi. & ibi
ſcripſi in.v.oppoſitione.§. ad tertiam quæſtionem. ideò fir-
miter teneas, quòd nullus delegatus Principis, vel alterius
poteſt reſtituere aduerſus ſententiam ſuam: niſi hoc ſaltem
eſſet ſibi commiſſum ſpecialiter. Et ſic intelligatur.C.vbi &
apud quos.l. ſin.

8 ¶ † TERTIO quæritur occaſione hic notatorum in ſi-
ne gloſſ.e vlti. qualiter ſuper crimen poteſt compromitti.
& hic dicas, ꝙ ſi criminaliter agatur de crimine ſuper illo
compromitti non poteſt: vt hic.&.ff. de arb t.l.non diſtin-
guemus.§ Iulianus.vbi de hoc. Et hoc ſiue crimẽ,de quo agi-
tur criminaliter ſit publicum ſiue ſit priuatum: vt.ff.de pri-
ua. deli.l.ſi. Sed ſi agatur de crimine ciuiliter, de tali poteſt
compromitti ſed licet etiam crimen ſit famoſum,ſic eſt cri-
men iniuriarum, tamẽ tunc ſententia arbitri non infamat.
Ita intellige.ff.de his, quid no.j.l.quid ergo.§ ex cõpromiſſo.
¶ Et ſcias,quòd de quolibet crimine põt agi ciuiliter & cri-
minaliter, vt probatur in dicta.l.ſi.ff.de priua.deli.&.C.ad.l.
Corne.de ſal.l.ſi. ¶ Ratio autem quare non poteſt compro-
mitti de crimine criminaliter intẽtato,eſt iſta: quia quilibet
ſolueret pœnam pecuniariã,vt corporalẽ vitaret. Et per ean
dem rationem prohibetur tranſactio in tali cauſa, præter-
quàm in caſibus, vt.C. de tranſac.l. tranſigere. Et in iſta di-
ſtinctione concordant hic Hoſtien. & Ber.ac Henricus, &
Hoſtien.j.de præſump.literas. & Accurſius in.§.allegato,ex
compromiſſo.& in.l.Iul.alleg.& vide nota. Hoſtiẽ.j.de arb.
§.de qui.re.& Spec.hoc tit.§.reſtat.verſu, item de ſententia.
vbi dicunt, quòd de ſententia excommunicationis, vel alia
in qua vertitur periculum animæ,non poteſt compromitti
9 in iudicem. ¶ † Collectarius quærit primò. Pone, minor,
vel eccleſia mihi rem vendidit, & vult, quòd creditori ſuo
pecuniam ſoluam: deinde minor reſtituitur cõtra venditio
nem: quęritur modò nunquid ego,qui tradidi pretium cre-
ditori,reſtituar contra ipſum? videtur, quod ſic ar.C.de re-
puta.l.vna.videtur ꝙ non: quia ſuum recepit.ar.ff.de condi.
inde.l.repetitio. Diſtingũt quidam,vt ſcripſit Cyn.C.de re-
puta.l.vna.in ſi. Aut fuit debitor ex cauſa lucratiua. & tunc
reſtituar: vt.l.repetitio.allega.&.ff. de doli except.l.purè.§ ſi
eum. Aut ex cauſa oneroſa, & tunc non reſtituar. Sed ſi mi-
nor non eſt ſoluendo, habeo regreſſum contra creditorẽ,ex
quo cõmodum recipit ex facto meo.ar.ff.per quem fac.eſt.l.
ſi.Sed hæc ratio non placet Iac. de Ra.quia commodum re-
cępit creditor ex cauſa oneroſa, etiam non habet locum ar-
gumentum de.l.vlti.Sed ſalua reuerentia ſua, imò habet lo-
cum, quia lege cauetur, vt dicit Petrus de bellaperti. quòd
etiam ſi ex cauſa oneroſa ſenſerit cõmodum,datur regreſſus
contra eum.ff.de le.j.l.planè.ij.§.j. Sed quòd minor non re-
ſtituatur, iſtud facit, quia vbi minor pecuniam mutuatam
per minorem amittit,hoc caſu, minor etiam contra mino-
rem non reſtituitur: vt not.ſ.eo.auditis.ad ſi.quare cum pe-
cunia non venit ad manum minoris,non videtur reſtitutio
danda contra eum.Sed reſpondet Collect. quòd ſatis po-
teſt dici ad eum veniſſe, ex quo pro eo ſatiſfactum eſt: in-
ducens collecta ſua de iureiuran.eam te. ¶ Secundò quæ-
rit: pone conceſſum eſt priuilegium eccleſiæ ꝙ contra eam
non currat preſcriptio,niſi centum annorum. Modò præla
tus agit contra capitulum,vel econtra: nunquid illo priui-
legio poterit ſe tueri? & recitat aliqua de dictis Nouel.quæ
format hanc queſtionem.j. de regu.iur. in iudicijs.lib.vj.in
Mercur.quæ omitto: quia ibi dicam. ¶ Supple gloſſas. ¶ In
glo.ij.ibi: *decretum*: dicit Goſ.illud generale fallit in reſtitu-
tione,minoris propter ipſius fauorem. Vel licet hoc requi-
rat cauſæ cognitionem, non tamen decreti interpoſitionẽ.
Hoſti. Et ibi: *magiſtratus*: municipali. facit de conſe.alta. vel
eccleſię.aqua.& quod ibi not. Sed vt dicit Hoſti.per hoc nõ
ſoluitur contrarium. Et in fin.vel de maiori reſtitutione lo
quitur, quæ fit famæ & bonis omnibus, quam non facit,
niſi princeps, vel ſenatus.ff. de poſtulan.l.j.C. de ſent.paſ.
l.j.ij.queſtio.iij.§ notandum.in fin. Vnde dicebat hic Philip.
decre.iſtam non loqui de tali reſtitutione, quæ fit ſine cau-
ſæ cognitione. Subdit etiam, quòd ſolus princeps reſtituit
contra ſententiam procuratoris ſui.vel Iudicijs, quem dele
gauit. Item, quòd minor magiſtratus cõtra ſententiam ma-
ioris non reſtituit: ſed ꝙ quilibet ordinarius contra ſenten-
tiam ſuam, vel minoris reſtituere põt.ff. de mino.l. in cau-
ſa.§ pe.

ſæ·§· penul.&.l.præſenti.&.l.ſeq. quæ incipit,minot autem. ¶ In glo.iij.ibi: *ſubycere:* priuatus enim,licet poſſit arbitrari inter priuatos,nõ tamẽ iudicare Habẽt ergo hoc à principẽ, ꝙ etiam poſſunt iudicare volẽtibus. Et pooitur etiã exemplum horum in Doctoribus, qui poſſunt volentium ſcholarium cauſas audire.C.ne fili.pro patre.authen.habita. ¶ Et ibi: *rem non nouam.* Dicunt Vincen.Goffre.& Hoſtien. quòd ſecundum canones exemplificari poteſt de de Epiſcopo,qui renũciauit Epiſcopatui ſuo. de ordi. ab Epiſcopo.c.j. Et vt dixit de his iudicibus ponũtur quinq; ordines.C.vt dig.ordo ſeruetur.l.ij.lib.xij. ¶ In glo.penul. in fi.Et ſic ſoluitur contrarium decre.cum dilectus.ĩ.tit.ij. Dicebat Goſ. quòd ſi bene inſpiciatur.l.vltima.C.vbi,& apud quos.vnde hæc decre.ſumpta eſt,ex ea patebit etiam incidenter cognoſcere non poſſe de hac cauſa eos,de quibus loquitur textus. Et dicit,quòd ſic legebant domini ſui Azo, & Hugol.Tamen fatetur quòd hoc dictum habet rationem per ea, quæ
11 præcedunt in glo.¶ † Dicit autem hic Innoc. quòd arbiter non cognoſcit de reſtitutione vt ipſe reſtitutionem concedat: quia reſtitutio eſt mixti imperij.ff. ad municip.l.ea, quæ.ff.de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdictio.l.ij. & maioris iudicis eſt illam dare.C.vbi,& apud quos.l.j.Quid ergo fiet? Solutio,ſi arbiter viderit perſonam, cui reſtitutio competit in aliquo læſam: puta, quia.ĩ. terminum non produxit teſtes, vel inſtrumenta, iterum ei terminum aſſignabit. Et ad hoc inducit Hoſti.leges,quas allegat glo. & not. de ordi. c.j.Et remittit demum ad ſummam.eo. tit.§.à quo facienda. Et ſic poſſet intelligi,quod ſcripſi, ſub dubio dimiſi.ſ. eo.c. in prima.q.§. quinimò verſi. ſed ad veritatem non apparet mihi vſq; ad.§.quæritur.ij.Nec apparet mihi in iſta ſubtilitate apud Canoniſtas inſiſtendum:cum ſiue per modum reſtitutionis, ſiue per viam reuocationis aut mutatiõis ſeu noui termini aſſignationis hoc fiat: ſemper ſit idẽ effectus: vt.ſ.de ꝓcuratorib.petitio &ĩ.de iudicijs. dilecti.Nec eſſet hæreticum in iure dicere,ꝙ aliter poſſet vti. verbo,reſtitutionis:cum ſalua pace Inno.merum & mixtũ imperiõ dum, competũt incidẽter,iure magiſtratus competere cẽſeantur. Et dicitur tunc natura eorum transformata, ſic quòd non habẽt locum in eis iura per Inno. allegata: vt.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.l.j.§ fi.&.l.fi.§ j. Et rectè ad literam hic probatur,&.in.l.vltima.C.vbi,& apud quos allegata.&.ff.ſi quis ius dicenti nõ obtempera.l.vna.in prin. Præterea quid ad propoſitum:cum nec ea, quæ iure ſimplicis magiſtratus, ſeu ſimplicis iuriſdictionis exiſtunt, arbitro minimè competere dignoſcantur:vt patet ex his,quæ ſcripſi.in prin.primæ ſuppletionis tertiæ glo.Habet enim ſuam poteſtatem à partibus, quæ nullam iuriſditionem poſſunt tribuere.C.de iuriſdit. omni iudi.l. priuatorum. Ex quo clarè apparet, ꝙ reſtituere in modum iuriſditionis arbitro non poteſt competere.& ſi ita intellexerit Ino.oportet hoc ſibi fateri. Verũ quæſtio ad hunc ſenſum referri nõ debet:ſed ad illum modum, ſecundum quem ſpectat ad arbitriũ de cauſa cognoſcere,interloqui,ordinare,& ſentẽtiare. vnde ſi per perẽptorium arbitrij lapſum debet pars ab arbitro reputari de iuris rigore excluſa,non apparet,quare arbiter ex cauſa & æquitate ſufficienti partem, cui de iure aduerſus læſionem datur reſtitutio non poſſit reponẽdo in ſtatu primo ſuo adinſtar iudicis in integrum reſtituere,ſicut adinſtar iudicis cognoſcit,ordinat,ſtatuit,terminum aſſignat,& reuocat, interloquitur,pronũciat,&c.Facit.ar.ff.de arbi.l.j.& ideò ſto magis cum opinione,Ber.& Pe.In gl.vlti.ibi: *ex literis:*& hîc adde, quod ibi not.in vlti.glo.Et ibi § *de liberali.* vbi not. de cauſa monachationis, vel cõuerſionis compromitti non poſſe. Quid autem de cauſa alimentorum:& quid de cauſa tutelæ, quam petit mater cõtra tutores teſtamẽtarios, vide in Specula.de arbi.§.reſtat.v.ſed nunquid compromiſſum:& verſi. quid ſi mater. Et ibi: *vt ibi dicitur.* Vel dic meliùs ſecundum Hoſtien. ꝙ loquitur cum de crimine ciuiliter agitur. Idem Philip.ĩ.de arb.cum dilectus. Et ibi: *de famoſo:*propter quod dicit Gul. quòd cum actio iniuriarum infamet ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur.ff.de his qui not.infra.l. Athletas.§. fin. arbiter non aſſumetur in illa, de quo dixi ſupra in tertia quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Petri Belleperti. in explicandis auth.methodum ac rationem ſequitur Ægidius.*
2 *Reſtitutionẽ minori petenti an obſtet rei iudicatæ exceptio ſuper eo, quod petitur. Et quid ſi mutata ſit petendi cauſa?*
3 *Appellationis interponendæ decendium,an eccleſiæ currat.*
4 *Admiſſus vna via,nunquid alia repellatur?*
5 *Itali pro axiomatibus & notabilib.textualib.nil allegare ſolent.*
6 *Præſcriptio temporis inſtantiam iudicial.finientis, an contra minorem,etiam pupilli efficaciter currat? Et quid de tempore ad exceptiones declinatoria. ac dilatorias cõceſſo? Item quid de præſcriptionibus in corpore iuris clauſis? nu.7.& 8. Et quid de præſcrip.xxx.vel.xl.annor.numero.9. Et quid de non clauſis in corpore iuris. numero.10.*
11 *Præſcriptio quænam efficaciter aduerſus eccleſiam currat? Et quid de extraiudicialibus præſcriptionibus decennio minoribus in iuris corpore non clauſis? nu.ſeq. Et quid de.x.xx.vel.xxx.annor.præſcriptione.nu.13. Item quid de conſuetudinarijs?*
15 *Reſtitutio ſemel denegata, cur rurſus cõcedi prohibeatur? Et quid ſi reſtitutio denegata non fuit, ſed non conceſſa? Item quid ſi eccleſia aduerſus contractum reſtitui petat, idque denegetur. numero.16.&.17.*
18 *Reſtitutionis petitio, quænam hîc excludatur?*
19 *Minor, vel eccleſia,ſi contra ſententiam reſtitui petierit,& denegetur: nec appelletur: ſi reſtituatur, aduerſus quam ſententiam reſtitui dicatur? Et quis iudex huiuſmodi reſtitutionem ad appellandum det? nu.ſeq.*
21 *Reſtitutio ad appellandum à ſententia, vel contra ſententiam, ab ea quæ eſt ad appellandum ab ea, quid diſtet?*
22 *Reſtitutionem minor in ſpecie de qua hîc, petens an ſit aduerſus:*
23 *Alienatio per minorem curatore carẽtẽ fact. an teneat ipſo iure?*
24 *Feudi inueſtituram, ſi intra annum minor non petijt: an currat præſcriptio?*
25 *Minores duo ſi aduerſus vnum agant maiorem, ac ſuccumbant: & alter eorum reſtituatur: an ipſius reſtitutio alteri profutura ſit?*
26 *Minor vel eccleſia, ſi canonem non ſolueret: an tempus excurſurum ſit?*
27 *Eccleſia, vel eius Prælatus, aut procurator ſi contumax ſit, ac executio in eccleſiæ bonis fieri debeat: an eccleſia aduerſus huiuſmodi executionem reſtitutionem petere poſſit?*

¶ *CAP.* X.

BEneficio. ¶ Se ſummat, & mutatis verbis hoc vult: reſtitutio eccleſiæ denegata vlterius ſibi ooo conceditur, niſi ex noua cauſa: reſtituetur tamen ad appellandum à ſententia denegationis. Et primò ponit regulare dictum, interſerens alium caſum ibi: *præterquam.* Secundò à principali dicto excipit ibi, *niſi nouis.* Et dicebat Hoſtien. hoc breui corpuſculo compræhendi tenorem trium legum. C.ſi ſæpiùs in integ.reſti.poſtu. ¶ Et dicit Nouella, quòd quia decreta.iſta fuit vltima, quæ occurrit ſibi in Nouella gloſſanda,& quia breuis, & repetibilis eſt, ideò illam proſequitur per modum commenti. Et dicit etiam quòd propter illos, qui in ſuis repetitionibus apoſtillis textualibus abutuntur, ſcilicet quodlibet verbum text. extraneis & exquiſitis materijs apoſtillare volentes: nunc textum percurret, prout decet currere repetentem. ¶ Sed ego Addam in expoſitione gloſſas Innocen. licet poſteà in dicendis aliqualiter eas tangam pro eo, quòd imperfectè tunc dicentur. Diſtant ergo ſecundum eum volentes in ſtatu ſcholaſtico formosè repetere pauca, & breuia, & non exquiſita textualia recitare. Ego autem in continuatione huius operis hunc

modum aſſumpſi, quia breuia textualia in literæ expoſitio
ne ac breues glo.additiones in earũ ſuppletione maioremq́
indaginem requirentia per oppoſitiones, & quęſtiones in
modum commẽti expedire pro clariori traditione conſue-
ui,licet cum ſtylo aliqualiter longiori,quã ſtylo tam abbre-
uiato more cœterorum ſcribentiũ, præter paucos per apo-
ſtillas animum ſtudẽtium propter defectum ordinis inuol-
uentes, obſcuriùs tractare ſingula, longè cõmodiùs & con-
uenientiùs reputaui. Et ideò maximè pro illucidatione glo.
Inno.quæ propter obſcuritatẽ,quam ex defectu huiuſmodi
ordinis iuuenibus ingerunt à pleriſq́ ſcholaſticis dimittun
tur intactæ, hunc ordinem in hoc volumine, ac in.vj.& in
Clemen.iam huſq́,diuina mihi opitulante gratia obſer-
1 uaui:& † Inanteà eadem ſuffragante obſeruare propono in-
ſecutus morem glorioſi viri Petri de bellaperti. & Cyn.ac
Bar.& nonnullorum aliorum modernorũ. Expertus enim
ſum,quòd facilius capit iuuenis duo folia de commẽto,quã
vnum de apoſtillis, & difficiliùs vnam glo. longam & indi-
uiſam,quàm quatuor,vel quinq́ quęſtiunes,ſeu oppoſitio-
nes longè plus tenentes. ¶ Expone literam. *Eccleſiæ tuæ*.de
prælato loquitur, qui reſtitutionem nomine eccleſię lęſæ
petit etiam ſine ſpeciali mandato.de hoc dixi.ſ.eo.ſuſcita-
ta.in prima oppoſitione: *In alio*.licet aliud fuerit,ex quo ta-
men inter eaſdem perſonas ſuper eadem re,& in eadẽ cauſa
obſtat exceptio rei iudicatę.Et de hoc.i.de exceptio.c.pen.
Nouella.Et dic in alio.i.primò: puta,cum primò peteret,in
integrum reſtitutionem, pronunciatũ fuit nõ dandam.vn-
de ſi id iterum petat ſuper eo articulo non poteſt. Idem cre
dimus,ſi petat cõtra ſententiam reſtitutionem in integrũ,
quæ ſibi denegata ſit.Arg. quia ſicut hîc dicitur cõtra eam
tantùm ad appellationem reſtituitur.Inno. *Denegato*. ſecus
ſi conceſſo,verbi gratia: Peti in integrũ reſtitutionẽ aduer-
ſus ſententiam,& conceſſa eſt mihi:& poſt iterum lata ſen-
tentia diffinitiua contra me in principali, iterum dabitur
in integrum reſtitutio,non contra primam ſententiam,ſed
contra ſecundam.Et ſic poteſt intelligi.C.ſi ſępius in integ.
reſti.l.j.*Reſtitutio*. tolle.i.videtur eidem eccleſię poſſe negari
omiſſam à ſentẽtia delegationis. *Ad appellationem*. nõ obſtat
l.ſancimus.C.in quib.cau.reſti.non eſt neceſſa. vbi datur re-
gula,quòd præſcriptiones temporales non currunt minori-
bus: quia illa nun habet locum in eccleſijs:vt not.ſ.eo.c.j.Et
fallit in confectione inuentarij triennio iudicij finiendi.Et
decendio appellationis vt hîc,&.C.ſi ſępius.l.j.in authenti-
co de hære.& fal.§.pupillus.C.de iudicijs.l.properandum.in
fin.Et differt reſtitutio ſententiæ à reſtitutione appellatio-
nis quia in reſtitutione appellationis rata manet ſententia
poſt annum,&c. de his,qui ingredinn.ad appella.§ j.&.ij.&
computatur pro vna appellatione: vt non poſſit modò ap-
pellare.C.ne in vna eademq́.l.j. Quod non eſſet in reſtitu-
tione ſententiæ. Item reſtitutus ad appellandũ tenetur ap-
pellare.i.decem dies: quia in hoc ſolùm lęſus eſt,& non de
bet ſibi reſtitui maius tempus.ar.ff. de minor.l.interdum.§.
planè.& quãdo acti.de peculio eſt annalis.l.cum poſt mor-
tem.Innoc. *Videtur*. & ita eſt.Concordat de appel. præterea
ij.ff.de arbi. quis tamen.§.j.habemus etiam, videtur. ¶ Sed
nõ eſt.ſ.de elec.cum nobis olim.in princ.de ſenten.exco.per
tuas.in prin. *Poſſe*. & debere.cõcordat.ſ.eo.tit.c.ſi.*Nouus*. id
eſt de nouo contingentibus tantùm,quãdo enim omiſit ali-
quas rationes proponere,etiam ſi per ſententiam ſit ſibi de-
negatum beneficium reſtitutionis in integrum petet: vt ſi
petijt reſtitutionẽ in integrũ,qui priuilegiũ omiſerat.Et eſt
ſibi denegata, poterit iterum petere,vt pręſcriptionem pro
bet.Innoc. *Beneficium*. reſtitutionis iam denegatũ. ¶ † Nota
2 quòd minori, ſeu eccleſiæ reſtitutionem petenti obſtat ex-
ceptio rei iudicatæ ſuper eo,quod petitur. ¶ Secundo,quòd
3 mutata cauſa petendi res iudicata non obſtat. ¶ † Tertio,
quòd decendium appellationis interponendæ currit eccle-
4 ſiæ. ¶ † Quarto,quòd vna via admittitur,qui alia via repel
litur. Et quatuor notabilia elicit Nouel. & nihil allegat. Ex
quo collige morem Italicorũ,nihil pro notabilibus textua-
libus allegare. Et ſimile in Cyn.ſępe reperies.Et eſt fortè eo-
rum ratio: quia allegationes,aut ex gloſſis,aut ex apoſtillis,
vel alijs dicendis circa materiam faciliter poſſunt recolligi.
Citramontani tamen potiſſimè repetẽtes ad ea cõſueuerũt
allegare.Notãt etiam legiſtę,& hîc Vincen.quòd ſufficit ſe-
mel fieri. Allegant.C.de iure delib.l.ſi.§.ſi verò poſtquam.in
ſi.ff.vt lega.vel fideicõ. ſeruan.cau.caue.l.j.§. ſi cui. Ad idem
de elec.ſi compromiſſarius.§ j.lib.vj. ¶ Primo opponitur ad
id,quod dicitur reſtitutionẽ denegatam plus non dari, de.l.
& ſi ſine.§.reſtitutus.vbi ſępius fuit reſtitutus minor. Dicit
Nouel.ſolue,vt hîc in glo.ſi.Et idem not.C.ſi ſępius in inte.
reſti.poſtu.l.ſi.Ibi.enim de multiplici reſtitutione conceſſa:
hîc de denegata. Dicit Lignanus. quòd ſi bene ponderas
hic caſus includitur ſub exceptione hîc in fine textus poſita
nouæ defenſionis. Et intelligit Pe.illum.§.in.l.j.C.ſi ſępius.ſe
cundum eum. ¶ Secundo opponitur, ſi ſemel appellaui,li-
cet ſuccubuerim,adhuc poſſum appellare ſecũdò,de appel.
dilectę.cum ſuis concord. ergo & ſecundo reſtitutionẽ pe-
tere.Solutio,faciliùs perditur priuilegiũ, & extraordinariũ
auxilium, quàm ius cõmune & ordinariũ. Fa. C.ad velley.l.
antiquæ. & quod ibi not.vnde vnico actu contrario perdi-
tur de conſti.cum acceſſiſſent. vbi de hoc. Et hoc eſt,quod
hîc innuit Hoſtien.dicens,quòd gratia debuit plus arctari,
quàm ius cõmune.bene ſatis eſt ſemel fuiſſe iudicem libera-
lem.C.de negocijs geſtis.l.tutori.Caue tamen,quia ſi fuiſſet
beneficium appellandi per ſententiam denegatum,non lice
ret à prima ſententia vlterius etiam appellare, licet à ſen-
tentia huiuſmodi denegationis appellari potuiſſet. Etiam
poſſet intelligi contrarium etiam eſt paritas vtrobiq́,ſecũ-
dum Lignanũ. ¶ Tertio opponitur,licet iudicatũ ſit cõtra
eccleſiam,nihilominus reſtituitur.ſ.eo.corã. ¶ Solutio,ſi iu-
dicatum eſt contra eccleſiam, vel minorem in aliquo articu
lo bene reſtituitur: vt in contrario. Sed ſi iudicatum eſt re-
ſtitutionem in eo caſu non eſſe dandam, non reſtituitur,vt
hic:quia modo directo contradiceret prima ſententia ſecũ
dę:quod ibi non. ¶ Quarto opponitur,quòd etiam contra
rem bis iudicatam reſtituatur minor, ſeu eccleſia: vt.ff.de
mino.l.minor autem.&.ſ.eo.tum ex literis. Solutio ſecun-
dum Azo. Vincen.& Goffre.vbi iure cõmuni bis iudicatũ
eſt ſuper tertio articulo contra eam, vel eum reſtitui poteſt
ſed per principem,vt in contrarijs.Sed loquitur.quando eſt
ſemel denegata. ¶ Quintò opponitur ad id,quod dicitur
nouis defenſionibus eccleſiam admittendam: quia propter
nouas defenſiones competit ius commune, & ordinarium
ſubſidium.i.de cau.poſ.c.ſi.ff.de excep.rei iudi.cum quæri-
tur.Facit de fide inſtru.cum Ioã.C.de temp.appel.per hanc.
de teſti. fraternitatis ergo non eſt dandum extraordinariũ
reſtitutionis.ff.de mino.l.in cauſæ. ¶ Solu.vbi iure ordina-
rio aliquis petens ſuccumbit,mutata cauſa petẽdi, quæ ap-
paret etiam extraordinarium auxilium, etiam auditur ordi
naria via:vt in cõtrarijs.vbi verò quis poterit ertradinariũ
auxilium, & ſuccubuit,mutata cauſa petendi, quę apparet,
etiam extraodinarium auxilium, tunc pro extraordinariũ
auxilium auditur,vt hic.Sed ſi à principio ſuccubuerit ex-
traordinarium,quia competebat ordinariũ per illud ordi-
narium auditur. Sicut ergo:vt dixi in tertia oppoſitione.
¶ Sextò opponitur ad id,quod tertio notaui ex textu: quia
cum præſcriptio decendij ſit temporalis: ergo nõ currit ec-
cleſiæ,vel minori.C.in qui.cauſ. in integrum reſtitutio non
eſt neceſſaria.l.ſi.ergo non eſt neceſſaria reſtitutio ad appel
landum. Dicit hîc Innocen.&.ſ.eod.c.j.quòd illud in mino
ribus locum habet, in eccleſijs non. ¶ Dicit Hoſtien.quòd
fortiùs in eccleſijs, quàm in minoribus.ar.C. de ſacroſanct.
eccle.l.ſi.vnde ſecundum eum lex contraria locum non ha-
bet in iudicialibus præſcriptionibus, vt dixi.ſ.eo.conſtitu-
tus in.vj.oppoſitione in prin. Et vide, quę ſcripſi de hoc.ſ.
eod.auditis.in quæſtione.j.&.ſ.eod.c.j.in quæſtio.Collect.§.
Item quęrit. ¶ Dicunt aliqui ſimpliciter illud decẽdium ho
die

die minori non currere, per l. contrariam, quę cum fuerit Iuſtiniani, corrigit. l. j. C. ſi ſępius. vt etiam ibi not. ſed decre. quæ ſecuta eſt vtrunque, hoc dictum apertè reprobat. Ob hanc cauſam dicebant hîc Petrus & Abbas, quòd quędam ſunt tẽpora, in quibus ipſo iure eccleſia ſeruatur illęſa: quia non currunt: vt præſcriptio. x. vel. xx. annorũ. xvj. q. iij. c. pen. j̃. de pręſcrip. ad aures. Quædam in quibus dormit præſcriptio, vt cum eccleſia nõ habet prælatum, vel habet hæreticum. de præſcrip. c. j. & c. auditis. & tempus hoſtilitatis, vt eo. tit. ex tranſmiſſa. Quædam de quibus dubitatur, ſicut de quinquaginta. xvj. q. j. nouarum. quæ ſumpta eſt ex l. placet. C. de ſacroſanc. eccle. & dubitatur per l. ſi diuina. C. de exac. tributo lib. x. De quo dicit Nouella ſe ſatis ſcripſiſſe. de religi. domi. conſtitutus. ſuper gl. hoc ideò. Itẽ dubitat̃ de vſucapione. xvj. q. iij. quas actiones. Dubitatur autẽ per l. vlti. C. in qui. cau. de quo dixi ſ̃. e. cap. j. ſuper. iiij. glo. Et latiùs ibidem in. j. q. ſed certum eſt hoc, quòd ſi in his caſib⁹ lędatur eccleſia, reſtituitur. C. ſi aduerſ. vſucap. l. vna. Quædam ſunt tempora, quę certitudinaliter currũt: nec reſtituitur eccleſia de elec. ne pro defectu. ¶ Nec mirum, quia illa propriè currũt perſonis. Quædam quæ certitudinaliter currũt, & reſtituit̃ eccleſia vt hic. ¶ Quedam certitudinaliter currunt, & dubitatur, an reſtituatur eccleſia, ſicut tempora. xl. annorum, & de hoc. ſ̃. eo. auditis. Et hæc quaſi ad literam, vide in Spe. parte. ij. eo. tit. § ij. verſ. vt aũt. Et ſpecialiter propoſitũ reſpicit, quod ibi not. in verſ. ſed quare tẽpora. ¶ Henricus circa hoc ponit vnam longam diſtinctionem durantem per vnã chartam, & vltra diſtinguens inter minorem, & eccleſiam.

6 ¶ † De minore autem dicit primò, quòd præſcriptio temporis inſtãtiam iudicialem finientis currit cõtra minorem, etiam pupillum cum effectu, ſic quòd non poteſt reſtitui: niſi in ſubſidiũ, quãdo nec à tutore, nec ab alio poteſt ſuam indemnitatem cõſequi. C. de iudic. l. properandũ. § fi. Et hîc fallit lex etiam. C. ſi tu. vel cu. interuenerit. pro eo, quòd habet minor ſaluam veterem actionem inſtantia pereunte.

7 ¶ † Secundo, quòd tempus datum ad proponẽdas exceptiones declinatorias, vel dilatorias, de quo. C. de lit. conteſtat. auth. offeratur. de exceptio. l. fi. j̃. de except. c. paſtoralis. de re iudic. inter monaſteriũ, & datum ad proponendũ peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſſe. l. peremptorias, & datum ad appellandum de quo. j̃. de appel. cõcertationi. in authen. de appel. § j. C. de temporib. appel. authen. hodie currũe contra minorem. ſed reſtituitur. ff. de mino. l. ait prætor § fi. & C. ſi ſępius in integrum reſti. poſtul. l. j. ſecundum cõmunem opinionem. licet Pet. contra: quia l. fin. in quibus cauſis. Iuſtiniani, & poſterior eſt. Nec reperitur correcta. Et hîc eadem ratio. ergo idem ius. ff. ad. l. Aquil. l. illud. de fonte. l. vna. & idẽ hîc Abbas. ¶ Sed dicit Henricus quòd imò. l. j. ſi ſępius in integrum reſtitutio. eſt poſterior in ordine: & hæc decre. in eccleſia loquens poſterior in cõpilatione. & in iudicialibus rigidiùs agitur. ff. de arbit. l. Celſus. Et hoc tenent Hoſt. & Nouel. ſ̃. e. cõſtitutus. & Nouel. hîc & Lan. in cle. vna. j̃. e.

8 ¶ † Tertio dicit, quòd præſcriptiones temporales in corpore iuris clauſæ regulariter non currebãt olim cõtra minorem ipſo iure: nec hodie currũt maximè, quando præſcriptio erat odioſa, & ſuper aliquo odioſo, & cõtra aliquod fauorabile introducta: vt patet in præſcriptione quinquennali contra querelam inofficioſi, per quam filij excludebãtur à querela inofficioſi teſtamenti paterni. & per conſequens excludebãtur à paterna ſucceſſione eis debita: quod erat odioſum: vt. ff. de inoffi. teſtamen. l. j. & l. nam & ſi parentibus. ff. de minor. l. interdũ & C. in qui. cau. in integrum reſti. nõ eſt neceſſaria. l. ij. & C. de tẽpo. in integ. reſti. peten. ¶ Sed quòd erant quędam alię præſcriptiones, quæ & olim & hodię currebant, & currũt cum effectu minoribus abſq; ſpe reſtitutionis. Et hoc regulariter, quando ſuper aliquo fauorabili, & cõtra aliquod odioſum erat præſcriptio fauorabiliter introducta: vt pro ſtatu libertatis, cõtra quæſtionem ſeruitutis. C. ne de ſta. defunc. l. ſi mater, vel pro euitatione pœnæ, vel infamiæ cõtra proſequutionem criminũ, vel exequutionem pœnarum: vt. ff. de mino. l. auxiliũ. in principio. Quódq; quędam alię præſcriptiones. temporales olim currebant cõtra minorem, ſed dabatur reſtitutio: vt patet in præſcriptione exceptionis nõ numeratæ pecunię & rei immobilis. x. vel. xx. annorum. quę tamẽ hodie cõtra minorem ipſo iure non currũt. Et ſic intelligitur. l. ſancimus. C. in qui. cau. reſti. non eſt neceſſ. Etiam. ſed Iac. de Ra. ſi præſcriptio huiuſmodi legalis cœpiſſet in perſona prędeceſſoris minoris propter rationem illius. l. ſancimus. quia melius eſt &c. Et ſic intelligit. ff. de mino. l. etiam ei. & de temp. in integ. reſti. peten. l. ſi intra. licet Accur. in. d. l. ſancimus. ſit contra. Sed fallit in caſibus in authen. de hęre. & fal. § pupillus. & C. de tempo. in integ. reſtitutionis peten. authen. ſi minor. &
9 in authen. de reſti. & intra quæ tempo. § j. ¶ † Quartò dicit de præſcriptione. xxx. vel. xl. annorum poſt Pet. & Cyn. in. l. ſancimus. quòd ſi incœpit in perſona minoris currit ſine reſtitutione: quia nõ poteſt compleri, nec apparere lęſio in minori ætate. Non enim placet eis dictũ Iaco. de Ra. quòd minor poſſit reſtitui ante lęſionem cõſummatã iuxta. l. ait prætor. & l. non omnia. Cum tunc poſſit de iure cõmuni petere. ſed ſi in pſona prædeceſſoris incœpiſſet, & in ſua tempore minoris ętatis cõpleta eſſet, reſtitueret̃: quia ſic lęſus eſſet in minori ætate. ff. de iureiurã. l. nam poſteà. § ſi minor de mino. l. etiam ei. C. ſi aduer. vſucap. l. vna. vbi de hoc not. Secus vbi tempore cõpletæ præſcriptionis reperiſſet maiorem: quia tempore lęſionis, nõ eſt minor per § ſi minor. allegatum pro hoc cõtrario. ff. de mino. l. iij. § vnde illud. ¶ Fallit, quod primò dixi in pupillo. q̃a hoc præſcriptio nõ currit contra eum. C. de præſcrip. xxx. annorũ. l. ſicut circa mediũ.
10 verſ. ſed pupillari &c. ¶ † Quintò dicit de præſcriptionibus alijs, quàm in corpore iuris clauſis, quòd ſi ſunt cõuentionales non incipiunt in perſonam minoris: ſed ſi incœptę ipſo iure nõ currunt, vt. l. ſancimus. Sed incœptæ in perſona defuncti minoris minori currunt cum effectu: vt. ff. de mino. l. Aemili⁹. & C. ſi aduer. vẽditio. pig. l. ij. Sed ſi nõ ſunt conuentionales, ſed cõſuetudinariæ currũt contra minorẽ, ſed reſtituitur. ſ̃. eo. cõſtitutus. ſed Hoſti. hîc, & Inno. Hoſti. & Nouel. ſ̃. e. cõſtitutus in fi. Quod dic, vt ibi ſcripſi in. vj. oppoſitione. & Spec. eo. tit. § ij. ver. hæc autẽ vbi etiam tra-
11 ctat de biennio exceptionis nõ numeratæ pecuniæ. ¶ † De eccleſia autem dicit primò, quòd præſcriptio, per quam nõ læditur eccleſia, ſed perſona ratione negligentiæ, hoc caſu latam culpam dolo ęquiparatã inducentis. ff. depoſiti. l. quod Nerua currit ipſo iure, & cum effectu ſine ſpe reſtitutionis: vt in tempore eligendi, præſentandi, vel cõferendi. de elec. ne pro defectu. de ſupple. negli. præla. per totũ, de conceſſ. præben. nulla. de iure patro. eam te. & c. cum propter diſcordias de elec. quam ſit & c. cupientes. lib. vj. Not. gloſſ. Pau. & Zenzel. in cle. vna. j̃. e. Facit, quia eccleſia per hoc læditur, quia nõ eſt vis, per quem ei prouideatur, ſiue per canonicos ſiue per ſuperiorem ex iure deuoluto. & nõ datur reſtitutio leſione ceſſante. ſ̃. eo. c. j. ff. e. ſcio. de mino. l. in cauſæ. j. reſpõ. De hoc in Spec. eo. tit. § ij. verſ. vt aũt. Fortè aliud, ſi ad prælatum ſpectaret electio, vel prouiſio: ne ex perſonæ ſuæ delicto, vel negligentia lædatur eccleſia ſua ſine ſpe reſtitutionis. de teſta. requiſiſti. Fa. not. de elec. quã ſit. ſcdm Pau. vbi. ſ̃. Et idem dicit de præſcriptione temporis iudicialem inſtantiam finientis: niſi in ſubſidium &c. ad inſtar minoris, per l. properandum. in fi. & l. fi. in quib. cau. in integ. reſti. nõ eſt neceſſa. Notant Zenzel. in Cle. vna. j̃. e. & Hoſti. in Spe. e. ti. § quando. Licet hîc notare contrariũ videatur. ¶ De alijs verò præſcriptionibus iudicialibus dicit, q̃ currunt eccleſiæ ipſo iure, ſed reſtituit̃, vt hîc, & ſ̃. e. auditis. & c. corã. & cle. vna. j̃. e. vbi de hoc per Lan. & hoc innuit Hoſtien. &
12 Nouel. ſ̃. eo. cõſtitutus. ¶ † Secundò dicit, q̃ extraiudiciales pręſcriptiones in corpore iuris clauſę minores decennio currunt eccleſiæ, ſed reſtituit̃, vt. j̃. de præſcrip. c. j. in authẽ. de eccle. tit. § pro temporalibus. collat. ix. & authen. hæc cõ-

ſti.innouat conſtitutionem.&c. C.de præſcrip.xxx.anno.l. omnes C.de ſacroſan.eccle.authen.quas actiones. & cle.vna j̃.eo.Dicit enim, quòd res mobiles eccleſiæ,ſicut & cæteræ priuatorũ ſpatio triẽnij vſucapiunẽ de iure canonico. Not. Hoſti.in Sũma de vſucapi.§.quæ. verſ.quidã etiam,& ſub rubrica.de præſcrip.re.immobilium.§.quæ exigũtur. & verſic. quandoq; tamen.& Dyn.j̃.de regu.c.ij.lib.vj. & Ion.ʒ̃.e.c.j. & Archi.xvj.q.iij.§.quas actiones. & Accur.in authen. quas actiones.alleg. & Inſti.de vſucapi.§.res fiſci. & Goſ.in Sum. de præſcrip.licet Hoſti.j̃.ʒ̃.eo.c.j. Cuius opinio reprobata eſt in Cle.vna.j̃.e.ſecundò glo.& Zenz. Mar. de ſalua dicit ꝙ imò hoc opinio videlicet, quòd vſucapio rerum mobiliũ non currat aduerſus eccleſiã,cõmuniter approbatur pro eo, quod non currit cõtra eccleſiam niſi quadragenaria præſcriptio.Inducit ꝙ etiam in re mobili forma requiriẽ, & quòd periculoſior eſſet eius perditio, quã alicuius rei immobilis vilis.Et dicit, ꝙ hanc opinionẽ tenet Nouel.ʒ̃.e. requiſiuit. quod ibi ſcripſi in.j.q.§.Hoſti.autem dicit.ſed ſecundum veritatem illa nõ ſunt dicta Nouel.ſed Hoſtien.Pau. tamen in cle.vna.j̃.e.videẽ inclinare ad aliam opinionem. ¶ † Tertiò
13 dicit de præſcriptionibus.x.vel.xx.vel.xxx.annorũ,ꝙ eccleſiæ ipſo iure non currũt:vt in dicta authen.quas actiones & xvj.q.iij.§.poteſt.j̃.de præſcrip.ad aures.vigilanti.ſi diligẽti. de quarta.& per totũ ſecundũ Abbat.hîc.Fallit in caſu.j̃.de priuil.ſi de tertia.vbi per Henri.Item fallit in caſu,vbi eccleſia ſuccedit priuato, vel habet cauſam à priuato, cõtra quẽ præſcriptio.x.vel.xx.ſeu.xxx.annorũ fuerat inchoata. Verbi gratia.Cum præſcriberẽ contra te rem immobilẽ bona fide & iuſto titulo inter præſentes, & eam tenuiſſet per quinq; annos,ita quòd nõ reſtabant niſi alij quinq; anni ad cõplementum præſcriptionis vtetur eccleſia iure eius, cui ſuccedit pro primis quinq;.ar.ff. de petitio.hære.l.Item veniũt.§.cum prædiximus.&.l. AEmilius. allegata. & de vſuris.l.cum quidam.§.fiſcus. Et pro tempore ſuo, id eſt, pro alijs quinq; annis reſtãtibus vtetur priuilegio proprio.arg.ff.de mino.l. etiam ei.&.l.cum quidã.allegata.§.ſi debitores.& pro vtroq; membro facit ff. de iure fiſci.l. fiſcus. cum in priuati. & de fundo dotali.l.ſi fundum. & meli⁹.C.de præſcrip.long.tempor. authen.quod ſi quibuſdam. &.j̃.de iure pat.c. vno.lib. vj.Et iſtam diſtinctionẽ inter tempus eccleſiæ & tẽpus ſui prædeceſſoris. Approbãt Io.de Deo,& Archi.in.§ põt.alleg. ſuper verbo,cõtinuare poterit.Sed Tancr.& Bar.brixi.iij.q. dominicali dicit ꝙ imò adhoc, vt præſcriptio cõtra eccleſiam ſit completa, currere debent. xxxv.anni & ita primis quinq; cõputatis erunt.xl.anni. Quicquid ſit dicit Henric⁹. quòd eccleſia cõtra cõplementũ talis præſcriptionis in tempore ſuo,ſi læſa fuerit reſtituetur:vt Cle.vna.j̃.e. ¶ Quartò dicit de præſcriptionib.xl.annorũ,ꝙ illæ currũt eccleſiæ ipſo iure:ſed reſtituiẽ.ʒ̃.de tranſac. cõtingit. ſecundũ Hoſtiẽ.ibi, de quo per eũ in Sum.e.tit.§.quando.Et idem innoit. Abbas hîc.& de hoc per Nouel.de reg.iur. quid agẽdum. Et de hoc ſatis ſcripſi.j̃.e.c.vno in cle.ſi.p glo.pone exẽpl.in ſuppletione finali.Fallit in eccleſia Romana,cõtra quã nõ currit præſcriptio minor centenaria:vt auth.quas actiones. &.c.ſi diligẽti.in ſi.alleg.Dicit tñ Nouel.in.c.qui ad agendũ.ꝙ licet cõtra Roma.eccleſia minor eccleſia nõ præſcribat. niſi ſpacio c.annorũ.tamẽ Roma.eccleſia aduerſus minorẽ eccleſiã præſcribit ſpacio.xl.annorũ. ſicut & alij. Ad hoc.j̃.de pſcrip.ad audientiã.de cleri.nõ reſi.cum dilectus.licet quibuſdã videatur, ꝙ cum oẽs eccleſiæ ſunt eccleſiæ Romanæ,ipſa eccleſia Romana cõtra inferiores non pſcribit. de quo vide. xvj.q. volun⁹.& in Spe. de pſcrip.§. illud etiã quæriẽ primò verius

14 ¶ † Quintò dicit de pſcriptionib.in corpe iur.non clauſis, & conſuetudinarijs,ꝙ illæ currũt eccſæ.ſed reſtituiẽ.vt.ʒ̃.eo. conſtitut⁹. De conuẽtionalib⁹ autẽ dicit idẽ ſi incipiũt tẽpore eccle. vt cle.vna.ʒ̃.eo.&.c.j.ʒ̃.e.ſed ſi inceperũt in perſona priuati,à quo eccleſia cãm habet:tunc currũt cum effectu ſine ſpe reſtitutionis:v.l. AEmilius.alleg. Poſteà ſubdit Henri.ea,q̃ ſcripſi.ʒ̃.e.oppoſitione.§.ob hanc cãm.vſq; ad.§. Henric⁹. ¶ Fallit aũt quod dixi pſcriptiones cõtra eccleſiã currere,dũ eccleſia caret prælato,vel habet prælatũ ſciſmaticum,& tẽpore hoſtilitatis:& tẽpore quo viuit prælatus,qui alienauit,& tẽpore vacationis eccleſiæ. Allegat Henri.pro.j. fallentia.ʒ̃.e.auditis.& lectis,& not.j̃.de pſcrip.c.j.vbi Deo propitio examinare intẽdo oẽs iſtas fallẽtias.Sed q̃ eſt ratio, quare pſcriptio cõſuetudinaria currit minoribus, & etiam eccleſia,& ſecus de pſcriptione inducta à iure cõmoni:dixi ʒ̃.e.cõſtitutus in.vj.oppoſitione.§ Inn.verò. Quã rationem hîc pſequiẽ Henri.& Zenz.in cle.vna.j̃.eo.poſteà. Subdit in ij.diſtin.id,qd ſcripſi.ʒ̃.in.j.ij.&.iiij. oppoſitionib⁹. &.j̃. in q.ij. ¶ Septimò opponiẽ cõtra quartũ notabile de.c. tuæ.ʒ̃. de procur.& de regula cum quis.li.vj.& de.l.ſcire.ff.de tu.& cu.da ab his.Soluit Nouel.ꝙ non eſt idẽ reſtituere ad appellandũ,& reſtituere cõtra ſententiam vt diceẽ in.vij.q.& remittit de Brocardo ad not.ſua in regula, cum quid. & ego ad not. mea.in.c.tuæ.

15 ¶ † PRIMO quæriẽ, quæ ſit ratio huius iuris prohibẽtis concedi reſtitutionẽ denegatã? dicit Hoſti.ꝙ aliquis debuit eſſe litiũ finis de dolo.c.fi. Dicit Nouel ꝙ ſi reſtitueretẽ eccl'ia contra læſionẽ,cõtra quã reſtitutio fuerat denegata,iam ſententia eſſet ludibrio. Allegat Phi.ff. de iudic.l.ſi ptor. Cõtra ſñiam enim denegationis nõ debet reſtitui:qa ſecundò hoc videẽ reſtitui:vt reſtitueretẽ:quod eſſe nõ debet. ar.ff.de mino.l.interdũ. Sicut ergo nõ reſtituiẽ minor, vel eccl'a cõtra curſum quadriẽnij,quo debuit cõtra læſionẽ reſtitui.j̃.e.c. j.li.vj.C.de tẽpo.in inte.reſti.peten.l.fi.ita nec reſtituiẽ contra reſtitutiõis denegationẽ: vt hîc.

16 ¶ † SECVNDO quæriẽ,quid ſi reſtitutio nõ fuerit denegata,ſed nec cõceſſa? dic breuiter, ꝙ aut reſtitutio fuit petita,& denegata:aut petita, ſed nõ cõceſſa, nec denegata: aut petita & cõceſſa:aut nec petita,nec denegata, & in ſolo Primò caſu habet locũ hæc decretalis.Secũdò caſu pſequaẽ inſtantiã,quæ ſi perijſſet.ſcdm leges inchoet aliã.Nec obſtãt ſibi tẽpora ex quo nõ ſtetit p eum.ʒ̃.e. tum ex literis.C.de iudic.l.pperandũ.Tertio aũt caſu habet optatũ.Quarto verò caſu põt petere,dũmodò ſit.j̃.tẽpora ſecundũ Nouel.

17 ¶ † TERTIO quæriẽ,qd ſi petit eccleſia reſtitui cõtra cõtractũ,&denegata fuit reſtitutio:nunquid poterit reſtitui cõtra ſñiam denegationis? videẽ quibuſdã ꝙ ſic:cum hic vnica mandauerit ſñia quaſi qđ hîc diciẽ, &.j̃.ſi ſæpiùs in integrũ reſtitutio poſt.l.j.habeat locũ,quãdo petiẽ reſti.cõtra ſñiam: quia tunc pro aduerſario cõcurrũt duæ ſñiæ. Dicit Nouel.ꝙ verius eſt,ꝙ ſiue cõtra contractũ,ſiue ſñiam petaẽ reſtitutio & denegaẽ,vlteri⁹ nõ concedeẽ:cũ hæc decre.& lex.j.C.ſi ſæpius in inte.indiſtinctè loquanẽ. Et quia vtrobiq; ſubeſt eadem ratio,quã dixi in prima quæſtione.

18 ¶ † QVARTO quæriẽ,quæ petitio hîc excludaẽ, an petitio reſtitutionis cõtra ſñiam denegatiõis,an cõtra contractum. ¶ Dicit Nouel.ꝙ vtrũq;, vt patet in eo,qđ dixi in.j.q. Quod pbat Ion.per hãc literã quæ reſtituit ſolũ ad appellãdum à ſñia denegationis:ergo non cõtra ſententiã.

19 ¶ † QVINTO quæriẽ, ſi contra ſñiam petijt minor, vel eccl'a reſtitui,& fuit denegata:nec appellauit, & reſtituiẽ: an reſtituaẽ cõtra primã ſñiam,vel cõtra ſecũdã? ¶ Solu.hîc B.in.j.gl.& Accur.C.ſi ſæpi⁹.l.j. Et intelligiẽ ſecundũ Nouel. de ſecũda ſñia denegationis:vt etiã dixi in textu.

20 ¶ † SEXTO quæriẽ.quis iudex dat hanc reſti.ad appellãdum,an iudex,ad quẽ, vel iudex à quo debuerat appellari? Videtur quibuſdã,ꝙ iudex ad quẽ,per.l.pſes. C.de appel.Sed lex illa loquiẽ in reſtitutiõe illius,qui appellauerat, & in appellatiõis proſequutione fuit p caſum impedit⁹.Cum enim iam ad eũ deuolutũ eſſet negotiũ per appellationẽ non mirum,ſi iſte reſtituit.Sed in caſu noſtro,quo nondũ fuerat appellatum, nil habet cõe huic negocio. Et ideò dicit Nouel. ꝙ non iſte,ſed iudex a quo,vel iudex ille,qui cõtra ſententiã reſtituere poſſet,hunc reſtituet ad appellandũ.

21 ¶ † SEPTIMO quæriẽ, quæ eſt differẽtia inter reſtitutionẽ à ſñia, vel cõtra ſñiam, & reſtitutionẽ ad appellãdum

ab illa

ab illa.¶ Accurſiꝰin.l.j.C.ſi ſępiùs.& Goſ.ſ.e.tum ex literis.
& hîc Vinc.dicũt,ꝙ primo caſu pinde eſt,ac ſi ſnīa lata non
eſſet:in ſecũdo ſalua manet ſnīa,licet ſuſpendaſ per appella
tionẽ.de iuriuran.venientes.p quod patet,ꝙ magis expedit
reſtitutio,quã appellatio.Allegat Vin.de admini.tut.ſi mi-
noris.Item dicit Accur.ꝙ non cõputabiſ provna appellatio
ne.Quod intellige,vt etiã dicit hîc Inn.ſine cõputata illa ap
pellatiõe liceat tertio appellare.j.de app.ſua nobis. Item hîc
ſecundũ Inn.& Hoſti.ſecũdu caſu cũ reſtituiſ ad appellan-
dum,neceſſe erit appellare.j.decem dies.Non eñ per reſti-
tutionẽ datur plus tẽporis,quã id,in quo lęſus fuit.arg.ff.de
mino.l.interdũ.§.planè.ff.quando acti.de pecul.eſt annalis.l.
cum poſt mortẽ.& cle.vna.j.eo. Item eadẽ ratione habebit
proſequi.j.annũ,vel ex cauſa.j.bienniũ.de app.cũ ſit. Aliâs
rata maneret ſnīa:quod nõ eſt in pximo caſu.Item ſecundũ
Hoſti.cauſa reſtitutiõis debet finiri.j.quadrienniũ.cauſa ve-
rò appellationis.j.biennium. Item in prima neceſſe eſt pro
bare lęſionẽ.Dicebat hic Vinc.ꝙ minor nõ reſtituiſ ad ap-
pellandũ contra libertatẽ.C.ſi aduerſ. liberta.l.fi.de app.l. il-
lud.qd verũ eſt ſi pronũciaſ ſeruꝰ liber. Si verò pronunciat
deliberãdo·tunc etiã contra ſnīam reſtituiſ,& cõtra liberta
tem cõpetiturus audiſ.C.ſi aduer.lib.l.j.ff.de minu.l.verũ.§.
quod ſi minor. Ex quibꝰ patet differẽtia inter iſta.
¶ OCTAVO quæritur, quæ ſunt nouę defenſiones,de
quibꝰ loquiſ litera in fi.d.glo.vedeſ velle qd intelligaſ de no
uis.i.nouiter ppoſitis.Tamẽ primo competentibꝰ, & fortè
eundẽ intellectũ habuit Inn.exponẽs nouis.i.de nouo ppo-
ſitis:non de nouo cõtingentibꝰ. Tamẽ poſſet etiã contrariꝰ
intellectus ſumi ex illis verbis Inno.quod per te videas.Azo
in ſum.C.ſi ſæpiùs.& Accur.& Odofre.e.tit.l.ij.¶ Et Vinc.
Goſ.Phi.Hoſt.Pet.& Abb.& AEgi.hoc intelligũt de vtriſq;
ſcilicet,antiqs nouiter ppoſitis.Et itẽ de nouiter emergẽti-
bus. vnde ponũt aliqui ex eis expſſum exẽplũ quãdo denega
ta fuit minori,vel eccleſię reſtitutio qa cõtra pcuratorẽ ſuũ
habebat actionẽ:qui pcurator poſteà repertꝰ eſt:ecce anti-
quum.Vel factus: ecce nouũ.nõ ſoluẽdo modo reſtitueſ ec-
cleſia ſup principali.Item pone,ꝙ eccleſia petijt cõtra ſnīam
reſtitui ex lęſione priuilegij,nõ pducti, ſuccũbit:nunc vult
contra idẽ reſtitui ex lęſione pſcriptiõis non pbatæ.Et hæc
exẽpla,& quędã alia videre potes in Spec.parte.ij.eo.tit.§.ij.
ver.ſed quã vocas. De noua verò.i. nouiter pbanda, tamen
prius ppoſita, & nõ probata,hoc non põt intelligi,cũ illa nõ
ſit noua defenſio,& qa ſecundũ hoc nullus eſſet effectꝰ iſto-
rum iuriũ.Et aduerte,quia ppter honorẽ Io. An. quia legit
hanc decre.per modũ cõmenti,dicta ſua in.vij. oppoſitiõib.
& octo qõnibꝰ pcedẽtibꝰ recitaui de verbo ad verbũ,nil ad-
dẽdo,pter diſtin.Henr.quã poſui ſ.vj.oppoſitiõe. ¶ Collec.
primò circa id,qd habeſ hîc in fi.& qd dixi in.viij.q. recitat
dicta Cyn.C.ſi ſępiùs.l.j in.vj.q. quæ ibi videas. Et cõtra ea
opponit de.c.pia.j.de excep.li.vj.ij.rñ.vbi ſuccũbens in ex-
ceptiõe dilatoria iteratò admittiſ.Et ſolnit dicẽs, ꝙ cõpetit
de iure cõi excipe.Et eſt illud fauorabile:ius verò priuilegij
odioſũ de quo hic reſtringibile.Ideò arctaſ ad vnũ. inducit
lecta,& not Archi.de fili.pſbit.c.j.& de pben.non põt.li.vj.
ibi vide Nouel.ideò bis appellaſ,& bis nõ reſtituiſ.¶ Scdò
ibi: *ad appellationẽ omiſſam*: dicit, ꝙ ad appellãdũ à ſnīa dene-
gatę reſtitutiõis reſtituiſ eccleſia:& hic pbaſ.¶ Et ibi *dene-
gato*.Secus dicit ſi cõceſſo p hanc literã à cõtrario.Sed pone,
ꝙ cõceſſa reſtitutione aduerſus ſnīam iterũ condẽnaſ: nun-
quid cõtra iſtã ſecundã dabiſ reſtitutio dicit Collec.Inn.hîc
velle.ꝙ ſic, & ita intelligere.l.j.C. ſi ſępiùs. & ꝙ iſte intelle-
ctꝰ eſt valde notabilis.¶ Tertiò ſubdit no.Cyn.C.ſi ſępiùs.
22 in.j.q.&.ij.quæ ſcripſi.ſ.e.c.in.j.&.iij.qõnibus. ¶ † Quartò
quęrit:minor cõdemnatꝰ appellauit,& appellationẽ nõ pro
ſequutꝰ,petijt reſtitui aduerſꝰ ſnīam:denegaſ ſibi:petit reſti
tui ad appellandũ:nũquid audieſ.Accur.in.l.j.C.ſi ſępiùs di
cit ꝙ ſic: qa appellare & non pſequi eſt idẽ ac ſi non appel-
laſſet.ff.de his,qui not. inſa.l.furti. Et videſ placere Cyn.in
d.l.j.q.iij.& ſic bis videbiſ appellare.Sed non placet mihi,qa
nõ fuit lęſus in eo,ꝙ nõ appellauit,ſed in eo ꝙ appellationẽ
non fuit pſecutꝰ.Ergo nõ ad appellandũ,ſed ad appel.inter
poſitã pſequendã debet reſtitui:qa ad aliud non daſ reſtitu-
tio,quã lęſio ſe extẽdat:vt.§ ſi minor.alleg.à cõtrario.Subdit
etiam ꝙ tetigi in.viij.q.ad fi. ver. de noua verò. & recitat di
cta Cyn.in.d.l.j.in.vj.q.vbi Cyn.tenet poſt Pe.id,qd.ſ.dixi.
Ipſe tñ Collec.quicqd videaſ dicere Pe.in cõtrariũ dicit idẽ
eſſe de nouiter emergẽti in origine,vel notitia.ar.c.pia.j.de
elect.nõnulli.&.c.vt circa.§.alioquin.de teſti. pñtiũ.lib.vj.&
23 de excep.paſtoralis. ¶ † Quintò dicit alienationẽ fundi fa-
ctam per minorẽ curatore carentẽ non valere ipſo iure pro
pter defectũ ſolẽnitatis. de quo eſt autho. tutoris, vel cura.
inducẽs.ſ.e.cõſtitutus.licet vt dicit gl.teneat ibi contrariũ,
& collec.ſua.ſ.e.c.j.licet glo.teneri poſſit in cõtractibus,qui
ſolennitatẽ non reqrũt.in quibꝰ nõ ſeruaſ ipſu iure illęſus,li
cet in quibuſdã pſcriptionibꝰ ſecus.Et poniſ ratio in Spe.e.
tit.§.j.qa ſtatim apparet in pſcriptione lęſio, ſed non in con
tractu ſalua alienatione de qua dixi:qa ibi de maiori piudi-
24 cio agiſ. ¶ † *Sexto*,quid ſi minor nõ petijt inueſtiturã feudi
j.annũ?Spec.vbi.ſ. not.ꝙ curreit pſcriptio : ſed cõtra videſ
quia pſcriptiones tẽporales,vt hîc not.Inn.nõ currũt mino-
ribꝰ:niſi in tribus caſibꝰ.ſ.in cõfectione inuentarij,in trien-
nio iudicij finiẽdi:& in decendio appellationis.Inducit col-
lecta ſua.ſ.e.c.j.circa fi.Et dicit.ꝙ Doct. iuris ciuilis , cõtra-
rium notãt,& ꝙ eis in talibꝰ eſt ſecutiùs ſtandũ.Non capio
quid dicere velit:ſed dic,ꝙ currit, & reſtituiſ:quia eſt pſcri-
ptio cõſuetudinaria.ar.eius, qd ſcripſi.ſ.e. cõſtitutꝰ.in.vj.q.
& ſcripſi.ſ.e.in.vj.oppoſitiõe.§.v.dicit.ver.ſed ſi nõ ſint. Mo
dò cõſtat,ꝙ materia feudorũ tota eſt cõſuetudinaria:vt in.x.
25 coll.per totũ. ¶ † *Septimò*,qd ſi duo minores agunt contra
vnum maiorẽ,& ſuccũbunt,ac reſtituiſ vnus:nunqd pficiet
alteri?videſ ꝙ ſic,ſicut diciſ in appel.p.c.vna.de app.Sed cõ
tra,qa bñficiũ eſt pſonale, igiſ. de inſti.cum veniſſent.& qa
res inter alios acta, &c. Expſſum videſ.C. ſi in cõi eademq;
cau.in inte.reſti.poſtul l.vna.§.j.in fin.de quo in Spec.e.§.fin.
dicit ſatis videri hoc probabile:niſi eſſet cauſa indiuiſibilis,
vel aliâs adhęrẽs.ij.q.vj.§.quãdo.Et ſic intelligaſ ille textꝰ.ar.
ſumpto de verbo,cum maiore.à cõtrario. Dicit tamẽ ꝙ cõ-
ſueuerũt aliqui ibi not.ꝙ magis extẽditur appellatio,quã in
integ.reſtitutio.Et ibi pbaſ vtrunq;.vnde Cyn.poſt Petrũ
ibidẽ in.q.licet gl.Accur.videaſ diſtĩguere,vt colle.tenet cõ
trariũ indiſtinctè etiã in re indiuidua. qa trãſactio minoris
ſup ſeruitute indiuidua nõ nocet, niſi ſibi:ne poſſit venire
cõtra factũ ſuũ.de ſerui.ruſti.pdi.§. Igiſ. Nec reſtitu. pficiet
alijs.Facit,qa pſonale beneficiũ &c. vt.ff. de exceptionibꝰ.
l.exceptiones.de admi.tu.l.ex pluribus.& ibi latiꝰ videas.di-
26 cam.j.de app.c.pen.vbi ppriùs ſedet materia.¶ † Octauo,
quid ſi minor vel eccleſia nõ ſoluit canonẽ:nunqd currit ſi-
bi tẽpus:de minore credit Collec. ꝙ nõ, ſicut in alijs legum
tẽporalibus pſcriptionibꝰ.De eccleſia recitat Spe. opiniões
pro,& cõtra.vbi.ſ.Credit tamẽ Collec.ꝙ curret,ſed reſtitui
tur p not.ſ.e.c.j.& faciũt,quæ ſcripſi.ſ.e.c.in.vj.oppoſitiõe
§.ij.dicit ꝙ extraiudiciales.Inducit Collec. hanc decre. &.c.
27 j.&.c.cõſtitutus.ſ.e.cum collec.verſ.& not. ¶ † Nono,quid
ſi eccleſia,vel eius pcurator,ſeu platus eſt cõtumax,&:debet
fieri executio in bonis eccleſię: nunqd cõtra hmõi executio
nem põt eccleſia petere reſtitutionẽ? ¶ Inno.tenet,ꝙ ſic:ſed
Hoſti.cõtra.j.vt lit. nõ cõteſt.c.j. Ad cuiꝰ determinationẽ,
vide ſecundũ Collec.not.ſ.e.auditis. Et dicit etiã videndũ,
vtrum de mãdato eccleſiæ in iudicio interuenerint, vel nõ:
vt not.de pſcrip.c.fi. Dicam in.c.j.vt lit.nõ cõteſt. ¶ Poſteà
ſubdit Collec.multas de oppoſitionibꝰ, & qõnibus Nouel.
quas.ſ.ſcripſi.¶ Spple glo.In glo.vlti.in fi.quod eſſe non de-
bet.j.de elec.comiſſa.§ porrò.lib.vj.

De alienatiõe mutãdi iudi. Rub.

Continuatur in hunc modũ: quia in titulo proximè præcedẽti pviſum eſt per beneficiũ reſtitutionis eccleſijs,minoribus,

atq; maioribus lęſis, iudicis officio: ne earũ conditio fiat deterior. Hoc ꝓuidet iuris authoritate ne, alterius dolus poſſit eis obeſſe. Vel ſic.§.tit.proximo ꝓuiſum eſt per in integ. reſtitutionẽ eccleſijs, vt in.c.j. Et minorib⁹, vt in.c.conſtitut⁹. & maioribus: vt in.c.ex literis. Hîc aũt non minori ęquitate ꝓſpicitur omnib⁹, in quorũ damnũ, & præiudiciũ poſſeſſiones, vel res, de quib⁹ timet moueri quęſtio, cauſa mutãdi iudicij in alios tranſmittit, ſecundũ Goſ. & Hoſti. ¶ Ad materiã facit.xj.q.j.c. vlti.de priuile. authoritate.in fine.lib. vj. Duas rubricellas de hoc faciũt Hoſti. & Spec. vna eſt de alie.mu.iud.cau.ſac. & alia, de ceſſione actionis. quas proſequuntur in ſummis ſuis.

SVMMARIVM.

1 *Citatione ad partes decreta aduerſus detinentẽ eccleſiã: & eodẽ mortuo ante citationis executionẽ, eſt ipſi alius ſurrogat⁹: an vi eiuſdẽ citationis poßit ſubrogatus citari: & ſi citatus fuerit: nun virtute ipſi⁹ citatiõis poßit in curia aduerſus eundẽ per auditorẽ procedi.*

2 *Iuriſditio an per decretũ de citãdo, perpetuari dicatur? Et id quaten⁹?*

3 *Teſtator ſi actionem litigioſam legauerit: & legatarius litem continuet ac proſequatur, an teneat proceſſus?*

4 *Probandi onus in ſpecie de qua hic, cui incumbat.*

5 *Termini aßignatio in proceßibus facta, quam tacitam conditionem habere dicatur?*

6 *Translatio rei litigioſæ in Papam facta, de qua hic, an efficax ſit. Et ex hac quinque exoriuntur quæſtiones?*

7 *Papa, nun poßit in ſe cauſæ defenſionem vel rei inſtantiã actore inuito transferre? Et nun ad cauſam venire teneatur? nu. ſeq. Et nun id illi expediat? nu.9. Et verũ ſententia eidẽ præiudicet, & cõtra eũ quoad poſſeßionẽ ſit executioni mandanda? Et quid ſi Papa ipſe ſciens rem litigioſam translationem admiſerit, an recurſus de euictione ſit denegandus. nu.10.11. & 12.*

¶ *CAP.* I.

EX quorundã. ¶ Caſus. Is, in quem facta eſt alienatio rei cauſa mutãdi iudicij, cõuenitur per reſcriptũ impetratũ contra alienantẽ. Et ſunt duæ partes. Prima, factũ ponit. Secũda ꝓuidet circa illud, ibi. *Nos igitur.* ¶ Expone literam. *Aduerſarij.* hoc audiẽtes, & ꝓſcientes eludant: quod nõ eſt tolerandũ: vt hîc, & ff. de iudi.l.ſi ꝑtor. C.de bo. quæ libe.l.fi.§.vbi.de prę̃b.dilectus ij.de poſtu.pręla.bonę.ij.de appel.c.ſuggeſtum. Hoſti. *Citentur.* ipſi aduerſarij. Et aduerte, q̃a hæc decre. non loquit de appellatiõe facta poſt citationẽ. Quia in tẽpore, quo loquit hęc decre. admittebatur omnis appellatio, niſi notoriè eſſet fruſtratoria. de app.cum ſit. Sed hodie ſcđm Inn. vt.j̃.de app. vt debitus. ſed ſecundũ Hoſti. hoc dicit. Quia poſt citationem ꝑuenti eſſent. de offi.dele.relatũ.c.gratũ. & .c.licet.de reſcrip.c.ſignificauit. Vnde ſi poſteà in aliũ rem petendã trãſferat, videt hæredem ſuũ, ob eius malam fidẽ obligarũ relinquere: quaſi tantũ ſecundũ Canones valeat citatio, ſaltẽ quo ad quædã, quantũ litiſcon. ſecundũ leges: vt.ff.de rei vend.l. ſi naũt. & .l.cum aũt. & .l.is, qui dolo. & .C.de rei ven.l.certũ & l.ſi fundus. Fatetur tamẽ hoc nõ eſſe de iure canonico expſſum, ſed tantũ de pręuẽtiõe. de fo.cõpe.c.propoſuiſti. *vocem.* denotat appellation. extraiudicialẽ: de app.cum ſit. & .c.bonæ. *Prorũpunt:* & malẽ: vt in.c.vt debitus. & .c.ſuggeſtum. allegatis. Sed olim fuiſſet cõceſſum fruſtratoriè appellare, dicẽdo iudici: intellexi, ꝙ literæ ſunt impetratæ ad vos cõtra me & ideò appello hodie nõ licet: vt in.c.vt debitus. Inn. & not. Hoſti. ꝙ hæc dictio, prorũpunt, quandoq; ſonat in vitium, vt hic. & de appella.c.ſup eo.j.in fine. vbi de hoc. Quãdoq; aliter. vt.§.de reſcrip.c.j. *Et infra.* in hac deciſa formant tres quæſtiones. Prima, an tali appellationi ſit deferendũ. Secunda, an ſit procedendũ contra illos, qui cõmutationẽ receperant. Tertia, an procedi debeat contra illos, qui malitioſẽ ſe abſentant. Et ad hoc reſpondet.j̃.Hoſti. *Forum.* impetrantium *Pro euacuando.* & ſine iuſta cauſa. Inno. Et probabit hoc eo ipſo, ꝙ cõuinci potuerũt de ſcientia literarũ, quod probari poterit per illos eoſdem, qui eis ſignificarũt. de app. ſuggeſtum. *Appellauerũt.* Supple tali appellatiõi non eſt deferendũ. & ſic ſoluta eſt.j.quæſtio Hoſti. Et ſic procedet contra eos, tanquã contra cõtumaces. Abbas. & idẽ. *De poſſeßione:* gñalem materiã de reo, qui cadit à poſſeſſione, vide plenè diſtinctam per Inno. de re iudi.in rubri. & poſuit Nouel. poſt eum & Hoſti.e.tit.c.j. & cõiunge not. eiuſdem.e.ti.cum ſup. & .c. quãuis. & de teſti.veniens.ij. Et ex his bene intellectis, & explanatis poteris formare pulchrã & vtilem repetitionẽ, ſed non ſine labore. *Vertitur:* Dicunt quidã, & fortè melius: hîc tantũ loqui, quãdo fraus interuenit. Nam ſi nõ interueniſſet non poſſet procedi, niſi citaret.§.de offi.dele.conſultatiõibus. Inno. Sed dicit Hoſti. ꝙ nec hîc dicit, ꝙ procedatur cõtra nõ citatum, vt patebit in fine. ¶ Item ſecundũ Inno. dicunt alij hanc decretalẽ non tangere edictum de alienatione mu.iudic.cau.ſac. quod tantũ competit contra eum, qui trãſtulit dominiũ, vel poſſeſſionẽ in alium potẽtiorẽ, vel nõ potentiorẽ dolo malo, cauſa mutandi iudicij futuri.s.à ſe in alium transferẽdi. Et tenet talis ad intereſſe.ff. eo.l.j.ij. & .iij. in prin. Et hîc habes in glo. Ber. & loquitur hæc decre. de cõueniendo eum, in quem tranſlata eſt poſſeſſio: etiam ſi nullam fraudẽ admiſit. Et eſt ſpeciale in hoc, ꝙ perſona nõ contenta in reſcripto conuenit: licet ſit argu. contra de reſcrip. ſedes Apoſtolica. Inno. Sed nec hoc placet Hoſti. cum decre. hęc expſſẽ loquat, quãdo ſit in fraudem, & in eluſionem mandati. vt.§.patet ibi pro euacuanda, & ibi: *eludant. Eos qui.* Dicit Hoſti. ꝙ hoc pronomẽ eos. facit relatiunem, non ſolũ ad ſequentia, ſed etiã ad præmiſſa: quaſi diceret eos, qui ſic appellauerũt, & qui ſe malitioſẽ abſentauerunt. & non ſolũ eos, ſed etiam eos, qui ſe ingeſſerunt &c. Reſpondet ergo expreſſẽ ad id, quod erat magis dubitabile. videbatur enim ꝙ reſcripta, quę ſunt ſtricti iuris ad perſonas non expreſſas, extendi nõ poſſent. De quo hîc in glo. *in poſſeßionem:* Per hoc reſpõdet.ij. & .iij.qõni. Et hoc intellige etiam ſi naturaliter poſſideant: ſed dominũ in iudicio poterunt nominare. C.vbi in rem actio.l.ij.idem tamẽ dico, & ſi poſſideant. Inn. C.e.ti.l.j. *Ingeſſerunt:* ſupple & eos, qui poſſeſſionẽ dolo trãſtulerint: quia dolus habet pro poſſeſſione: vt.ff. de reg.iur. l.parem. Pet. & Abb. *Appellatione ceſſante:* Per hoc reſpõdet primæ dubitationi: quod nõ credo: quia non loquitur ibi de appellatione abſentãtis, ſed pręſentis. dicas ergo, ꝙ nõ reſpõdet Inno. *Aequitati:* nõ ergo procedẽt contra non citatũ: vt dixerunt quidã. Hoc enim ſuadet iuris ęquitas. de conſti. eccleſia. & de maio. & obe. inter quatuor. de cau.poſ.c.j. Hoſti. ¶ Opponitur, quia reſcripta ſunt perſonalia. de reſcrip.c.ſedes. & .c.paſtoralis. alleg. adeò, ꝙ nun ſit ꝓrogatio de conſenſu partium ad aliam perſonã. de offi. dele.c.p. & .g. Dicit Lignanus, quòd iſte caſus eſt ſpecialis. & remittit ad notata ſua de iudi. quia Guil. verũ dicit. vnde hîc loquit de prorogatione iuris in ſuo caſu ſpeciali: ibi verò generaliter de prorugatione hominis. Caue tamẽ, quia ſi agatur contra illum, in quem tranſlata eſt poſſeſſio, agendũ erit à capite, nõ autem continuãdus proceſſus contra alienantẽ inchoatus: niſi eius ſucceſſor vniuerſalis eſſet: vt ſcripſit Inn. in.c. quia Guil. alleg. quia ſicut ibi dicit, nõ trãsfertur lit. cõteſt. de ꝑſona in perſonam. Non enim eſt hîc vera ſucceſſio. Super quo vide

1 nota. Inno. j̃.c.proximo. & .j̃.tit.j.c.ex parte. ¶ T Occaſione præmiſſorum, formo hîc aliquas quæſtiones de facto hactenus in iſta curia agitatas. Primò igitur formo quæſtionem Ber. de boſqueto ſecundũ librum meum.cliiij. vtrum decreta citatione ad partes cõtra.A. detinentem eccleſiã: & mortuo.A. ante citationis executionẽ, eſt ſibi ſubrogatus.B. in virtute illius citationis poſſit B.citari: & ſi fuerit citatus, an in virtute illius citationis poſſit procedi cõtra eum in curia per auditorem? Dixerũt quidam, ꝙ ſic per hanc decretalem & per.c. quia Guil. Alij dixerunt contrariũ, per notata Inn. in.c. quia Guil. Super hoc remittit Ber. ad notata Nuuellæ, de offi.dele. licet vndique & plenius per eam. de offi.lega.c. ſi.in fine. ſuper verbo citatio vltimo notat, ꝙ per decretum de citando, licet perpetuetur iuriſditio quoad iudicem: vt

poſt

poſt mortem delegātis nō reuocetur : non tamē quoad par-
tem: niſi per executionem citationis fuerit appręhēſa.ar.ff.
de iudi.l.ſi quis poſteà. &.ff.de acqui. hære.l.ſi per epiſtolā
Et ad hanc quæſtionē allegabat Cardi. Petragoriceñ.ff.de
dam.infec.l.cū poſtulaſſem. Pro quo optimè faciunt ea, quę
ſcripſi in expoſitiōe in verbo,vertiſ.in fine.Per quod appa-
ret,vt ſit locus huic decre.neceſſariū eſſe, ꝙ alienatio ſit fa-
cta in fraudē,& deluſionē mandati.Et etiam facit bene.c.qa
Guil.quia ibi ſpeciale in odiū violētię vt ibi notat Innoc.Et
quia intelligitur de illo, qui ſciēter ſucceſſit invitium:vt ibi
notatur in glo. ¶ Et per præmiſſa determinat Ber.inducit.
aliam quæſtionē. Pone:actor in vna cauſa: primo impetrat
vnum auditorē:ſecundo reus alium.Primus priùs cōmiſſio
nem recipiens, priùs citationē decernit. Sed ſecundi citatio
poſt decreta priùs executioni mādatur.Quis debet tractare
cauſam? Determināt,ꝙ ſecundus : quia primo perpetuauit
ſuam iuriſditionē,ex quo prius de mādato ſuo pars fuit ci-
tata.Licet enī primus primò ꝑpetuaſſet quoad ſe,non tamē
quoad partem: quod fecit ſecūdus.Quia ſola executio quo-
ad partem pręueotionē, & litis pendentiā inducit.ar.dictæ
legis,ſi quis poſteà.& de ſo. cōpe.c. penul. Allego vltra eum
Cle.ij.vt lite pen. Ipſe inducit not.in.c.vt debitus. alleg.ſup
verbo, aſſig.in gloſſ.quæ incipit.ſed nunquid. Sed ſcias,ꝙ à
toto tēpore meo,dñi auditores. quoad hunc tempus pſita-
tionis attendūt,& ſtat ſuper hoc auditor iunior ordinatio-
3 ni ſenioris. ¶ †Secundò moueo quęſtionē eiuſdem Bern.
clxxiiij.vtrum ſi teſtator legauit actionē litigioſam, ſeu no-
mine ſuo iam ꝑ eum in iudiciū deductā : & legatarius cōti-
nuet proceſſum,ſeu ꝓſequatur litem,teneat proceſſus:& vi
detur,ꝙ nō per authen.nunc ſi hæres.C.de litig. & per not.
Inno.ĩ.c.proximo.in prin.vbi videſ innui,ꝙ cum actio liti-
gioſa legatur,nō valet legatum,vt actio trāſeat in legatariō:
ſed ſolùm litis euētus,ſi. ſibi legatus videſ. Et ſic ſupponiſ,
ꝙ tota actio remanet penes hæredē.Pręſertim,ex quo ipſe,
vt ibi dicitur,proſequiſ litem,per dictam authē.nunc ſi hę-
res.&.§.ad hoc.in authen.de litig.vnde illud ſentire. Sed ca-
ne,quia illud loquitur vbi erat quæſtio de dominio,non de
actione pſonali litigioſa. & ideò poſſet dici, quòd in legato
actionis pſonalis litigioſæ,remaneat.l.h.C.de litig. incorre-
cta.¶ In oppoſitum arguit,quia legatū valuit, vt.l.fi.in fi.C.
de litig.igiſ vtilis actio trāſit in legatariū.C.de lega.l.ex lega
to nomine.Igitur illam vtilem potuit deducere in iudiciū:
& in virtute illius litem proſequi.¶ Nec obſtat authen.nūc
ſi hæres.quia licet in fauorē rei dicat hæredem debere pro-
ſequi aſſiſtente legatario, ne fortè detur ſibi alius:tamen nō
negat,quin ſi legatarius ageret,& ſibi nil opponeref,valeret
proceſſus cum eo habitus:præſertim hęrede & reo non cō-
tradicentibus,ſed eum agere patientibus. Ad leg. fin. in fin.
C.de litig.reſpōdet, ꝙ correcta eſt per authen.nunc ſi hæres
vt notaſ ibi,& in authen.de litig.§.j.¶ Et hanc partē tenue-
runt auditores & Ber.cum eis: qa etſi ꝙ legatarius nō poſ-
ſet agere,ſi tamē de facto agens obtineat, ꝓceſſus non pro-
pter hoc eſt null⁹, ſed iniuſtus,ſi ſibi p debitorem oppone-
batur,vel iuſtus ſi nil ſibi opponebaſ de vitio litigioſi.Quia
iudex non debet diuinare,nec de facto ſupplere. Et ideò te-
net ꝓceſſus, niſi appelleſ & obtineat legatarius per tres in-
ſtantias.Nam non ius actoris,vel rei,non reddit proceſſum
nullum,ſed iniuſtum,ſaltem quoad ſe,& re ipſa.Actio enim
oriens ex ſententia lata pro ius,ſeu actionem non habente,
recipit fundamētum in illo quaſi contractu,quãdo fit in iu-
dicio tempore litis conteſtatę.ff.de peculio.l.iij.§.idem ſcri-
bit. Sed an ſuppoſita alia opinione poteſt legatarius conti-
nuare proceſſum inchoatum per teſtatorem : vel an opor-
teat eum de nouo incipere:& an ſi de nouo nō incepit pro-
ceſſum, ſed primū continuauit,valeat ꝓceſſus?hoc eſt quę-
ritur,an proceſſus inchoatus in directa cōpetente teſtatori,
poſſit continuari in vtili legatario competēti.Et videtur, ꝙ
non poſſit cōtinuare ꝓceſſum,imò ſit opus de nouo omnia
intētari.ar.notatorū per glo.ff.de procu.l.quę omnia.in glo.
ij.Et pro hoc,qa non transfertur proſecutio litis de perſona
ad pſonam,niſi in hæredibus,vel in vniuerſalibus ſucceſſo-
ribus,vel in dominis,qui per procuratores agunt:vel à filio
in patrem: vt notatur per Inno.in.c.quia Guil. & ibi allegan
tur iura ad hoc,& pro hoc facit,quia agens directa alio mo-
do agit,quā agens vtili.Et aliud eſt medium concludendi in
vtili,quā in directa.Cum igitur tali legatario nō competat,
niſi vtilis actio ex legato nomine:igitur &c. Et ad hoc ſatis
poteſt induci,quidā notat Cyn.C.de ac. & obli.l.j.io.viij.q.
4 ¶ †Tertiò moueo aliam quæſtionē tempore meo agitatā.
Pone.P.qui contra. N.obtinuit tres diffinitiuas ſententias
cōformes ſup bñficio in petitorio & poſſeſſorio,fecitq; fie-
ri exequutoriā & proceſſus:reperiēs.A. alium in bñficio in-
truſum, exponit Papæ huiuſmodi intruſionē fuiſſe factam
lite pendēte,& poſt ſententias:& obtinet,ꝙ ſentētiæ huiuſ-
modi contra ipſum A.per exequutorē earum executionum
mādenſ,perinde ac ſi cōtra ipſum promulgatę fuiſſent. Ipſe
verò A.poſt, econtrà Papæ exponēs ſe poſſeſſionem huiuſ-
modi ante dictas ſentētias habuiſſe,& ſe poſſe ſtatim de iu-
re ſuo docere,obtinuit mādari auditori,de hoc conſtito, il-
lum ante executionem audiri, & aliâs non : videlicet ſi poſt
ſententias,vel lite penden.poſſeſſionē habuiſſet.Quęritur,
cui onus probandi incumbat? Domini auditores tenuerūt,
quòd ipſi.P.& ꝙ illo nō probante intruſionem,ſequi ſenten
tias,vel pendente lite etiam A.nihil probāte,debuit ipſe au
diri,& executio retardari.Ratio, quia de iure cōmuni ſentē
tia lata inter P. & N. præiudicare non debuit ipſi A.cum
diuerſę perſonę ſint,& ex diuerſo iure ſe fundēt:nec habeat
ab alio cauſam:nec poſſit prohibere alium experiri:vt.ff.de
re iudi.l.ſępe. &.eo. tit.ĩ.in.c. quamuis.cum vtrobiq; nota-
tis:licet fallat ſecundū quoſdā A.lite pendente,vel poſt ſen-
tentias poſſeſſore eiecto,ſeu ſaltem hoc Papa volēte: in mā
dato tamē eius ſubintelligitur tanta conditio:ſi preces veri-
tati nitantur.de reſcrip.c.ij. Ergo ſtatur regulæ, exceptione
non probata:vt notaſ in Cle.regula.de reſcrip.¶ Sed cōtra,
quia conſtat A.nunc poſſidere,& ꝙ ante non poſſederit,eſt
negatiua quæ probari non habet.C.de proba.l.actor.Dico
enim ꝙmò probatur.cum eſt directa cauſa agētis, vel exci-
pientis,per not. Bar.vt.ff.de verbo.ob.l.io illa.Modò in pro
poſito,contra intentionē ipſius A.de iure cōmuni funda-
tam,excipit P.de huiuſmodi negatiua. Fuit tamen dictum
per dominos,ꝙ ſi eſſet publica vox, & fama cōtra ipſum A.
ꝙ durante lite,vel poſt ſentētias poſſeſſionē habuiſſet: hoc
P.exoneraret à probatione dictæ negatiuę.Inducebaſ natu-
ra materiæ exactas probationes non requirēs & notaſ de re
iudi.l.à Diuo pio.§.ſi ſuper. ¶ Item, quia pſumptio faciens
pro negante releuat:vt.C.de proba.l.ſine poſſidetis.cum ibi
notatis.Et not.Bar.in.l.io illa.in fi.¶ Idem dixerūt,ſi proba
ret P.eū durante lite,ſeu tēpore ſententiarū fuiſſe pro poſ-
ſeſſore publicè reputatū . Quia cum duo non poſſint ſimul
in ſolidum vnum poſſidere:vt.ff.cōmo.l.ſi ex certo.§.ſi duo-
bus.& de acquir.poſſe.l.iij.§.ex plurib⁹ Si eſt opinio de poſ-
ſeſſione vnius,illa facit pſumptionem pro eodē tempore,de
non poſſeſſione alterius:vt.ff.de procur.l. Pomponius.§. ſed
& ſi.Dixerūt tamen, ꝙ ſi dictus executor habens mandatū
à Papa cōtra A.exequendi, ſi poſt ſententias,vel lite pendē-
te poſſeſſionē recœpiſſet, de hoc nō inquiſito, fecit proceſ-
ſus executorios cōtra eum,& ab illis legitimo tēpore extitit
appellatū non propter hoc potuerūt impugnari proceſſus:
dummodo narratorū, & adiectæ cōditionis veritas ſufrage
getur,per nota.Inno.de pręſump.dudum. & glo.in cle.vna.
de offi.deleg.& Pau.in Cle.cum ei,quem.de concel.præben.
Nam ꝙ executor recipiat in aliquo caſu partes cognitoris,
non venit à natura executionis:ſed potius à natura oppoſi-
5 tæ exceptionis.Ar. notatorū in.d.§.ſi ſuper. ¶ † Facit, quia
aſſignatio termini in proceſſibus facta tacitam conditionē
habebat:niſi cauſas rationabiles in contrariū pendente ter-
mino allegaret. Dicebāt autem ad propoſitum domini Ro.
de ſtracto.&.N.de Cremona auditores.quòd ſi A.poſſeſſor

ſciuiſſet litem inter P. & N. tanquàm contra poſſeſſorem intentatam præiudicaſſent ſibi ſententiæ quæ ad poſſeſſionem. Et dicebat dominus Ro. ꝙ ita fuerat obtentū præſente Cardi. ſancti Euſtachij coram cardinali Guil. in cōſilijs. & ꝙ Pau. hoc tenet in. c. ſuam. de pœnis. allegabāt. c. quia Guil & c. ſignificauit. de reſcrip. Sed licet illa facere viderentur, caſu quo tertius à reo principali poſſeſſionē habuiſſet, aliter tamen non bene faciunt. Inducebat dominus N. de præben. c. ſi clerico libr. vj. cum glo. ſua, quæ dicit, ꝙ illi impetrāti pro eo præiudicatur: quia cum de ſuo præiudicio ſciens ſe opponere neglexit. Inducebat. c. quāuis. & fortificabat, quia oppoſitio in caſu. c. ſi clericus. cōſiſtebat in agendo. & ſic grauior videbať: hæc verò in defendēdo. & ſic nimis grauis. Pro hac parte inducebam tres gloſſas Innocē. prima eſt de re iudi. c. cum ſuper. in glo. magna. quaſi in medio. ij. columnæ. verſ. idem videtur, & ſi res aliqua. vbi dicit, ꝙ ſicut dicitur in. l. ſępè. quòd agitatum iudiciū cum liberto patrono ſcienti præiudicat. Ita idem videtur, ſi res aliqua vendicetur ab aliquo, qui eam non poſſidet, ſed tenet. Nam ego poſſeſſor debeo me offerre defenſioni eius: & niſi me offeram ſit mihi præiudicium quoad poſſeſſionē: vt. ff. depoſ. l. ſi bona fides. licet ſecus, ſi ille reus poſſidebat: quia tunc nec admitterer ad defenſionem: nec fieret mihi præiudicium, vt notatur, vt lite non conteſt. c. quoniam. §. ſi autem, & §. ſi. ¶ Secunda glo. eſt in tertia glo. magna poſt prin. iij. columnę eiuſdē gloſſę magnæ, verſ. per iſtam autē decre. in prin. vbi dicit, ꝙ per illam decretalem ſatis patet, ꝙ ſi poſſeſſor nō proſequēdo appellationem: ſed alio modo vellet ſe opponere, quominus ſententia mandaretur executioni oſtendēdo rem ſuam eſſe, vel ſe poſſidere, nō auditur: cum ſemper ſaluū maneat ius eius in proprietate, ſed nō in poſſeſſione, quam amittit: vt ibi. Et eſt hoc iuſtum. ¶ Ex quo enim iura voluerunt, ꝙ contra reum detur actio, ꝙ etiā fiat executio, ne ſi aliter fiat, illuſoriè videatur egiſſe, ſecundū eum. ¶ Tertia glo. eſt in. c. quanuis in glo. j. vbi dicitur, ꝙ id quod dicit textus, ꝙ ſentētia lata inter inter certos alijs nō præiudicat: eſt intelligendū in hoc. ſ. ꝙ contra alios pariat actionē, vel exceptionē: ſed bene præiudicat in hoc, ꝙ poſſeſſio quæ priùs erat apud alios, transferetur ad victores: vt. c. cum ſuper. Niſi appellaret, vt ibi dicitur. & tunc fortè difficiliùs eſſet contra alios agere, quòd cōtra primos. ar. ff. de aliena. mu. iudic. cau. ſac. Sed vt colligitur ex allegatione dicti. c. cum ſuper. & dictæ leg. iij. apparet, quòd vel loquiť in caſu. c. cum ſuper. vel in caſu. l. iij. alleg. Probabam hanc partē: primò, quia in caſu. c. cum ſup non fit præiudiciū quoad proprietatē, vt ibi apparet in fin. & ita non eſt de caſibus. c. quanuis. & tamen ibi præiudicať quoad poſſeſſionem. Secundò hoc deducebam ſic: quia ſi dicas ſpeciale in. c. cum ſuper. Aut hoc dices, quia ad Queten. Ep̄m primo loco, & ita ad monaſteriū. ij. loco defenſio pertinebat. Aut, quia cauſam habuit Ep̄s à monaſterio. & neutrum dicere potes. Quia ſic præiudicaretur Ep̄o in proprietate: vt in. l. ſępe. & c. quāuis. Aut quia Ep̄s potuiſſet prohibere monaſteriū, & hoc non, etiam ratione qua. ſ. Et etiā, quia monaſteriū non agebat, ſed defendebat. Aut vt dicit Bar. in. l. ſępe. quia Ep̄s videť dediſſe monaſterio facultatem agendi: & hoc non, eadem ratione. Quia etiā in caſu illo tenet Bar. quoad proprietatē præiudicium generatur, ſic intelligens opinionē Guar. quam nō putat eſſet reprobatā. Et etiam, quia non videť, ꝙ aliquis de dictis. iiij. caſibus in caſu. c. cum ſup. propriè valeat applicari. Et quia ſi ſic deciſio eius eſſet, vel cōtra. c. quāuis. vel contra. l. ſępe. quod non eſt credendum. Aut tu pones in. c. cum ſuper. rationē ſpecialitatis, quam ponit Inno. in. c. quāuis. in prin. ij. colū. magnę glo. in verſi. Arg. etiam eius, quod dictū eſt vbi dicit, ꝙ vno Ep̄o agente cōtra monaſteriū ad epiſcopalia: quia primo ibi illa exercebat quoad poſſeſſionē. Quia ſi primus Ep̄s poteſt agere contra ſecundū, ſi poſſidet, non eſſet ei ius exercere ibi iura Ep̄alia: fortiùs & multò quādo ea petebat, debebat excipere. Nam rectè tunc habeo idē hoc caſu. Nam ſi P. poſſediſſet ab initio eccleſiā de qua agitur A. contra eum agere potuiſſet. & per cōſequens, eo agente. potuiſſet venire ad cauſam, & excipe, ne fieret ſibi præiudicium in poſſeſſio, prout & hoc ſatis ponit Innoc. in. d. c. cum ſuper. ergo idem eſt in hoc caſu, in quo ratio diuerſitatis reddi non poteſt. ¶ Facit ratio Inno. poſita in dicto verſicu. per iſtam autē decretalē, ibi: *ex quo enim*: quia ex quo iura volūt, ꝙ cōtra reum ratione ſolius detentionis detur actio, vt in. l. officium. ff. de rei ven. quod etiam fiat executio: ne iudicium ſit eluſorium ſi enim ratio hęc bona eſt, generalis eſt, & habet locū in propoſito: quia reus dicens ſe poſſidere, vel qui dolo deſijt poſſedere, pro poſſeſſore habeť. vt. ff. de rei ven. l. is, qui ſe obtulit. & l. ſi autem. Inducebātur nota. Archi. de eo, qui mit. in poſ. c. eum, qui. libr. vj. & Guil. de monte Laudinio in Clem. vt calumnijs. de re iudi. qui hoc ibi dicitur tenuiſſe in gloſſ.
5 Quod intelligo verū. Primus Franciſcus Lando. dicebat. c. cum ſuper. loqui in caſu, in quo agitur cōtra perſonas, quæ vendicātur, & ratione ſubiectionis poſſidenť: ita, ꝙ duo ibi faciūt pro actore. & qa de re tertij agitur: & quia cōtra rem tertij agitur. Et ſic eſt ibi caſus ſpecialis, qui nō poteſt trahi ad conſequentiā, propter quod plures de dominis partem contrariam tenuerūt. Et pro hac parte. ij. facit generalitas. §. ſi. l. ſępe. ibi dicitur valde generaliter, ꝙ ſi ſeudum à te Titius petierit, quod ego, ſed non ex pſona Titij, ad me pertinere dico, quāuis contra Titium me ſciente iudicatū ſit, nullum tamen præiudicium patior: quia neq; ex eo iure, quo Titius victus eſt, vendico: nec potui interdicere Titio, quominus vteretur iure ſuo. ergo nec quoad poſſeſſionē. Nec enim regula negatiua res inter alios acta, alijs non præiudicat: reperitur hoc caſu quoad poſſeſſionem vitiata. ¶ Et hinc ſequebať dominus Martinus de ſalua dicēs. c. cum ſuper. loqui ſolùm vbi actor & tertius poſſeſſor cōtra eoſdem, & de eiſdem iuribus, videlicet Ep̄alibus cotēdebant, ſeu contendebat actor. De eiſdem iuribus per tertium ſic poſſeſſis: dicam in. c. cum ſuper. Dicebāt tamē domini, ꝙ articulus iſte, an ſententiæ ſunt exequēdę contra poſſeſſorem, magnū habet præiudiciū, & magnam cognitionem: & auditori commiſſus nō poteſt expediri durantibus ferijs ſine ſpeciali mādato. ar. C. ſi per vim, vel alio. l. ſi. & de præb. c. licet. ij. lib. vj. ¶ Nec obſtat, ꝙ ſentētia tunc ferri pōt, & ꝙ executio magis parata eſſe debet. ff. de mino. l. minor annis. xxv. cui fideicōmiſſum. Quia illud verum, dum fit executio cōtra illum, cōtra quem lata eſt, & cōtra quem de iure claro, & per ſententiā declarato, iam notoriè cōſtat per ſentētiam. Sed vbi agitur de executione cōtra alium fienda: tunc eſt quaſi vna noua inchoatio litis propter pſonæ mutationē: vt. ff. de re iudic. l. cum quæritur. & requiritur alia cauſæ cognitio. Sed ſi partes expreſſè, vel tacitè, videlicet ſine cōtradictione procedendo in hoc cōſentirent. ex hoc validaretur proceſſus. ar. ff. de ferijs. l. j §. j. ¶ Quarto Subijcio factum, ſuper quo dominum Viuarien. Ebredunū. Cuſtentin. & ſancti Angeli Cardinales, & Franciſcus Gratianopolitanē. Epiſcpus, Papæ camerarius, Seguinum Patriarchā Anthiochenum, Thomam Neapolitanū. Archiepiſcopum, Martinnm de ſalua Pamphilonē. Epiſcopum, & me de mandato Papæ ex improuiſo conſuluerunt. Dominus de vonta, certas partes caſtri de Montillio diocceſis Valentinū. ab eccleſia Romanorum feudalis, per dominum de Greignano poſſeſſas iure dominij, vel quaſi, vendicauit. & lite conteſtata inter eos reus illas in Papam trāſtulit. Poſteà nihilominus actor proſequitur litem: nunc reus requirit Papam, ꝙ veniat ad cauſę
6 defenſionem, & ſuſcipiat eam. ¶ † Quærebātur hic plura. ¶ Primò, vtrum valeat dicta tranſlatio. ¶ Secundò vtrum Papa poſſit in ſe transferre cauſæ defenſionē ad inſtantiam rei, actore inuito. ¶ Tertiò vtrum teneatur venire ad cauſam. ¶ Quartò, vtrum hoc expediat illi. ¶ Quintò, vtrum ſententia ſibi præiudicet, & contra eum, quoad poſſeſſionē ſit executioni mandanda. ¶ Sextò, vtrum ſi Papa ſciēs hoc receepit hanc trāſlationem, ſibi recurſus de euictione deneetur.

getur. ¶ Ad primam quæſtionem dixerunt Patriarcha,&
Epiſcopus tranſlationē non valere: nihil allegantes, niſi in
nube,hoc in iure prohibitum: & fiſcum nō eſſe in hoc pri-
uilegiatū. verum, quia iſta eſt materia.c. proximè ſequētis,
15 ¶ † QVINTO quęritur,nunquid confeſſio cedentis noceat ceſſionario?Mouet Spec.de ceſſione actionis.§.j.colum.ij.verſi.ſed nunquid.& refert Vbertum de Bobio ſcripſiſſe,ꝙ ſic,ſi habet regreſſum ceſſionarius cõtra eum,aliâs non.Allegans.ff.de rei ven.l.in fundo.de actio.& obli.l.ſi. refert tamẽ Iacobus Balduyni tenuiſſe cõtrariũ , quia dolum actoris bonæ fidei emptori non nocere certi iuris eſt.C.de pericu.& cõmo.rei ven.l.dolum.per quod videtur indiſtinctè,ꝙ non noceat Guyd.de ſuza mouens hoc dubium.C.de procura.l.ſi.remittit ad.l.ſi actor.ff.de proba.aliâs de procura.vbi tenet,ꝙ præiudicat:inducens.ff. de pac.l. ſi cum emptore.de tranſac.l.ſi.de procu.l.ſi actor.de noua l.iij.reſpondet ad.l.ſi partem § ſi.in ſi.ff.quẽadmo. ſeruitus amit. ꝙ illis ſubuenitur propter ignorantiã.Sed hîc ex vtraq; parte ſciẽtia.ar.ff.de leg.j.l.ſi ſeruũ caſtrenſis.§.j.Dicit tamen ibi,ꝙ iudex ad veritatẽ habẽdam põt vocare cedẽtem:cũ ad eũ ſpectet inquirere veritatem:vt.ff.ſi quis cau.l.ſi eum.C. de edẽ.l.is apud.Dicit tamen,ꝙ de iure cogi non deberet. quia nõ eſt,vt principalis in lite:nec vt teſtis.quia tenet de euictione.Nam vendens nomen tenetur facere illud bonum.ff. de hære.ven.l.ſi nomen.Et ſic eſt cauſa propria.ij.q.vj.biduũ. Sed hoc obſtaret , ſi produceretur à ceſſionario : ſecus ſi ab aduerſario.Dyn.verò.ff.ad Treb.l.facta.§.ſi hæres.tenet, q̃d dicitur confeſſionem cedentis non nocere ceſſionario:fortè verũ eſſe in caſu.l.iij.C.de noua.vbi Cy.idem tenet , ſiue fortè in.iij.q.Sed dicit Ioan.An.in additio.in.d.verſi.ſed nũquid,ꝙ de cõfeſſione , quam faceret cedens poſſeſſionẽ extra iudiciũ,non eſt dubium,ꝙ non præiudicat ceſſionario: inducens notata Spec.de confeſ.§.iij. ¶ Remanet igitur dubium,q̃n in iudicio per calumniæ iuramentũ à ſe præſtitũ. quod dic,vt notat Spec.de iura.calum.§.reſtat.verſi.procurator.cum ibi notatis per dictum Ioan. Vel cũ per iuramẽtũ de veritate præſtitũ,vt à teſte,qui confitetur,vel aſſerit,q̃d ceſſionario nocet:puta,ſi priùs ſibi fuiſſet,ſolutũ in totũ, vel in partẽ:vel aliud ſimile. Et verè eſt hîc perplexitas.poſſet enĩ creditor facta ſibi ſolutione ſine probatione , vel cũ illa,quæ deficit,cedere alteri ignoranti,& econuerſo: facile poſſet fieri colluſio,ſi crederet cedenti,maximè inopi.Hoc putat Vbertum conſideraſſe vno modò, & Guid. de ſuza. alio modo.Cuius dictum ſatis ſequẽdum eſſet.Aliâs diſtinctio Vberti placet Ioan.An.cui ob.ff.ſi.regund.l.pe. Sed vide notata eius in Spec.de teſte.§.j.verſic. quid de venditore. cum ſua remiſſione:propter id,quod de Dyno dixi. Sciendum,ꝙ Dynus fuit vſus illo verbo fortè, propter id , quod priùs dixerat in.d.l.ſeruum filij.§.j.qui incipit:ſi quis rẽ. Nã poſita diſtinctione Vberti,de qua.ſ.dixit indiſtinctè nõ nocere,propter.l.ſi partem.§.j.alleg.&.ff.loca.l.qui fundum. in ſi.allegans etiam in ſi.ff.ad Treb.l.facta.§.ſi hæres.reſpondẽs ad leg.illam nil facere:quia ibi legans tacitè & expreſsè legatum poterat reuocare.Poſteà verò mutauit,vt.ſ. & cautius corrigendo dicebat tenẽdum,ꝙ non,in.l.ſi cum emptore,allegata. allegat Ioan. An.ad materiam quod notatur.C.de fideiuſ.mino.l.ij.Iacobus de Arena,vt refert Cyn.C. de procu.l.ſi.quaſi cõcordans cum diſtinctione Vberti diſtinguit, aut ſpectat periculum ad cedẽtem, vt quia ceſſit actionem mouendam periculo ſuo:vt.ff.man.l.ſi mandato.§ ſi.& tunc venire debet,& reſpõdere.Et põt intelligi.l.ſi actor. aut nõ ſpectat periculum ad cedentem:& tunc nõ debet venire ad iudiciũ.arg.præallegatòrum iurium.Bar.verò in.d.§. ſi hæres.hoc addit.ſ.ꝙ fiat diſtinctio ſcientiæ & ignorantiæ:credo,ꝙ velit dicere,ꝙ tunc præiudicat confeſſio cedentis ceſſionario,ſi ſciat cedentem venire ad iudiciũ & confiteri.ſecus ſi ignorat.Et ſubdit aliam q̃onem:pone,cedẽs habet ſolùm vtilẽ,ita ꝙ apud eum nil remanſit:an pręiudicet ceſſionario in illis caſibus,in quibus pręiudicaret,ſi haberet directam.& videtur,ꝙ in nullo præiudicet:vt.ff.ad Tre.l.ſi eius. in prin.coniũctis notatis Bar.eo.ti.l.ex aſſe.in prin.Bar.determinat,ꝙ præiudicat ceſſionario,ſicut factum ꝓcuratoris reuocati præiudicat domino ſuo,ſi ad notitiam eius peruenerit:vt.ff.de procu.l.ſi procurator.&.C.de ſatiſdã.l. vna. Dicit tamen prædicta vera,præterquã in caſibus,in quibus ſimpliciter ſcientia nõ ſufficit:ſed requirif altero de tribus modis:vt C.de noua.l.iij.quia in.l.iij.quicquid faciebat dominus,faciebat virtute directæ,quę erat apud eum:hîc nul

16 lum ius remãſerat.¶ † Ex hoc ſoluit,an ſolutio facta cedenti noceat ceſſionario:quod proſequere, vt ibi notaf per eũ: vbi reperies etiam de tranſac.ſentẽtia,& pacto cedẽtis,qualiter ceſſionario præiudicant.

17 Et † ſic ex præmiſſis potes elicere hanc diſtinctionem:quia aut cedens cõfitetur extra iudiciũ,& non præiudicat.Aut in iudicio, & tunc, aut vt teſtis: & præiudicat eo modo,quo pręiudicare poteſt dictum teſtis,ſi ſit productus per ceſſionariũ. Si verò ſit productus per aduerſariũ tunc ſi periculũ cauſæ ad ſe pertinet,non tenetur deponere.Sed quicquid ſit, ſi deponat , non apparet, quare dictum ipſius non operetur dictum teſtis:cum deponat de proprio facto ſuo non ſuſpecto. Quod intellige ſi ſit receptꝰ & iuratus in forma iuris.ĩ.de teſti.c.ij.&.c.quoties. Aut cõfitef,vt principalis:& ibi,aut dicit cauſam, vt principalis eo caſu,quo põt:& tũc ſpectat ad eum periculũ: & tũc nocet,ſecũdũ Vber.Iacob.de are.Dyn.& Ioan.And.Quod intelligo ſi coactus ad iuſſum iudicis , & inſtantiam partis reſpõdit.Secus ſi ex voluntate vltro ſe obtulit:ſicut de cõfeſſione procuratoris notat Inno.ꝙ ſic facta nõ nocet.ĩ.vt lite non conte.c.j. aut non ſpectabat ad eum periculum cauſæ: & tunc aut ſciebat eum agere ceſſionarius,& tunc idẽ.aliâs ſecus,ſecũdum Bar.arg.ff.de re iudi.l.ſæpe.& eo.ti.ĩ.c.quanuis.Membra ſ.patent. Et faciunt hæc ad id, quòd ſcripſi.ſ. c.proxi.in.iiij.q.principali,verſi.ad.v.q̃onem.

18 ¶ † SEXTO quæritur, quia dicitur.ſ. ꝙ ſimulata ceſſio non valet.Specu.in titu.de ceſſione actionum.§.j. verſic. ſi verò dubitatur.refert ſatis curioſè plures caſus,in quibus pręſumitur ſimulata.quos ibi vide:de quibus ſolùm aliquos refero,quibus addere volo. Dicit enim præſumi ſimulatam vno modo cum à laico cõtra laicum fit in clericũ. de quo dixi in ſi.iiij.oppoſitionis.Reperio autem,ꝙ Dynus in conſilio ſuo.xxj.conſuluit per.l.4.ff.de his,quib.vt indig.in principio,ꝙ eo ſolo,ꝙ venditio facta eſt in clericum de re,de qua ſperabatur lis moueri.& quæ videbatur ſubiecta reſtitutioni per ſtatutum municipale:per hoc non probatur ſimulatio : niſi aliâs ex perſona , vel aliâs contractus probatur aliqualiter ſuſpectus. Dixi in oppoſitione prædicta. Refert etiam Specu.poſt Innocen.quòd ſi in principio inſtrumenti ponitur ceſſio:& circa medium,vel finem,dicitur ex qua cauſa:præſumitur ſimulata.argu.C.man.l. penul. in ſi.& infra de cauſa poſſeſſio.cum dilecti.§.j.Sed hoc dictum nimis rigoroſum eſt, ortum habens ab Azone in ſumma , ne

liceat potentioribus.in fi.& poſt eum ab Accurſio.eo.titul. l.j.in fi.vltimæ glo. Item Goſ.& alij.Sed Mar.ſiliman. excuſans Azonem,dicit in prin.cauſam exprimendam,nõ poſteà. Dicit tamen illud nõ intelligendum de principio inſtrumẽti:ſed principiũ vocat tempus ceſsionis:quo tempore ſatis erit titulũ,vel cauſam exprimere in princip. medio, vel fine inſtrumenti.Hoc etiam tenet Dynus,vt refert ibi Cy. in.l.ij.eo.ti.ſic probans.Nam cauſa ad ceſsionem confirmandam illud operatur,quod operatur tutoris authoritas in cõtractu habito cum pupillo ad illum confirmandum.C.man. l. p diuerſas.iuncta.l.moræ.ff.de acqui.hære.& de autho.tuto.l.etiã pupillus.Sed illud ſufficit in tutore:nã tutor in ipſo negotio debet authorizare pupillũ.ff.de autho.tu.l. obligari.§.tutor. Et tamẽ authoritas iſta interuenire põt ante contractũ in contractu & poſt contractũ incontinenti: & ſunt illa paria:vt.ff.de acqui.hære.l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum. bene facit ad hoc de appel.c.ij. requiris. cum cõcordantijs in glo.Nõ enĩ eſt dare,ꝙ talis ordo detur cauſę:dũmodò de facto interueniat:bene facit.ff.de ſolu.Modeſtinus. &.C. de ſolu.l.j.Si tamẽ poſt factũ cauſa exprimitur, nõ releuat etiã ſi in facto dixerit ſe aliâs expreſſurũ. Simile de appel.cõſtitutus.ij.ad fi. ¶ Hi autem,qui dicere voluerũt cauſam debere proponi,poſſunt pro ſe allegare textum in.d.l.qui ſtipẽdia. & honeſta præcedente cauſa. Et qd de traditione dicitur,ꝙ illam debet præcedere cauſa:vt dominiũ transferatur.ff. de acqui.re.do.l.nũquã.Dicit ergo Ioan.An.vbi.ſ.ꝙ tutum eſt cauſam præponi:licet ſibi placeat qd prædixi. ¶ Goffr.autẽ dicit quibuſdã nõ videri cauſam expreſſam,ſi in fine ceſsionis dicatur pro pretio cuius ceſsionis, confeſſus eſt cedens ſe recepiſſe centum allegat.l.generaliter.C.de non numer. pecu.per quã probatur cauſam aperte debere exprimi.Nec obſtat.l.vlti.C.de præd.curialiũ.lib.x.quæ vult,ꝙ interuentu pretij præſumatur venditio:quia hic nõ ſufficit præſumptio,vbi requiritur expreſsio.

19 ¶ † SEPTIMO quæritur:pone,agens rei vẽdicatione cõtra rei poſſeſſorem,cedit rei vendicationẽ viduæ,quę per.l.vnam.C.qñ Impera. inter pupil. vidu.vel miſera. pſo. cogno.vult reũ coram principe conuenire; ſed reus de hoc edicto opponit dicens hoc factum cauſa mutãdi iudicij in potentiorẽ rõne priuilegij inducens vitium litigioſi ¶ Pro primo& tertio allegat regulã,nõ debet.ff. de re.iu.quia ſicut illa locum haberent in reo ſic alienante:ita in actore. Patet primõ.ff.de eden.l.quædam.§ nihil.de his,quę in frau.cre.l. ait prætor.§.ſi quis.C.de rei ven.l.ſi fundum.Patet tertiũ.C. de litigio.authẽ.litigioſa.Facit,quia locus eſt legi,vbi habet locũ ratio legis.ff.de fonte.l.vna.§.quod interdictũ.de iniuſ. teſta.l.poſthumi. Ratio autem legis eſt:quia videtur cedentiũ aperta voracitas,qui faciũt ſuarũ actionũ alios exactores:vt in.l.ſi.C.ne lice.poten.quæ hîc locũ habet.Ergo & titulus ille,talẽ ex mẽte.& hoc tenet Dy.in cõſilio ſuo.xxvj. per prædicta addẽs,ꝙ dolus cedẽtis hic verſatur: quia ſcit, vel ſcire debet ſe poſt inchoatũ iudiciũ cedere nõ debere. C.de litig.l.ij.& vlti.quæ nocere debet mulieri.vt.ff.de doli excep.l.apud Celſum.§.ſi cum.in glo.ex hoc.§.videtur. ¶ Itẽ inducit.l.ij.ff.de alie.mu.iudi.cau.fac.quę innuit titulũ locũ habere,toties quoties fit ceſsio in eũ,qui vexatur⁹ eſt.quod vidua iſta facit vocãdo coram principe virtute priuilegij, in quo etiam ipſa dicitur potentior.& lex generaliter loquitur etiã in potentiore rõne priuilegij:vt.ff.e.l.iij.&.C. ne lice.poten.l.j.ipſe tamen Dy.de pœnis nil conſuluit:ſed ſolũ de ceſsione,quòd non habet effectum.

20 ¶ † OCTAVO quæritur,quando priuilegiatus ſine aliquo vitio cedit actionem nõ priuilegiato. vtrũ ille quoad forũ & alia vtatur priuilegio cedentis? Ad affirmatiuam & negatiuã põt argui ex notatis in regula,is qui in ius.præſertim per Nouellum,& maximè in mercuriali. ¶ Ex quib⁹ patet ſolutio. Nã ibi not. regulam locũ nõ habere in priuilegiu perſonali.Illud enim perſonæ inhæret,& cum illa extinguitur.eo.ti.priuilegium.&.ff.eo.l.priuilegia quædam.& l.in omnibus.per quas leges etiam patet,ꝙ ſi illud eſſet priuilegiũ actionis ceſſæ:tunc ceſsionarius illo vteretur, ſicut & priuilegium rerum cum ipſis rebus tranſit ad ſucceſſorẽ. ff.de aqua quoti.l.j.§.pmittitur. de cẽſi.l.iij.§.fi. Et patet exemplum actionis priuilegiatæ in funeraria, quæ datur pro expenſis funeris.ff.de reli.& ſump.fu.l.penul. Vel pro pecunia credita in refectione.ff.qui po.in pigno.habẽ.l.interdũ. & placet Ioan.in additione,vbi.ſ.

21 ¶ † NONO quæritur,pone:filiusfamilias actionẽ patri quæſitam ex facto ſuo,& per contractum à ſe filio proprio ſuo nomine celebratum alteri ceſsit.Poſteà pater ratã habuit ceſsionem:vtrum valeat? Dy.in conſilio ſuo.xxj.tenuit,ꝙ quia cedere actionem eſt alienare,ſicut nõ tenet alienatio filij facta ſine cõſenſu patris: ſic nec ceſsio. Allegat.C. de bo.quæ libe.l.ſi.§. filius autem. Dicit tamen, ꝙ ex patris ratificatione valet:cũ ipſam voluntatẽ accedere à principio vel ex poſt facto ſint paria: cũ confirmet ea,quę à iure ſunt prohibita:vt.C.ad Mace.l.ſi.& eo.ti.ff.l.ſed Iulianus.§.pe.Et quia facta per filium,quæ de iure non tenent, pater confirmat,non ſolùm expreſsè,ſed etiam tacitè:vt.ff.de acquiren. hæredi.l.qui in aliena.ij.& tertio reſponſis.

22 ¶ † DECIMO quæritur,nunquid procurator habẽs mandatum ſpeciale ad iura cedenda,poſsit ea cedere? Hanc format Specu.in dicto.§.j.verſi.item quæritur. arguens pro & contra,& recitans opiniones: & finaliter decidẽs pro affirmatiua,ꝙ procurator mandatũ non habens ante litẽ cõteſtatã,ſuſtinere hoc põt ex ſpeciali mandato,inducens quędam alia ibi vide Ioã.ibi in additione ponit errores quorũdam antiquorũ,& finaliter ab opinione Specu.non recedit. Poſteà ſubdit procuratori iura cedi poſſe,per.l.quãuis.ff.ad Tre.&.l.qui ita.§.j.Sic tamen, ꝙ procurator cedat poſteà domino illa iura:vt.ff.man.l.ſi procurator.in fi.& de acqui.poſſeſ.l.poſſeſsio.in fi.& quo lega.l.j.§ fi.Sed re vera hæc fuerũt dicta Spec.poſt Albericũ Gal.Saluo,ꝙ errauit vel Alberic⁹ in ſcribendo,vel Specu.in recitando hoc vltimũ dictum de vna quæſtione incidens in aliam quæſtionem.

23 ¶ † VNDECIMO quæritur, qui ſunt caſus, in quibus vtilis actio ſine ceſsione cõpetit? Dic,ꝙ ſex ſunt caſus.Primus in emptione. Secundus in dote. De vtroque.C. de actio.& oblig.l.ij.Tertius in homine dato in ſolutum.C. qñ fiſcus,vel priua.l.ſi.Quarto in homine dato pignori.C. quæ res pigno.ob.poſ.l.nomen.Quintus in legato nominis. C.de lega.l.ex legato.Sextus in donatione.C.de donat.l.illã. Datur etiã qñq; vtilis ſine ceſsione in ſubſidiũ; vt in prædicta.l.ij.C de actio.& obli.aliâs aũt pręter hos caſus nõ cõpetit ſine ceſsione. Et ſcias,ꝙ ſi his caſibus ſeruaſ ceſsio,quidã dicũt primã vtilẽ annihilari ¶ Alij dicẽtes cõtrariũ dicũt, ꝙ nõ ſunt duæ,ſed vna duas habẽs qualitates de quo notaſ. C.de actio emp.&ven.l.emptor.Et ſcias,ꝙ ſicut in reb⁹ corporalibus ad dñium acquirẽdũ nõ ſufficit cõtract⁹ ſine traditione.Inſti.de re.di.§.per traditionẽ.ſic ſine ceſsione nõ cõpetit actio in corporalib⁹ regulariter. Fallit in dictis caſib⁹ notatis per glo.C.de actio.& obli.l.j.& per Ioan.in additiõe vbi.ſ. Cui eſt ſimile, quod habeſ ſupra de tranſla.c.ij.Hinc eſt,quòd in his non obſtante ceſsione,poſſet cedens ceſsionarium præuenire:niſi alterum trium interueniſſet.de quibus notatur.C.de nouatio.l.iij.& quæ notantur in Specu.de procurato.§.ſiua.verſicu.in ſumma. ¶ Si vis ſcire de apicibus iuris, primò, vtrum vtilis actio ſit eadem cum directa: ſecundò an ſit natiua,vel datiua:tertiò qualiter in ea formetur libellus:vide Cynum in dicta.l.j.C. de actionib. & obligationib.Quartò qualiter intentans directam, probans in vtili debet obtinere,vel ſuccumbere:vide Cynum in dicta l.prima,quęſtione.viij.de actionibus & obligationibus.

24 ¶ † DVODECIMO quæritur, vtrum iura acquiſita per venditorem poſt venditionem actionis, nec nominis proſint emptori. & videtur lex, quòd ſic.ff. de actione vel hæreditate vendita.l.emptori. & .l. venditor actionis. Et notatur in.l. emptori.an in illis vtatur emptor

tur emptor ſine ceſsione. & videtur velle textus, quòd ſic: dum dicit, prodeſt emptori. Sed glo. ibi tenet ceſsionem neceſſariam. Pro qua facit. ff. man. l. hæredem fideiuſſoré. & de hæredi. vel actio. vendi. l. ij. §. non ſolùm. dum dicit textus: præſtari, vel prodeſſe intelligitur facta ceſsione. ¶ Sed quæritur, vtrum exceptiones venditori poſt venditionem acquiſitæ emptori ſine ceſsione competant: & videtur, quòd ſic, vt. ff. de pact. l. ſi tibi. §. pactum. & de contrahen. emp. l. dolia. §. fina. Et ſuper hoc vide, quod notatur. ff. de peti. hære. l. ſed & ſi. §. penul. in vltima glo. ad finem.

25 ¶ † DECIMOTERTIO quæritur, cuius ſit periculum ceſsionis nominis ſi is, contra quem facta eſt ceſsio ſit non ſoluendo: & videtur, quòd eius cui ceſsio facta eſt. ff. manda. l. inter cauſas. §. abeſſe. & de actio. empti. l. ſi ea res. debet enim cedens præſtare nomen cauſæ; non autem debitorem locupletem. ff. de hære. vel actio. ven. l. ſi nomen. ff. de ſolu. l. pupilli debitor. §. ſoror. ¶ In contrarium facit. ff. de pigno. actiu. l. eleganter. §. ſi vendiderit. Solue, vt ibi notatur. Et adde hoc tam in donante, quàm in vendente: niſi vendiderit, quale eſt, vt ibi. ¶ Sed quæritur, an cedens, de ipſius euictione teneatur? & videtur, quòd ſic, ſi aliquid pro ceſsione receperit. ff. de euict. l. ſi plus. in fi. vel diſtinguendum videtur, an datio, vel ceſsio incœperit à pactione: & tunc tenetur. An à traditione eo modo, quo incorporalia tradi poſſunt: & tunc non tenetur. Sic diſtinguitur. C. de iure dotiũ. l. j. ſecundum Ioan. in additione, vbi ſupra.

26 ¶ † DECIMOQVARTO: pone: emptor nominis illud alteri vendidit, quam actionem habet ille? Spec. de ceſsione actionis. §. j. verſi. ſed pone, quòd emptor. Hanc format. Dicunt quidam, quòd vtilem. argu. ff. de nego. geſt. l. iij. §. hanc autem. Alij dicunt, quòd nullam habet primus emptor: ſed ſecundus. Et quòd ſic debet intelligi dictum Accurſ. C. de hære. vel actio. vendi. l. emptor. vbi quærit, an vterque, vel alter. & Reſpõdet, quòd vltimus. Per quod dat intelligere, quòd vltimus ſolus. Dicunt enim hanc geminationem, non admittendam. Quod declarat Cy. in. l. vlti. C. eo. titu. ſ. vt habeat directam directæ, & vtilem vtilis: vt refert Ioan. in additione vbi. ſ. dicens Cyn. ſcripſiſſe quoſdam hanc geminationem admittere. Et quòd in alijs ſcriptis reperit quid in hoc ſit verius. Et negantes hanc geminationẽ & actionem primo emptori. Idem dicunt, ſi per plures manus ambulauerit. Et ad hoc facit, quòd infinitas eſt vitanda. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. fi. de reſcrip. cum in multis. lib. vj. & circuitus. ff. de condi. indebi. l. dominus teſtamento. & cle. auditor. de reſcrip. & ad hoc. ff. de ſeruis expor. l. penul. & de iure do. l. mulier. §. ex aſſe. vbi de hoc in fi. & ff. de mino. l. ſed vbi. ¶ Albe. Gal. cuius fuerunt hæc dicta Specu. non tamen bene recitata ex toto dicit ſecũdam opinionem, quæ habet ſolùm vltimum etiamſi per plures manus res ambulauerit, actionẽ habere, per. l. ſed vbi. allegatam. etiam veriorem. Et ſic notat Accurſius. ff. ad Trebel. l. ex aſſe. in fi. Cyn. in d. l. emptor. in. ij. q. hoc mouit, & refert quòd gl. ibi de hoc quærit, & non ſoluit. & ꝙ fuit poſteà facta quædam addi. ꝙ ſecundus emptor habet vtilẽ. Quod tacitè approbans Cy. intelligit, ꝙ ſolus ipſe vltimus emptor habet vtilem, ſicut vltimus feudatarius habet naturalem poſſeſsionẽ ſolus, & medius, qui tranſtulit in illum, nihil retinet; vt notatur. C. vti poſ. l. j. Quid plura? caſus eſt legis ſecũdũ eũ, ꝙ vtilis trãſferatur, & ꝙ primus transferẽdo in ſecũdũ, & transferendo nihil remanet penes eum. ff. ad Trebellia. l. j. §. de illo. & l. ex aſſe. in prin. eo. ti. & ibi notatur per Dy. Hanc q̃onem mouet Barto. in. d. l. ex aſſe. vbi de hoc per glo. & tenet, ꝙ nihil remanet apud primũ. vnde dicunt gloſſæ in ſimili, ꝙ ſi primus emphytheuta facit alium emphytheutã, vel remanet apud eum, vt. l. fi. C. de iure emphy. in glo. Et faciunt notata. C. vti poſ. l. j. in vlti. glo. & alia vide notata per Bar. in. d. l. ex aſſe. Quæri etiam poſſet quid ſi habens directam, illam cedit: an remaneat vtilis? quam mouet Spec. in. d. §. j. verſi. quid ſi habens. & glo. & Cyn. in. l. emptor. in. j. q̃ö. Et eſt veritas, ꝙ non, ſecundum eos. Nam directa eſt inſeparabilis, & vtilis cum ea concurrit, licet ceſsionarius cum vtili poſsit habere
27 exercitiũ directæ: vt. ff. de pecu. l. quid ergo. ¶ † Sed nũquid poteſt cedi hypothecaria ſine perſonali. Spec. hanc format vbi. ſ. verſi. ſed quid ſi ceſsi. & arguit pro & contra: & finaliter dicit, ꝙ poſſeſsio pignori cedi poteſt: vt notatur. C. mã. l. per diuerſas. Nam interdum habet quis retentionem, licet non habeat hypothecariam. vt notatur. ff. de pign. l. j. ¶ Sed Accurſ. C. de hære. vel actio. ven. l. fina. tenet, ꝙ non valet. & idem tenet Dynus. ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor. §. j. vbi etiam tenet, ꝙ nec contra principalem poteſt agere fideiuſſor exactus ſine ceſsione contra illum ſibi facta. ¶ Sed contrarium tenet. C. de pig. l. vſucapio. Dicit Ioan. in additione vbi. ſ. ꝙ quæſtio non eſſet dubia: vbi cedens haberet ſolã hypothecariam: vt. l. ij. C. de luit. pig. ¶ Hanc q̃onem format Cyn. in d. l. fi. dicens ſe audiuiſſe Dynũ reducentem dictas glo. contrarias ad concordiam: quia aut ceditur acceſſoria extraneo ſine principali: & nõ poteſt. Quia ſi ageret cedens, alius perderet hypothecariã: vt ibi notatur. & ita procedit glo. j. aut ipſi debitori, & valet: quia affert vtilitatẽ. de qua in. l. vſucapio. & ita pcedit gl. ij. ibi poſita. ¶ Super quo ibi vide Cy. in. iij. q. vbi reperies notabile dictũ Iac. de Are. Saluo, ꝙ vbi hypothecaria eſt ſine principali: vt. l. ij. C. de lui. pig. tunc cedi poteſt. quia ceſſat ratio cum perſonali agi nõ poſsit, ſecũdum Cy. in. l. fi. allegata qui etiam ibi dicit actionẽ iniuriarum ante lit. conte. poſſe vendi, & cedi: vt notatur expreſsè. ff. de hære. vel actio. ven. l. nomen. & de iniur. & l. iniuriarũ. licet glo. poſt Ioan. cõtrarium teneant in. l. fi. allegata ſubdit etiam, ꝙ dominus rem poſsidens cedit bene rei vẽdicatio. li
28 cet glo. ibi contra. remittit ad not. ſua in. l. vna. C. e. ¶ † Decimoquintò pone, debitor meus dedit mihi tres fideiuſſores conuenio vnum: nũquid in parte, vel inſolidum cedã ei iura mea? hoc formatur vbi. ſ. ver. ſed poteſt, debitor. Et intelligo de ceſsione contra confideiuſſores. Nam contra debitorẽ etiã in totũ ceditur. ¶ Hanc q̃onẽ format Cyn. C. de duo. re. l. j. in. iij. q. Sed loquitur in correis debẽdi. Super quo vide, q. l. ſcripſit Ioã. in addi. de ceſsione actionis. §. ij. ſup. iij. forma. Tenet Spe. ꝙ pro parte glo. tamẽ alibi diſtinguit aut eſt renũciatum bñficio diuiſionis, aut nõ: vt no. ff. de admi. tuto. ſi plures. quæ diſtinctio, vt ibi no. Dy. in pluribus fideiuſſoribus ſimiliter locũ habet. Sed dicit Cy. ꝙ forte etiã in fideiuſſoribus malè dicit. Hãc materiã nolo tractare de præſenti, ne terminos noſtros nimis trãſgrediar: ſed remitto te de ea, ad no. pleniſsimè per Gof. de ſaliniis in d. l. ſi plures. ¶ Sed quæro, quæ eſt ratio, quare fideiuſſor nõ agit cõtra fideiuſſorẽ ſine ceſsione creditoris, ſicut tutor cõtra tutorẽ, & magiſtratus cõtra magiſtratũ? Paret primũ. ff. de tutel. & rõ. diſtrahẽ. l. j. §. nũc tractemus. Et habetur vtrũq;. ff. de neg. geſt. l. ex facto. Soluit Accur. ff. de fideiuſ. l. vt fideiuſ. ſ. ꝙ fideiuſſor propria volũtate ligatur. Alij verò ex officij neceſsitate. Facit, quia ſuccurrẽdũ eſt illi, qui neceſſariò geſsit. ff. de dã. infe. l. cũ poſtulaſſem. in fi. Et cõcordat, qd notaſ. xlvj. diſ. ſicut non ſuo. Alia rõ, qa ſi fideiuſſor habet regreſſum cõtra aliũ. ſ. debitorẽ pro quo ſoluit tutor, & magiſtratus nõ. allegat ibi qd not. ff. de mi. l. minor. in prin. Ioã. in addit. in. d. verſic. ſed pone debitor. Addit aliã rõnẽ. qa fideiuſſor liberat fideiuſ-
29 ſorẽ, nõ officio geſtionis, ſed natura obligationis. ¶ † Circa hoc quæriſ, quo iure cogeſ quis cedere, vbi nulla ordinaria actio cõpetit? Solutio. dico, ꝙ per officiũ iudicis, vt. ff. de le. j. l. ſi res obligata. in fi. quæ bñ facit. ¶ Itẽ q̃nq; per exceptionẽ oppoſitã id cõſequi poſſet, vt ibi, &c. ff. de admi. tu. l. ſi minor. Sed pone: debitor meus dedit mihi fideiuſſorẽ, & mihi obligauit bona ſua: poſteà cõſenſit vẽditioni domus, quam facit debitor, cuius obligationẽ fideiuſſori ſoluẽti cedere tenebar. Demũ cõuenio fideiuſſorem: quæritur, nunquid obſtet mihi exceptio cedendarum actionum? videtur, ꝙ ſic. C. de fideiuſſoribus. l. ij. ff. de adminiſtratione tutorum. ſi pupillus. ff. de ſolutioni. l. Stichum. §. prætor. argumen. contra. ff. de fideiuſſori. l. ſi ſtipulatus. §. fina. De hoc notatur. C. de

fideiuſ.l.ij.Specu.vbi.ſ.verſic.ſed quid,ecce.dicit,quòd pri-
ma verior eſt,ſecundum Albe.Gal.Iacobus de Arena diſtin
guit,an contemplatione pignoris fideiuſſerit,vel non:vt in
primo caſu obſtet exceptio.C.de fideiuſ.l.ſi creditor.ff.man
dat.l.ſi mandato Titij.in fi.&.ij.non:vt.C.de fideiuſ.l.pluri-
bus.ad.l.pignoribus.Cynus.C.de fideiuſ.l.ij.in.iij. quæſtio-
ne referens huiuſmodi diſtinctionem ſubdit alios dicere
exceptionem non obſtare. & quod noo obſtat .l. pignori-
bus.quia intelligitur aliter,vt ibi notatur per Cyon. & per
glo.Sed quid ſi vnum de fideiuſſoribus creditor liberauit:
nunquid ſibi agenti contra alium obſtat exceptio cedenda-
rum ad vnum.Item an fideiuſſor non conuentus offerens
pretium creditori poſſit petere cogi eum inuitum cedere
actiones cootra fideiuſſores & pignora ſua , ſeu hypothecá
contra principalem,quæ duo tractat Cynus in dicta quæ-
ſtione.ij.iij.iiij.& quinta & ibi videas.

30 ¶ † DECIMOSEXTO quæritur, nunquid ceſ-
ſa rei vendicatione ceſsionarius babet dominiuru? videtur
quòd ſic:quia habet actionem in rem.C.de ac.vel hære. vē.
l.ſi.quæ non competit,niſi domino.ff.de rei vendicatio.l.in
rem.Specu.ibi.ſ.item quid ſi mihi.tenet contrarium : quia
tunc videtur actio potiùs ceſſa,quàm res: vt.ff.de iure do.l.
ſi ſponſalibus.§.fina.in non poſsidente fortiùs procedit hoc
dubium,cui certum eſt vendicationem competere.In poſsi
dente verò gloſſ.dictæ.l.fina.ſic diſtinguit,an cedat compe-
tētem:& nihil agit.An competituram,& valet. & illam in-
tentabit , quando alius cœperit poſsidere : & ſic cedenti &
ceſsionario competet.Et hoc in actione : quia de dominio
non dubitat gloſſa,vt etiam not.glo.ff. fami.erciſcun.l.pla-
31 nè.† Sed quare tranſlato dominio datur actio in rem,& nō
econuerſo?dicit Albericus,quòd ratio eſt , quia dominium
eſt cauſa vendicationis ipſius rei.ff.de rei vendicatio.l. in rē
actio.Sed rei vendicatio oon eſt cauſa dominij , ſed proce-
dit ex dominio.abſurdum autem eſſet , quòd principale ſe-
queretur acceſſorium.ff.de vulga.& pupilla.ſubſtit.l.ex pu-
pillari.& quib.mod.pig.vel bypothe.ſolui.l.Lucius. Et eius
contrarium eſt iuridicum,& regulare:vt.j.de regul. iur.ac-
ceſſorium.libro ſexto cam cōcor dantijs.Cynus.C.de here-
dita.vel actio.vendi.l.fina.hoc mouens in.iiij.quæſtione di-
cit,quòd hoc videtur quoddam inſolubile,videlicet,ꝓpter
rationem,quam feci io principio ad partem affirmatiuam.
& propter quod dixi pro parte negatiua acceſſorium non
trahere principale:oec cauſa cauſatum.& quia traditionib⁹
&c.C.de pact.l. traditionibus. ¶ Refert Dynus diſſoluiſſe
dicendo,quòd dominium non queritur per ceſsionem,ſed
habet ceſsionarius vtilem ex perſona cedentis,ſcilicet,pro-
pter dominium , quod ad cedentem pertinet. Et ita notat
Dynus de regul.iuris.pro poſſeſſore.libro.vj. ¶ Sed ſecun-
dum ſententiam quorundam modernorum, qui dicunt , ꝙ
vtilis actio in perſonalibus competit ei, cui ſunt ceſſa iura:
de quo per Cyo.C.de act.inni.& oblig.l.j. Cur non dicimus
hîc,quòd vtile dominium ſimiliter competat?Poteſt reſpō
deri,quia iura non fingunt circa factum. Et ideò circa do-
minium,quod ſine contrectatione acquiri nuo poteſt , fin-
git lex vt.C.per quas perſonas nobis acquiri.l.j. vbi Cyn⁹.
Et tangit Petrus hunc punctum.C.de peti.hæredi.l.cogi.in
quæſtione illa, vtrum emptor hæreditatis. Cynus in dicta
iiij.quæſtione dicit,quòd hoc caſu competit dominium da
tiuum,non natiuum:& quòd ex hoc dominio datiuo vti-
lis rei vendicatio cauſarum.Inducit notata ſua.C.ex quibus
cauſis maio.l.ſi ab hoſtibus.Et quòd lex det vtile dominiū,
dicit non mirandum:quia tantæ potentiæ eſt,vt det & aſſi-
ciat:vt.C.commuoia de leg.l.j.& de iure dotium.l. in rebus.
Et notatur.C.de reb.non alie.l.vlti.& ſcripſit ipſe.C.de con
di.ob cau.l.ca lege. finaliter dicit ſic:circa hoc tu cogitabis.
¶.Ioannes Fabri in dicta.l.fina.tenet opinionem Dyni. &
32 illa videtur mihi ſecurior. ¶ † Martinus Silimā.diſputauit
circa hoc hanc quæſtionem,an habens rei vendicationem
ceſſam à domino contra poſſeſſorem bene petat rem iure
dominij?& de hoc Dyous vbi.ſ.in vltima quæſtione. Et vl
tra ibi dicta per Dynum teneas talem poſſe proponere di-
rectam rei vendicationem nomine cedentis,dicendo , Cō-
queror de tali,qui talem rem poſsidet,quę pertinet ad Bar.
à quo habeo iura ceſſa,&c. Aliâs niſi innitatur iuri ceden-
tis,ſuccumbet in directa.Obtinebit tamen , ſi intentat vti-
lem nomine ſuo,cum dicta.l.fina.id permittat.¶ Dicens e-
go rem ad ſe pertinere iure dominij,veram cauſam allegat,
loquendo de vtili ſecundum eum. Subdit , quòd ſi non ex-
primit in libello,an proponat directam nomine mandan-
tis:an vtilem nomine proprio, ponderabūtur verba libelli.
& ſi in eo innititur iuri actionis,vt.ſ.dixi, dicetur intenta-
re directum nomine cedentis.Si verò ſuo iuri & ſuo domi-
nio inoitatur,vt quia dicit rem ad ſe ꝑtinere iure dominij:
tunc videbitur vtilem nomine ſuo propoſuiſſe , vt ſic vna
ratione libelli illud recipiatur.Ex quo ſequi poſsit condem
natio.ff.de eden.l.j.Nec verba libelli ſunt ſuperflua , ſi poſ-
ſunt aliquid operari.C.de preci.impera.offe.l.fina.Non ob-
ſtat,quòd verbum dominium ſimpliciter propoſitum in-
telligitur de directo.ff.ſi ager.vecti.vel emphy.peta.l.j.§.j.&
notatur.ff.de euic.l.minor.§.j.Quia illud in illo , qui domi-
nio ſuo tātùm poteſt vti.Sed is poteſt vti ſuo & alteri⁹ do-
minio:quia per ceſsionem videtur conſtitutus procurator
io rem ſuam,ſimpliciter proponendo , intelligitur de ſuo,
ſecundum eum.& incipit eius quæſtio: Ego , qui habeo rei
vendicationem. ¶ Scire debes,quòd magna eſt quæſtio læ-
giſtarum & de apicibus à quibus principijs cauſetur rei vē-
dicatio,& glo.in.l.vna.C.e.dicit,quòd à dominio, vel quaſi
33 actoris,& à poſſeſsione,vel quaſi rei. Et † ex hoc ſequitur
quærere,an domino poſsidenti & detinenti omni genere
detētionis competat rei vendicatio?& communiter reſpō-
detur,quòd oon,per.l.prædictam,& per ſuperiorem ratio-
nem argu.inſra de iudi.examinata. Inſti. de actio §.j. ¶ Sed
vt ſcripſit Cynus eadem.l.quæſtione.iiij.diſtinguit ſubtili-
zantes rei vendicationem cauſalem à rei vendicatione for-
mali. Et ibi inuenitur Pet. de Bel. pertica tenere contra di-
ctum verſi.item quid ſi mihi.& opinionem glo.quòd domi
nus poſsidens omni genere poſſeſsioois legando rei vendi-
catiooem,videtur legare dominiū inducit.ff.de leg.primo.
l.quod in rerum.§.primo.vbi dicitur , quòd inutile eſt lega-
tum vſufructus, niſi legans interim proprietatem illius nā-
ciſcatur. ¶ Sed ſi quęris,an ſuppoſita hac opinione idem
ſit in ceſsione venditionis,vel donationis,quorum dies ali-
ter cedit,quàm legatorum.vel an rei vendicatio formata ex
poſſeſsione rei ſit ad actum reducibilis:ibi vide in Cyno in
vlterioribus quæſtionibus plenè tractatum. Si autem quæ-
ris,quid ſi cauſæ rei vendicationis , quæ currit à principio
deſecerunt,vel quæ non erant,ſuperuenerunt:vide infra de
re iudica. Abbate.in libro ſexto.

34 ¶ † DECIMOSEPTIMO quæritur , vtrum
bannitus poſsit cedere iura ſua:& videtur,quòd ſic:quia re-
legati retinent bona,vt. ff.de interdic.& rele.l.relegatorum
§.ad tempus. Et appellatione bonorum etiam appellatiōes
continentur.ff.ad Trebellia.l.ſi legato.§.ſi ſeruum.& de ver-
borum ſigni.l.meorum.&.l.bonorum.& vt in poſſeſsio. le-
gato.eadem.l.is cui.§.bona. argumentum cootra , quia om-
nes exceptinnes obſtantes venditori &c.ff.de contrahenda
emptione.l.dolia.§.primo.pro ſocio.l.idemque.in fi.de reg.
iur.l.in his.§.non debeo.Specu.vbi.ſ.verſi.illud etiam quæ-
ritur.dicit,quòd ſi ſit bannitus ex ea cauſa,ex qua bona pu-
blicaotur,non valet ceſsio:quia actiones fiſco competunt,
& contra fiſcum.ar.ff.de ſolutio.l.qui hominem.§.filium.de
capi.dimi.l.ij.pro ſoc.l.actione.§.publicatiōe.Inſti.de ſatiſd.
§.publico.Sed ſi ex alia cauſa ſcilicet,ſi habet cauſam lucra-
tiuam obſtat exceptio:ſed ſecus, ſi oneroſam : vt .ff. de doli
exceptio.l.apud Celſum.§.de actoris.verſi.ſi quis autem.Fa-
tetur alios iodiſtinctè dicere,quòd agere poſsit : vt.ff.quod
quiſque iur.l.fina.&.l.filins.& alios dicere indiſtinctè,quòd
agere non poteſt.ff.ad Velleia.l.fina.Et quòd ſi poſſet,poti⁹
debere

deberet inhęreri illi diſtinctioni,an habuiſſet actionem ex
neceſsitate:veluti ex donatiōe in ſolutum,an ex voluntate:
vt quia emiſſet:quia hæc non ambulant a quis paſsibus:vt
io.l.cum poſtulaſſem.allegata.&.ff.de re.co.l.ij.§.j.& de re
iud.l.ſi.Ioannes in additione vbi.ſ.Dicit diſtinctionē Spe.
fuiſſe Abbatis,Gal.& pro vltimo membro allegat.ff.de no-
ua.l.doli exceptio.& ſolu.matri.l.ſi cum dotem.§ ſi pater.ij.
l.ε vide notata ipſius de iure patronatus.c.vno.libro ſexto.
io gl.pe.& in Nouella ſuper ea.¶ Et notat Specu.de procu-
ratoribus.§.ratione quoque conſtitutis.in principio.&.§.vl-
timo.poſt princ.veri.quid ſi excommunicatus.Et propter
ſuperiùs dicta & alibi dicenda,maximè: in.§.compendioſè.
35 de inſtru.edi.poſt princ.¶ † Eſt ſciendum,quòd Accurſius
Inſti.qui.mo.ius pa.po.ſol.§ aliâs relegati.io vltima glo.dicit
bannitos noſtri temporis,ſi maleficium eſt tale,quòd de iu-
re,conſuetudine,vel ſtatuto loci ciuitatem perdant,& bona
publicentur,comparari deportatis:aliâs relegatis.multi ta-
36 men reprobant illam gloſſam.† Vnde quidam legū doctor
dictus de ſcalis,diſputauit quæſtionē de bannito propter
homicidium,quem pater hæredem inſtituit,qui poſteà iu-
ra hæreditatis paternæ ex cauſa donationis auiæ ceſsit. Et
incipit quęſtio. Titius filiusfamilias. & tenuit,quòd pote-
rat,præmittens,ꝙ ex lege municipali bannitus habetur pro
confeſſo,& captus decapitat̃,& ipſius querelæ non audiun
tur.Et hoc dixit,vt quæſtionem declaret,& ſolutionem for
tificaret.Dixit autem Titium ſic bannitum,nec eſſe depor
tatum:nec haberi pro deportato.Et induxit pro ſe gloſſam
illam loquentem de maleficio.propter quod de iure,conſue
tudine,vel ſtatuto perdebat ciuitatem,& bona.Aſſumebat
primum,quia certum eſt iſtum bannitū de iure nō perdere
bona.C.de bo.dam.auth.bona.& ꝙ nec per ſtatutū adime-
bantur,vt patet ex eius forma.ſ.poſita.item nec per conſue
tudinem.Cum igitur talia ſint contra iura communia non
ſunt extendenda.ff.de re.iur.quod contra.&.c.quæ à iure li
bro ſexto.Item,quia dantur per defenſores ciuitatum, vel
præſides prouinciarum,qui deportare non poſſunt:vt.ff.de
leg.iij.l.j.§.deportatos.ij.q.vj.biduum.veri.ſiquidem. vbi de
hoc notatur.¶ Item,quia dantur contra abſentem contu-
macem,& abſens deportari poteſt.ff.de pœnis.l.abſentem.
&.C.de accuſationibus. abſentem. Et vide quod notatur.
ff.de interdict.& rele.l.inter pœnas.&.l.ſe.Concluditur er-
go talem damnum pro deportato nō haberi,nec etiam in-
famia notari.licet eius opinio ſit grauata.C.de requi.re.l.ſi.
Alij doctores addunt pro diſsimilitudine,ꝙ deportatus ma
net in inſula:ſed bannitus extra locum prohibitum voca-
tur,quod vult.ff.de interdic.& rele.l.exilium.Item, quia vt
patet ex ſuperioribus ſententia banniti non requirit conte-
ſtationē,& ſententia deportationis,ſic.ff.de pu.iud.l.ordo.C.
de adult.l.adultera.Item deportatus nō auditur poſt ſenten
tiā:vt.ff.de pœnis.l.diui.&.l.moris.Sed iſte bānit⁹ ſit ad in-
ſtar eius,quod dicitur de annotato.C.de requi.re.l.j.&.ij.Fa-
cit ꝙ Nico.Matra.in quadā quæſtione ſua dicit,ꝙ deporta-
tio & bannum nō conueniunt in nomine.& per conſequēs,
nec in re.arg.C.de codicil.l.ſi idem.de deci.ad audientiam.
Nec in forma.nec in effectu:vt probatum eſt,vt pœna non
extendatur.Et cōcordat bene huic dicto, quod ſcripſit Cy.
poſt Iacobum de Are.C.de hęre.inſti.l.j.in.q.j.&.ij.& præ-
ſertim in.ij.vbi idem tenuit Oldradus eo, ꝙ relegatus reti-
net ea,quę iuris ciuilis ſunt,vt probant iura ſuperius allega-
ta.Dicit tñ,ꝙ beneficium quod ſibi competeret ex ſtatuto
ciuitatis:puta de lucranda dote,vel eius parte:vel & his ſi-
milia talia perderet bene bānitus à ciuitate,quę per ciuita-
tem habebat.allegat no.ff.de vul.& pup.ſubſti.l.ex duobus.
in vltima gl.Hugo.de ſan.in quęſtione,quę incipit. Quidā
Sempronius videtur velle priuationem omnium bonorum
ſequi bannum pro graui crimine factum,per.l.ſi in liberti-
num.ff.de bo.liber.Et multùm refert,quòd licet talis ban-
nitus plures ſimilitudines habeat cum relegato,quā cū de-
37 portato,tñ ex priuatione ſuorum iurium ęquiparatur de-
portato.† Et dicit gloſſam Accur.priùs alleg.optimè proce
dere,nec valet dicere illud applicandum eſſe ei,cū quo plu-
res ſimilitudines habet.Nam vna ſola ſimilitudo vicere po
teſt multas.Exemplificat in ſeruo,qui habetur pro mortuo.
ff.de reg.iu.l.quod attinet.&.l.cum pe.& tamen multas ha-
bet ſimilitudines cum viuentibus comedit,bibit,dormit,vi
gilat,loquit̃,ambulat,&c.ſed ſola priuatio iuris ciuilis vin-
cit illas:vt propter illam habeatur pro mortuo, vt ibi.facit
de elect.innotuit.Ex hoc enim videtur poſſe reſponderi ad
quæſtionem,qua quæritur,an bannitus procuratorem con
ſtituat,quoad defendendum,quęſtio non videt̃ dubia, per
c.intelleximus.ĩ.de iud.cum excōicatus illud poſsit,vt ibi.
Itē per illud,qđ in dubium fertur de ceſſionario,ſatis perci
pere potes,quòd per procuratorem proprium æquè prohi-
betur agere,ſicut per ſeipſum.Et quoad procuratorem talē
hoc ſolū eſt diſcutiendum,an ipſe poſsit per ſe,non dico ex
ſolū reſpectu ad capacitatem, & humilitatem loci, ſed ex
quadam qualitate pœnę.Si enim ponimus,ꝙ perdat ciuita
tem,& bona deuoluuntur in fiſcum:vt.ff.de bo.dam.l.j.nec
per ſe,nec per alium agere poteſt:aliâs ſi ſolū priuat⁹ eſt mā
ſione loci,nil impedit per alium agere in loco,quod probat
l.ſi cum dotem.§.ſi ſoluto.ff.ſo.matr.vbi patre non valente
propter condemnationem intrare ciuitatē:filia eius nomi-
ne agit de dote,vel ſaltem ſatiſdat eum ratum habiturum.
38 † Nec eſt nouum aliquē poſſe per alium,quod ex certa cau
ſa per ſe non poteſt.De hoc multa patent exempla ſuper re-
gula,poteſt quis.li.vj.&.ff.de adminiſtr.re.ad ciui.perti.l.ij.
&.ff.quæ res pign.ob.poſ.l.Ariſto.in vltima gloſſa.Facit de
conceſſ.præben.authoritate.libro.vj.&c.
39 VIDIMVS de ceſsionario & procuratore,nunc de ſuc-
ceſſore banniti videamus.Regula iuris ſic dicit,ꝙ quæ his,
qui contraxerunt,obſtant,& ſucceſſoribus eorum obſtare
debent.Io qua diſtinguitur inter ſucceſſorem ſingularem
& vniuerſalem ſuum,& extraneum.Super quo vide Io.An.
ĩ.de regulis iuris.is qui in ius.cum remiſsione per eum ibi
data.& præſertim in Nouella ſuper prima gl.poſt Dynum,
& etiā in verbo debebit.Et an exceptio excōicationis cedē-
tis noceat ceſsionario.vide Io.An.de iure patro.c.vno.libro
vj.ſuper gl.penul.in Nouel.Et ſi vis latiùs proſequi hanc ma
teriam bannitorum,& videre verificationē prædictorum,
vide per extenſum Iac.de Butrig.in quæſtione per eū diſpu
tata,quæ incipit:Statuto cauetur,quòd bannitus.& Goſ.de
Salinis.ff.de iniuſt.rup.irri.ve.teſta.l.ſi quis filio exhęreda-
to.§ eius qui.cum remiſsionibus ſuis.Et quęſtionē Iac.But.
quę incipit:cōmune Bononien.ſolebat habere in libro cō-
num,& repetitionum pergamani ſolio.cxxxiiij.
40 ¶ † DECIMOOCTAVO quæritur nunquid cedēs
iura contra debitorē videatur cedere etiam contra fideiuſ-
ſores,& pignora.Spec.vbi.ſ.verſ.ſed nunquid cedens.dicit,
ꝙ in caſibus,in quibus ceſsionarius habet vtilem actionem
ſine ceſsione:tunc habet etiā contra fideiuſſores, & pigno-
ra.ſed in caſibus,in quibus non habet vtilem ſine ceſsione,
tunc ſecus.Dicit vltra Abb.Gal.poſt Abb.papi.ꝙ emptor
habet eam ſibi quęſitam eoipſo,ꝙ emit:quia tūc ipſe eſt in
vno de caſibus notatis.C.de ac.& obli.l.j.& patet ibi in.l.ij.
De quibus caſibus dixi.ſ.in.xj.quæſtione.Sed nil ad propo-
ſitum de illa vtili ſine ceſsione competenti. Quia hic quęri-
tur de ſola ceſsione. ¶ Et hic dicendum,ꝙ virtute ceſsio-
nis,nunquā habebit actiones contra fideiuſſores,& pigno-
ra,contra quos nulla facta eſt ceſsio:cum ceſsio ſit ſtricti iu
ris.vt.ff.de verbo.oblig.l.quicquid.Vbertus de Bobio.ff.de
hære.vel ac.ven.l.venditor.hanc quæſtionem pleniùs tra-
ctauit,& latiùs loquens dixit,ꝙ ſi ex aliquo contractu bonę
fidei,creditor dederit nomen debitoris:mandatarius etiam
contra fideiuſſores poterit experiri vtili actione ex eo con
tractu.Ex vi autem ceſsionis,non ratione pręmiſſa huic di
ctu obſtat.ff.pro ſocio.l.iij.vbi etiam inter ſocios neceſſaria
eſt ceſsio,in nominibus,vel illorum actionibus. & tamen
certum eſt,ꝙ actio pro ſocio eſt bonę fidei.inſtit.de actio.§.

actionum. Sed id tenentes intelligunt textum de actione directa, dicentes vtilem competere. vel aliter ibi nõ loquiť de actione inter ſocios, ſed contra debitores. Hi autem, qui ſolùm in prædictis caſibus dant vtilem, inducũt pro ſe textũ. ff. ſol. mat. l. ſi verò §. penul. qui dicũt, ꝙ in caſibus, in quibus lex deficit, nec vtilis actio erit danda. Et hoc meritò: cum vtilis actio ſit extraordinaria, ſeu extraordinariũ auxilium.

41 ¶ † Per prædicta videtur ſopita quæſtio de vaſallo, cui grãde nomen debitoris mei dedi in feudum: an abſq; ceſsione agat vtili? videtur enim dicendum, quòd non. cum iſte non ſit de caſibus per me ſupra notatis. in. xj. q. Nec enim poteſt dici emptio, quæ ſit ſine quantitate. C. de contrahẽ. empt. l. empti fides. Fertur Cy. dixiſſe contrarium. per. l. ſi. de hæred. vel ac. ven. l. qui in rem actionem. Precium enim videtur cõuentum in eo, quòd vaſallus domino ſeruire tenetur. & ſæpe opera amici habetur pro precio. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. in coeunda. Sed. l. fina. non obſtat, qa ibi fuit vera emptio, quæ eſt de caſibus ſpecialibus. ¶ Nec obſtat, quod dicitur de ſeruitio vaſalli: quia æquè dominus tenetur iuuare vaſallum, vt patet in conſtitutione. Frederici. & . xxij. q. v. c. de forma. quod capitulũ habeť in eo. li. ti. de forma fidelitatis. &c.

42 ¶ † Redeundo ad primam quęſtionem, quęriť, nunquid cedens actionem, quam habet, cedẽdo liberetur? vť ꝙ ſic: vt. ff. de pecu. l. quod debetur. ff. de peti. hære. l. quod ſi poſſeſſor. de ſolu. l. cum quis. de contrahen. empt. l. quod ſæpe. §. ſi res. Imò cõpelliť quoq; illam cedere. ff. de mino. l. patri. §. ſi pecuniam. Ad leg. Aquil. l. huic ſcripturę. primo reſponſo. & ad hoc tenetur procurator actione mãdati. C. per quas pſo. no. acqui. l. ſi. Idem in negociorum geſtore. ff. de nego. geſt. l. nam Seruius. §. ſi. Sic & depoſitarius. ff. depo. l. ſed ſi is, apud quem. & . l. conductor. ff. loca. l. ſi merces. §. ſi. Non ſic in eo, qui tenetur ex contractu, nõ ex eo, quòd habeat actionem. C. ſi cert. pet. l. non aduerſus. &. C. depo. l. deſyderium tuum. & . l. ſi is. & . ff. de condi. indebi. l. his ſolis. Ratio diuerſitatis prædictorum eſt: Quia creditori inuito aliud pro alio ſolui non poteſt. C. de ſolu. l. eum à quo. & . l. ſe. ff. ſi cer. pet. l. ij. Tñ in prædicta. l. ij. notatur ad finem. iij. gloſſæ, ad hoc nno poteſt quis compelli, niſi in certis caſibus. Hoc fallit ex cauſa: ibi vide. Eſt etiam dare caſum, quo cedens actionem liberatur, licet non propter actionem, ſed propter rem teneatur: vt in. §. ſi pecuniam. allegato. & . ff. ſi quadru. pau. ſe. dica. l. j. & de rei vendi. l. ſi hominẽ. §. ſi. ſcdm Io. in additione, vbi. ſ.

43 ¶ † DECIMONONO quæritur, vtrum actio iniuriarum poſſit vendi, vel cedi ante litem conteſtatã. de quo notatur. C. de hære. vel ac. ven. l. ſi. in vltima glo. quæ opinionem Ioann. recitat, dicit quòd non: quia ante litem conteſtatam, nõ eſt in bonis noſtris, nec poſt propter vitium litigioſi. C. de litigioſis. l. ij. Et ibi per Cynum in. q. ij. Accurſius verò in. d. l. ſi. & Azo in ſumma. e. ti. in fin. ambo dicunt ſub dubio fortè. & quod dicitur non eſſe in bonis noſtris ante litem conteſtatam, eſt tamen quoad nos. quia quandiu viuimus, & nobis, & alij nomine noſtro dari poteſt: vt. ff. de iniurijs. l. ſed ſi vnius. § idẽ ait. Nã, & aliæ actiones quæ ſunt ex delicto, ceduntur. ff. de peti. hęre. l. ſed & in diem. §. Iulianus. & ipſe Accurſius aſſertiuè hoc tenet. in. l. ſi nomen. ff. de hęre. vel act. ven. & Hoſt. in Summa. e. ti. § ſi. qui eſt aliâs ſub rubricella de ceſsione actionis.

44 ¶ † OB PRAEMISSA generaliùs quęro, an accuſatio poſsit cedi: & procedit dubiũ in criminibus, quibus interuenire poteſt procurator ſimplex. Facit, quia ceſsionarius eſt procurator in rem ſuam. ff. de in rem verſo. l. iij. § idẽ labeo. Ad affirmatiuam facit quod proximè pręmiſi. Item, quia conſtat periculum, vel damnum rei vẽditę ptinere ad emptorem ante traditionem, ſicut lucrum, & commodum: vt. ff. de pericu. & cõmo. rei ven. l. id, quod. inſti. de contrahẽ. emp. §. cũ autẽ. Pone ergo, ꝙ res ſubtrahitur venditori, vel delictum aliquod priuatum ſit commiſſum circa illam, venditor qui non participat commodo, habere nõ debet incõmodum: vt. J. de regu. qui ſentit. li. vj. Ergo nec onus agendi, vel accuſandi. ff. de peti. hære. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ex neceſsitate. Ergo ſequitur, ꝙ faciat emptorem procuratorẽ in rem ſuã. Sic eſt dare in venditore hæreditatis. ff. de ac. vel hære. ven. l. i. §. non ſolũ. & in procuratore. ff. man. l. ex mandato. Et in hæredis legato. ff. ad Trebel. l. ſi hæres. Item in popularibus regulariter nõ datur procurator. Quia ex quo popularis eſt, ita intereſſet conſtitui, vt conſtituentis, de ꝓcu. licet in popularibus. ff. & tamen qui conteſtatus eſt litẽ: cũ habeatur ꝓ creditore procuratorẽ dat. ff. de verb. ſig. l. ſi cui. Cum ille igitur, cuius non plus intereſt, quàm alterius procuratorem det in popularibus. fortiùs iſte, cui plus competit etiam ab initio, ex priuato delicto poterit ꝓcuratorẽ dare: vt. d. l. licet. & . l. non cogendum. § qui ita. Item id, qd ineſt perſonæ gratia rei cedi poteſt: & in eo procurator cõſtitui. Hoc patet in reſtitutione in integrũ. ſ. ti. j. corã. & . ff. de mino. l. qd ſi minor. in princip. Ergo & in tali iure, qd ineſt rei familiari pòt procurator cõſtitui in rem ſuam. Facit. ff. ad Turpil. l. j. § incidit. ibi, qui mandat, & inſtruit, &c. In contrarium quia procurator in rem ſuam dicitur, ad quem ſpectat cõmodum, & damnum: & tunc ſi eſſet aliâs prohibitus admittitur. C. de procu. l. qui ſtipendia. qd hîc nõ eſt: cum cõmodum applicetur fiſco. & ſic nõ cõpetit nomen. ergo nec officium. xvj. q. j. ſi cupis. vbi concordan. in. j. gl. cum ſecundum ĩ de prębẽ. C. de ferijs. l. à nullo. Inducitur ratione, quare in popularibus ꝓcurator non conſtituitur, vt. ſ. quia qui nullas habet, nõ eſt ꝑ id locupletior: vt. ff. de popu. act. l. pen. facit ad idem. l. ſi mulier. § ex aſſe. ff. de iure dotiũ. vbi actiones hæreditarię alij præſtari non poſſunt, quàm illi, cui reſtituenda eſt hæreditas, vel ipſius ſimplici procuratori: non autem in rem ſuam. Quibuſdam per prima iura videtur ꝙ cedi poſsit. Ad rationem damni reſpõdent, ꝙ damnum peti poteſt expenſarum litis, & pœnæ calumnię. Itẽ tranſigendo aliquod cõmodum haberet. de hoc in. l. tranſigere. C. de tranſac. & . ij. q. iij. § notandum. de collu. c. j. Item largiùs dicitur propria cauſa, vbi nõ ſpectat ad alium cõmodum. ff. qñ appellan. ſit. l. ij. in ſi. Io. in additione vbi. ſ. hoc tangit, & nõ eligit: ſed magis videtur ſibi placere, quod ꝓximè dixi. Si vis ſcire, quæ contra procuratorem in rem ſuam conſtitutum obijci poſſunt: & quis cedere poſsit, & qñ cedens poſsit actiones ceſſas reuocare, vel non. & de caſu. l. iij. C. de noua. Et de forma denunciationis, de qua loquitur illa. l. & de tribus quæſtionibus circa illam, vide in Specu. de ꝓcuratore. § ſequitur videre. verſ. in Summa. & ibi etiam vide alia, quæ deſunt in Spec. in tit. de ceſsione actionis. alle. Item caſus, in quibus ꝓcurator in rem ſuam tenetur defendere conſtitutionem, vide notatos. ff. de procu. l. ſi in rem. & ſunt duo. vt ibi patet, & in. l. pręcedenti, in ſi. ſ. quando habet cauſam lucratiuam. vel in fraudem agere volentium datus eſt. Et vide notata. ff. de procu. l. plautius. videlicet, quo etiam ex parte rei, poteſt ꝓcurator in rem ſuam conſtitui. Et an inuito actore pòt reus dare procuratorẽ in rem ſuam, vide qd plenè notatur. ff. de procu. l. ſi actor. Item qñ debet fieri ceſsio tutori, fideiuſſori, vel alteri ſoluenti pro altero obligato notatur plenè. ff. de ſolu. l. Modeſtinus. & de fideiuſ. l. vt fideiuſſor. & . C. de fideiuſ. l. mãdati. Item quare ceſsio nominis debitoris ſit ipſo inuito: vt. C. de hære. vel ac. ven. l. iij. Delegatio verò non. C. de noua. l. j. notatur in. d. l. iij. quia delegatio ſit per nouationem. Nouatio per ſtipulationem, quę cõſenſum requirit. ff. de verb. ob. l. j. & de act. & obli. l. obligationum ſubſtantia. in fine. Hoſt. in ſumma titulo, de fideiuſ. ſub rubricella de delegationib. dicit ꝙ licet nouatio requirat cõſenſum, per hoc non concluditur idem de delegatione. Tñ negari non poteſt, quin. l. j. C. de noua. differentiam facit inter delegationem, & ceſsionem, & expreſſè dicat in delegatione requiri conſenſum debitoris. Itẽ. gl. j. ibi tenet, ꝙ non cogiť cõſentire. Itẽ Cy. ibi quęrẽs, nunquid poſsit compelli debitor, vt inuitus cõſentiat delegationi: & dicẽs gl. tenere, ꝙ licet ſit ſpeciale in dote, ꝙ nõ poſsit cogi. ff. ſolut. mat. l. ij. in princ. Regulariter tñ cogitur. C. de noua. l. nec creditoris.

Dicit poſt

Dicit poſt Pet.gloſſam illam veram de rigore iuris. ſed de æquitate,ſi ſua non intereſt,poteſt cõpelli.arg.ff.de rei vẽ.l.in fundo.Et quia quicunq; à me habet cauſam tenetur facere quod mihi prodeſt,& ſibi non nocet:vt.ff.de euictio.l.in creditore.Io.in additiõe vbi.ſ.approbat illam ęquitatẽ, vbi non poſſet aliter cõſuli creditori illam petẽti: quia tũc debitore inuito poſſet fieri ceſsio.& tunc cogitur debitor delegationi conſentire.Aliter lex ipſum priuilegiat,vt delegari nõ poſſit,niſi conſentiat,vt.l.j.C.de noua.alleg.Et prędicta in.d.l.j.inducit Cy.ad quæſtionẽ,vtrũ vaſallũ,vel hominẽ meum alij delegare,vel in alium transferre poſsim.& arguit q non,& ponit opiniones,quas ibi vide. & finaliter tenet poſt Petrum ſimpliciter,q non,per.l.ij.ff.de adop.& l.in adoptionibus.cum.l.ſeq.e.tit.De quibus vide plenè per Bar.ff.ſol.mat.l.ij.in verbo,non cogitur.

45 ¶ †VIGESIMO quæritur vtrũ valeat ceſsio facta abſenti,nullo pro eo recipiente:vt puta vocato notario & teſtibus,Cedens dicit,q omnia iura,& actiones, quæ habet contra.N.cedit Titio abſenti ex tali cauſa.Pet.de Ceruotis hanc diſputauit arguens ad affirmatiuam:quia abſens inſtituitur,ei legatur,& cauſa mortis donatur ei:& procurator inſtituiť,& ſimilia iura ſunt notata.Itẽ inducit gl.ff.de procu.l.in cauſæ.§.ſi.quę incipit,ſed qualiter.vbi videtur expreſſum,q valeat.ſed ipſe tenet contrarium,dicens gloſſam illã malè dicere:niſi intelligatur fieri poſſe ceſsionẽ inter abſentes:tñ per nuncium,vel epiſtolã,vt.ff.de contrahẽ.emp.l.j.
46 §.ſi.† Fit etiã patens ratio:quia cum ceſsionem ex cauſa,vel titulo fieri oporteat,vt hic colligam ex notatis Spec.de ceſsione actionis,circa prin.& titulus aliquis fieri nõ poſsit inter abſentes.niſi per nuncium,vel Epiſtolã,licet procuratio fieri poſsit.Patet ceſsionẽ factã abſenti non valere nemine recipiẽte:vt ſic detur pro regula,Quòd vbi de dñio,vel iure aliquo trãsferendo inter viuos tractatur,ſiue ſit in re,ſiue in actione,nõ poſsit inter abſentes fieri,niſi per nunciũ, vel epiſtolam.Nec obſtat,q poſſeſsionis bonorũ agnitio fit inter abſentes,vel nomine abſentis.duplex eſt enim rñſio. Prima,quia agnitio eſt act⁹ vnius perſonę tñ.ſed in ceſsione,ſicut & in contractibus requiruntur duę perſonę. Scda ratio,quia licet fiat agnitio per pręſentẽ nõ ꝓcuratorẽ pro abſente,poſſeſsio tñ,vel dominiũ per hoc abſenti nõ acquiriť,niſi ex quo ratificauerit.ff.de bo.poſ.l.iij.§.acquirere. & ff.rẽ ra.ha.l.is,qui.& l.pe.Fatetur tñ,q ſicut ſoluendo liberare poſſem inuitum,& fortiùs abſentem.ff.de neg.geſt.l.ſi ſoluendo.& de ſolo.l.ſolutionem.& l.ſi pro me.& l.ſoluere. ſuper his vide,quæ ſcripſi.ſ.de pac.c.j.in.iij.& iiij.q.& c.cũ pridem.in.ij.oppoſitione.& ibi meliùs.

47 ¶ † VIGESIMOPRIMO ſubijcio quęſtionẽ Odof. de duobus correis.pone.A.& B.quorũ alter,puta.A.conuẽtus à creditore oppoſuit exceptiones doli,ſimulationis, & pecuniæ non numeratę,lite pendente.B.correus ſoluit creditori,& habuit iura ceſſa contra.A.quẽ poſteà capi fecit vigore ſtatuti hoc permittẽtis vt obligatũ pro alio,qui ſoluit: quæritur,an capi debuerit,& an debeat relaxari ſoluendo? Tenuit,q ſi certũ eſt exceptiones oppoſitas per correũ contra creditorem,vel ipſius inſtrumẽtũ veras eſſe,nõ debuit detineri,& debuit relaxari.Nã ſi.B.contra.A.ageret mandati,vel negotiorum geſtorũ repelleretť.quia omiſit exceptiones prędictas doli,nõ numeratę pecunię, vel ſimulationis: ff man.l.ſi ꝓcuratoris.§.ignorantes. & l.idẽq;.§.generaliter. & l. fideiuſſor.in princ.& ff.de fideiuſſ.l.exceptiõe. Fortiùs ergo debuit repelli.vbi petebať detẽtio perſonę ꝓpter maius grauamen,& opprobriũ.de elec.vbi periculum.lib.vj.cũ concordãtijs.Si autem certũ eſt iudici illas exceptiones fruſtratorias,ſicut de iure cõi.B.contra.A. actiones prędictas mãdati,& negotio.geſtorũ:ſic ex vi ſtatuti haberet ius detẽtionis. Non enim debuit mendaces exceptiones opponere,ſed bonam fidem agnoſcere.Et ſic ſolutum repetere põt. ſcdm legis municipalis formã.arg.ff.de admi.tuto.l.quoties. ff.mã.l.ſi fideiuſſor.§.quędã.ſi verò de exceptionib⁹ dubitatur.dicit in hoc dubio.A.non debuiſſe detineri,& detentũ debere relaxari.Licet enim fideiuſſor ſponte ſoluens, cum debitum eſt liquidum,habeat regreſſum contra reũ:vbi tamen non eſt liquidũ,nõ habet regreſſum,niſi per ſententiã ſoluat.vt.ff.man.l.Luci⁹.C.mã.l.ſi pro eo.Sicut nec emptor agit de euictione,vbi res non euincitur per iudicis ſententiã:nec ſufficit ſententia arbitri:vt.ff.de euic.l.ſi dictum.§.ſi cõpromiſero.Putat tamen cautionẽ ab eo exigẽdã,de ſe reponendo in ſtatu,in quo erat,ſi exceptiones reprobari contingat.ar.ff.de iudi.l.in omnibus.qui ſatiſd.cog.l.inter omnes.ſicut cum res eſt in obligatione ex cauſa, cauetur de ea non baratanda.arg.ff.de peti.hære.l.Diuus.de offi. præſi.l.Senatus conſulto.in ſi.Interſerit prædicta procedere etiam ſi ſtatutum de fideiuſſore loqueretur. Nam duo correi videntur fideiubere vicisſim,quatenus pecunia ad ſe nõ peruenit,vt in authen.de duobus reis.col.vij.ff.de in rẽ verſo.l.ſi pro parte.in ſi.ff.ad Mace.l.ſed Iulian⁹.§.j.In illa igitur parte,quæ ad eum nõ peruenit,cenſetur fideiuſſor.Et hoc videť Io.in additione Spec.de ceſsiõe actionis.§.ij.circa prin.

48 ¶ †VIGESIMOSECVNDO ſubijcio qõnem Collectarij in qua quęrit,ſi cedens & ceſsionarius ambo veniãt ad agendum in iudicio,quis eorum alteri preferať. & vtrũ vtilis actio præferatur directę.Accurſius.C.de noua.l.iij.dicit q cedẽs præfertur,per.d.l.iij.& ſic videť directam pręferri vtili.Circa hoc ſequẽdo Cynũ.vbi.ſ.Diſtingue,quia,aut vterq;,videlicet habens directam,& habens vtilem habet actionem ſuã proprio iure ſuo:& tunc præfertur habẽs directam:vt.ff.de loco publico fruen.l.j.§.ſed ſi ſimul veniant. aliâs incipit,ſi veniant.& de publiciana.l.penul. Et ad hoc facit qđ notatur.ff.de acquir.re.do.l.qua ratione.§.literæ. in gl.quæ incipit,ſed actione furti.aliâs incipit:in rẽ &c. Aut non pro ſuo iure,ſed alieno nomine,vel vnus habet ab alio. & tunc præfertur vtilis:vt.ff.de procu.l.in cauſæ.in fine. & de ſuperficie.l.prima.§.qui ſuperficiem.& ſi ager vectigalis. l.prima,& ſecũda.Et ideò quicquid dicat ibi gloſſa ipſe Cynus dicit præferendum ceſsionariũ, quia cedẽs non poteſt venire contra factum ſuum.pro quo infra de clericis cõiug. diuerſis fallacijs.cum ibi notatis.& ſ.de elec.noſti.& placet
49 hoc Henrico. ¶ † Item qualiter differant iſti & alij tituli introducti contra implorantes auxilia,& ſuffragia aliorũ: & titulus ne lite pen.& titulus de litig.de quo hîc in glo.pe. vide aliqua per Cynum.C.ne lice.potẽ.l.j.in.q.ij.& de ꝓcu.l.qui ſtipendia.in oppoſitione.& C.e.l.vna.& in.ij.q.& C.de litig.auth.litigioſa.& l.ij.& ſi.Et iunge notata eius in dictis legibus,& C.man.l.penul.& ſi.& C.de act. vel hære. ven.l.emptor.& l.vltima Ad complementum huius materiæ, & ex his oĩbus,& alijs ſupradictis ac remiſsionib⁹ ſupradictis & hîc notatis in glo.cum ſuppletionibus ſuis poteſt facere ſtudioſus vnum tractatum valde bonum. ¶ Supple gloſſas In gl.j.ibi:*conſuetudinem*.quæ viget in Francia.Inn.& not.de hoc in Spec.titulo pręcedenti.§.j.verſ.ſi verò.& ti.ibi ſequẽti.§.j.in principio.Et in fine.j.de fo.cõpe.ſi clericus.& c.cũ ſit vbi de hoc.in gl.ij.ibi:*potentiori*.ratione officij,poteſt dici tutor potẽtior.vnde cõmittiť in edictum,ſi ſibi fiat ceſſio contra pupillum.C.qui da.tut.poſſunt.authen.minoris. Inno.idem Hoſti.& Spec.*Faciunt*.non bona fide.ſecundum Vincen.hîc Cuius dictum vide in Spe.ti.prxcedẽti.§.j.verſ. quod autem.Et ibi.l.j.& ibi idem notat.in vltima gloſſa.Et ibi,*deductam*.vnde dicitur dubia: quia euentus eius dubius eſt in lite:vt.ff.de pecul.l.quod debetur. Et ibi: *tamen tenet*. notatur,vt lite pendente eccleſia.j.in gl.pe. Et ibi: *ſine donatione*.propter nuptias.dote,tranſactione,rerum hæreditariarum diuiſione,& legatorum cauſa: & ibi tenet ipſa ceſſio,ſi conſtat eam veram eſſe. Vnum tamen ſcias,quod tibi creditori meo cedo actiones meas,quas habes contra creditorem:& hoc ſolutionis cauſa,videlicet faciendo etiam te procuratorem in rem meam, non tamen eam delegando. adhuc ab eo petere potero:& tibi prohibere,ne ab eo exigas priuſquàm cum illo litem fueris conteſtatus:vel aliquid

de debito exegeris:vel id debitori denũciaueris.C.de noua.
l.iij.&.ff.de ꝓcu.l.procuratorem in rem.& ibi not. Et quo-
modo facienda ſit denunciatio,& an neceſſe ſit cauſam ex-
primi,& an facienda ſit etiã ſcienti,vide in Spec.de procu.§.
vltimo,ad fi.An verò agens ex iure ceſſo ante litem conte-
ſtatã teneatur ędere ceſsionem,in Spec.de inſtru.ędit.§.nũc
dicamus.verſ.quid ecce. & ibi:*ceſsio.* quia ſimulatum lucrum
actionis eſſet eius,cui ceditur:cum verè ſit cedentis. Et ibi:
datur. Item,cum in inſtrumento ceſsionis nõ dicitur ex qua
cauſa.vel cũ in princ.ponitˀ ceſsio,in fine,vel medio:ex quo
contractu,ſcdm Inn. Sed dic meliùs,vt ſcripſi.ſ.e.in.vj.q.ver
ſi.refert etiam.vſq; in finẽ quęſtionis. Et ibi:*in id quod dedit.*
Quid de reſiduo?vide in Spec.de ceſsione actionis.§ j.verſ.
ſed ſi verò.Et ibi:*dubitatur*.aliter,quã per negationẽ partis.
Super quo vide,quod notatur in Spec.e.ti.de ceſsione actio-
nis.§.j.verſ.ſed opponitur.Et ibi:Et ibi:*l.pe.*vbi ſatis de hoc
in vltima gl.& in fi.vt ſi fiat inter cohæredes ,vel creditori
pro debito,vel poſſeſſori pro munimine rerum:: vel legata-
rijs ab hæredibus:cum eis actiones,vel res ſunt legatæ . In-
no.Et per hoc habes gl.ij.Inno.effectualiter expeditam.Su-
per quo tñ vide,quod ſcripſi in oppoſitione. Hoſt.de mate-
ria remittit ad ſummam de ceſsione actionis,& Nouella ad
Spec.de ceſsi.act.& de procura.§ vltimo.In gl.pe.ibi : *intelli-
gendum eſt*.& ille potentior ſeurrè punitur.vt ibi. Et ibi: *con-
ſtitutu*.ita,ꝙ ratione officij terribilem,& minacẽ vultum in-
ferunt.In his ergo,qui aliàs,ſed non ratione officij potẽtio-
res ſunt,& terribiles.fortè locum nõ habet id:cum & aduo
cans poſsit habere iuſtitiam:nec ſit veriſimile in terra iuſti-
tiæ violentiam pati.ff.quod met.cau.non eſt. Maximè , quia
ſi ille ita tenere poſſet ſine procuratione,ſicut cum illa.ſecũ
dum Inn. & Hoſt. Sic intelligunt.C.ſi quacunq; prædıtus po
teſtate.l.j.&.C.ſi rector prouin.l.j.&.C.quod me.cau.l.ſi per
vim.In alia ſignificatione ſumitur ff.ſi ex noxa.cau.agatur.l.
j.§.ſi denegat.&.ff.e.l.iiij.ſecundum Inn. Plus dicit,ꝙ nõ re-
probatur hîc ceſsio actionis facta in clericos . quia ſint po-
tentiores:ſed quia quomodocũq. fiat ſimulatè,non valet.&
in hoc habet gl.Inn.vltimam expeditam,ibi: *& ſi expreſsio-
nem*.C.ſi quacunq. præ.poteſta.l.j.C.ſi rector prouin.l.vna.

De arbitris. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti in delegatum,nun poſsit? Et an de iuribus tẽporalibus.*
2 *Spiritualecum temporali,an per arbitrorum arbitratum permutari*
poſsit? Et ab arbitris iuris appelletur? Et nun pendente compromiſ-
ſo appellationis proſequendæ currant tempora?

Ontinua ad præceden-
tia:quoniam iudiciorum præparatoria expe
dita ſunt,reſtat,vt ad iudicia veniamus. & qa
arbitria ad eorum inſtar reducta.vt.ff.e.l.j.iõ
prius de arbitris eſt videndum.& idem ordo ſeruatur in.C.
&.ff. Et ſcdm Nouellam habetur materia.ij.q.vj.iudicibus.
&.§.arbitrari.&.iij.q.vij.c.infames.§ cognitores . & verſ. ſe-
quentibus.& repetitur in.vj. Et eſt ſecundum Nouellam con
gtuit de reſcrip.paſtoralis.j.rñſo.de officio dele.ſuſpicionis.
&.c.vnũ delegatorum.de offic.delega.ſi contra vnũ.de app.
c.ij.li.vj.de in inte.reſti.c.pe.§.pe.& vlti.de teſtibus.præſen-
1 tata.de præſump.literas. † vbi cõpromittitur etiam de iuri-
bus tẽpalibus.de re iudi.c.ſi.in fine de confir.vti . examinata.
2 de prębẽ.niſi eſſent.de re.permu.c.ſi. † vbi etiam per lau-
dum arbitrorum ſpeciale cum temporali permutari nõ po
teſt.Item per omnes arbitros pronunciandum eſt.de elect.
cum ſicut. Quod dic vt de re iudi.c.penul.libr.vj. Et ab arbi
tris iuris appellatur ad Papam.de offi.deleg.ab arbitris.eo.
lib. Et pendente compromiſſo non currunt tempora appel
lationis proſequendę:vt in cle.quandiu.de appellationibus.
Quomodo diuerſimodè ſumitˀ nomẽ arbitri,vide Io. Andr.
de offic.deleg.ab arbitris in principio.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum factum in ſpecie de qua hic,& ſic in nouitium: an*
arbitrium cum illo nouitio & altero arbitro,ſit efficax?
2 *Compromitti de cauſa per ſententiam finita nun queat?*
3 *Compromiſſum hac lege factum in duos,vt ſi ipſi duo non concordẽt*
poteſtas det tertium,an efficax ſit?
4 *Compromiſſum in quot perſonis fundetur?*
5 *Monachus nouitius,nun arbiter eligi queat? Et an amicabilis compo-*
ſitorè numero.6.
7 *Compromiſſo in plures facto,an & qualiter ſentẽtia,vno abſente,per*
alios lata valeat?

CAP. I.

Anè pars. ¶ Pars eſt de foro compe
tenti in.c.ſanè . ¶ Expone
literam.*communi placito* . compromittẽtium,
& eorum in quos comprõmittent. Hæc enĩ
res à principio extra omnen neceſsitatem po
ſita eſt:licet ex poſtfacto cauſam arbitri decidere cõpellanˀ
ff.e.l.iij.§.j. Et hæc vera in cõpromiſſo voluntario: ſecus in
neceſſario,cui adhæret iuriſditio. Quod dic,vt dixi.ſ.de of
fi.dele.ſuſpicionis.Hoſti.omni. Sic concordant.*duorum*.ſi ex
duobus vnus condemnat in quinq;,alter in decem,alter in
xv.tenebat hîc Hoſt.id quod approbatum eſt.ſ.e.c.j.libr.vj.
Ratio decidendi tangitur in gl.j.videlicet propter hominũ,
maximè arbitrorum,qui vtplurimùm ſunt eligentium com
patres,& amici,naturalem facilitatem ad diſſentiendum.
Et quod dicitˀ in.ij.gl.habes.ſ.e.c.ij.li.vj.Inn.nihil ponit vl-
tra gloſſam. ¶ Ad decorem huius decretalis primæ . Primò
ſubijcio quæſtionem Paul.de Eleaz.materiam tituli in cõi
magis,quàm huius decretalis in ſpecie concernentem : quæ
1 incipit,de re actori. † Pone igitur de re actori adiudicata,&
tradita:demum per reum poſſeſſa .cõpromiſerunt in duos,
actor & reus,ita ꝙ ſi illi non cõcordent,poteſtas det tertiũ.
quibus nõ concordantibus poteſtas dedit monachum no-
uitium:quæritur an valeat compromiſſum?& ſi valet,& al-
ter pronunciauerit cum illo nouitio,valeat laudum? Quæ-
ſtio habet tria capita dubia. Primũ eſt,nũquid de cauſa per
ſententiam terminata poſsit compromitti. Scdm eſt , nun-
quid valeat compromiſſum non obſtante adiectione facta
de tertio dãdo ꝑ poteſtatẽ. Tertiũ eſt,nũquid monach⁹ no-
uitius poſsit eſſe arbiter. Et ſic de hoc faciã tres quęſtiones.
2 ¶ † PRIMO igitur quęro,nunquid de cauſa per ſentẽ
tiam terminata,poſsit compromitti?& videtur ꝙ ſic . Quia
de tali poteſt eſſe iudicium in multis caſibus,vt.ff.de re iud.
ſi à re,de excep.c.penul.de teſta.c.Raynaldus.de re iudic.in-
ter monaſterium.cum concor. Igitur & arbitrium . cũ arbi-
tria ad inſtar iudiciorum &c.vt dictum eſt.ar.C.de iudi.l.rẽ
non nouam. Facit quia ſi victor non poſſet cõpromittere,
obeſſet ei ſententia ſua:contra regulam:qd ob gratiam.ſ.de
reg.iu.li.vj.cum concordantijs . Nil enim prohibet ſaltem
victore conſentiẽte , cauſam iterũ examinari. Cũ exceptio-
nem rei iudicatæ poſsit ſcienter omittere:vt de re iud.ſub-
orta.&.c.inter monaſteria.licet enim regula , quæ habet in
omni cauſa poſſe liberè compromitti , excipiuntur quidã
caſus notati.de tranſact.c.ſi.ſ.ti.proxi.c.pe.ff.e.l.non diſtin-
guemus.§.de liberali.&.e.ti.in Spe.§.reſtat. Inter illos iſte nõ
reperitur.igitur remanet in regula permiſsiua.ff.ex qui.cau.
maio.l.necnon.§.qd eis.de procu.inuitus.§ j.de ſpõ.cũ apud.
xxx.q.iij.c.illud.&.q.iiij.c.qui ſpiritualem. De hoc.xvj.qõ.j.
peruenit.ij.q.v.conſuluiſti.de tranſac.c.ij. Videntur caſus in
auth.de app.§.j col.viij.C.de tempo.app.authen.ſi tamen.&
de app.quãdiu.in cle. In quibus paret,ꝙ de cauſa diffinitiuè
pronunciata per ſententiam iudicis:& idem per ſentẽtiam
arbitri.ff e.l.ie.l ſi in ſeruum.in fine.&.l.ſe. Quia ſententia
arbitri non impedit ingreſſum ad iudicem:vt dixi in præ-
dicta decre.quãdiu.poſt Pau. Ergo à ſimili,ſententia iudicis
non impediet

non impediet recurſum ad arbitrum.& ſaltem in propoſito videtur hoc clarũ:quia res adiudicata tradita fuit actori:& ſic actio in factum orta ex ſententia.ff.de iureiu.l.nam poſteà.§.fi.vbi de hoc.C.de re.cre.actori.per huiuſmodi executionem & debiti ſolutionem extincta:vt inſti.qui.mo.tol.obli.in princ.Siue enim res erat rei,per hoc transfertur dominiũ:ſiue erat alterius dat publiciana.ff.de publicia.l.iij.& l.ſed & ſi res.de acqui.poſ.l.Põponius.§.ſi iuſſu . vbi de hoc. Et reputant quidam caſum.ff.de ſtatuliberis.l.ſtatuliberi.§.Quiſtus.¶ Sed de hoc,an per ſniam,& eius executionẽ trãſferatur dominiũ,vide pleniſsime per Cynũ.C.cõia vtriuſq; iudi.l.j.in.iiij.q.Si ergo prima actio in factum perijt , & alia eſt nata,negari non põt nouationem factã,& primã transfuſam in ſecundam.ff.de noua.l.ij.Sed facta nouatione per ſtipulationem , certum eſt poſſe cõpromitti,& tranſigi.Igitur & in caſu noſtro.Facit,quia de noua poſſeſsionis appræhẽſione facta per reum poteſt lis eſſe,& iudiciũ,videlicet quo modo eam appræhenderit,igitur & tranſactio ad compromiſſum.ar.ſi per vim,vel alio mo.l.fi.j.de præbend.licet.ij. ¶ In contrarium videtur,ꝙ de tali cauſa non potuerit compromitti.Nam ſuper cauſa per diffinitiuã inter eaſdẽ perſonas terminata non poteſt aſſumi arbiter:cũ ſuper diffinienda,& non ſuper diffinita aſſumi debeat:vt.ff.eo.l.j.& l.quãuis.j.e.expoſita.C.e.ſi cauſa.ff.de tranſact.l.poſt rem.de condi.indebi.l.eleganter.§.ſi poſt.Præterea,quia aut pronunciabunt arbitri ſcdm formam ſententiæ,aut contra.Primo caſu ex ſententia nullum habet effectum,vel vtilitatem actor. Secundo caſu ſententia lata contra primam non valet ipſo iure.C.qñ prouo.nõ eſt neceſſe.l.j.ij.q.vj.c.ei,qui.§ diffinitiua.verſ.ſi ſententiam. Et ſi diceremus ſic cõpromiſſum fuiſſe,vt ferretur ſententia,ſcdm primum modum , concluderetur compromiſſum factum,vt arbiter certam,ſeu arbitri certam ſniam ferrent.Quod omnino prohibitũ eſt.ff.eo.l.qualem.in prin.Nec partes de ſecundo modo ſenſiſſe videntur:quia ſententia eſſet nulla.Item,ſi feratur.ij.ſnia ſecundũ primã,ex ea nõ poterit dari actio in factum,etiã ſi ſnia fuerit homologata,ſcdm id,qđ notatur.j.eo.per tuas . quia per primam impeditur.ff.de verb.ob.l.qui bis.& l.item qui . & l.qui vſumfructũ.cum ſimilibus.Tertiò probatur,quia trãſactio non poteſt eſſe niſi de re dubia,& lite nõ diffinita.ſ.de tranſact.ſuper eo.& e.ti.C.l.ij.de condi.indebi.l.in ſumma.primo reſponſo,& in iuribus.ſ.allegatis.Et facit ſimilitudo cõpromiſsi,& tranſactionis.ar.j.eo.expoſita.In tranſactione enim,& arbitrio ceſſat liberalitas : ſed datur exceptio pacti.ff.de tranſact.l.qui fidem.& e.ti.c.j.ſ.& ff.e.l.Põponius.§.j.verſ.quãquàm aliàs incipit,ſicut noſtris. Quartò videtur caſus.j.e.expoſita.Facit finis litium appetendus . de dolo,& contu.finem.de ver.ſig.ſæpe.in cle. Nam ſi diceremus poſſe compromitti,nullus eſſet litium finis.Et hac ratione de tali cauſa non poteſt eſſe iudicium:vt notatur,qñ prouo.non eſt neceſſe.l.j.Et eadem ratione exceptio rei iudicatæ poteſt opponi ante litem conteſtatam in vim dilatoriæ.de lit.conteſt.c.j.li.vj.¶ Soluit Paul . dicẽs compromiſſum valere per primò allegata . & maximè,quia per reſtitutionẽ rei extincta eſt actio iudicati,& in alium transfuſa.& de re iudicata ipſa ſuſpenſa tranſigi poteſt.C.de tranſact . ſi cauſa cognita.Fortiùs ipſa extincta,& in alium transfuſa.C. de execu.rei iudi.l.ij.ff.de pigno.l.ſi fundus.§.ſi creditor . & argumentum.ff.de dona.cau.mor.l.quod debitori.Igitur & & cõpromitti.Trãſactio enim fieri nõ poteſt niſi de his,de quibus fieri poteſt iudicium.Sed de his poteſt eſſe compromiſſum:quia redacta &c.ff.e.l.j.Et arbitri iudices appellant ij.q.vj.à iudicibus.§ quod autem.& C.de iudi.l.rem non nouam.Sententia etiam arbitri executioni mandatur.j.e . per tuas.ff.eo.l.pe.& notatur.ff.de iudi.l.ait prætor.Et procedit hoc maximè:quia actori ad rem rehabendam expedit nouam actionem,& inſtantiam iudicij intentare . Et reo poſſunt ſuper hoc nouæ defenſiones competere , quæ faciunt nouam cauſam.C.ſi ſæpiùs in inte.reſti.poſtu.l.ij.& iij.& C. de peti.hære.l.hæreditas.ſ.tit.ij.c.vltimo.Et per hoc patet ſolutio ad omnia iura contraria.Nam inter ſecundã,& primam ſententias notatur diuerſitas.& ſic ceſſat contrarietas ar.j.de his,quæ fi.à Præla.cum apoſtolica.C.de ve.iu.enucle.l.ij.§.contrarium, &c.¶ Contrarium autem terminauit Fredericus doctor legum,vt recitat Io.And.in additione Spec.eo.ti.§ j.vbi dicit,ꝙ poſt reſtitutionem factam Epo Feltrẽ. per ſniam legati de caſtro poſt tempora commune Teruiſinum illud occupant,vt hæres Azolini de Romano,cui fuerat datum in feudum,& illud poſteà poſſederat.xxx . annis. Super quo lite mota factum fuit compromiſſum,quærebat dictus Fredericus,an valeret,qui diſputando finaliter terminauit,ꝙ non:quia ſuper re iudicata,vel finita tranſigi , vel compromitti non poteſt,per iura.ſ.ad hoc allegata.& ff.de condi . inde.l.eleganter.§.j.C.de tranſactio.l.fratris tui . & l. cauſas.Et quia à re iudicata,quæ certa eſt,recedi nõ poteſt per contrariam ſententiam.C.qñ prouo.non eſt neceſſe.l.j. Ergo nec per compromiſſum,vel laudum,quod ſimilitudinem habet ad iudicia:vt.ff.eo.l.j.& l.ſi de meis.§ recepiſſe. Item,quia prout dicit dicta.l.j & l.quãuis.e.ti.compromiſſa pertinent ad lites finiendas,nõ autem ad finitas.Item adminiſtratores tranſigere non poſſunt.& ſic nec compromittere,qñ iura locorum,vel perſonarum,quę adminiſtrant,ſunt clara,& aperta. Et ſic hic erãt. Ergo Epiſcopus compromittere non poteſt.C.de tranſact.l.præſes.ff.de iureiu.l.tutor.& l.iuſiurandum.§.j.& ij.& ff.de furtis.l.interdum.§ pe.& j.e. contingit.Sed hanc vltimam rationem,Pau.non ponderauit:nec ad iſtum caſum quæſtionem ſnam adaptauit . Non omitto,ꝙ Io.in additione vbi.ſ.dictam rñſionem Pau.attribuit Iaco.de are.& quaſi per eadem motiua:inducẽs etiã C.de tranſact.ſi cauſa cognita.Et hoc ſpecialiter,quia in.q. Frederici allegabatur noua cauſa appręhẽſionis,& præſcriptio poſt illam:de qua cum ſuperuenit,non poteſt dici iudicatum.¶ Item in facto allegabatur ſententiam legati fuiſſe nullam. De quibus poterat oriri iudicium:vt.ff.de pigno.l.ſi fundus.§ creditor.& ff.de excep.rei iud.l.ſi à tr.§.j.& igitur compromiſſum in arbitros,qui,& iudices ſunt.ij.q.vj.a iudicibus.&.§.ſe.Et hoc magis videtur placere Io.Et hanc teneas.Dicam fortè infra.eo.in.c.expoſita.

3 ¶ † SECVNDO quæritur,vtrum valeat compromiſſum factum in duos cum tali adiectione,ꝙ ſi illi non concordent,poteſtas det tertium?Et videtur,ꝙ ſic:quia quoties principalis,& finalis cauſa prohibitionis ceſſat,debet ceſſare prohibitum.de renũ.poſt tranſlationem.de app.cum ceſſante.lxj.di.his omnibus.cũ ſimilibus.Sed cauſa ꝓpter quã duobus aſſumptis arbitris,nõ poteſt dari poteſtas tertium eligendi,eſt iſta.quia diſcordare poſſent in tertio aſſumendo.ff.e.l.ſi vnus.§ ſi in duos.& § principaliter.Quæ ratio ceſſat in caſu noſtro.nam poteſtas apud ſe non poteſt diſſentire:cum vnus ſit,propter quod datur in conſilio,ꝙ in vnum compromittant,vt hic.facit,quia non reperitur hoc in iure prohibitum:igitur permiſſum,vt.ſ.probatur . ¶ Secundò probatur hoc arguendo de tacito ad expreſſum ſic:eadẽ conditio eſt taciti,& expreſsi.vnde ſi tacita exprimãtur,nõ operantur nouum effectum.ff.de leg.j.l.iij.C . de fideicom.l.non rectè.infrà de præſump.c.iij.Et ideò non refert,an conditiones exprimantur affirmatiuè,vt in reſcripto,vel non. ff.ſi cert.pet.l.cum quidam.ſ.de conſti.cum.M.de reſcript. cauſam,quæ de electione.ſignificaſti.cum ſnis concordantijs.Modò,ſi fuiſſet cõpromiſſum in duos,& diſcordaſſent:licet de tertio adijciendo illis diſcordantibus , dictum non fuiſſet:tamen tertius officio iudicis addi deberet,vt in dicto.§ principaliter.Et infrà de appel.cum ſpeciali . Ergo illa expreſsio ſubintellecta nihil operatur,quin valeat compromiſſum.¶ Tertiò probatur,quia ſi tertius à partibus ab initio fuiſſet electus,valuiſſet compromiſſum : vt dicto.§ ſi in duos.Sed ſi eligatur à poteſtate ex conſenſu partium , ab ipſis partibus videtur electus iuris præſumptione.ff.de leg.ij.l.vnum ex familia.C.de iudi.apertiſsimi . infrà de ſenten.

excom.mulieres.in fi.Et vtrobiq; de hoc.xvj.q.vj.conſuetu
do.in fine.ſ.de procur.c.j.&.ij.Et econuerſo.de re.in.qui ſa
cit.cum concor.Ad idem facit infra de teſtamẽ.cum tibi.
¶ Quarto probatur arguendo de ſeparatione, & diuiſio-
ne compromiſsi, ſic: Regula habet, quòd vtile per inutile
non vitiatur in actibus ſeparalibibus:vt infrà de reg.iu.vti
le.li.vj.cum concordantijs.Fortiùs ergo non vitiatur vtile
per aliud vtile.ſed in caſu noſtro duo videntur compromiſ
ſa:vnum purum,& clarum,& aliud conditionale.Siue ergo
valeat ſecundum,ſiue non,primum debet ſortiri effectum
electo tertio,qui retrò vr̃ electus in cõpromiſſo nomina-
tus.ar.C.de iuti.l.pe.ff.de hęre.inſti.l.j.& ſe.& de cõdi.in-
ſti.l.talis.¶ Quintò probatur,quia eadẽ debet eſſe diſpoſi-
tio hominis,& legis.C.cõia.de ſe.l.j.in auth.de nup.§.diſpo-
nat.Sed legis diſpoſitio habet tertium dare cogente iudice
duobus diſcordantibus.Ergo idem poterit homo diſpone-
re ¶ Sextò videtur probari per caſus.ſ.de elec.in cauſis.ĩ.
e.c.penul.ff.quod cuiuſq; vniuer.l.item eorum.§.ſi decurio-
nes.ff.iudi.ſolui.l.apud.in fine.vbi dicitur,ꝙ ſi promiſit ſta-
re ſententiæ iudicis, & alius in eius locum fuerit ſubſtitu-
tus,ſtipulatio valet.& tamen incertus erat ſubſtitutus.ergo
valere debet compromiſſum, etiam perſona non nomi-
nata,&c.¶ Vltimò pro hoc facit benigna legum interpre-
tatio,quę habet,vt potiùs res valeat,quàm pereat.ĩ.de ver-
bo.ſigni.Abb.cum concord.& maximè,cum hoc congruat
æquitati naturali,ſecundum quã debet,quod complacuerit
partib⁹ adimpleri.ſ.de pac.c.j.ff.de pac.l.j ff.de act.emp.l.ex
empto.in prin.Facit,quia tantùm valet pactum generale,
quantùm ſpeciale.ff.de admi.tut.l.ſi duo.§.ſi.de quadriẽna.
li præſcrip.l.ij.C.de præſcrip.xxx.anno.l.omnes.cũ cõcordã
tijs.&c.¶ In contrarium, ꝙ non valeat,probatur primò ꝓ-
pter incertitudinem arbitri,qui cert⁹ eſſe debet.ff.de arbit.
l.itẽ ſi vnus.§.ſi in duos.argu.infrà de procur.c.j.lib.vj.ff.de
procu.l.ij.ff.de teſta.tutel.l.tutor incertus.&.l.duo ſunt Ti-
tij.¶ Secundò videtur caſus infra.e.c.innotuit.vbi addendi
tertium duobus diſcordantibus data fuit poteſtas iudicib⁹.
& tamen non valuit compromiſſum,nec arbitrium,nec ꝓ-
ceſſus:Quia ſi non valet principale,nec acceſſorium:vt ibi
notatur.&.e.tit.in Specu.§.ſi.verſ.ſed pone.& verſ.ſequenti.
¶ Tertiò probatur ratione initij,& originis ſic:quoties ini
tium,& fundamentum eſt reprobum, nihil rectum poteſt
ædificari.j.q.j.cum Paulus.ff.de ori.iur.l.j.& de preſbytero
non bapt.veniens.Sed fundamentum eſſe debet cõpromiſ-
ſum ad ædificium effectum,& ordinem conſequendi. Hoc
autem fundamentum tendit ad diſſentiendum: ergo nihil
rectè ædificari poteſt.& in ipſo ſuo initio eſt vitioſum, &
pernicioſum exemplo.Quare non poteſt bonum exitum
conſequi.j.q.j.principatus.Nec obſtat.iij.electio ſubſecuta:
quia quod ab initio eſt nullum,non conualeſcit ex facto ſe-
quenti:aliàs conſenſu.de elect.auditis.de regu.in.libro.vj.ff.
e.l.ſed ſi in ſeruum.in prin.¶ Quartò probatur ex inſepa-
rabilitate liciti,& illiciti:ſic quoties duo ſunt inſeparabilia,
quorum vnum vice mutua cauſa eſt alterius, illo inutili,
vtrunq; vitiatur:vt.ff.e.l.Pędius.aliàs incipit.parui refert.ff.
fami.erciſcũ.l.in hoc iudicio.ſ.de officio deleg.cum ſuper.
Sic eſt in propoſito.quia vnum compromiſſum de duobus
nominatis,& tertio innominato eſt inſeparabile,& vnum
alterius ſibi inuicem cauſa mutua eſt.¶ Quintò adiuuãdo
primum argumentũ,ꝙ tale compromiſſum ſit incertum.Et
ꝙ incertitudo vnius vitiet,probatur ſic:Illud eſt certum,qd
eſt clarum.xj.q.iij.certum.de hæreti.excõicamus.§.ſi ff.ſi cer
tum petatur.l.certum.Facit.ff.de rei ven.l.in rem.in fine.Er
go à contrario,illud dicetur incertum,quod eſt obſcurum,
non apparens,nec manifeſtum.Sed in noſtro caſu obſcurũ,
incertum & dubium eſt,an poteſtas eligat.Quia ventura ſo
li Deo ſunt cognita.xxij.q.ſecunda beatus.xxvj.qõ.ij.ſcien-
dum.vt eccle.benefi.c.vt noſtrum.cum concordãtijs.Et in-
certum eſt,quem eliget.& ſic incertum eſt ratione electio-
nis,& perſonæ.Quod autem incertitudo vitiet tales actus,
probatur per ſimile.ff.loca.l.ſi merces.in principio de elect.
c.ſecundo.de conceſ.pręben.c.primo.libro ſexto.& cle.cum
ei,quem.Facit,quia talia incerta,& generalia non ſufficiũt,
quãdo requiritur ſpeciale.ff.de procu.l.Pomponius.in fine.
infrà de procuratoribus.qui ad gendum.libro ſexto. & cle.
non poteſt.de offi.vica.c.ſecundo.& in libro ſexto.ff.de ac-
quirenda hæreditate.l.ſi quis.§ iuſſum.de regu.iur.in gene-
rali.cum concordantijs.Sed hic requiritur ſpecificatio no-
minata:vt dictum eſt.¶ Opiniones variæ hic notantur.Pri
ma opinio habet,ꝙ valet tale compromiſſum per decre.cũ
ſpeciali.& per iura,quæ dicunt eandem eſſe diſpoſitionem
taciti,& expreſsi,iuris,& hominis:vt dixi.ſ.¶ Secunda opi
nio habet econtra,quòd tale compromiſſum nõ valet:quia
non vtitur ſuis viribus,nec viribus prætoris.vnde propter
hominum naturalem facilitatem ad diſſentiendum,præſu-
mitur ſecundum ius,quòd hi duo non concordabũt.Et ſic
erit res ſine exitu:vt dicto.§.principaliter.Prætor verò,ipſe
arbitros poteſt compellere,vt eligant tertium:quia à parti-
bus hoc videtur prohibitum ei, dando alteri facultatem.
Nam quod vni conceditur,alteri videtur denegatum.de pri
uile.ſanè.vbi de hoc.& de iura.calum.c.primo.& quinta di-
ſtinctione,ad eius ¶ Tertia opinio habet valere compro-
miſſum:ſed de laudo dicunt,quòd ſi duo concordantes ꝓ-
nunciant,valet laudum:ſed ſi diſcordant,& vnus pronun-
ciat cum tertio electo,non valet ſententia,& laudum.Ratio
primi eſt vſitatus modus ſic compromittendi.vnde non va-
let ex naturalib⁹ viribus compromiſsi:ſed quia vſitatum eſt
ſic fieri.vt.ff.de leg.primo.l.ſi quis ſeruum.§.ſi ita.de appel-
lationibus.quanuis.in cle.Ratio ſecundi dicti eſt,quia ſi pri
mi duo concordant,commiſſa eſt conditio,& perinde eſt
ac ſi ab initio compromiſſum fuiſſet in duos purè:quia cõ-
pleta conditio retrotrahitur,& pro purè facta habetur: vt
de pericu.& commo.rei vend.l.quod ſi pendente.de pigno.
l.potior.ſecundo reſponſo vbi de hoc.de popil.ſubſtitutio-
ne.l.ſi.§.Titius.cum cõcodantijs.Ratio tertij eſt:quia cũ non
concordant,perinde eſt, ac ſi non fuiſſet compromiſſum
purè in duos.Sed purè in duos certos,& tertium eligendũ:
per prædicta iura.Et ſic propter incertitudinem non valet
tale compromiſſum:vt.ff.loca.l.ſi merces.in prin.infra.c.in-
notuit.&.§.ſi in duos. allegato.¶ Quarta opinio habet, ꝙ
tale compromiſſum non valet,nec per conſequens proceſ-
ſus,vel laudum talium arbitratorum.Et ſic notat Specul.eo.
ti.§.ſi.verſi.ſed pone.& verſicu.ſequenti.Et eſt ratio, quam
reddit decre.innotuit.infra.e.quia non poteſt compromit-
ti in incertam perſonam per arbitros aſſumendam: vt.§.ſi
in duos.vel per alium,vt in.c.innotuit.& eſt ratio commu-
nis:quia tale compromiſſum habet malum fundamentum,
quod incipit à diſſenſu:vt ibi dicunt Innocentius, Hoſtiẽ.
& Accurſius in.§ principaliter.allegato.Et ſic nullum po-
teſt pręſtare ædificium.prima.quæſtione prima.principat⁹.
&.ff.de origine iuris.l.j.Et hæc eſt communis opinio Ca-
noniſtarum.¶ Paulus approbat tertiam opinionem.Nam
tunc non incipit à diſſenſu,ſed ratione incertitudinis vi-
tiatur incertum,& remanet certum:non tamen negat quin
poſsit compromitti in arbitrum,vt per ſe,vel alium pro-
nunciet,& tunc ille ex viribus compromiſsi,& laudum, &
dictum ipſius videbitur eſſe primi arbitri.Et ſic intelligitur
decre.pe.infra.e.facit.C.vbi,& apud quos.l.fina. de officio
deleg.is cui.in fine.& de procuratoribus.c.j.ſecundo reſpõ-
ſo.libro ſexto.Alij tamen intelligunt decretalem penulti-
mam loqui in delegato,vt Inno.Alij,vt Hoſtien. in arbi-
tratore.Non obſtat.l.cum apud.ff.iudica.ſolui.quia ibi fuit
compromiſſum ſtare ſententiæ certi iudicis,& eius ſubſti-
tuti:quod licet.Et aliud eſt,quem promittere ſtare ſenten-
tiæ arbitri eligendi à tertio,ſeu à certo:quia iudex ſubſti-
tutus repręſentat eum,cui ſubſtituitur.de offi.deleg.quo-
niam Abbas.ff.de officio proconſulis.l.prima.§.meminiſſe.
Quod non contingit in arbitro electo ſecundum formam
4 prædictam.† Nã compromiſſum firmatur in tribus perſo-

nis.

niſ.ſ.duobus compromittentibus,& arbitro. meritò ergo vnius defectus facit illud deficere:vt.ff.e.l.Pedius.§.ſi in ſeruum.Sed hîc deficit tertius: quia non refert, an nō ponatur perſona,an ponatur incerta:vt.ff.de hære.inſti.l.in tempus. §.quoties.de rebus dubijs.ſi fuerit.§.ſi in pluribus. de teſta. tutel.duo ſunt Titij.cum ſimilibus.Incerta autem eſt tertia perſona tempore compromiſsi.ff.de verbo.ſig l.ſubſignatū. §.ſi.Non obſtat.ȝ.de elec.§.in cauſis.&.ff.quod cuiuſq; vniuerſ.l.item eorum.§.ſi decuriones.quia loquitur in negotijs vniuerſitatis,quę reſidere poſſunt in vnum.& per eius mortem,& inhabilitatem,vel etiam conſenſum,poſſunt in aliū cedere:vel loquuntur de electione procuratoris ad lites: vt in.§.ſi decuriones.vel ad negotia:vt de arb.in cauſis.quæ bene poſſunt compromitti in alterius arbitrio,etiam incerti: duntamen ſit habile.de procu.c.ij.ij.reſponſo.libro ſexto. & eo.ti.c.religioſus.in cle.Io.And.in Specu.e.ti.§.ſi.verſ.ſed qd ſi iſti duo.in fine remittens ad notata ſua infra.c. innotuit. in gl.qñ ergo.Et ſuper gl.ij.dicit Franciſc.Accurſij mouiſſe hanc quæſtionem,videlicet de cōpromiſſo facto inter duos cum poteſtate tertium incertum in caſu diſcordię eligendi: & tenuiſſe,quòd valet,per.§.ſi decuriones. Quod intelligit Io.An.cum caſus directò diſcordiæ eſt de tertio eligendo. nam ſi in tertio aſſumendo concordans,iam ceſſat ratio ꝓhibitionis fundata in diſſenſu.ff.de iure patro.l.adigere.§. quamuis.de admi.re.l.iij.§.conditio.Quod cum eo.l.ſi filius. de in ius vocando.l.quāuis.Facit.C.quæ ſit lon.conſue.l.j.Et prędicta concludūt valere ſententiam,in qua ipſi duo concordant tertio non electo.Contrarium tamen innuit Spec. vbi.ȝ.verſ.ſed pone,quòd in eligēdo.Subdit,ꝙ Io.An. quoad concordandas has opiniones contrarias cum opinione Franciſci eſt conſiderandum,ꝙ ſequi poſſet abſurditas, vt cum partes diutiùs litigaſſent,& tempore diffinitionis diſcordarent arbitri in pronunciando:quia ſic poſſent diſcordare in tertio eligendo.& ſic per hoc partes grauatæ inutiliter eſſent diutiùs grauibus laboribus,& expenſis.Ideò bona fuiſſe videtur conſideratio legis volentis huic caſui ꝓuidere,qui euenire poterat:licet non euenerit. Quod iura ſæpe faciunt,de diuor.quanto.in fi.de ſeruis non ordi.c.j.in C.in quibus cauſis reſti.in inte.non eſt nec.C. quando lice. ſine iudi.ſe vin.l.j.Sed ſi ab ipſo principio illi duo arbitri cōcordarent de tertio,qui deberet in caſu diſcordię tempore diffinitionis adeſſe hic peroptimè procedit hæc opinio Frāciſci ex quo nulla ſequi poteſt inconuenientia.Et ſi compromittentes non arctaſſent ipſos ad habendum tertium ſolo tępore ſententiæ in caſu diſcordiæ:ſed ſimpliciter dediſſent poteſtatem de aſſumendo tertio,ſi vellent, ſtatim ille cum eis poſſet inchoare proceſſum:& ſine vlla calumnia haberetur,ac ſi per compromittentes in compromiſſo nominatus fuiſſet.Sed aduertendum eſt,quòd vbi ponderamus ſolùm euētum diſcordiæ vt ſequeretur,quòd ſi vnum ſolùm, quamuis commiſſa eſſet electio tertij: cum ille cum ſeipſo diſcordare non poſſet,valeret à principio compromiſſum. Ad quod facit infra.e.c.penul.& cum decret.innotuit.ſolā incertitudinem pōderare videtur,& decre.pe.habet varias lecturas:vt ibi patet in textu,& ſuper vlti.glo.Sed in terminis,quos dixi.ſ.incertitudinis,& diſcordię,à principio prouidetur.Inducit Io.An.vbi ſupra prædicta ad dictam quæſtionem Pau.quam attribuit Iaco.de Are.Saluo, quòd vbi Pau.dicit poteſtatem alium eligendi datam fuiſſe poteſtati ipſe ponit eam datam fuiſſe Titio. Et ſic priuato homini.Et dicit Io.An.Iac.de are.ſuper hoc reſpondiſſe,ꝙ dici poteſt tale compromiſſum non valere:quia nec ſuis viribus, nec prætoris ſuis,non.ff.e.item ſi vnus.§.ſi in duos.&.§.principaliter.& infra.e.innotuit.Prętoris,non:quia,cum partes tertio electionem commiſerint,prętor non poteſt cogere arbitros ad eligendum tertium. Vbi enim conceſſum alteri denegatur.C.de teſta.l.cōſulta.nec illum totum cogere poteſt, vt eligat,qui ſe ad id non adſtrinxit:vt.ff.loca.l.ſi merces.in prin.C.cōia de le.l.ſi duobus.in prin.de contrahen.emp.l.ſi. Et ſic ceſſat quod notatur pro ſolutione cōtrarij in.d.§.principaliter.Subdit tamen dici poſſe,quòd ſi concordant primi duo in ſententia,illa valet,& tenuit compromiſſum,nō ex ſuis naturalibus viribus:ſed quia ſic fieri conſueuit. ff.de vſufr.l.ſi quis donaturus.cum concordantijs.ff.de leg. j.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.Facit.ȝ.de tempo.ordi.c.poſt tranſlationem.in fine.Nec vitiaſ ex clauſula de eligēdo incertum:quę locum non habet.Facit.C.de leg.l.ſi legata.De hoc dicam in c.innotuit.allegato.in.iij.oppoſitiōe,& ſeq.& quęſtione.ij. verſ.ſed nunquid compromiſſum.&.c.cum à nobis.oppoſitione prima.verſu,dicebat propter hoc Hoſti.

5 ¶ †TERTIO quæritur nunquid monachus nouitius poteſt eligi arbiter. Faciunt pro,& contra ea,quæ ſcripſit Paulus de reſcrip.& ſi principalis.in cle.in gl.ſi.cum ſuis remiſſionibus.Ad affirmatiuam tamen arguitur:quia cuiuſlibet conditionis hoc poteſt,qui non reperitur probibitus.ff.eo. l.iij.& ſeq.&.l.Pędius.in qua.l.Pedius.§.j.&.l.cum lege.&.C. e.l.ſi.& in Spec.e.ti.§ penul.reperiuntur perſonæ prohibitę de quarum numero iſte non eſt.Facit argumentum à ſimili de reſcrip.inter cœteras.de ſta.regula.c.ſuper.cum ſimilib9. Nam ſacerdos,& monachus quoad iudicialia ęquiparātur. de poſtu.c.ij.&.iij.Et monachus poteſt eſſe ſacerdos.xvj.q. j.doctos.&.c.ſe.Sed ſacerdos pōt eſſe arbiter.ff.e.non diſtinguemus.§.ſacerdotium.j.e.c.j.&.c.cum tempore.&.c.ex parte.cum ſimilibus.Et quia quod per ſe ei non licet,licere ſibi videtur ratione adiūcti.Et ſi nouitius non erat ſacerdos,nō videtur quæſtio.Facit,quia non videtur perfectè tranſlatus.de regula.conſulti.&.c.ſtatuimus.&.c.beneficium.li. vj. Si enim retinet prioris ſtatus conditionem,& honorem,ad quē redire pōt,ſcdm illū conſideraſ.de ſtatuliberis.l.ſtatuliberū.&.l.ſtatuliberi.cū ille ſit cert9,& futur9 incert9.de poe. diſt.vj.c.vl.inſti.de hęre.inſti.§.ſeruus alteri9.ar.ff.de le.iij.l. quæſitum.j.reſponſo.de fundo inſtruc.l.Seiæ.§.Pamphilę.& l.prædia.cū concor.Facit.ff.de bono.poſ.ex teſta.mili.l.vna. in fine.Facit quia iſte ante profeſsionem retinet liberum arbitrium,vt poſsit teſtari. Notarunt Inn.& Hoſt.de teſta.qa ingredientibus.& Hoſt.in ſumma.e.tit.§.quis poſsit facere. verſ.idem puto.Probatur.C.de ſacroſan.eccleſiæ.authē. ingreſsi.à contrario.xix.q.iij.quia.§.ſi contra.vnde ſi iſte facit teſtamentum,& moriatur infra annum,valet teſtamentū, ratione præmiſſa:quia ſi tempore factionis erat ſui iuris. & eſt ſimile.C.de ſen.paſ.l.vltima.& notatur per Archid.in c.beneficium.allegato.Idem ſtatus primi denunciatione,appellatione,& accuſatione pendente:vt lite pendente:per totum.vni.q.iiij.nonne.ij.quæſtione ſexta.appellatione.de noui operis nun.per totum.ergo & probatione pēdente.¶ In contrarium arguitur,quia ſimilem vitam ducit cum monachis ergo ſentit ſimilem diſciplinam de ſta. regula.recolentes.cum concor.ar.C.de rei vxo.act.l.vna.ff.de leg.j.l.prima. etiam ſi non ad perpetuum,ſed ad tempus. de tempo.ordi. cum nullus.& de priuile.c.libro ſexto.modò monachus nō pōt eſſe arbiter:igitur nec nouitius.¶ Scdò,quia ꝓbādo auſteritates regulæ debet ſtare,ſicut monachus in ſolicitudine,& ſilentio.xv.q.j.c.j.&.ij.de ſta.monach.cum ad monaſterium.de regula.conſulti.&.c.ſtatuimus.¶ Sed ſi eſſet arbiter,ex vagatione timeri poſſet periculum de exitu.de poen. diſt.v.c.j.ad finem.& cle.j.de regula.Et ex dilatione habitus præſumitur quis profeſſus.de ſen.excom.ſi iudex.¶ Tertiò, quia ex hoc ſtatu ſentit priuilegia,& commoda.de ſent.excom.religioſo.ſecundo reſponſo. libro ſexto. Ergo incommoda,& onera.de regu.iu.qui ſentit.e.libro.&.e.ti. ff.ſecundū naturam.C.de cadu.tol.§.pro ſecundo.xvij.qō.ij.charitatem.cum concordantijs.Et quia redire poteſt ad ſeculum. de reg.ſuper eo.&.c.conſulti.&.c.poſtulaſti.&.e.tit.c.ſtatuimus.&.c.j.ij.&.iij.libro ſexto.¶ Patet,quod ab eo exiuerat. de conſe.diſt.iiij.qui in maternis.& de hære.accuſatus.libro ſexto.Facit de immu.eccl.c.pe.Probatur de procu.c.ij.li. vj. &.c.religioſus.in cle.¶ Quintò,quia ſuum ſtatum ignorās. de ſe certum quid dicere non poteſt:vt.ff.de teſta.l.quēad.

modum.&.l.ſe.& de le.iij.l.j.vnde leg.l.ij.§.ſi quis.de acquir. hære.l.hæres.ar.ff.de mili.teſta.l.in militari. & de codicil.l. Ariſto.vbi ſpeciale.Modò ſententia arbitri debet eſſe certa. igitur &c. Paulus reſpondet nouitium non poſſe dari arbitrum eo manente nouitio,& tenente ſtatum nouitialem: ſicut nec monachus:vt ſcripſit in.c.& ſi principalis.quia talis actus contrariatur ſtatui nouitiali,& profeſsioni fiendæ. Et ſicut per actum profeſſorium fit tacita profeſsio,de regula.vidua.Sic per talem actum profeſsioni contrarium,videretur ab ea recedere.de app.ſollicitudinem.cum concordantijs.Ad contraria dico,quod ea,quæ exercet nouitius nomine alieno ſunt ei prohibita,vt religioſo,ſi ſtatum talē vult retinere.Sic intelligitur.c.ij.de procu.li.vj.ſcdm opinionē præceptoris Pauli.Sed Accurſius in.l.aut religionis.ff.de proc. & Archid.in dicta decre.ij.illud intelligunt de profeſſo,ar. dictæ legis,non diſtinguemus.§.compromiſſo.&.c.quia ingredientibus.alleg.Et ſic non tangit caſum noſtrum.Ea verò,quæ eis competunt iure proprio exercere poſſunt,& in eis retinent proprium velle:vt in.c.beneficium.allegato.De his verò,quæ ipſis competunt iure collegij ſunt opiniones. de quo per Paulum in cle.& ſi principalis.Sed non tangunt hunc caſum.Ad iura alia dic,quòd iſte non iudicatur ſecūdum ſtatum primum,vel futurum:ſed ſcdm præſentem,qui accedit ad ſtatum futurum,reuocabiliter tamen,& aliquid retinet de prima.Eſt ergo ſtatus medius,& talis,qui facit eū religioſum:ſed religioſus ſecundum opinionem arbiter eſſe non poteſt.De hoc habes in Spec.e.ti.§.ſequitur.verſ.ſed qd de ſimplici.De hoc per Gul.& Io.xvj.q.j.de præſentium.& per Vincen.de ſtatu mona.cum ad monaſterium.& ibi per Nouellam in verbo,accipere.& per Rofre.in ſua.xxvij.quæſtione.& per Cy.C.de Epiſ.& cleri.l.ſi quis ex conſenſu.in.j. quæſtione.Io.And.in dicto verſi.quæritur,quid de ſimplici monacho.dicit,quod Iac.de Are.pro parte affirmatiua allegabat.ff.de admi.tut.l.Titiū.§.j.vbi mulier poteſt eſſe arbitratrix in taxatione alimentorum,& ſimilium legatorum. Et
6 quia cōponere eſt actus pietatis.† Dicebat ergo,quòd amicabilis compoſitor eſſe poterat:ſed verus arbiter.ſ.litiū cognitor,& director eſſe non poterat:niſi hoc expoſcat monaſterij vtilitas,Abbate nihilominus imperāte.xv.q.j.c.monachi.&.c.de præſentium.Sufficere tamen poſſet aliqualis experientia.Super quo vide Nouellam de re iudic.cum.I.& A.gl.ij.verſ.ſubdit.Et hoc vltimum tenet Hoſt.in ſumma.e. ti.§.ij.in fi.Alij autem poſsit dari coadiutor,vide Nouellam de cleri.ægro.c.fi.in.iiij.quæſtione tertij membri. Tangam de hoc in.c.beneficium.allegato.Et ſuper hoc vide qd ſcripſi infra.c.peruenit.quæſtione.ij.verſ.itē verum monachus. &.c.dilecti.in.q.Collect.à principio vſq; ad.§.tertiò quærit. & quæ notantur in remiſsionibus ibi datis.& infra.e.c.fi.j. q.Collect.q.xix.& ſequenti.

7 ¶ † QVARTO quæritur,qualiter compromiſſo facto in plures valet ſententia,vno abſente,lata per alios. Super quo Henricus ſic diſtinguit:quia aut electi ſunt ſimpliciter ſine illa clauſula, *quòd ſi non omnes*.& ſine illa, *duo, aut vnus*.& tunc,ſi ſunt duo ſolùm,non valet huius ſententia lata abſente altero.ar.ff.e.l.diem proferre.§.ſi plures. primo reſponſo. & l.ſi in tres.etiam ſiue abſens de procedendo cum alio fuerit legitimè requiſitus.Ratio eſt:quia præſens non facit maiorem partem contra abſentem.notat Io.And.infra.eo.c.ſecundo.gl.per hoc dico.li.vj.Et idem ſi erant tres,vel plures, & actum erat in compromiſſo,quòd nō valeat plurium ſententia,vel proceſſus:niſi omnes ſint præſentes:quia contra formam compromiſsi eſſet proceſſum.argu.ff.e.qui tamen. Notat Io.An.vbi.ſ.Sed hoc ceſſante,ſi abſens fuit legitimè per alios requiſitus,vt veniat proceſſurus cum eis ad diffinitiuas,valet ſententia:vt in dicto.cap.ſecundo.ſed non de iure ciuili:vt.l.ſi in tres.Quod ſeruari debet in foro ſuo,ſecundum Io.And.vbi.ſ.Sed ſi non eſt legitimè requiſitus,nec de iure canonico valet:vt in dicto.c.ſecundo.à contrario. Aut dati ſunt cum clauſula: *quòd ſi non omnes*.vel, *quòd ſi non ambo*. tunc idem,quod in delegatis legitur,& notatur de vocatione,expectatione & ſententia.de offi.dele.c.prudentiam. in prin.Sed ſi dati ſint cum illa clauſula, *quatenus vos, vel duo, aut alter veſtrum*.&c.tunc vno abſente.& non requiſito,alius procedere poterit,ſi ſint duo:vel procedere poterunt,ſi ſint plures.argu.infra de officio delegati.cum plures.libro ſexto. Poteſt intelligi quod notat Spec.eo.titu.§.finali.verſi.& no.Dicam in.c.ſecundo allegato.¶ Collectarius tractat hîc aliqua de notatis infra.e.c.primo,& ſecundo quæ ibi dicam.Poſteà ſubdit,quòd arbiter poſt ſententiam ab eo latam,nō poteſt eam declarare,nec determinare.argu.de appellationibus.ab executione,ſecundum Archid.xj.quæſtione prima.ſicut.De iudice vide.ſ.de poſtu.prælatorum.c.j.&c.

SVMMARIVM.

1 Penſio annua pro beneficij renunciatione an ſimoniam contineat?
2 Imperatorem in iuramentis, & alijs eccleſiaſticis canones non leges obſeruari velle.
3 Authentica, decernimus.C.de arb.de quorū iuramento intelligatur.
4 Arbitri dictum, ſi euidenter iniquitatem contineat, quis illud emendari faciet?
5 Peccatum nullum ex vtriuſque iuris mente, nulla lex, conſuetudo nulla, gloſſa item nulla, nullumque iuramentum, aut priuilegium fouere debet.
6 Arbitratore non arbitrante, ſiue per eum, ſiue per alium ſtet, qualiter ab eius perſona diſcedere liceat? Et quid ſi arbitrator mortuus fuerit?
7 Arbitrator de iniquitate ſui arbitrij, an teſtificari poſsit? Et quid de iudice, aduocato, aſſeſſore, vel executore, an de geſtis à ſe, ſiue turpitudo in eis verſetur, ſiue non, teſtes eſſe queant?
8 Arbiter, & arbitrator, qualiter, & in quo inter ſe diſtent? vſque ad numerum.13.
14 Arbiter quis dicatur: & quis arbitrator. Et an compromiſſum in vtrumque tranſactio dicatur?
15 Compromiſſo ſi cautum ſit, vt compromiſſarius de iure, & de facto cognoſcere poſsit: & quòd tamen de iure pronunciare debeat: an arbiter erit, an arbitrator? Et an per verbum, de facto. videatur arbitrij natura ſublata? Et num ſi compromiſſarius arbitratus fuerit, neceſſariò ſtandum ſit ipſius dicto? nu.16.& 17.
18 Compromiſſum ſi ſit in aliquem tanquàm arbitratorem.ſeu amicabilem compoſitorem pœna adiecta: ſi pronunciet, nec appareat, qualiter proceſſerit: quo iure valere videbitur eius dictum? Et quid ſi libellum recepit, litem conteſtari fecit, & c. ac deinde tāquàm arbitrator cognoſcere, & diffinire velit: an id poſsit? Et quid ſi facto ipſo id fecit? an ſententia teneat? nu.19.
20 Arbiter ſimpliciter electus, an vt arbitrator procedere queat?
21 Compromiſſo facto in ſpecie de qua hîc, num à parte ad arbitrium boni viri recurrente, nec intra tempus de quo hîc ſatagente pœna peti queat?
22 Arbitri dictum, aut arbitratoris ſententia, ſi iniquitatem contineat, an non obſtet iuramento, aut pœna appoſita, emendari, vel ad boni viri arbitrium reduci poſsit?
23 Compromiſſo ſuper actione iniuriarum in arbitratorem facto, an partes arbitratoris dicto, iniuriarum actione ſtare cogendæ ſint?
24 Actio num in aliquis ex arbitratoris ſententia oriatur? Et per ſententiam eiuſdem præſcriptio interrumpatur? nu.25.
26 Arbitratoris ſententia quo iure ad arbitrium boni viri reducatur? & numero.28.
27 Bonus vir, ad cuius arbitrium recurri ſolet, quiſnam dicatur?
29 Arbitramentum quanta taciturnitate approbari videatur?
30 Renunciari reductioni ad arbitrium boni viri, num poſsit?
31 Quantitas parua, aut magna, prout hîc conſideratur, quænam dicatur?
32 Recurrens ad arbitrium boni viri, in ſpecie de qua hîc, num in pœnam compromiſſo adiectam incidat?
33 Arbitramenti iniquitas, ex quibus probationibus detegi queat? Et ad id efficiendum, quid probari, ac fieri debeat? nu.ſeq.
35 Arbitramentum cur ad arbitrium boni viri reduci peti poteſt, non item arbitri ſententia?
36 Arbitramento num partis præſentia requiratur?

Arbitrandi

37 *Arbitrandi poteſtas quanto tempore duret?*
38 *Arbitrium boni viri, quæ verba deſignent, & de eorundem differ tia remiſſiue.*
39 *Arbitratore mortuo, an compromiſſum ad hæredem tranſeat?*
40 *Compromiſſum in arbitratorem ſi eſt hac lege, vt de conſilio Sempronij arbitretur, ac Sempronius conſilium dare nolit, aut mortuus ſit: quid iuris: remiſſiuè. Item quid ſi arbitrator arbitratus ſit, ſed nulliter: nun poſſit iterum arbitrari remiſſiuè.*

CAP. II.

NOn ſine. ¶ Caſus. nõ valet arbitrium ſimoniacum, & doloſum, & ſunt duę partes. In prima facti narratio. In ſecunda cauſæ commiſſio. ibi: *Quocirca*. ¶ Expone literam. *neceſſitate* .i. paupertate. Innocẽ. *Per manum* .i. authoritatem. Nam ad ipſum authoritate Archidiaconali, vel alia ratione. Vel quia perſona erat, pertinebat inſtitutio, vel præſentatio in eadem eccleſia. Inn. Et idem verbum de conceſ. præben. poſt electionẽ. verſ. quod igitur. & intellige, quòd inſtitut⁹ fuit per Epiſcopum ad præſentationem Archidiaconi, ſi fuit inſtitutio authorizabilis. vel loquitur de inueſtitura. Ad hoc de offi. Archid. cũ ſatis. de off. vica. c. in Nouella. *Perſona*. ex vi vnionis, vel ex diſpenſatione Apoſtolica. aliâs contra de præben. de multa. & c. extirpandæ. *Nepos eius* .ſ. Archidiaconi. Et ſic nota, ꝙ in nepotibus tranſuerſalibus nõ prohibetur ſucceſſio, etiam mediata: dummodò non iure ſucceſſorio vendicetur. De alijs nepotibus dixi. s̃. de fi. pręsbit. ad extirpandas. Cõcordat huic. s̃. de offi. dele. ex parte. infra de accuſa. accedẽs. Nouella. Super quo remittit Collectarius ad collecta ſua. de fi. pręsbitero. ex tranſmiſſa. *Eius* .i. dicti Archidiaconi. Inno. *Ordinauit* .i. obtinuit ordinari, vel ipſemet ordinauit. cum ad ipſum ſpectaret. Innocentius. *Iuſtitiam*. xj. quæſtione tertia. pauper. *Extortum*. Certum eſt illi ſubueniendum eſſe, à quo fraude, & dolo exigitur iuramentum. de iureiu. cum contingat. quod metus cau. c. Abbas. & c. ad audientiam. Hoſtien. *Duorum*. compromittitur ergo etiam in numero pari. De hoc ſupra. c. proximo. *Exinde*. ibi de quæſtione, quam inuicẽ habebant. Petebat enim idem ſacerdos, quòd cum eſſet legitimus canonicus, & capellanus ipſius eccleſiæ, quòd ſibi de beneficio Archidiaconus reſponderet, & eum vt capellanum tractaret. Et ſic petitorium intentabat. Vel petebat beneficium ipſius eccleſiæ in abſentia ſua occupatum: cũ ſine culpa ſua neceſſe habebat exulare. Vel petebat reſtitutionem capellanię, ad quam reuerſus admiſſus non erat agens poſſeſſorio. Inno. Vnde fortè petebat capellanus beneficiũ iure canonicæ inſtitutionis: vel ſe, vt capellanum benignè tractari: vel prouentus capellaniæ, cum abeſſet ſine culpa. Vel intentabat poſſeſſorium: vt ſupra Hoſt. *Fauentes*. & malè. cum arbitrium per gratiam datum non teneat C. e. l. arbitrorum. Inn. *Perperam* .i. ſimoniacè. Sic de rerum permutatione. c. pe. *Cognouerint*. maximè. dũmodo de iniquitate præcepti conſtare poſſit. Hoſtien. *Clerici* .i. per gratiam, & fauorem. &c. Innocentius. *Æquitate ſubnixum*. infra de præben. niſi eſſent. de elect. ſupra cum inter dilectos. Et notatur. s̃. de tranſactionibus. ſtatuimus. Quia nihil temporale dabatur pro ſpirituali. Vel ſi daretur, iuſta cauſa dandi ſuberat. Inn. *Obſeruantiam*. hoc ideò eſt, quia ſpirituale eſt, & quia iuramentum interceſſit. Inno. Et per hoc infert Hoſtiẽ. quòd præsbiter ius habuit in vicaria: aliâs non eſſet æquum, ꝙ annuatim perciperet marchas quinq; *Compellas*. nota, quòd de rebus ſpiritualibus componi poteſt, & coram arbitro litigari. Laurentius. ¶ Opponitur primò: quia videtur, ꝙ tale arbitrium non valuerit, & per conſequens, ꝙ non debuerit Papa committere ſub forma, ſub qua cõmiſit: ſed ſimpli-
1 citer decernere, vel decerni mandare illud eſſe irritum. † Nã quod pro re ſpirituali ar. pro renunciatione beneficij datur temporale. vt puta, penſio annua. x. marcharum. videtur ſimoniacum. ar. s̃. de offi. dele. ex parte. Quod proſequere, vt hic notatur in gl v. Inno. nititur ſoluere eo modo, quò ſcripſi in textu in verbo, ſubnixum. Dicas, quòd compromiſſum potuit eſſe tale, & etiam laudum tale, quòd nullam iniquitatem contineret, ſecundum notata in. c. niſi eſſent. & in c. cum pridem. Eo modo, quo dicam poſt Hoſtien. quarta oppoſitione ſequen. verſ. nec obſtat. Item potuit vtrunq; eſſe tale, quòd neutrum tenuit, vel quòd ſi tenuit compromiſſum, non tenuit arbitramentum: vt in caſu, quem habebat aſſertio huiuſmodi capellani. Et ideò quia Papa non debuit in præiudicium Archidiaconi in facto credere aſſertioni capellani: ideò mandat, vt in textu. Hoc tamen habeas pro indubitato dare penſionem annuam pro renunciatione beneficij, continet ſimoniacam prauitatẽ: vt hic in quinta glo. ij. ¶ Quod vtinam animaduerterent aliqui domini noſtri maiores, qui, vt mihi relatum eſt, neſcio, ſi bene beneficijs ſuis pacto interueniente expreſſo renunciant hodie plerunq; perſonis minùs idonæis pro annis penſionibus ad vitam ſuam ſibi præſtandis. Pro quorum factorum pactorum, & renunciationum medium huiuſmodi perſonæ minus idoneæ procurantibus prædictis domini ad huiuſmodi beneficia ſic renunciata per ſedem Apoſtolicam promouentur hoc colore ad eorum ſaluationem adinuẽto: quia ſedes Apoſtolica in & ſuper penſiones in non ſolnentes diuerſas excõicationis, & priuationis, & ob culpam non ſoluentium in ipſa beneficia interdicti ſententias promulgando: non autem in dubium reuoco, quin ſedes Apoſtolica ſuper hoc habeat poteſtatem. Cum in iſtis poſitiuis ſit. s̃. ius. de conceſ. præben. propoſuit. Sed forſan caueri debet, ne iſta ſint ingrata Deo: & ne generent pernicioſum exemplum, & eccleſiarum diſpendium, ac grauamen. Quantùm enim expedit eccleſijs Prælatos ad eas ſuis venalitate aſſumi, & ipſas ſine diminutione conferri clamant legales, & canonicę ſanctiones. C. de epi. & cle. l. ſi quãquã. in authentica, vt iudi ſine quoquo ſuffra. § cogitatio. coll. ſecunda j. vt eccleſiaſtica beneficia. in rubro, & nigro, & per totum. Suppono tamẽ ꝙ quicquid dicatur, vel fiat in tantis viris, ſemper puritas intercedit. ff. de offic præfec. præto. l. vna. Hoc enim piè filij de parentibus æſtimare deberẽt: vt. ff. de obſe q. liberto. l. liberto. ¶ Secũdò opponitur, quòd nec compromiſſum, nec iuramentum tenuerit pro eo, quòd iſte capellanus erat ſpoliatus: vt infra de reſti. ſpol. c. ij. & ſupra de renun. ſuper, hoc. Solutio. illud de rigore: hoc de æquitate. Vnde non dicit textus iure ſubnixum. Forſan enim commiſerat tale crimen, ꝙ parum ei duraret reſtitutio. de accuſati. ad petitionem. Non obſtat contrarium. s̃. proximõ de iniquitate ſimoniæ: quia potuiſſet eſſe, non ex pacto, ſed ex prouiſione arbitrorum illa datio. de tranſact. ſuper eo. & d. c. niſi eſſent. Hoſti. & vide quod dixi in oppoſitione pręcedenti. ¶ Tertiò opponitur: quia videtur, quòd malè mandet Papa pręsbiterũ à iuramento abſolui: cum iuramentum licitum videatur: vt C. e. authẽ. decernimus. Super hoc vide Ber. in gloſſa tertia. Dicit Innocentius, quòd re vera iuramentum malè fuit extortum. & ſic oporteret exponere verbum abſoluas: vt hic notatur in vltima gloſſa Sic dicimus illud nullum, vt notatur ex tertia gloſſa. Vel aliter dicit Innocentius quòd dicta authentica non tollit iuramentum partium, ſed arbitrorum tantùm. & hæc ſolutio placet Collectario: quia aſs corrigeretur. l. ne in arbitro. vt ibi notatur, ſecundum eum. Hoſtien. autem dicit per hæc iura corrigi dictam authenticam, & legem antiquam reſuſcitari, quæ id permittebat.
2 C. eodem. l. ne in arbitris. † Facit, quia Imperator in iuramentis, & alijs eccleſiaſticis vult ſeruari canones, & non leges: vt in authentica, vt clerici apud proprios Epiſcopos. § ſi verò. & de eccleſiaſticis titulis § j. facit infra de iureiurando licet. libro ſexto. Goffredus infra de re iudicata. cum æterni. libro ſexto. & Hoſtienſem, & Archidiaconum ibi poſt eum dicunt, quòd dictum authẽticum. & § quia verò. in authenti. de iudicibus. vnde illud ſumitur, vbi prohibetur cõpromiſſum fieri: vt cum ſacramenti religione iudicet

arbiter:ſed pœnam ſtatuant partes: qua præſtita licet à iudi
catis recedere,ſi contra hoc iuratum fuerit,iudex qui malè
iudicat,ſi dolo facit,pœnam à Deo expectet.ſi ignorantia,
nihil eis eſt præter ſacramentum.i.partibus nihil ſupereſt,
niſi ꝙ vna alteram vocabit periuram:quaſi diceret,ſi com-
promiſſum non fuit vallatum,niſi per iuramẽtum,hoc ſo-
lùm habet pars obediẽs,ꝙ inobedientẽ poterit dicere per-
iuram. Tamen,vt dicunt,alia litera habet:nihil erit ei.ſ.arbi
3 tro.& de hoc ibi notatur in vltima glo.¶ †Cy.verò in.j.q.
tenet poſt Petrũ,ꝙ intelligiꝛ illud authen.de iuramẽto par-
tiũ,& nõ de iuramento arbitri. Quia nõ prohibetur iurare
arbiter ad inſtar iudicis,qui iurat in authẽ. iuſiurandũ,qđ
pręſtatur ab his.§.j.Fatentur tamen:ꝙ non obtinet illud au-
thẽticum de iure canonico quia de iure canonico ſeruandũ
eſt omne iuramentum,quod non vergit &c.j.de iureiu. ſi
verò.&c.c.cũ cõtingat.¶ Quartò opponiꝛ:quia adhuc vide-
tur,ꝙ iuramentum oon teneat ipſo iure,& ꝙ per cõſequẽs
malè mandetur capellanus abſolui. Nam iurameotũ ab ini-
tio licitè,& generaliter pręſtitum nõ debet trahi ad caſum
illicitum.vt infrà de iureiu.c.quanto.&.c.Quintauallis. &
c.j.li.vj.Et hîc notatur in gl.iiij.vel de iure iniquũ,ſeu con-
tra ius,vt.e.ti.veniens.&.c. ad oostram. Nec ad inexcogita-
tum.e.ti.quemadmodũ. Nõ enim timore iuramenti debet
illicitum facere:vt in iuribus allegatis ſcđm Inn.¶ Sed con-
ſtat,ꝙ arbitramentum de danda penſione pro beneficio cõ-
tinet ſimoniacam prauitatẽ: vt.ſ̃.tetigi in.j. oppoſitione,
fuit illicitum. Igitur ad illud non debuit trahi dictum iura-
mentum. Vide ſolutionem hîc in principio gl.vltimę quæ
placet Hoſt.ſed Inn.dicit eũ oon reſtituendum,ſed tantùm
iuramenti vinculum tollendũ:vt eo non obſtante agere poſ
ſit,vt priùs. Puto,ꝙ vterq; bene dicat. Nã potuit tenere,vel
nõ tenere iuramentũ,vt dixi in ſolutione primę oppoſitio-
nis.& primo caſu Inn.&.ij.caſu Ber.& Hoſt.& bene dicũt.
¶ Quintò opponitur,quia videtur,ꝙ arbitrium huiſmodi
ſiue æquum,ſiue iniquum fuit,debuerit obſeruari:vt.ff.e. l.
diem.§.ſtari. Vide Ber.in fi.gl.finalis. Goffredus dicit,ꝙ hoc
contrarium ſoluit dolus in compromiſſo cõmiſſus. De quo
hîc notatur in gl.& ſimonia commiſſa in laudo.de quo hîc
4 notaꝛ in gloſſa quinta.¶ †Colligebat autem hîc Hoſtien.ꝙ
quoties liquet dictum arbitri iniquitatẽ peccati continere,
ordinarius ex officio faciet illud emendari. Et dicit, ꝙ hoc
notat mens iſtorum verborum.& infra.c.j.&.c.expoſita. Si
ergo euidenter patet de læſione partis: & per conſequens
de peccato,non ſtabitur illi legi.§ ſtari.ſed canoni, etiam in
foro ciuili. Nam &.l.vult peccata corrigi.vt in authẽ.vt nõ
luxu.contra na.ho.j.rñſo.colla.vj.Et hoc intelligit Hoſt.qñ
j̃.x.dies fuit contradictum à parte cõquęrente.alioquin cõ
tra,vt infra.e.per tuas. Et quicquid de hac materia,vel conſi
mili per alios,vel per ipſum ſequentẽ eos in ſumma,vel ali-
5 bi notantur:hoc inuenies,ſcđm eum.† Teneas pro conſtan
ti,ꝙ ſcđm mentem vtriuſq; iuris eſt,vt nullum peccatũ per
legem,vel conſuetudinem,vel gloſſam aliquam,vel iuramẽ-
tum etiam,vel priuilegium,ſeu quodcunq; aliud nutritur.
Sed his non obſtãtibus,puniatur:vt patet.ſ̃.de conſue.c.fi.
infrà de præſcriptionibus.c.fi.&.l.iure ciuili.de reg.iur.no-
tatur infra de præben.extirpandæ.non tamen corrigit, qđ
notatur ſupra de maio.& obe.c.fi. Tu dic,quòd contrariũ
loquitur in arbitro,nos autem loquimur hîc in arbitrato-
re. Et quæ ſit differentia inter iſta infra dicetur. Iunge quod
dicam infra in quarta quæſtione.¶ Sextò opponitur,de.l.
ſi quis arbitratu.ff.de verb.obli.dicitur, quòd non recedi-
tur à perſona,cuius arbitrio res commiſſa eſt:donec,videli-
cet ſuerit arbitrata:hic verò non dicitur contrarium:ſed di
citur,quòd ſi arbitri fuerint arbitrati iniquè reducitur eorũ
arbitramentum ad arbitrium boni viri:vt.ff.pro ſocio.l.ſo-
cietatem.§.arbitrorum.& de ope.liber.l.ſi libertus.cuius ra-
tionu diuerſitatem ſecundum leges vide per Bart.in dicta
l.ſi quu arbitratu.in ſolutione primę oppoſitionis. Nec ob-
ſtat. ff.de contrahen.emp.l.hæc venditio. Quia ibi in arbi-
trium vnius ex contrahentibus fuit compromiſſum tali ca
ſu:quo cõtractus valere potuit ab initio. Nec obſtat.l.quod
ſæpe.§.j.eo.titulo. Ratio,quia tunc ſi non arbitretur,ſtat per
eum. Et ideò contractus habetur pro impleto:vt.ff.de con
di.& demon.& de regulis iuris.l.iure ciuili.& infra de regu.
iuris.c.imputari.libro ſexto. Nec obſtat.l.fin.§.ſed ſi quis.C.
communia de leg.quia ibi fallit fauore vltimæ voluntatis.
Quod proſequere latiùs,vt ſcripſit Bar.in dicta.l.ſi quis ar-
bitratu.in quinta oppoſitione. & ibi vide in oppoſitione
ſequenti ſolutionem ad.l.mulcta.in principio.ff.de cond.&
6 demon.¶ †Et ſi quæras,qualiter à perſona arbitratoris re-
cedere liceat,ſiue per eum,ſiue per alteram partiũ ſteterit,
quominus arbitretur. Et quid ſi arbitrator mortuus fuerit,
vide id per Barto.in tribus primis quæſtionibus,& aliquid
per eum in dicto.§.arbitrorum. ¶ Septimò opponitur ibi:
ſi ſe cognouerint præfati clerici.videtur enim quòd iſtis clericis
in eo,quòd malè fecerunt,credi non debuit:vt infra de iu-
reiurando.c.ſicut nobis.in fi. Vide ſolutionem hîc in penul.
gloſſa.vel potes dicere,quòd in.c.ſicut.obſtabat teſtiũ per-
iurium.hîc non. Hoſtien.dicit,quòd cum de intẽtione ini-
quitatis quæritur,ad ipſos poteſt recurri in defectum pro-
bationum:vt hîc dicitur. Sed ſi de corruptione quæritur,
non eſt eis credendum:cum per alios probari poſſit. Et fa-
cit quod poſteà dicam:& fortè nõ poterat ꝓbari per alios.
quia de laudo non fuit facta ſcriptura:nec ibi fuit pręſentia
teſtium,per quos poſſet probari. Conſiderabant enim de iu
7 ramento,quod ſæpe accidit.¶ †Octauò oppooitur ad idẽ:
quia iudex aduocatus,aſſeſſor,vel executor teſtes eſſe oon
poſſunt.C.de aſſeſſo.l.nemo.ff.de teſti.l.ſi.ſecunda quæſtio-
ne ſexta.ſtatuendum.vbi hoc notatur. Inn.in gl.ſua magna,
quam nunc ſubintro,repetit ſolutionem glo. pe.quòd hîc
non poſſunt de facili alię probationes inueniri:ideò arbitri
recipiuntur:Simile.C.de hæreti.l.quoniam.quarta quæſtio-
ne tertia.item ſerui.non tamen,vt iudices:ſed vt teſtes ſic.
de electione.cum dilecti. Sed hanc ſolutionem impugnat:
quia ſic teſtificando ſuæ iniquitatis turpitudinem allega-
rent. In hoc enim fuit nequitia:quia præceperunt pro pe-
cunia liti ſpirituali cedi:vt notatur ſupra de trãſactionibus.
ſtatuimus.¶ Subdit tamen Inn.quoſdam credere,quòd ſpe-
ciale ſit in iudicibus, & arbitris,& quibuſcunq; alijs,aliqđ
ex officio facientibus:vt non obſtante,quòd turpitudinem
ſuam allegent:quia de ſuo crimine confitentur,poſſint teſti
ficari,ſi de irritatione ſui facti agitur:vt in dicto.c.cum di-
lecti.§.nos verò.vbi remittit Nouella ad notata ſua in gloſ.
ooo mireris. Dummodò ex hoc teſtimonio nõ fiat alij pręiu-
iudicium vt in dicto.c.ſicut.nec enim propter hoc contra
aliquem ex ipſis confitentem eſſet procedendum ad pœnã.
infra de teſtibus.veniens.j.xv.quæſtione tertia.nemini.niſi
fortè quæſtionibus ſubijcerententur. Tunc enim poſſent
interrogari,etiã ad pœnã.C.ad leg.iul.maieſt.l.iij.C.de qũ-
nibus.l.interrogari.cuios materiam vide iotra de confeſ.c.j.
& quicquid ſit,ad hoc,vt etiam de facto ſuo eis credatur,
oportet eos eſſe duos,vt hîc. Et ſi plures ſint,& duo conſti
tuntur,ſufficit:vt in dicto.c.cum dilecti.¶ Sed ſolutio iſta
non placet Inn.maximè,quia nec per hoc reſpondetur huic
decretali cum in hoc alteri fiat pręiudicium.ſ.illi pro quo la
ta eſt ſententia,ſiue arbitrium. Soluit ergo Inn.aliter dicẽs:
dicimus ergo hos non recipi,ſicut teſtes, vt in iuribus pro
contrarijs allegatis. Ad hoc etiam de probationibus. quo-
niam.vbi videas. Collect. Sed conſulendi ſunt de facto ſuo.
infra de accuſa.cum dilecti.ff.de appel.l.ſciendum. Inn.dicit
quoſdam tenuiſſe,quòd nõ producuntur hic iſti arbitri,ni-
ſi ad excuſandum & iuſtificandum factum ſuum: de quo
aliâs conſtabat. Et dicit idem notari per Innocentium in-
fra de accuſationibus.cum dilecti.& ſimiliter credo,quòd ſi
cõfiterenꝛ turpitudinem ſuã,ꝓpter hoc non reuocareꝛ arbi
triũ eorũ.arg.j̃.de teſti.ſicut.&.c.veniẽs.xv.q̃.iij. nemini.
Subdit etiã Inn.ꝙ licet cõfiterentur ꝑdicti illud,qđ arbitriũ
reddebat iniquum.ſ.ſe præcœpiſſe,quòd pro pecunia cede-
ret liti

ret liti ſpirituali: non tamē propter hoc ſequitur, quòd ſuā turpitudinem dicant. Cum potuerunt hoc bona fide feciſſe, ſed erraſſe. Non enim eſt ſimonia quādocūq; renunciare iuri ſpirituali, & pro eo dare aliud temporale: fortè, quia pro bono pacis datur: vel cauſa pietatis. infra de præbē. niſi eſſent. ¶ Sed tñ quia ſpeciē continet ſimoniæ, etiā non obſtante iuramento, licet cōtra venire: vt hîc notaſ. & .j. de tranſac. conſtitutus Subdit etiam Inn. ꝙ quāuis iudex tales interroget, nō tñ ſemper fidem adhibebit dictis eorū: cum ſæpè factū ſuum tueantur, & ex gratia loquantur. ff. de iudi. l. eū, quem temerè. Ex varijs autem circunſtantijs colliget, quid credat. ff. de cuſto. & exhi. reorū. l. Diuus. ar. .j. de accuſa. inquiſitioni. § pe. ¶ Vel aliter dicit Inn. eos interrogari iō, vt excuſent arbitrium: quia cum in ſui natura eſt illicitū præceptū .l. ꝓ pecunia renūciare ſpirituali iuri: niſi excuſaretſ propter diſtrictionē recipientis, vel aliquā aliam probabilē circunſtātiā: vt in. d. c. niſi eſſent. reuocaretſ arbitrium propter ſpeciē ſimoniæ. vel etiā ſcdm eum ſufficeret ꝙ eorū diſtrictio nō appareret. Et hæc eſt cauſa ſcdm eum, quare caſſatſ arbitriū. Dicit ergo. ꝙ propter hoc hi arbitri requiruntur: vt dicant intentionē ſuam, & cauſam quare hoc fecerunt: vt per hoc probetſ, vel improbetſ arbitriū, vt ſequitſ. Subdit etiā, ꝙ hęc habēt locum in iudicibus, arbitris, & officialibus publicis, ſ. ꝙ nō admittuntur ad teſtimoniū. Secus autem dicit in electoribus, quorum teſtimonia bene admittuntur. ſ. de elect. cum dilecti. § nos igitur. Quoad intētionē iſtius decretalis, vide quod ſcripſi in ſolutione, & concluſione oppoſitionis præcedentis. ¶ Sed tene quod ꝓximè dixi poſt Inn. & quoad materiā totam vide quę plenè notantſ .j. de teſti. c. Romana. lib. vj. j. titulo. & de accuſa. cum dilecti. § j. & .ij. & de excel. prę la. inter dilectos. § pręterea. & pleniſsimè per Io. Cal. de teſti. cum à nobis. in additione. Dicit Collect. ꝙ iudices, & arbitri bene admittūtur ad probandū proceſſum. & ita intelligitur, qd hic dicitur. & de elect. cū dilecti. de excel. Prælа. inter monaſteria. de teſti. c. cum à nobis. Facit per iſtā viā de reſcrip. ulim. Et in hoc videtſ concordare. Io. in. c. ſtatuendum. dicens ſtandum depoſitioni iudicis cum alijs adminiculis. Quod verum eſt, vbi non eſt, niſi vnus: quia vni non ſtaretur, ſed pluribus bene, etiam ad faciendum plenam fidem vt no. Hoſt. de accuſa. cum dilecti. & aliâs in. c. ſtatuendum. vide in iuribus allegatis. Sed nūquid in principali deponere poſſet? Archidiaconus videtur ſentire in. c. ſtatuendum. & videtur tenere, ꝙ ſic: nec obſtat illud. c. quia loquitur de iudice, coram quo pendet quæſtio: ſed depoſito officio teſtificari poteſt. Probatur de teſti. dilecto. Collectarius. Dicam in iuribus allegatis. & cum his expeditus es de dictis Inno. Hoſtien. & Nouellæ.

8 ¶ † PRIMO quæritur, quę eſt differentia inter arbitrū & arbitratorem, de quo hic loquitur. Inn .j. de iureiur. Quintauallis. dicit, ꝙ arbiter dicitur, qui eligitur, vt iudex. ſ. vt ꝓcedatur in iudicialibus ſeruato ordine iudiciario, & litem dirimat coram ſe cœptam, & coram alio: ſed ordine iudiciario ſeruato. licet poſsit cauſam dirimere, ſi vult, etiā iniquè. ff. e. l. j. & l. qualem. & l. diem. § ſtari. ¶ Vnde arbitrium ſcdm eum ſic diffinitur. Arbitrium eſt trinus actus perſonarum, quaſi in iudicio confligentium: vel dicendo cauſam iuriſdictione voluntariè poſita. Nec eſt vis, an ſit compromiſſum cum pœna, vel ſine pœna: aut etiam ſine vlla ſtipulatione. Nam ſi electus ſit ſimpliciter, & arbitrium homologetſ expreſſè, vel taciturnitate decem dierum ex ſententia ipſius datur actio, & exceptio. C. e. l. pe. & no .j. e. dilecti. Omnes enim iſti ordinarij ordinem ſeruari debent, & agere ad obſeruationem arbitrij ſiue ſtipulatione, ſiue condictione ex lege: vt notatur in dicto. c. dilecti. Arbitrator autem eſt, qui eligitur, vt aliquid ęſtimet, velit precium, vel operas: vel partes ſocietatis, vt quod ſibi videatur de aliqua re ſine ordine iudiciario dicat. Inſti. de contrahen. emp. § precium. ff. pro ſocio. l. ſocietatem. & duabus legibus ſequētibus. de leg. iij. l. ſideicōmiſſ. § ſic fideicommiſſum relictum. de verbo. obl. l. ſi quis arbitratu. Nec eſt facienda vis ſcdm eum, an partes iurauerūt ſtare dicto huiuſmodi arbitratorum, vel non: vel an ſint ſtipulatæ de eius dicto, vel non: videlicet quantùm ad hoc: quia ſemper redigendum eſt ad arbitrium boni viri: vt ff. de ope. liber. l. ſi libertus. & l. ſi quis arbitratu. allegata. & C. de do. promiſ. l. finali. allegata. Subdit tamen quorundam opinionem dicentium, ꝙ ſi ſub pœna ſtipulatæ ſint partes, ſtare arbitrio huius arbitratoris, nunquàm poteſt pars à parte pœnam exigere, eò ꝙ non ſoluerit arbiter condemnationem: niſi ceſſauerit ſoluere id, ad quod per arbitrium boni viri redactum eſt dictum arbitratoris. ar. pro his, quia ſi nō obſtante iuramento & ſtipulatione ſine pœna poſſum petere, ꝙ dictum eius redigatur ad arbitrium boni viri eadem ratione & id, quod proximè dixi. Fatetur tamē, ꝙ alij dicūt contrarium. dicit tñ Inn. ꝙ quantum ad partes, vel non: vel an ſententiam in ſcriptis pronūciauerit, aut ſimpliciter nudo verbo, quod ſibi viſum eſt, dixerit: quia coram eo nō eſt iudicium, vel quaſi: ſed totum poſitum eſt in ſua voluntate, & prędictarum ſolennitatum obſeruatio nō niſi coram iudice, vel arbitro locum habet. & ſi fiat non poteſt dici verè litis conteſtatio, vel ſententia. vnde coram huiuſmodi arbitratoribus nullus eſt ordo iudiciarius obſeruādus: imò, nec iudicium dicitur eſſe, quod agitur coram tali. Ipſe tñ arbitrator ad inſtructionem ſui quaſi extra iudicium laborabit ad veritatem inquirendam, vt pleniùs inſtruatur. & ꝙ ipſe arbitrator non ſit iudex, vel arbiter: & ꝙ nō ſit dicendū arbitrium, quod cū eo ſit, ſatis probatur ex eo qd dicitur in. d. c. Quintauallis. vbi compromittitur in aduerſarium principalem. Ad idem. e. ti. veniens. & l. ſi libertus. allegata. cū tamē nemo poſsit eſſe arbiter, vel iudex in re ſua. ff. e. l. ſi de re. & C. ne quis in ſua cauſa. Item ſecundū eū ex laudo, vel ſententia arbitratoris, nulla oritur actio. Quia propè non dicitur ſnīa, vel arbitrium: imò ſcdm Io. Cremo. dicitur tranſactio, vt no. in authē. vt differēn. iudi. § j. & § ſi verò contingit. collat. ix. ar. C. de contrahen. emp. l. fi. & e. ti. Inſti. § precium. Fallit primò, cum iuramentum interuenit: quia tunc bene poteſt ille, pro quo fertur ſententia, petere per officium iudicis: vt ſoluat condemnatus id, in quo condemnatus eſt, dūmodo illud ſit æquū, & licitum, vel nō iniquū, nec illicitū. Secus ſi iniquum, vel illicitum: vt in. c. Quintauallis. & c. veniens. alleg. niſi iniquum per eum, ad quē pertinet reductū fuerit ad æquitatem. ar. ff. de reg. iuris. l. in perſonam. & pro ſocio. l. ſocietatem. cum. l. ſequenti. ¶ Secundò fallit, ſi præceſsit ſtipulatio: quia tunc agetur ex ſtipulatione. vel ſi electus ſit arbitrator in aliquo cōtractu: puta, vt arbitretur de precio rei venditæ: quia tunc agetur ad arbitriū actione ex vēdito. vel alio ſimili cōtractu: vt in. d. § precium. Quod intelligendum eſt, vbi incōtinenti poſt contractum, vel ſtipulationē cōuenit de ſtādo dicto arbitratoris, quia ſi ex interuallo, tunc non daretſ ex dicto talis arbitratoris actio: ſicut nec ex pacto, ſed exceptio tātùm: vt. ff. de pac. l. iuriſgentiū. § quinimò. C. de pac. l. petens. ff. de contrahē. emp. l. pacta. lūge tū omninò, quæ ſcripſi .j. ad fin. quæſtionis. viij. § ſed dic mihi. vſq; ad finē qōnis. ¶ Itē plus dicit Inn. ꝙ ſi cōpromiſſum ſit hoc modo, vt poſsit procedere ſeruato ordine iudiciario, & nō ſeruato. Hęc verba ſic ſunt interpretanda, ꝙ videatur in ipſum cōpromiſſum, tanquā in arbitrū, & tanquā in arbitratorem. Dicit tamen, ꝙ ſi proceſsit ordine ſeruato, videtſ proceſsiſſe vt arbiter: nec reducetur dictū eius ad arbitrium boni viri. Sed ſi proceſsit iuris ordine non ſeruato, tū nō valet dictū ſuū, niſi æquū ſit, vel ad æquitatē redactu: vt patet ex dictis. Vlteriùs etiam dicit, ꝙ ſi partes dicūt eligimus eū in arbitrū ſimpliciter, nō intelligitſ electus, vt arbitrator. Et hoc verū, niſi ex alijs verbis de cōtraria intētiōe appareat: puta, qa dicant, ꝙ poſsit procedere nō ſeruato ordine iudiciario. Dicit etiam, ꝙ ſi partes dicāt, eligimus talē, vt arbitratorē: vel vt bonū virū, vt determinet qōnes nras: tūc nō intelligitſ elect⁹, vt arbiter: niſi ex alijs verbis aliud appareat. Et de hoc, & alijs præcedentibus quæſtionibus, vi-

de in Speculo.e.ti-§ fi.in.ij.colũ.verſi.ſed pone,ꝙ ſicut.& tri
9 bus verſ.ſequentibus.&c.¶ † Alia differentia eſt ſecundum
Innocentium:quia dictum arbitri,vel ſententiæ pœna ho-
mologatur tacitè,& expreſſè.C.e.l.principaliter.nec vnquã
redigitur ad arbitrium boni viri,ſecũdum Inn.in.c. Quin-
tauallis.licet contrarium hic notetur ſcdm Hoſti.eo modo,
quo dixi.ſ.in quinta oppoſitione. Dictum verò arbitrato-
ris nunquàm homologatur taciturnitate decem dierum:
ſed ſi expreſſè illud confirment partes, parit exceptionem
quaſi tranſactionis,vel pacti,vt redigatur ad arbitrium bo
ni viri,ſi ſit iniquum:vt hîc,&.c.Quintauallis.&.c.veniens.
allegatis.Dicit tamen Hoſt.in.c.Quintauallis.quòd ſi ęquũ
ſit arbitramentum arbitratoris,etiam vna parte contradi-
cente,officio iudicis exequutioni mandandum erit:vt.ff.de
re iudi.l.ſi conuenerit.Et idem ſi eſt iniquum,poſtquàm ad
æquitatem fuit redactum.arg.hîc,quod legitur,& notatur.
& quod ſcripſi ſupra in ſolutione quintæ oppoſitionis.¶ Si
tamen ambę partes contradicant,non habet ſe intromitte-
re iudex,quia ſi poteſtas data arbitratori.& quicquid ex ea
ſequutum eſt,videatur reuocatũ contraria voluntate.argu.
ſuprà de elect.c.qualiter.in fine.& quod legitur,& notatur.
infrà de re iud.c.j Caue tamen,quia ſecundum Innocentiũ
non mutatur dictum arbitratoris vbi modicè, & non gra-
uiter lædit:vt.ff.de ope.liber.l.ſi libertus.Sed dictum arbi-
10 tri non mutatur etiam ſi grauiter lædit. ¶ † Tertia diffe-
rentia patet ex dictis,quia ex dicto arbitratoris non oritur
actio,niſi eo modo,quo dixi ſupra ea. quæſtione-§.item ſe-
cundum eum,vſq; ad-§ item plus dicit.Sed ex ſententia arbi
tri,ſi pœna promiſſa ſit,agitur ad illam:vt.C.eo.l.j. Et ſi nõ
fuit promiſſa,ſed tãtũm ſtipulatio interceſsit,agitur ad in-
tereſſe.ff.eo.l.diem-§.ſi & duabus legibus ſequentibus.&.l.
ita demum.Et ſi ſimpliciter compromiſſum ſit,& ſenten-
tia per partes expreſſè homologata fuerit,vt quia in ea ſe cõ
ſcripſerunt,vel aliàs expreſſè in eum conſenſerunt,aut taci-
tè:vt quia infra decem dies nulla earum contradixit: tunc
oritur ex ſententia arbitri actio,& exceptio.C.e.l.ne in ar-
bitris.& agitur tunc cõdictione ex leg.illa.& adde ſecundũ
Innocentium ad hoc vltimum dictum,quod notatur infra
11 eo.c.per tuas.¶ † Quarta differentia etiam patet ex dictis,
quia ſententia arbitri quantuncunq; iniqua, nunquàm re-
ducitur ad arbitrium boni viri,ſed bene ſententia arbitra-
toris ſecundum Inn.Sed iſta differentia non placet Hoſt.vt
pluries dixi.ſ.& approbatur opinio Hoſt.per Canoniſtas,
12 per ea,quæ ſcripſi in quinta oppoſitione,&c ¶ † Alia diffe-
rentia ſecundum quoſdam,quia arbitrium fit ſine pœna:cõ
promiſſum verò cum pœna.Sed Speculator.e.ti-§.j.verſ. eſt
autem.hoc proſequens iſtud reprobat: & non immeritò:
quia vtrunq; poteſt fieri cum pœna,& ſine pœna. Et ſi in-
telligant de differẽtia inter compromiſſum,& laudum ine-
ptè loquuntur:quia laudum eſt ſententia: compromiſſum
verò eſt conuentio partium. Vnde primum tranſit ad hære
des.ff.e.quãuis.ſcdm nõ:niſi illud fuerit actum:vt infra.e.c.
vltimo.Dicit tamẽ Io.in additione ſuper verbo,eſt autem.
ꝙ arbitriũ ſcdm vſitatũ loquẽdi modum videtur arbitran-
di poteſtas.& hoc modo ſumitur in Speculo.eo.titulo.§ ſu-
13 mitur.¶ † Alia differentia eſt, quia non accipitur arbiter,
niſi ſuper lite incerta, ſed arbitrator non accipitur, niſi
ſuper eo:de quo non eſt lis.Quod proſequere,vt in dicto-§.
j.verſ.eſt etiam differentia.& verſ.ſequẽ.Sed non placet, qa
etiam ſuper eo,de quo eſt lis,poteſt compromitti in arbitra
torem:vt hîc notatur.De hoc autem,quod dixi dictum ar-
bitratoris poſſe reduci ad arbitrium boni viri, Martinus
de Fano componẽs tractatum in hac materia fecit quęſtio-
nẽ dicens Accurſium hoc tenuiſſe.ff.e.l.in cõpromiſſum. Et
hoc etiam tenet Specu.in.d.verſ.eſt etiã differentia. Allegat
Martinus.l.ſi ſocietatẽ.& aliàs,quas reperies in verſ.eſt etiã
differẽtia & de leg.j.l.ſi ſic.& de leg.iij.l.fideicõmiſſa-§-quã-
quã.&.l.ſi ſitę.de admi.tut.l.Titiũ.ij.rñſo.de re.iur.in perſo
nam-§.j.de dotis promiſ.l.ſi cum ea.Coadiuuat hoc dictum,

quia à iudicum iniquis ſententijs per appellationes releua-
mur,& à ſententijs præfecti prætorio per ſupplicationem.
Sicut enim arbiter ſeruare debet ordinem iuris,ſic arbitra-
tor iuſtitiam.& tamen vitiantur ſententiæ arbitrorum, ſi
non ſeruant ordinem:vt.ff.e.l.diem-§ pe.&.l.ſi feriatis.Petit
enim vnus maleſactum reformari,& petit alter illud præ-
ſeruari. Quis ille monoculus,qui videret,ꝙ ex his iuſtius?
C.cõmu. vtriuſq; iudi.l.iij. Et quomodo non releuabor à
deceptiõe mihi facta per meipſum.ff.de verb.obli.l.ſi quis
cum aliter.Nec obſtat,ꝙ iniquæ ſententiæ arbitri ſtat,& ar
bitrator laxiores habet habenas à partibus.ar.ff.de procur.l.
mandato.&.l.procurator cui libera.reſpondet enim ad hoc
l.præsbyteri.C.de Epi.& cle.canonizata.v.qõ. vltima. Nec
obſtat quòd ſententiæ ſtare eſt lites dirimere.C.de tranſact.
l.fratris.Quia licet hoc ſit fauorabile,ad hoc reſpondet de-
cre.nuper.ante finem infrà de dona.inter vi.& vxo.Nec ob-
ſtat,quòd tale arbitramentum dicitur tranſactio,à qua non
receditur etiam ſi tranſigens in quadruplum ſit deceptus:
vt.ff.ad Trebel.l.Lucius-§.ſi.Quia ad eam validandam ſuffi-
cit timor litis.C.quod met.cau.l.ij. Nam licet compromiſ-
ſum poſsit dici largè tranſactio,quia in eo partes ſic concor
dant. Tamen laudum ex compromiſſo ſecutum non habet
ſpecificè conſenſum partium,ſicut tranſactio.Et ideò non
mirum,ſi reformari poteſt & ab illo recedi,ſecundum Ioan.
vbi.ſ.& vide Hoſt.in Summa.e.ti-§.penul.verſ.penul.Cyn⁹
C.de Epiſ.& cle.l.ſi quis ex conſenſu.in principio poſt Iac.
de Are.dicit,ꝙ arbitrator ſemper aſſumitur ſuper certis cõ
tractibus.Arbiter verò in litem.Sed iſta eſt differentia,quã
reprobaui.ſ.in verſ.alia differentia eſt quia non.Et videtur
cõtra.l.ſi de meis-§.recepiſſe.ff.e.&.l.j-§-& poſt operis.ff.de
no.ope.nun.&.C.de iudi.authentica, ſi verò cõtigerit.& in
14 corpore vnde ſumitur. † Quidã dicunt,quòd arbiter dici-
tur,qui debet iudicare de iure,& ſecundum ordinem iudi-
ciorum.Arbitrator verò aſſumitur,vt iudicet de iure, &
de facto.vnde ſuper re,in qua compromittitur,bene conue
niunt:ſed in modo procedendi diſconueniunt.Et iõ vtrun-
que compromiſſum dicitur tranſactio,vt notatur in auth.
vt differ.iudi-§ j.&-§ ſi verò contingat. Et hoc placet Bart.
in-§ arbitrorum. Nec obſtat, ſi dicas tranſactio fit aliquo
dato,vel retento:igitur non poterit in totum abſoluere,vel
condẽnare arbiter,vel arbitrator.C.de trãſac.l.trãſactio.Nã
tranſactio eſt genus continens ſub ſe omnem modum, per
quem à lite diſceditur,& habet ſub ſe certam ſpeciem trãſ-
actionis,quę requirit aliquid datum,vel retentum,ſeu com
promiſſum.vnde ſub genere,& non ſub ſpecie iſtud conti-
netur,ſecundum Barto.vbi ſupra.Hæc ſunt verba magiſtra
lia:ſed magis placet,quòd arbitrium,& arbitramentum nõ
ſit propè tranſactio:quia differt in vno de ſubſtantialibus
ad ea,vt dixi ſupra proximè.Sed in duobus habet ſimilitu-
dinem cum tranſactione.Primò, quia procedit à conuen-
tione partium.Secundò,quia tendit ad litem dirimendam.
& licet ipſe actus compromittendi ſit conuentio, tamen
ipſa arbitrandi poteſtas ab ipſa conuentione procedens,&
laudum inde ſequens vltra naturam conuentionis aliquid
à iure recipiunt,& à perſona arbitri,& arbitratoris depen-
dent:vt colligitur ex præmiſsis.
15 ¶ † S E S V N D O quęrit,pone:dictum eſt in cõpromiſ
ſo,ꝙ compromiſſari⁹ poſsit cognoſcere de iure,& de facto:
& tamen, quòd debeat pronunciare de iure:an arbiter erit,
vel arbitrator. Putat Bart.quòd erit arbiter,quia etiam iu-
dex cognoſcit ſummariè,& de plano:vt.ff.de offic.Procon.
l.nec quicquã-§.de plano.C.de naufrag.l.quoties.¶ Sed con-
tra,quia ſolẽnitates ordinis iudiciarij per partes remitti nõ
poſſunt:vt.l.ij-§.ſed quia veremur.de iura.calum.C.& quod
notatur.C.de litis conteſtatione.authen.offeratur. &.ſ. de
offi.dele.de cauſis.& infra de re iudicata.c.ſi.libro ſexto.So
lutio illud verũ,dum coram iudice à ſuperiore iuriſditionẽ
habente litigat:ſecus ſi corã eo,cui partiũ cõſenſus dedit no
tionẽ.Et ita conſeruat conſuetudo.& eſt verum ſcdm eum.
¶ Dubito

¶ Dubito verè, quòd verum non ſit. Nam in eo non diffe-
runt, quòd arbiter, & non arbitator de iure habeat pronun
ciare. Quia imò etiam arbitrator debet pronunciare de iu-
re. & ſi non fecerit, moderatur eius pronunciatio per arbi-
trium boni viri: vt dixi ſatis. ſ. in proxima quæſtione. Cum
ergo inſit tacite expreſsio, naturam non mutat. ff. de tutel. l.
muto. §. j. de le. j. l. iij. de condi. & demon. l. conditiones, quæ
extrinſecus. Et quod notatur infra de elect. c. ij. & de ſpoſa.
c. vnio. libro. vj. imò ſecundum opinioné, quã tenet ſequen-
tur. iiij. differentiam, quam dixi in quæſtione præcedenti. §.
iiij. Differentia enim magis videtur ineſſe ſentétię arbitra-
toris, quã arbitri, ꝙ de iure fiat. vnde licet pateat, ꝙ partes
facere poſſunt, ēn dico, ꝙ poſt naturam eius in ſubſtantia-
libus mutat, nõ poſſunt facere etiam expreſſum, ꝙ ſit arbi-
trium. ff. de preca. l. cũ precarium. ar. C. de codicil. l. nec codi
cillos. & de leg. j. l. nemo. Non enim poteſt dici ad inſtar iu-
dicij, vbi ordo iudiciarius eſt ſublatus deficiente iuriſditio-
nis fundamento. ff. e. l. j. quia tunc nec res ipſa, nec ſimilitu-
do rei reperitur. Nec obſtat, quòd iudices qñq; de plano ꝓ-
cedunt, & qñq; ſummariè, & qñq; ſine figura, & ſtrepitu iu
dicij: quia ibi ſemper remanet iuriſditionis fundamentum:
& ſemper aliquis ordo ibi etiam requiritur, vt legiť, & not.
16 in cle. ſæpè. allegata. ¶ † Sed etiam fortiter dubitarem, vtrũ
propter illud verbum, & de facto, cum dicitur, quòd poſsit
procędere de iure, & de facto cenſeatur ſublata natura arbi
trij, quę, hoc verbo ſublato, adeſſet, vt dixi in quæſtiõe prę
cedenti. §. vlterius etiam dicit. Et eſt ratio, quia non ſeruato
iuris ordine in modo proceſſus, opus eſt quandoq; exa-
minatione in facto. ſ. de elect. ſi forte. ff. fini. regun. l. ſi irru-
ptione. Dico tamen circa hoc cõſyderandam naturam rei,
ſuper qua compromittitur. Nam ſi eſt litigioſa, claret, quod
proximè dixi: & maxime, quia materia iſta ſtricti iuris eſt.
ideò habenas arbitrorum laxare non debemus. vt. ff. eodẽ. l.
non diſtinguemus. §. de officio. & quia veriſimile eſt in du
bio, quòd partes non volunt renũciare defenſionibus ſuis.
ff. de proba. l. cum de indebito. in fi. Sed ſi eſſet nõ litigioſa,
nec ad hoc bene diſpoſita, æquum foret tenere, quod priùs
17 dixeram. ¶ † Sed materiam huius quæſtionis proſequẽdo,
adhuc circa hoc quæritur, vtrum in caſu proximo ſenten-
tiæ compromiſſarij, etiã iniquę neceſſariò ſtari debeat. Ar-
guit Bartolus, ꝙ ſic: quia arbiter eſt ſecundum eum. Arguit
in contrarium, quia. §. ſtari. videtur intelligendus de arbitro
procedente in forma iuris. Cuius ſententia ex ſolennitate
proceſſus maiorem reportat ſolẽnitatem. Finaliter hoc re-
mittit cogitationi ſtudioſi. Breuiter tamen diſtingue: quia
aut tenetur ſeruare ſolennitatem proceſſus, aut non, quam
diſtinctionem collige ex his, quæ dixi. ſ. Primo caſu ſubdi-
ſtingue: quia ſecundum legiſtas ſtandum foret: ſed ſcdm Ca
noniſtas ſecus, per ea quæ dixi. ſ. in quinta oppoſitione, &
in prima quæſtione. vel fortè verius, ꝙ in vtroq; foro ſeruã
da eſt Canoniſtarum opinio per ea, quæ leg. & notãtur. in-
fra de prę ſcrip. qm̃. & de excep. cum quidã. li. vj. Ceſſat, qñ
caſus ſecus, quia tunc cenſendus eſt arbitrator, & non arbi-
ter: vt dixi in ꝓxima. q. Cuius iniquitas ſemper reducen-
da eſt ad arbitrium boni viri: vt dixi in. j. q.
18 ¶ † TERTIO quæritur, pone: compromiſſum eſt in ali-
quem tanquàm arbitrũ arbitratoré, ſeu amicabilé cõpoſi-
toré, pœna appoſita: deinde pronunciať: nec apparet, qua-
liter proceſſerit, nunquid valebit dictum eius iure arbitrij,
vel nunquid iure arbitratus tm̃: an verò iure vtriuſq;, vel iu
re neutrius? Spec. mouet. eo. ti. § pe. aliàs, vltimo. verſ. ſed po-
ne, ꝙ ſicut. & arguit pro, & contra. Et finaliter dicit ſecundũ
Vber. de Bona. & Alb. Gal. ꝙ valet eo iure, quo meli⁹ valere
põt. & potiùs iure arbitrij, vt nõ poſsit reduci ad arbitrium
boni viri. ff. mã. qui mutuã. Maximè, quia pœna vallatũ eſt.
Nam verborũ multiplicatio ſubſtantiã nõ mutat: vt ibi vi-
de Inducit Collec. no. ne ſe. vacã. c. j. Et hoc verũ ſcdm Alb.
qñ nec ex verbis ſententię: nec per acta: quia cũ nulla appa-
rẽt, diſcerni nõ põt, quo iure ꝓceſsit. Aſs auté ex mõ cõpro
mittendi ꝓcedẽdi, & pronunciandi cognoſcemus: an fece-
rit, vt arbiter. vel vt arbitrator, ſcdm Bart. in. d. § arbitrorũ.
19 † Sed quid ſi talis ſub dicta forma electus. primò libellum
recepit, litem facit cõteſtari, & de calumnia iurari: poſteà
vult tãquã arbitrator cognoſcere, & diffinire: nũquid põt?
vide Spec. in. d. §. vltimo. verſ. ſed quid ſi compromiſſum. vbi
ipſe arguit, ꝙ nõ. & opinionem contrariam ſubdit. Sed ſi de
facto hoc fecerit, vt quia poſt libellũ, litis cõteſtationẽ, & iu
ramentum de calũnia recepit teſtes partibus non vocatis,
& publicauit, ac ſentẽtiauit ſine ſcriptis: nũquid tenet ſnia?
poſſet dici, ꝙ ſententia nõ tenet ſcdm quoſdam: quaſi eligen
do ab initio viã iudiciariã videatur alijs renũciaſſe. ar. eius,
quod legitur, & notať. j. de pręſump. nõne. de app. ſolicitu-
dinem. § ſi. de elec. vt quis duas. li. vj. Et quia varietas repro-
batur. de reſcrip. cum in multis. e. li. & de ſequeſtra. fruct. c. j.
vbi vide Collectariũ in fine. Hoc mouet Spec. vbi. ſ. ſed nõ
determinat. Sed poſt præmiſſa dicit, ꝙ alij cõtradicunt, de
quorũ numero videnť fuiſſe Inn. & Hoſt. de prę ſcrip. cũ ex
officij. vt hic refert Collec. inducés ꝓ pria ſnia collecta ſua.
de in inte. reſti. conſtitutis. Sed rñderi poteſt illis, ꝙ nõ ha-
bẽt locum in talibus, qui de voluntate partiũ procedere poſ
ſunt, ſicut placet. Ratio eſt, quia illi non habent ſpectare or-
dinem, ideò nõ renunciant per vnam viam alteri. Itẽ loquũ
tur in his vijs, per quarũ vni⁹ electionem ius in alterius re-
pudiatione alteri acquiritur. Non ſic in propoſito. Collect.
Vnde ſcdm Hoſt. hîc meliùs eſt, vt dicamus ipſam valere, ſi
æqua ſit: alioquin ad arbitrium redigendum eſt. Et ideò ex
hoc infert Hoſt. ꝙ talem nõ arbitrũ, ſed arbitratoré iudica-
re debemus: vt ſic in hoc dubio omnis ceſſet iniquitas. ar. ff.
de eo, q. l. cert. lo. l. qđ ſi Epheſi. & litigia reſtringanť. ſ. de re-
ſcrip. c. nonnulli. § cũ autem. & res potiùs valeat, quã pereat.
j. de verb. ſign. Abbate. hic autem ſecus facit, quia non vi-
detur elegiſſe viam, per quam ſuum iudicium infringať. ff.
de teſta. mili. l. miles. de acqui. hære. l. Claudius. Et idem te-
nuit Franciſcus Accurſij in ſua quęſtione, quę incipit: Duo
cõſortes. de hoc per Dynum ff. de fur. ſi dominium rei. vbi
Dynus inducit illam legem ad quæſtionem, quòd ſi ſic ele-
cti incipiunt cognoſcere tanquàm arbitri de iure, & poſteà
aſſumpſerunt tertium, interuentu nouæ perſonæ videtur
nouum cõpromiſſum. Et ideò poſſunt redire ad aliam viã
procedendi. Sed fatetur, ꝙ lex illa multum facit à longe. Bar
tolus autem ibi dicit, ꝙ quando tertius aſſumitur ab ipſis ar
bitris, vel à iudice, non eſt nouum compromiſſum: nec ille
tertius eſt arbiter, ſed aſſumptus ad eos concordandum: nec
debet ille ſententiare: ſed coguntur illi ſententiare ſcdm cõ
ſilium eius: vt. ff. e. l. nõ diſtinguemus. § pe. & ſi. Sed ſi aſſum-
ptus eſt à partibus, arbiter eſt: & nouum dicitur cõpromiſ-
ſum: vt in. l. Pędius. in ſi. e. ti. Facit. ff. de iuſti. & iure. l. ius ci-
uile. dicit tamen, quòd intra municipalia dicunt in quibuſ-
dã locis tertiũ arbitrũ aſſumendũ. & tunc, qa ius municipa
le appellat eum arbitrum, dicendum eſt, quòd eſt arbiter,
& cogitur etiam ſententiare. hoc etiam mouent Dynus, &
Bartolus in. l. miles. allegata. Sed Bartolus ibi non proſequi-
tur. facit ad hoc, quod quæritur de quæſtione attentatorum
in modum iudicij ordinarij inchoata, vtrum ſic petens po-
teſt redire ad viã extraordinariam, & petere ex officio iudi-
cis, illa tamen ante omnia reuocari. Quòd latè vide proſe-
quutum per Nouellã de appel. nõ ſolũm. in verbo, ante oĩa.
li. vj. Et etiam ſimilis quęſtio, ſi incepiſſet procedere, vt ar-
bitrator: nunqd poſſet redire ad viam arbitrij. Super quo vi
de Speculatorem in dicto verſi. quid ſi compromiſſum. in
fine. & eodem. §. verſicu. ſed nunquid poteſt. Tu cogitabis.
20 ¶ † De illo vero, qui ſimpliciter eligitur in arbitrium: nun-
quid poterit procedere vt arbitrator? Dicit Collect. Specul.
notaſſe vbi ſupra quòd non: & ſe credere, quòd benè: quia
verbis eſt ſtandum: maximè in talibus, vbi aliàs de men-
te non apparet: vt notatur de verborum ſignificatione,
prętereà. de offic. deleg. ſuper eo. Et hic dicit aſſumptos fuiſ
ſe, vt arbitros, vel arbitratores. & dicit ſic notaſſe Inno. in. c.

Quintauallis.vel dicit, ꝙ propter naturam negotij hîc in-
telliguntur electi duo arbitratores.

21 ¶ QVARTO quæritur, pone partes promiſerunt ſta-
re dicto arbitratoris ſub pœna.c.librarum:& arbitrator ini
què pronunciauit exprimens iudicio ſuo,ꝙ vult ſuam ordi
nationem adimpleri infra octo dies:pars condemnata vo-
lens infra decem dies recurrere ad arbitrium boni viri,non
poteſt infra nouem dies:quæritur nunquid ab ea poteſt pe-
ti pœna? Dicunt quidam,quòd ſic:quia ad hoc ipſum po-
tuit ſe obligare.Nam in re ſua quilibet eſt moderator,& ar-
biter:vt.C.man.l.in re mandata.& iuſtum eſt vnicuiq; ſua
committere.C.de iudæis.l.nemo exterus.Vnde mathęi.xx.
an non licet mihi facere,quod volo? Alij verò hoc negant,
vt recitat Innocē.cum hoc in hoc iuramentū ſit fortius pœ
na:quod iuramentum non adſtringit talem ad parendum
quouſq; redactum ſit ad arbitrium boni viri:vt hîc patet.
Et in hoc,quod ſcripſi.ſ.igitur pœna minus ipſum adſtrin
gere poteſt.Et hoc vltimum teneat ſecundum Hoſt. quādo
generaliter iuratum eſt de ſtando dicto arbitratoris.Sinau-
tem ſpecialiter,& expreſſè dictum fuit,quòd ius vnius par
tis in totum,vel in partem poſſet dare alteri,& ꝙ quantun-
cunq; iniquè pronunciaret debere ſtare dicto ſuo,& iura-
mentum interueniſſet,vel pœna eſſet promiſſa:niſi dictum
ſuum eſſet contra Deum:in quo nullo modo parendum eſ-
ſet:vt patet in eo,quod notatur.de tempo.ordi.ad aures.§.j.
in omni alio caſu de rigore iuris iurans,& non parens deie-
raret,& promittens pœnam ipſam incurreret.de iureiu.c.ſi
verò.cum ſuis concordantijs.Et patet in eo quod legitur,&
notatur.ſ.de pact.c.j.& iij.Et ſic poteſt intelligi prima opi-
nio,& iura pro ipſa inducta.licet fortè ex æquitate iudex ex
officio deberet occurrere iniquitati q̄ tāta poſſet eſſe pēſa-
tis cauſis locis temporibus, & qualitatibus perſonarum:
vt patet in eo,quod legitur,& notatur.ſ.de tranſact.c.ſi. Et
in iſta decretali.Talis enim ſecundum Inno.non poteſt dici
22 ſimplex arbitrator,&c.¶ † Vnde Henricus circa hoc,vtrū
ſi ſententia ſeu dictum arbitri,vel arbitratoris ſit iniquum,
poſſit,vel debeat,non obſtante iuramento,vel pœna appo-
ſita emendari,vel redigi ad arbitrium boni viri. diſtinguit,
quia aut in compromiſſo dictum fuit ſpecialiter,& expreſ-
ſè,quòd ius vnius in totum,vel in partem poſſit dari alteri.
& quòd quātuncunq; iniquè pronunciaret,deberet ſtari di
cto ſuo.& tunc,debent partes ſtare dicto ſuo: aliâs ille, qui
non ſtat,periurus eſt,ſi iuramentum interuenerit.vel com-
miſſa eſt pœna,ſi promiſſa fuit:niſi dictum eſſet cōtra Deū.
quia tunc non eſſet obediēdum.xj.q.iij.Iulianus.&.c. Quin
tauallis.Sed etiam in caſu præmiſſo iudex ex officio ſuo cō-
ſyderata qualitate perſonarum,loci,& temporis,& alijs cir
cunſtantijs poterit tantæ iniquitati occurrere ſecundum
Hoſtien.& Nouellam per proximè dicta. Sed caue,quia ꝓ-
ximè dicta ponunt ipſi non in arbitro, ſed in arbitratore.
Et ita Henricus in hoc dicta eorum extendit:aut non fuit
hoc dictum:& tunc aut ſententia,ſiue dictum arbitri, ſiue
arbitratoris eſt expreſſè contra leges, vel canones: & tunc
non valet,ſed debet emendari:vt.ff.de appellat.ſi expreſſim.
& not.gl.in dicto.§.ſtari.Idem multomagis ſi ſit contra legē
Dei.x.di.lege.cum concordantijs ibi ſignatis. Et idem his
ceſſantibus,ſi ſit doloſè latum:quia tunc non oportet ei ſta-
ri,ſed debet ad ſuperioris arbitrium emendari:vt.ff.eo.l.ita
demum.&.C.e.l.arbitratorum.& notat gl.in.§.arbitrorum.
&.§.ſtari.allega.Hoc ceſſante,ſi quæratur de ſententia arbi-
tratoris,illa poteſt,& debet redigi ad arbitrium boni viri:
vt.ff.de ope.libertorum.l.ſi libertus ita iurauerit.& dicto.§.
arbitrorum.& hic.Et idē de ſententia arbitri, ſi corruptus
fuit,ſecundum Hoſt.vel ſi euidēter peccati iniquitatem cō
tineat.Quia tunc ordinarius ex officio ſuo hoc faciet emē
dari,vt hic.& infra.c.proximo.& in.c.expoſita.Quod Hen-
ricus verum intelligit,quando infra decem dies fuit con-
tradictum,vel reclamatum à parte conquerente:aliâs con-
tra,vt notatur infra.c.per tuas.& per Hoſtien.hic & in Spe
culo.eo.titulo.§.ſi.verſi.infra quod tempus.Cuius occaſio-
ne ſubdit quod ſcripſi ſupra eo.in quinta oppoſitione,verſ.
& quicquid.& notata Io.& Archidiaconi.ſecunda quæſtio-
ne ſexta.à iudicibus.in gloſſa ibi:dicas. ¶ Si verò ſententia
arbitri non continet euidenter iniquitatem peccati: tunc
aut enormiter lædit partem:& tunc reducitur ad arbitriū
boni viri.& hoc caſu dicit non ſtandum legi,ſed canoni:dū
modò infra decem dies fuerit contradictum.argu.dictæ le-
gis,ſi libertus.Et ita dicit Innoc.loqui in.c.Quintauallis.in
ſi.& Hoſtien.poſt eum.& Archid.in.c.à iudicibus.allegatis.
Et ſic intelligit quod notat Ber.infra eo.expoſita.in gloſſa.
ſed videtur.Aut lædit leuiter,& modicè:& tunc de tali mo
dico non eſt curandum.Et ſic poſſet ſuſtineri,& intelligi.§.
ſtari.ſecundum eum.ſic intelligit gloſſam Inno.& Hoſti.in
c.quintauallis.ad ſi.vbi loquitur de modica læſione, refert
ſe ad dictum arbitratoris.& in dicto arbitratoris,ſeu arbi-
tri ſentire videtur,quòd ſemper illi ſtatur:nec vnquàm re-
digitur ad arbitrium boni viri.Et iſta eſt communis opi-
nio legiſtarum.Sed fateor,quòd dictum Hēnci placere vi-
detur Hoſtien.& ſequacibus ſuis.Et vtrum aliquis poſſit re
nunciare arbitrio boni viri per iuramentum,vel aliâs re-
mittit ad notata Dyn. de regulis iuris.l.ſcienti.libro ſexto.
Et Specu.eodem titulo.§.vltimo.verſi.item quid ſi compro
miſſum.vbi tenet,quòd non.Et ita videtur tenere Ber.in-
fra eodem.cum dilectus.in fine.Et bene ſecundum eum, li
cet Accuſius innuat contrarium.ff.ſi menſ.fal.menſ. di.l.ſi
duobus.§.j.ſuper verbo,venditor.

23 ¶ † QVINTO quæritur,pone:ſuper actione iniuriarū
compromiſſum eſt in arbitratorem:nunquid partes cogen
dæ ſunt ſtare dicto arbitratoris,propoſita actione iniuria-
rum? Dixerunt quidam,quòd ſic. Nec obſtat, quòd actio
iniuriarum competit ad intereſſe,ſed ad vindictā Non eīn
eſt in bonis noſtris.ff.de iniurijs.l.iniuriarum actio. reſpō-
dēt,quòd ſi condemnauit arbitrator in.c.libris,illæ petun
tur ex vindicta.Alij dicunt,quòd arbitrator iſte in continē
ti poſt iniuriam aſſumptus non fuit.& ſi aſſumptus fuiſſet,
in continenti,tamen ſi iuramentum n ōinteruenīſſet,ex di-
cto ſuo,non daretur actio,ſed exceptio tantùm reo qua-
ſi tranſactionis,vel pacti ſic modificati,actori non reſerua
retur actio priſtina.C.de pactis.l.cum proponas.Et ſi illi nō
ſubeſſet,daretur condictio ob cauſam: vt ſe reponeret in
priſtinam obligationem: quòd ſi res tradita fuit, vt eam
reddat.C.de rerum permutatione.l.prima.&.l.quoniam aſ-
ſeueras.ff.de condictione ob cauſam.l.ſi quis.vel ad intereſ-
ſe.C.de rerum permutatione.l.cum precibus. &.l.rebus.ff.
de condictione ob cauſam.l.ſi mulier.& de iure dotium.l.ſi
pater.&.l.quemadmodum. Vel officium iudicis:vt. ff. de
præſcriptis verbis.l. ob eam cauſam quis. ſecundum In-
nocentium,Hoſtienſem,& Nouellam.in.c. Quintauallis.
Sed certè ſatuum reputarem ipſum,ſi ſibi ex ſententia, vel
compromiſſo competeret quòd recurreret ad actionem
iniuriarum.

24 ¶ QVAERO igitur, vtrum ex ſententia arbitratoris
oriatur aliqua actio? vide quæ ſcripſi poſt Innocentium ſu
pra eo.quæſtione prima.§.item ſecundum eum. Ex quibus
colligit Bartolus in.§.arbitrorum.quòd ſi arbitramentum
iuratum eſt,competit actio in factum ex iureiurando:aliâs
nulla oritur actio ex arbitramento,ſed ex ſtipulatione, vel
contractu præcedente. Et dicit Bartolus quòd hoc vlti-
mum eſt verum:quia arbitramentū implet contractum. &
ex cōtractu oritur actio:vt in.d.§.arbitrorū.&.C.de cōtrah.
empt.l.ſi.l.ſi quis arbitratu.&.l.ſi libertus.alleg.Dicit tñ, ꝙ
primū.i.ꝙ ex iuramento cōpromiſſi oriaſ actio in factum,
nō eſt verum:quia nō oriſ actio ex iureiurando,niſi qñ eſt
deciſoriū litis prout ipſe notauit.ff.de iureiu.l. iuſiurandū,
qd ex cōuentione.Sed iuramentum qđ apponitur in com-
promiſſo,eſt ad confirmationem contractus:ideò actionē
nō producit.Ex quo dicit,ꝙ ſnia arbitrorū nō habet paratā
executionē:ſed agendū eſt ex ſtipulatiōe ꝓpoſita,vel ex con

tractu præambulo,& impleto per arbitramentum: aut in
continenti appoſita:vt notatur in textu.C.de exceptione
rei iudicatæ.l.nimis properè.& de re iudicata.ſi cum nulla.
licet, vt dicit Hoſtienſis,videatur tenere contrarium.in.c.
Quintauallis.Sed ipſe malè recitat Innocentiũ.Nam Inno.
non dicit,ꝙ ex iuramento compromiſsi detur actio in fa-
ctum:ſed dicit.ꝙ vbi comminatum eſt,poteſt ille, pro quo
fertur ſnĩa,petere per officium iudicis,vt ſoluat condemna
tus id,in quo cõdemnatur:quod põt de iure canonico.vt pa
tet ex lectis,& notatis.ĩ.de iudi.c.nouit.

25 ¶ †QVAERITVR vtrum per ſnĩam arbitratoris in-
terrumpatur præſcriptio? Iſta eſt queſtio Oldr.xxvij.ſcd̃m
librum meum.vnde ſcd̃m eum videtur dicendũ,ꝙ licet per
libellum corã vero arbitro collatum,& miſsionem executo
ris interruptio fiat:vt.C.e.l.cum anteà.§.& licet non ignore
mus.per amicabilẽ tñ cõpoſitionem,quæ tenet locum trãſ-
actionis:vt in auth.vt differen.iudi.§.ſi verò contigerit. &
dixi.ſ.nõ fiat interruptio ciuilis:quia hic modus inter alios
modos ciuilis interruptionis nõ enumeratur:qui notantur
per gl.C.de præſcri.xxx.anno.l.cum notiſsimi.§.penul.&.ĩ.
de præſcrip.illud.de naturali verò interruptione nõ eſt du-
bium:quia illa nõ fit ſine poſſeſsionis amiſsiõe:vt.ff.de viu-
ca.l.naturaliter.vide in Specula. de arbitro.§.ſinitur.verſu,
quid ſi factus ſit.

26 ¶ SEXTO quæritur, quo iure ſententia arbitratoris re-
ducitur ad arbitrium boni viri? dicit Bar.in.§.arbitrorũ.ꝙ
Innoc.& Spec.vidẽtur velle,ꝙ ſic,per officiũ iudicis,eo mõ,
quẽ ſcripſi.ſ.in.j.q.verſ.itẽ ſcd̃m eũ.&.ſ.in ꝓxima.q.§.que-
ro igit.Sed dicit,ꝙ textus videtur velle.in.§.arbitrorũ quòd
imò iure actionis ex eo cõtractu.Sup hoc Bart.ſic diſtiguit:
quia aut quęrimus in contractu ſtricti iuris:& tunc per offi
cium iudicis:vt.l.ſi libertus.Aut in cõtractu bonęfidei: &
tunc aut ex eo cõtractu oritur actio ei,q vult petere reduci
ad arbitriũ boni viri:& tũc ad hoc cõpetit ſibi actio ex eo
cõtractu.Aut nõ,& nõ cõpetit illi actio.Exẽplũ in contra-
ctu dotis fuit cõpromiſſum in aliquẽ,vt ſtatueret de dote
danda alicui mulieri,ſed in quantitate,quã ſtatuit, mulierẽ
nimis grauauit.Certè ex parte mulieris cõſtante matrimo-
nio nulla erit ad id repetendũ actio: & tunc recurritur ad
officium iudicis.ar.l.ſi libertus.Hoc ꝓbat aliter,quia ſi mu-
lier cõueniretur à viro vigore illius arbitramẽti,poſſet ex-
cipere de eius iniquitate:& ſic per officium iudicis merce-
narium de iniquitate cognoſceref.Sed ita videtur,ꝙ vbi qs
habet exceptionem,etiamſi nõ conueniatur,põt iudicis of-
ficium implorare:vt ab aduerſario nõ inquietetur:vt.C.qui
bo.ced.poſſunt.l.ij.ſcd̃m Vin.Facit.ff.de libera.lega.l.Aure
lius.§.centũ.& qd ibi not.nam notatur ibi,ꝙ legatario libe-
rationis ad tempus,poteſt petere,vt interim hęredi ſilentiũ
imponatur.Pro quo.ff.de fideiuſ.l.ſi contendat.Nec obſtat,
ff.de cõtra.tutel.iudi.l.ij.§.contrariũ.quia licet nõ competat
contrariũ tutelæ iudiciũ,vt ibi:poteſt tñ iudicis officiũ im
plorari:vt in.d.§.centũ.Et hæc opinio,ꝙ hęc reductio petaf
officio iudicis,placet Specu.de arbi.§.vlti.verſ.ſed quo iure.
per.c.iſtud,&.c.expoſita.ĩ.e.ti.Qd officium latiſsimum eſt.

27 ¶ †SEPTIMO quęritur quis eſt ille bonus vir,ad cuius
arbitrium pro reductione tali recurritur,ſeu quis eſt iudex,
cuius ad hoc officium imploratur? Spec.de arbitro.§.j.verſ.
ſed quis erit.dicit,ꝙ ille erit iudex loci:vt.ff.de verb.ob.l.cõ
tinuus.§.cũ ita.& ita notaf in.§.arbitrorum.& per Cy.C.de
contrahẽ.emp.l.ſi.q.iij.vbi dicit,ꝙ ille non erit frater, quia
habet Dyabolũ ſub cappa.& ibi vide in.iiij.q.qualiter adeũ
dus eſt ille bonus vir.& in.q.ſequẽti,qualiter compelli põt
arbitrator aſſumptus.Et dicit etiã Spec.vbi.ſ.ꝙ ad hoc non
obſtat iuramẽtum.quia tacitam habet cõditionem,ſi ęquè
fuerit arbitratus,vt.l.ſi libertus.&.c.Quintauallis.& hic.&
c.ſe.&.c.cum tempore.&.c.veniens.de iureiur.&.ſ.de elect.
cauſam,quę.& quod ipſe notat.e.ti.§.ſi.verſ.itẽ ſi compro-
miſſum.Et quid ſi fuit expreſſum in iuramento,qd de præ-
cepto iniquo non conquereretur? & ſuper hoc vide Cyn.C.
de contrahen.ſti.l.ſi.in. j.q.Bar.verò dicit in.§.arbitrorum.
ꝙ aduocati communiter dicunt,ꝙ debet eſſe iudex Apoſto
licus.Cum iſta aditio ſit quædam ꝓuocationis ſpecies:vt.l.
non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.e.Bar.putat contrariũ,
dicens ꝙ imò eſt iudex cauſæ principalis.Probat per ea,quę
ſcripſi.ſ.in ꝓxima quæſtione.Nam ſi hoc petit iure actio-
nis & idem ſi petatur per officium iudicis.C. vbi, & apud
quos.l.ij. Unum tamen putat aduertendũ videlicet, ꝙ qñ
iſtud officium iudicis imploratur à reo,cui exceptio cõpe-
tit,poterit iſta reductio peti coram iudice ipſius rei: licet
non ſit iudex actoris.Ratio,quia cauſa iſta quæ aliâs exami-
¶ Decimuſſeptimus eſt, quia non poteſt ordines ſuſcipere. xxiij.diſtin. ſacratas. Nec obſtat.xviij.quæſtione.vij.dyaconiſſam quia impropriè loquitur. vel dicitur fieri dyaconiſſa non quòd ordinetur ad modũ diaconi, nec characterẽ recipiat: ſed vt Euangelium in matutinis valeat recitare, non in apparatu, vel ſolenniter: ſed ſimpliciter in modum lectionis. Super quo vide, quod plenè ſcripſit Nouella in dicto.c. noua quædam. ſuper gloſſa ſecunda.

¶ Decimuſoctauus eſt, in poſtulatione.ff. de poſtula.l.j.§. ſexum. & ſeq. iiij. quæſtione ſeptima. c. infamis.§. tria.

¶ Decimuſnonus eſt, in tutelæ receptione. l. fina. excipe matrem & auiam.C.quando mulier tutoris offic.fung.poſſ. l.fina. & in authen. vt lice. ma. & auiæ.

¶ Vigeſimus eſt, in accuſatione: vt.ff.de accuſa.l.qui accuſare.xxxij. quæſtinne.j. in publico.exceptis caſibus, vt legitur & notat.ij.q.j.probibent.xv.q.iij.nemini.iiij. q ſi.omnibus.

¶ Vigeſimuſprimus eſt, in alterius delatiõe.ff.de iure fiſci.l. deferre &c. ¶ Vigeſimuſſecundus eſt, in populari actione. ff.de popu.actio.l.mulieri. ¶ Vigeſimuſtertius eſt, in filiorum poteſtate. Inſtitutionib. de adoptionibus.§. fœminæ.

¶ Vigeſimuſquartus eſt, in officij argentarij remotione.ff. de eden.l. penul. ¶ Vigeſimuſquintus eſt, in teſtamentorum teſtificatiõe. Inſti.de teſta.§. ſed neq;.ff. de teſta.l.qui teſtamento.§. mulier. ¶ Vigeſimuſſextus eſt, in procuratione.ff. de procu.l.nec fœminas. Fallit forſan, ſi cõſtituat princeps.ſ.de confir. cum dilecta.§. quia verò. ¶ Vigeſimus ſeptimus eſt, in contratabulas bonorum poſſeſſione.ff. de contra tabu.l.illud.§.teſta. ¶ Vigeſimuſoctauus eſt in interceſſione: vt.ff.ad Velleya.l.j. licet videatur contra.ſ. de iureiur. ex reſcripto. Sed ibi ſoluitur in gloſſ. ſed quare. Et re vera non deberet numerari inter iſtos caſus: quia in hoc eſt conditio earum melior. vt in alijs multis eſſe videtur.

¶ Vigeſimuſnonus, eſt in criminali teſtificatione ſecũdum

canones.ĩ. de verbo.ſig.c.forus. in fine.xxiij. quæſtiõe.v.mulierem.licet ſecus ſecundum leg.xv.quæſtione quarta, ex eo. ¶ Trigeſimus eſt, in magiſtratus ſuſceptione: vt.ff.de regulis iuris.l.ij. ſed iſte incidit omnino cum.xiiij. ¶ Trigeſimusprimus, eſt in viri ſubiectione, capitis velatione, dei ſimilitudine, & ad Dei imaginem formatione. xxxiiij. quæſtione, hæc imago.&.c.cum caput. &.c.mulierem. & comæ relaxatione.xxx. diſtinctione. c. iij. Ac ſexus complexione. infra de priuile.ex parte.C.ad Velleya.l.ſi ſine.&.l.ſi mulier. xxvij.quæſtione.j. de viduis. in fine.& xxij. quæſtione.vij. ſed illud. Atque ingreſſu ſacrarij, dum diuina celebrãtur, & altaris appropinquatione.ĩ. de cohabi.cleri.& mulie.c.primo.de conſecratio. diſtinctione.j. in ſancta.&.xxiij. diſtinctione, ſacratas. Et ſic intelligitur lex, quæ dicit in multis iuris articulis fœminarum conditio eſt deterior.ff. de ſta.ho. l.in multis .infra de teſtamen. Raynaldus circa princ. Licet poſſet dici generalius, quòd fœminæ à publicis officijs repelluntur: vt hic, & in dicto § tria. &.xxxiij. diſtinctione mulier. Quod fui proſecutus in princ.huius ſuppletionis.

a ¶ † *Septimò* proſequamur caſus, in quibus mulieris conditio melior eſt. Primus eſt in petitione veniæ ętatis: vt.C. de his qui ve.ęta.impe.l. ſecunda. Impetrat enim mulier finito anno.xviij. vir finito.xx. Item probat per procuratorẽ quod non facit maſculus. Item probat ſolùm numerum annorum, quod non ſufficit maſculo. Et eſt ratio, quia mala herba cito creſcit. Modo mulieres malæ naturæ ſunt.in authetico.vt ſine prohibitione matres debitrices.collat.viij.§. quod verò. Vnde de bonis mulieribus: non eſt facienda lex: Quia raræ ſunt, vt ibi. Vel vt eis faueamus, redditur alia ratio: quia naturale eſt, quòd quanto quodcunque ens citius ad finem tendit, citius perficiatur: vt apparet in muſca. Modò mulier citius moritur, vt in.l.qui duos.alleg. Quod patet, quia cito ſuam pulchritudinem amittunt. Alia ratio, quia iura citius aperiunt illi, quem præſumunt non incidere, quàm illi, quem præſumunt incidere.ff. de adul.l. nec ea, in fine.de pœnis, aut facta.in fine. ¶ Modò iura præſumunt, quòd tardius mulier incidit in amiſſione bonorum, quàm vir.ff.ad Velleya.l. ſi ego. Ideò citius committũt ſibi adminiſtrationem bonorum, quàm viro, qui magis eſt liberalis. ¶ *Secundus* caſus, ſeu modus, eſt in citeriori pubertate.inſtitu.quib.mod.tu. fin.in principio. Ratio eſt ſecundum Ioan. Cati, quia mulieres impuberes non nubunt. Inſti.quib.modis.tu.fin.in princ.ideò voluerunt iura, quòd vt citius nubant, citius pubeſcant. *Sed* hæc rationẽ non habẽt: quia huiuſmodi pubertas, licet diffiniatur à conſtitutione poſitiua, tamen venit à natura. Redditur ergo ratio à tota ſpecie. Vel eſt ratio ſpecialis: quia fortius eſt agere, quàm pati. Pubertatem enim conſyderauit lex, quoad effectum generationis & creationis liberorum. Modo experiẽtia rerum magiſtra docet, quòd quia difficilius eſt in natura. maſculo in actu generationis agendo emittere, quàm fœmellæ in patiendo recipere. Ideò ſecundum ſubiectam materiam citius in viro, quàm in muliere notauerunt huiuſmodi pubertatem. Quia docet experientia, quòd mulier citius eſt viripotens, quàm econtra. ¶ Tertius eſt in citius nubendo, vt Inſti.de nup.§ j.ratio eſt ſecundum Ioan. Cati propter frigiditatem, & fragilitatem mulieris. Nam frigiditas magis colorem appetit, & fragilitas minus recipere poteſt. & ideò periculum eſt, ne deterius ex mora contingat in authentico de non eligen. ſecundo nubẽtes § optimum. *Sed* licet ratio in longa mora vnde probabilis in mora tamen duorum annorum, non videtur magnum periculum. ¶ Prætereà colorẽ haberet ratio, ſi contractus matrimonialis, pcedit à iure poſitiuo. *Sed* quia procedit à iure naturali, vt ſatis patet ex his, quæ deduxi in quodam conſilio meo, quod incipit: Iudęus vxori ſuæ. quod reperies in quodam ſilio papiraceo magnę formæ. Procedit enim à mutuo conſenſu, qui iuris naturalis eſt. C. de nup.l.in copulandis. ff.de regu. iuris.l. nuptias. vnde magis attenditur pubertas naturalis ac doli capacitas, quantùm ad hoc, quàm conſtitutio poſitiui iuris ĩ. de deſpon.impub.c.j.ij. &.iij. &.c.continebatur.&.c.de illis.&.c.à nobis.&.c.ſi.eo.tit. Et ideò mihi apparet, quòd præualeat ratio, quam dedi.ſ.in proxima poſitione, ſeu caſu. ¶ Attende tamen, quòd licet non pariter pubeſcant, & ſic imparaliter de tutela exeant: de cura tamẽ exeunt pariter quia, quando vir exit de cura, ita ſagax eſt, ſicut mulier: quia etiam tunc ſibi publica rerũ adminiſtratio committitur.ff. de mu. & hono.l.ad rem. *Sed* mulier citius exit de tutela: quia citius recipit ſuam perfectionem quoad perſonæ gubernationẽ, cui datur tutor. ¶ Quartus quoad natiuitatem: vt.ff. de re.diui.l.ſi fuerit. in fine. Ponit caſum, quando ancillæ legata eſt libertas, ſi maſculum pepererit: & parit maſculum & fœminã, & neſcitur vtrum prius. Præſumitur filius primo natus: & ſic mater & filia liberæ erunt.

¶ Quintus eſt quoad rei cõmunis diuiſionem. C.de his qui ſe deſer.l.j. Iuncta. l. cum tantum.ff.de iure fiſ. Licet poſſet dici in dicta.l.j. nil ſpeciale in vxore exponendo ibi, omni patrimonio, ſcilicet quod erat reſtituendũ. Licet ſi ſpeciale ſit, poſſit eſſe ratio: quia per vxores ſecreta maritorum magis ſciri poſſunt, quam per alios. Et per hoc aliciuntur.

¶ *Sextus*, eſt quoad partum: vt.C. de rei ven.l. partum.ff. de ſta.ho.l.lex naturæ. de ſeruis non ordi.c.ſi. ¶ *Sed* contra. xxxij. quæſtione. iiij. liberi dicti ſunt: ſed illud ſecundum leg. Lombardam, quę per Romanam non regitur. de ſeruis non or.c.fin. in.j.glo. *Sed* & natus ex inquilina & decurione, ſequitur patrem & non matrem. C.de decurio l.nati.

¶ *Septimus* eſt, quoad operarum remiſſionem.ff de ope.liber.l.ſicut ¶ Octauus eſt, in commodati retentionẽ.ff. de commu.l.iij.§ ſi filia.& ſeq.quod intellige: vt ibi notatur. Ratio eſt, quia imputatur illi, qui commodauit mulieri, quam ſciebat fragilem, iuxta tractatum Velleyani. Vel ſecundum Anſelmum de ſalinis, vbi poteſt conueniri filia, ſicut filius. Et ſecundum hoc ſit octauus in bonorum punitione. C.ad leg.Iul.maieſta.l.j.§ ad filias. Quoad bona condemnati, non eſt differentia inter mares, & fœminas: quia in nihilo ſuccedunt. *Sed* quoad bona materna differentia eſt: quia mares in nihilo, fœminæ quotquot ſunt in ſalcidia ſuccedunt: vt ibi, in verſi.ad filias.qui deciſus fuit.vj.quæſtiõe.j.ſi quis.in quo dicetur, quòd propter fragilitatem ſexus, minus pręſumuntur audere. ¶ Nonus eſt, quãtùm ad pœnam adulterij. Nam de iure ffor um non erat capitalis. Nam minor capitalis eſt deportatio: vt.ff. de bon. poſ.l. edicto § j.ſi quis caut. l.ſed & ſi quis § j.de publi. iudi.l.ij. Modò crimen additum crimini auget pœnam. C. de ſeruis fugi.l. quicunq;.ff. de adult. l.ſi adulterium cum inceſtu. Modò cum quis cõmiſit adulterium cum inceſtu, ſolùm deportatur: vt.ff.de quæſtio.l. ſi quis viduam. Igitur propter ſolum adulterium minus punitur, non igitur capitaliter. argumen.ff. de pœnis.l.fin.§ in capitalibus. Iuncta.l.in crimine.ff.de adulter. Dicit tamen Bernar.de Canzolone, quòd imò de iure fforum erat capitalis, licet non fuerit declaratum per compilatores.ff.ordi. quia ſatis reputabant declaratum per Compilatores Codicis cuius compilatio compilationem præceſſit fforum. arg. in procemio Inſtitu § & cum ſacratiſſima. Vel fortè iudicis arbitrio relinquebatur. Quod Bertrando caprioli magis placet per.l.Claudius.ff.de his, quib.vt indig. ¶ De iure tamen Codicis vterq; puniebatur capitaliter quæ pœna hodiè in muliere eſt mutata: vt in authẽ.ſed hodie ibi ſituata. Ratio differentiæ eſt propter fragilitatem, imbecillitatem, ac minorem conſtantiam naturalem & diſcretionem mulieris. Quibus obſiſtẽtibus minus ſtimulo reſiſtere poteſt. ar.in § optimum.alleg.Iuncta.l.ſi.C.de indi.viduit.tollen. Et vir vxoratus magis poteſt abſtinere ab adulterio, quã vxor quia habet prius vias abſtinentię: quia cum ſoluta peccãdo adulterium non committit. & tamen vxor peccando cum ſoluto, illud contrahit. ¶ Item, quia mulieres facilius decipiuntur à viris. C. de ſponſal.l.iij. Nam requiruntur à viris, non econtra. Et qui occaſionem damni dat, damnum

dediſſe

dediſſe videtur: vt.ff. ad legem Aquiliam.l. qui occidit.

¶ Decimus eſt, in excommunicationis abſolutione, vt.j. de ſenten.excommunicati.mulieres.& in.c.ea noſcitur &c.

¶ Vndecimus, in creditorum prælatione, vt in.l. aſſiduis. allegata.ff.ſoluto matrimonio.l.j.j.de pignorib.c.ex literis.

¶ Duodecimus eſt, in muneribus ſubeundis: vt in.§.corpora.allenato, & in bonorum poſſeſſionis declaratione.ff. de contratabu.l.illud.§. ad teſtamentum. Et ibi eſt ratio diſſentiæ inter patrem, & matrem: Quia pater quandoq; habuit in poteſtate, mater verò nunquàm, & ideò præteritio matris, & non patris habetur pro exhæredatione. Inſti. de exhære.liber.§.fi. Et quia iura ſuccurrere ſolent indigentibus & non alijs. Modò habitus pro exhæredato, & non præteritus, indiget priuilegio. Igitur. Stat autem textus ibi, quia ſuos hæredes non habens.i. quia non habent filios in poteſtate: vel ſaltem tales, vt ibi notatur, &c.

¶ Decimustertius, eſt in perſonæ detentione, quia neque in ciuili, neque in criminali cauſa includatur, ſeu incarceratur. C.de cuſtod. reorum l. quoniam. & authentica nouo iure. &.C.de diuerſis iudicijs.l.ſecunda.cum ſimilibus infin.

¶ Decimusquartus, eſt in fideiuſſionis interceſſione, vt.ff. &.C.ad Velleianum, licet alij dicant, quòd deterior eſt.

¶ Decimusquintus, eſt in ignorantia iuris.ff. de iur.& fact. igno.in princi. &.ff.de proba. cum de indebito.§. ſinautem. Sed in caſibus autem in iure expreſſis, ſecundum Hoſtien. s.de iuris, & facti ignorantia.l. finali.

¶ Decimusſextus eſt, in tutoris filiorum non petiti, ſi minor ſit, excuſatione vitorum enim malos mores etiam minores infirmitas animi non excuſat. C. ſi aduerſus delict.l. j.&.ij.& in multis alijs. Sed hęc ſufficiant gratia breuitatis.

22 ¶ † Octauo aliquos caſus ſubijciam⁹, in quibus vir, & mulier ad paria iudicantur. Primò in ſucceſſione. Nam mater & filius viriliter diuidunt duas vncias, quas filius ex patris concubinarij habuit teſtamento in authen. de trient. & ſemiſ.§.conſyderemus.coll.tertia.C. de natura.libe. authentica, licet patri. ¶ Secundò, in legatorum liberorum, & parentum reſciſſo teſtaméto paterno ęqua ſolutione.ff.de leg. præſtan.l.j. ¶ Tertiò, in fugitiuorum ęqua reductione de agricol.& cenſit.l.omnes omnino.lib.x. ¶ Quartò, in ęqua inſtitutione paſſiua. Inſti. de exhære.libe.§. noſtra conſtitutio. ¶ Quintò, in matris cum fratribus, vel ſororibus diuiſis, vel permixtis ad ſucceſſionem æqua vocatione. C. ad Tertul.authentica. Et cum ſuorum ac filij, & filiæ ęqua ſucceſſione.§.de ſuis & legi. hæred.authentica in ſucceſſione.

¶ Sextò, in curſus anni, vel centum dierum datorum ad bonorum poſſeſſionem ſublata iuris ignorantia ęqua effluxione.ff.de iur. & fac. igno.l.j.in princ. ¶ Septimò, in munerum ſulutione concurdantiæ.s.allegatæ ſunt. ¶ Octauò, in pacto de lucranda dote, propter nuptias donatione ac circa præſtationis, & conſtitutionis, & eorum obſeruationem ęqualitate. C.de pac. conuen. tam ſuper dote. authentica ęqualitas.&.l.ſequenti. ¶ Nono, in bonorum poſſeſſionis ęqua delatione, & ſuſceptione.ff. vnde legi.l.j.§.j. ¶ Decimo, in caſtitatis ęqua obſeruatione. xxxij. quæſtione. vj.c.j. &.ij.& per totũ. ¶ Vndecimò, in iuris ſepeliendi ſe & alios in heredes cuiuſcunque ſexus ęqua trãſlatione.ff. de reli. & ſump.fu.l. vel quod patri.in principio. ¶ Duodecimò, in collatione.C.de collatio.authenti.quæ tertiæ. ¶ Decimotertiò, quoad communicandum, & orandum ad ſancta ſanctorum clericis non pſallentibus in viri & mulieris ęqua acceſſione. Et ſic intelligitur infra de vi. & ho.cleric.

¶ Ad omnes tres partes facit decre. indemnitatibus. Facit ad primam in hoc, quòd maior ętas requiritur in Abbatiſſa. Et ad ſecundam, & tertiam in hoc, quod Nouella ibi colligit ſuper glo.penul. Ad primam partem duos caſus. decre. vna.de regula.lib.vj.& Clemen. attendentes in fine.eo.titu. per quas apparet, quòd includuntur profeſſę. quod de maribus non habemus: & reuocantur priuilegia profeſſarum & marium. ¶ Ad ſecundam partem additur.de iudicijs.c. mulieres. libro ſexto. & de regularibus.ca, quæri in fin.

¶ Et ad tertiam de iuramento calumniæ.c.j.§ prætereà.xx. quæſtione vltima.c. Virgines. cum.c.ſeq. de baptiſ. maiores verſi.ſunt enim: de ſentẽ. excom.de monialibus. In authen. de mona.§.ij.quomodo oporteat Epi.§.quanta.& caſus dubitabilis.de quo per Ioan.and. de deſponſat. impube.c.vno. lib.vj.ſuper verbo, parentes. C.de libe. præteri.l.maximum vitium.cum ſimilibus. ¶ Prædicta in dictis tribus articulis cauſa exempli ſint dicta, quorum aliqua per Hoſtien.hic, & aliqua in Spec.de procura.§.j.notata ſunt. Studioſus autẽ de tertio articulo regulam ſibi conſtituens ad primum, & ſecũdum aliàs particularitates caſuum, prout ſibi occurrent, addere poterit. Quia fateor non omnes.s.ſuiſſe complexas.

23 ¶ Nono deſcriptionem Ioã. Cati.de muliere ſubijciu. Deſcribit enim ſic: *Mulier eſt res fragilis:* Inſti.qui.aliena.licet.in prin. *Aduerſus propriis commoda laborare ſtudens.* C.de ſponſ.l. penul. *Auara.*ff.de dona.inter vi.& vxo.l.ſi ſtipulata.ad Velleyanũ.l.ſi ego, *falſa.* ff.de accuſa.l.qui accuſare. *Rarò bona.* in authen.vt matres credi.& debitrices. & notatur per glo. ff. de legib.l.ex his. *Garruloſa.* ff.de poſtu.l.j.§. ſexum. *Nitens ad vetita.* allegat.j.de cenſi.c.j.&.ij.ſed nihil faciunt. *In voluntate momentanea.* C.de inoffi.teſta.l.filia *Timoroſa.* vt.l. quiſquis § ad filias.allegata. *Impudica.* arg.§ optimum.allegati. *Deceptrix.*ff.ad Velleya.l.ſi decipiedi.& eo.tit.l. ſi ſine.C. *Propriæ turpitudinis allegatrix.* Allegat.s.de reſcrip. ſuper literis. ſed nihil facit. Bertrand. capri. aliter ſic deſcribit. *Mulier eſt res vitialis, beſtia amabilis, odium, viri confuſio, origo diſcordiarum, ſtimulus litium, ad omne ſcelus viam inueniens.* arg xxxij.diſtin.hoſpitiulum. Sed parcãt mihi iſti domini: quia re vera iſtę deſcriptiones nihil valent. Nam de caſibus particularibus regulas faciunt. Cum tamẽ deſcriptio, ſeu diffinitio ſit reproba.quæ non comprehendit omnia ſuppoſita diffiniti.ff.de dolo.l.j.§. dolum. Dices ergo omnes virgines, & matronas tantas, præſertim de quibus faciunt memorias commendabiles vetus, & nouum teſtamentum, ſeu omnes noſtri temporis ſub hac deſcriptione comprehendi, abſit. Multę enim factæ ſunt ex multiplici virtute dotatæ, & plures viris profectiores exiſtunt imò ſalua veritate, crede, quòd licet ſint aliquę fatuę & miſerę, quæ in aliquibus dictarum conditionum participãt, pauciſſimę ſunt, quę in omnibus ſimul irretitæ exiſtant, & conſulere viris, quòd diligenter viderẽt iuxta Euangelicam veritatem, an peccatũ haberent, antequàm bonas fœminas accuſarẽt: & priùs de oculis proprias trabes eijcerent, quàm feſtucas notarent in oculis alienis. Dic enim mihi tam cupide iniuriæ muliebris, quid dices de matre propria: nunquid illi honorem talem deferes? vel dices eam ſanctiorem vniuerſis? ¶ † Decimo poſſum quærere,
24 vtrum mulier poſſit eſſe in teſtamento executrix: de quo tetigi.s.videtur, quòd nõ, per hanc decre.& illud, quod hîc notatur in prin.iij. glo.ar.ff.de admi.tuto.l.cum quis decedens.§ j. Et hanc partẽ tenent Iacobus, & Petrus. Sed Spe. tenet contrarium in titulo de fi. inſtru.§. nunc verò aliqua, de vltimarũ voluntatũ quarta columna & quinta. in verſi. qd de muliere. ¶ Pro hoc.ff.de dona.cau.mor.l.mortis cauſa capio.§.Titio. Hanc tenuit Dynus.arg.ff.de admi. tuto.l. Titia.& de alimen.lega.l.ad filium.&.l.filio.§.matri.eo. titu. Gloſſa in.l.tutela.ff. de tutelis. tenet primam partem. Dynus verò alibi ſic diſtinxit, quòd mulieres quantùm ad extraiudicialia poſſunt eſſe executrices. Sed quantũ ad iudicialia, non.argumento.ff. de negocijs geſt.l.iij.§.j.& quod notatur.ff.de regulis iuris.l.ſecunda. ¶ Ioannes cati aliter diſtinguit: quia aut quæritur, an poſſit eſſe executrix alicuius negocij particularis extraiudicialis: & dicitur, quòd ſic per iura ad partem iſtam allegata. Quia in hoc non requiritur magna induſtria. Cum eſſet per teſtatorem ordinatum, quid ageretur. Aut quæritur de executione teſtamenti generali & tunc dicit ſecus: quia tunc lis regulariter eſſe non poteſt: vt dictũ eſt ſupra.& quia officium executorum quodam modo eſt publicum, vt notatur, & legitur.C. de Epi-

ſcopis & clericis.l.nulli.¶ Ioan. de feritate dicit, quòd poteſt
eſſe executrix: vt.ff.de legatis ſecundo.l.ſi quis Titio.& hoc
eſt verum quantũ ad extraiudicialia. Sic intelligit.l.ij.§.j.ff.
de nego.geſt.&.§.Titia.allegatum.&.l.ſed & ſi quis.§.proin-
de.ff.de inſtito.Sed in iudicialibus dicit ſecus: vt.ff.ad Tre-
bell.l.Lucius.§.męuia. Sic intelligit notata in.l.ſi quis Titio.
Dicit tamẽ, quòd mixta executrix eſſe poteſt: vt.l.à filio. &
l.filio.§.matri.de ali.leg. & tunc dicit, quòd poteſt eſſe in iu-
dicio propter ſuam vtilitatem: vt in.l.à filio. Et procurato-
rem ad ſuam vtilitatem conſtituere. C. de procuratorib.l.
qui abſentem. Aliâs non.eo.tit.l.alienam.& hoc placet Ber.
Cepol. ¶ Ioan. And.in additione ſuper dicto verſi.quid de
muliere, dicit Specu. mouere in dicto verſi. mulierem non
poſſe eſſe executricem fideicommiſſariam. Quod dicit no
tari per Accurſium.ff. de tutel.l.antepenul. & placere Iaco.
de Ra.& tamen quod Accur.ff.de regu. iuris notat in.l.ſecũ
da, quòd procurare poteſt extraiudicialia, quod ſibi pla-
cet, per.l.iij.§.j.ff.de nego.geſt.alleg.Et quòd eſſe poſſit, dicit
allegari.l.à filio.in princi.de ali. lega.&.l.filio.§.matri. de ali.
leg. Et ꝙ hoc tenet Iacobus de Arenis, cum nomine actio-
nes exercere poſſit. De quo non dubitatur. Et tunc caſum
poſuit Spec.vt nõ dubium, in dicto.§.nunc verò aliqua.verſ.
xxix.§.vbi ſupra proximo, ad finem primæ columnæ in for-
ma teſtamenti ponit vxorem fideicõmiſſariam.& ita obſer
uaſ de facto quicquid de iure ſit: vt notat Spec.in dicto ver.
quid de muliere. Et idem notatur per ipſum Ioan. And. de
teſta.c.ij.lib.vj.in fine glo.ij.vbi de hoc dicam. Bart.hoc te-
tigit in.l.à filio.ff.de ali.lega.remittẽs ad notata ſua.ff.de re-
gu.iuris.l.ij.& approbat in dicta.l.ij. dictam diſtinctionem
Dyn.vt tetigi.ſ.poſt prin.huius ſuppletiõis. Sed diſtinctio
Ioan.de feritate magis mihi placet.Sed pone, quòd vxor reli
cta executrix per maritum tranſit ad ſecũda vota: nunquid
executionis officium firmatur? & videtur quòd ſic exemplo
tutelæ: vt notatur in ſimili.ff. de tutel.l. tutela. Barto. in.l.à
filio.tenet contrarium per.l.cum pater.§. hæreditatẽ. Iuncta
l.ſi arrogati.ff.de tutel.vbi tutela finitur deportatiõe: ſecus
in offi. executoris: vt in dicto.§. hæreditatem. ¶ Subdit ibi
quòd licet religioſus poſſit eſſe executor cum licentia ſupe-
rioris, infra de teſta.c.ij.libro.vj. nõ tamen fratres minores:
vt in decretali exiui.&c.

25 ¶ † VNDECIMO quæritur nunquid mulier habens
dignitatem ex ſucceſſione, puta Ducatum, Comitatum, vel
Baroniam, poſſit eſſe iudex: videſ quòd ſic per id, quod hîc
legitur, & notatur. C.de arbi.l.ſi.& quia acceſſorium ſequi-
tur naturam principalis vt.j.de regu.iuris.acceſſorium.lib.
vj.Et tunc iuriſditio videtur acceſſoria. ad territorium.ff.
de verbo.ſig.l.pupillus.§. territorium. Pertinentia enim eſt
dignitatis iuriſditionem habentis iuriſditio ipſa. Si ergo
habet dignitatem: igitur & iuriſditionem. igitur & vſum &
fructum ipſius iuriſditionis.ar.ff.de rei ven.l. ſolum.§. meũ.
Et hoc hîc tenere videntur Innocen. & Hoſti. vt ſcripſi.ſ.
in ſuppletione proximè præcedẽti. ¶ Iaco.de Ra.& Ioan.
Rolan.tenẽt cõtrarium: quia licet mulier ſuccedat pupillo,
non tamẽ eſt tutrix.Inſti. de legi. pa.tutel.§. penul.in fine. Et
hanc tenet Bertran.caprioli, per.l.ſi.C.eo. Iuncta.l.j.ff.eo.&
per.l.ij.ff.de re.iur.quę loquitur indiſtinctè, iuncto quòd in
regula conſtituenda indefinita pro vniuerſali accipitur.Ra-
tio enim quare nõ poſſunt eſſe iudices, eſt ne publicis & vi
rilibus officijs ſe immiſceant.ff.de iudi.l. cum prætor.§. fin.
Quæ ratio, vel maior in iſtis locum habet.ar.C.de Orphi.l.
ſi qua illuſtris mulier. ¶ Ad.§ territorium. Reſpõdent quòd
iuriſditio habet duplex extremum. & de illo loquitur ille.§.
Aliud eſt in iudice, vt.ff.de muner.l. munerum.§. iudicandi.
vnde primum habet, ſed non ſecũdum. ¶ Induco ego quòd
eccleſiaſticæ pſonę ratione dignitatũ eccleſiaſticarũ in cau-
ſis criminalibus etiam cum imperio mero ad mortẽ & mu-
tilationem infligẽdas: Puta propter Ducatus, Comitatus,
& Baronias, ad ſuas dignitates eccleſiaſticas pertinentes nõ
poſſunt per ſeipſos, perſonarum conditione obſtante iudi-
care. Sed tenetur cauſas iſtas perſonis habilibus delegare. in-
fra ne clerici vel monachi.c.fin.libro. vj. ¶ Secundò induco
pro hoc iſtum textum, qui vltra dignitatem requirit conſue
tudinem, licet dici poſſet, quòd de adminiſtratione, vel iu-
riſditione reginę non conſtabat. Nam iuriſditio & admini-
ſtratio regni nõ pertinet ad reginam, ſed ad regem: niſi eam
diceremus fuiſſe talẽ, quæ ſucceſſiſſet in regno. Quod eſſet
26 diuinare ad textum. † Hodie autẽ de conſuetudine mulie-
res non ſuccedunt in regno Franciæ. ¶ Et apparuit in rege
Phli.huius nominis vltimo, qui licet collateralis exiſteret, à
regni ſucceſſione excluſit. Neſcio tamẽ ſi tempore iſtius de-
cretalis habebat locum talis cõſuetudo in regno. Miror, ta-
men quòd in allegatione huius conſuetudinis ſuppleuit in
facto, contra ea, quæ notantur, & leguntur. C. vt quę deſunt
aduoc.l.j. & ij.&.ſ.de poſtu.præla.c.bonæ.j. cum ibi notatis
in prima glo. ¶ Sed dic, vel quòd hoc erat allegatũ & pro-
batum per partem: vel erat notorium Papæ. ſuper quo vide
Henric.ſ.de poſtu.c.bonę.j. ¶ Credo tamen quòd ſi eſſet
regina in ſucceſſione talis regni, quod ſuperiorem non re-
cognoſceret, non obſtaret ſibi hęc iuris poſitiui inhabilitas:
quia ius illud eam non ligaret.ff.de legi.l.Princeps. Sed ſi eſ-
ſet ſubiecta imperio, à quo lex iſta ꝓceſſit, probabilis eſſet
opinio: quòd teneretur iudicialia alijs perſonis idoneis de-
legare, per prædicta. ¶ Nec puto in caſu prohibito prodeſ-
ſe conſenſum partium. argumentũ. ff. de poſtulan.l.quod
prohibet &c.

27 ¶ † DVODECIMO quæro, nunquid proceſſus fa-
ctus per mulierem iudicialiter, partibus non reclamãtibus,
ſed tacitè conſentientibus, valeat? Et nunquid, ſi vt procu-
ratrix, vel vt aduocatrix in iudicio interuenit, vitietur pro-
ceſſus propter hoc ipſo iure? Videtur, quòd non: quia licet
lex prohibeat fieri, non irritat factum. Igitur non videtur
irritum. argu.C. de legi.l. non dubium. à contra. & quando
appel.ſit.l.j.§ biduum. lex enim, quæ ſtat in alijs finibus pro
hibitionis, non videtur factum cogitaſſe, ſed pars. C. vt quę
deſunt aduoca.l.j.& de procuratorib.l. ita demum. &.ff.de
procuratorib.l.filiusfamiliâs.§. veterani. Simile.C.de preci-
bus. Impera.offerendis.l.j. &.l.vniuerſis. Licet enim prohi-
bere poſſit eam prætor, vt.l.quod prohibet allegata. & eam
contra prohibitionem attentantẽ mulctare.ff.ſi quis ius di-
cen.non obtemp.l.j. Tamen nõ propter hoc ſequitur quin,
partibus tacentibus factum in contrarium valeat. Vnde Io.
Cati.dicit de procuratione, & aduocatione, quòd hoc facit
tacitus cõſenſus partium, quod non poſſet facere expreſſus:
ſicut notatur in milite, vt in.l.ita demum. allegata. ¶ Sed
hoc reprobat Cynus poſt Iacobum, & Petrum in milite.in
dicta.l.ita demum. quia non placeat Deo, quòd expreſſus
conſenſus, vel tacitus hoc faciat. Vnde cum de iure non plus
poſſit tacitus, quàm expreſſus: imò hoc facit tempus & ter
minus exceptionis dilatoriæ. Et idem dicunt in fœmina
& in ſimilibus perſonis, quæ non habent legitimam perſo-
nam ſtandi in iudicio: quia idem iudicium de tacito & ex-
preſſo.ff.ſi cer. peta.l.cum quid. Ac de directo & obliquo.
infra de regulis iuris.in.c.cum quis vna via.libro.vj.ff. de tu
toribus, & curatoribus datis ab his.l.ſcire oportet argumẽ-
to.ff.de procuratoribus.l.Pomponius.§. ratihabitio. Et pla-
cet præfato. Bertrand. ſaltem in milite, & fœmina, qui pro-
cedere poſſunt. Nam in ſeruo & monacho, qui pro ſe non
poſſunt agere tenet contrarium Iacobus de Are.refert Cyn
num in dicta.l.ita demũ.argumen.ff.de iudi.l.non idcirco.§.
cum poſteà. ¶ Aduerte: aut quæris de officio iudicaturæ:
& tunc non prodeſt conſenſus tacitus vel expreſſus, nec la-
pſus termini. Nam inhabilem talia habilitare non poſſunt
facit, quod legitur & notatur infra de exceptio .c. exceptio
nem. Aut quæris de officio aduocationis: & certum eſt,
quòd hoc non poteſt nocere proceſſui admiſſio tacita,
vel expreſſa. Nam procurator non eſt de perſonis tri-
bus iudicium eſſentialiter conſtituentibus. & ideò de-
fectus ipſius tanquàm extrinſecus actui, actum ipſum
eſſentialiter

eſſentialiter vitiare non poteſt. Argumento.ff. de confirmã
do tutore.l. naturali.§.j.& de contrahenda emptione .l.in
venditionibus.§.fin.cum legibus ſequentibus. Sed ſi quæras
de officio procuratoris, placet quòd idem ſit de fœmina
ſicut de milite dictum eſt ex identitate rationis. Facit quod
notatur in Clemen.religioſus.de procurator.in gloſſ. quar-
ta.& quod ibi ſcripſi. Et quod ſcripſi.ſ.eodẽ.c.j.in.iij. quę-
ſtione,& §.eod.in quæſtione Collect.in quęſtione prima,&
ſecunda &c. ¶ In fine. Adde quod notatur infra de pœni.&
remiſ.noua quædam.in glo.ij. ¶ In glo. *& ita*, ibi: *iuriſditio-
nem*: etiam priuato. De hoc.j.titulo.ij.c.cum cõtingat. Et in
fi.ar.ſ.de iudi.at ſi clerici.ſed ibi de iudicio neceſſario.hic de
compromiſſo voluntario. ¶ In glo.vltima ibi cõuentiona-
lem. Et ad hoc facit ſtilus curiæ, quòd ſemper ſic ſcribitur
contra non ſeruantem arbitrium factum ſub pœna.Ad idẽ
infra.c.per tuas. Et ibi: *ſi eccleſiæ*: & eſt lex.C. de epi. & cle.
Et ibi: *fraternitas*: vbi de hoc Goffre. hic illum canonem in-
telligit ſecundum vltimam lecturam, ibi:no.videlicet, ꝙ in
foro pœnitentiali nõ debet ſacerdos iniungere ſolutionem
28 pœnæ.Et ibi, *à iure*.† Dicebat hic Hoſtiẽ.quòd pœnarum
alia canonica ſeu ciuilis, vel legalis:alia cõſoetudinaria. Alia
contumaciam puniens:alia iudicialis & grata. Alia grata &
compromiſſaria. Alia cõuentionalis extra iudicium inter-
poſita.Primam, ſcilicet, canonicã ſeu legalem poteſt eccle-
ſia exigere, per iura, quæ ſtatim allegat glo.Inducit etiam.ff.
de verbo.ſig.l.ſi qua pœna.xvij.quæſtione.iiij. ſi quis de iu-
re patro. &.c.ſeq.&.c.ſacrilegium. Hoc verum dicit Ligna-
nus, niſi inducta lege ciuili ſit lex canonica probibita. Et
pro dicto Hoſtien.allegant, quòd faciens legis authoritate
non peccat.xxiij.quæſtione.iiij.qui peccat.ff.de acqui.poſ.l.
infrà.Idem dicit de ſecunda.ſ. cõſuetudinaria, & remittit.ſ.
de offi.ordi.dilectus.Idem dicit Lignanus de introducta le-
ge mnnicipali.de conſti.c.ij.lib.vj.& de ſen. excom.à nobis.
allegans pro conſuetudinaria, de conſue.c.ſi. Et dicit idem
de conoentionali & iudiciaria vt hic.&.ff.ſi quis ius dicenti
non obtemperauerit.l.j.¶ Idem dicit Hoſtien. de tertia,ſci-
licet contumaciam puniente.ff. ſi quis ius dicen. non ob-
tẽpera.l.vna.Dummodò iudex, qui infligit, pręſit tribuna-
li.ff.de iudicijs. l.ij.in fi. vel ſit delegatus Papæ. de offic.de
leg.de cauſis.vbi de hoc.&.C.de modo mulctarũ.l.eos. Et in
hoc remittit ad Summã de ſententia ſub rubrica de mulcta.
Et intelligit hoc de illa, quam iudex infligit pro bono rei-
publicę vnde caueat, ne auaritia eum trahat.de off.ordi.irre
fragabili:in fine. ¶ Subdit, quòd pars à parte vltra ſuum in-
tereſſe nõ exigat.Sic loquitur de dolo,& contu.c.j. Licet le-
ges permittant in totum petere.ff. de colla. bo.l.j.§.ſi cum
duabus.de tabul. exhiben.l.locum.§.antepenul. & penul. Et
quòd vir eccleſiaſticus ſatisfactionẽ petere poteſt de iniu-
rijs.c.olim.quod dic vt ibi,& de ſen. excom.c.ea noſcitur.
¶ Dic etiam ꝙ petit,& infligit eccleſia quartam.ſ. iudicia-
lem de dolo,& contu.finem.de elec.cum dilecti.verſi.pręfa-
tum. ¶ Item quintam.ſ. gratam arbitrariam ab illa parte,
quæ nullo modo vult compromiſſum ſeruare, vt hic.&.j.c.
penul. Et ſit ratio, vt contumacia non ſeruantis puniatur &
vt de laboribus, & expenſis quoquomodo ſatisfiat. Et idem
ſi non adimpleat laudum in omnibus iuxta poſſe. Cum ſo-
la malitia eſt in cauſa:cum eadẽ ſit ratio.Si vero aliqua pars
de adimplendo fecit, quod potuit:ſed totum per impoten-
tiã adimplere nequiuit:licet mero iure committatur pœna
inſolidum : tamen ex canonis benignitate, nihil exigendũ
eſt vltra, quã interſit. de pœnis.c.ſuam.infra.arg. de pig.c.ſi-
gnificante.ff.qui ſatiſda.cogan.l.fi. Nec mirum, quia & ſi ſi-
mul ſoluiſſet, ſi paratus ſit ſoluere, ſolutione facta liberatur
à pœna.ff.e.l.fi. ¶ Vltimam verò ſi cõuentionalem petere
poteſt, quatenus intereſt:niſi apponatur in fraudem vſura-
rum, per iura, quæ allegat glo. Dicit tamen in omnibus ſu-
pradictis clericum nõ ſic emũgere debere, & crudeliter exi-
gere, ſicut laici faciunt:ne tanquã exactores, &c. j.de pœnis
c.ſuam.Humanitatẽ enim ſeruare debẽt ad hoc de cenſib.
c.licet.&.c.ea, quæ.&.c.ex parte.in fi.Inter duas tamen eccle
ſias incidenter in pœna ſit compenſatio.de pœnis.c.conſti-
tutus.Nec contumaci datur reſtitutio in integrum:Quia in
delictis minimè ſubuenitur: vt notatur.ſ.de in integrum
reſtitu. auditis.§. Nos attendentes. Et ſecundum hoc dicit
intelligendum, quod notauit in ſumma.e.tit.§.qualiter con-
ſtituatur.verſi. ſed nunquid religioſi. Et iuoge, quod ſuper
hoc ſcripſi.j.eo.c.in.ij.oppoſitione. ¶ Et ibi: *intereſt*: dicit
Innocen. infra de pœnis, ſuam.in fine, quòd licitè petetur
tota pœna, etiã ſi excedat iotereſſe. Et ibi: *Iulianus*: aliâs in-
cipit inter eum. Et ibi, *item Papinianus*. Per quam.l.&.C.de
vſuris.l.cum allegas. & quod vtrobiq; notatur. Patet etiam,
quòd ſecundum leges pœna adiecta ſolutioni quãtitatis in-
telligitur adiecta in fraudem vſurarũ. Et ideo hodie, quia
prohibitæ ſunt vſuræ de iure canonico, & etiam de iure ci-
uili ſecundum aliquos. Et ſic nullus eſt hodia vſurarum mo
dus:talis pœna nullo modo debetur, videlicet cum appo-
nitur ſolutioni quantitatis ſecundum Lignanum. Propter
quod ſtipulantes hodie adijciunt illam facto, puta promiſ-
ſioni de dando pignora, vel de recipiendo præceptum à iu-
dice, vel ſimilib⁹. Ideò enim valet cum adijcitur facto: quia
tunc pœna cedit loco intereſſe. Sed cum adijcitur quanti-
29 tati, nullum poteſt intereſſe ibi notari. ¶ † Sed quare ce-
dit intereſſe in obligationem faciendi,& non dandi:fortius
dubium. Nec poteſt reddi ratio demõſtratiua.Sed perſuaſi-
ua tantùm:quia dari ſit in momento:fieri autem non. Quia
facta maxime grauia tractum habẽt.Sed tradi licet facti ſit,
ſit in inſtãti, ſicut dari. Et quia io facto ſecundum varietatẽ
temporum & locorum mutando inſurgit intereſſe. Magis
enim intereſt fieri de die, quàm de nocte. Non ſic in dando:
quia circa quantitatem, vt quantitatẽ, non cadit affectio. Si
tamen principalis obligatio dandi eſt licet facto ad illam
adiecto, pœna adijciatur: videtur adiecta in fraudem vſura-
rũ. Quia ad principale obiectom principalis obligationis
omnia referuntur: vt notatur in.l.cum allegas.C.de vſuris.
vbi de hoc per Cyn.ar.ff.ſi quis teſta.l.j.§.j.ſecundum Ligna
num. ¶ Circa quod vide quod ootat Ioan. And. in Spec.de
ſolutionibus aliâs de obligationib.§.j.verſi. ad primum. Et
ibi. *ipſi arbitro*: quod fieri poteſt. Sed placet contrarium, de
quo in Spec.de arbitro.§.j.ad finẽ.verſi.ſed quæritur. Si autẽ
arbiter ſtipulatur ſtari ſententiæ nulla pœna promiſſa, non
tenet compromiſſum: vt in Spec.e.§.fi. ſed quid ſi ſtipulatus
30 centum. ¶ † Et in fine de hoc videlicet, an ſi actum, & di-
ctum fuit in compromiſſo, quòd rato manẽte pacto pœna
ſolueretur, poſſit tunc pœna ſoluta, peti principale.in Spe-
culo.e.tit.§.fi.verſi.quid ergo ſecũdum.& ver.quid ſi ſtipula-
tus centum.& ver.quid ſi in compromiſſo. ¶ Cynus hoc di
ſputauit.C.eo.l.cum anteà. & diſputationem Cyni Nouella
hic refert : ſed illam dabo tibi infra.eo. per tuas. in quæſtio
ne ſecunda vbi plenè de hoc dicam : quia ibi tangitur per
Innocentium.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius, an arbiter eſſe poſſit?*
2 *Compromitti in prælatum eccleſiaſticũ per ſolum Abbatem in cau-
ſa monaſterij, quæ grauis ſit, num poſſit?*
3 *Ordinarius quotuplici ratione arbiter eſſe poſſit?*
4 *Num quis velut arbitrator de re litigioſa cognoſcere poſſit?*
5 *Imperium ac ſacerdotium ab initio à Deo proceſſiſſe.*
6 *Petrus Bellaperticenſ. Epiſcopatu, quàm Iacob. dignior, cur, non ad
Epiſcopatum promotus?*
7 *Arbitrium, aut ſententia, an pro parte tenere, & pro parte nõ poſſit?*
8 *Proceſſus continuatio ac diffinitio in ſpecie de qua hic, an impediri
potuit?*
9 *Legato in ſpecie, de qua hic per vxorem viro facto, quæ bona contine-
ri dicantur?*
10 *Compromitti de cauſa libertatis, an poſſit? & nu.12.*
11 *Eccleſia ſuper ſtatu ſuo, num compromittat?*
13 *Arbiter pro labore, num ſportulas habeat?*

¶ CAP. V.

CVm tempore. ¶ Caſus. Minor eccleſia in præiu-
dicium Papæ de libertate non poteſt com-
promittere, & de eodem facto habetur. ĩ. de
proba. c. fi. ¶ Expone literam: *monachos*. & te
ex parte altera. Hoſti. Sed Inno. innuit, quòd
aliam cauſam habebant cum Epiſcopo, & aliam cum mona
chis. Et fortè iſti monachi erant prælati capellarũ. De qui-
bus ſequitur. & dicebant Epiſcopo ſe ſubiectos. *promiſiſti*:
pro te & monachis, & de conſenſu cõuentus. De hoc de re-
ſcrip. edoceri. quia non habent velle: niſi tuum. xij. q. j. nolo.
& c. non dicatis. ¶ Et nota, ꝙ quanuis hæc epiſtola Abbati
& cõuentui mittatur, ad Abbatem ſolum dirigit verba ſua
ſ. de in inte. reſti. coram. Hoſti. Et licet Abbas ſine cõuentu
in iudi. regulariter cauſam monaſterij ducat, vt in. d. c. edo-
ceri. vt ſcripſi de maio. & obe. c. fi. Non tamen tranſigit, nec
compromittit ſine conuentu: vt in. d. c. fi. Nam primum eſt
neceſſitatis, & ſecundum eſt voluntatis. Et ita placent hæc
dicta Hoſtië Non obſtantibus his, quæ ſcripſi in. c. fi. alleg.
Capellarum: quæ ſimul cum monaſterio erant exemptæ à iu-
riſditione Epiſcopi, & Papæ ſubiectæ: ita ꝙ Papa de his iu-
ra Epiſcopalia recipiebat. Vel Abbas nomine Papæ, & eius
vice recipiebat ius epiſcopale, & iura epiſcopalia ꝑ ſe, vel ꝑ
alios reddebat. Sed tamen nihil iuris habebat in eccleſijs.
Abbas: quia de iure ſuo bene poſſet compromittere. vel dic
quòd bene intererat huius Abbatis defendere, & com-
promittere pro eccleſijs ſibi ſubiectis pleno iure in tempo-
ralibus, & ſpiritualibus, ꝙ non ſunt ſubiectæ, niſi Papæ. ar.
ĩ. de reli. domi. conſtitutus. & c. cum venerabilis. Innocen.
licentiam: omnes enim exempti, quãdo fidelitatẽ faciũt ſum-
mo pontifici, iurant nil alienare ſine licentia. De quo infra
de iureiur. ego enim. & de ſeu. c. ij. Et per cõſequens nõ põt
compromittere: ne occaſione ſententiæ contingat fieri alie-
nationem, vel eccleſiam grauari quoad pœnam. ſ. c. proxi-
mo. ad fi. Hoſtien. *Romani*. xxv. q. ij. poſtquàm. Pe. & Abbas.
Priuilegijs: de quibus ſine Papæ licentia alius cognoſcere nõ
poteſt. ĩ. titulo proximo, cum veniſſent. & hodie ſunt potiſ-
ſima cauſa irritationis arbitrij. Hoſtien. *Monaſterium*: & ca-
pellas prædictas & proprietatẽ, quæ verba ſapiunt plenam
exemptionem. Quod dic, vt. ĩ. de priuileg. ſi Papa. li. vj. *per-
tinere*. ar. ꝙ vaſſallus nõ poteſt compromittere ſuper feudo:
niſi de licentia domini. Nec clericus ſuper eccleſia ſine licen
tia Epiſcopi. Ad hoc. ſ. e. peruenit. ſecundum Hoſtien. qui
remittit ad Sum. e. tit. §. ſed quæritur. verſi. ſed nũquid vaſſal
lus. De hoc tetigi. ſ. e. c. peruenit. in. q. ij. poſt. Collec. & Henri.
1 ¶ † Notat Collectarius, cum Ber. in. j. gl. ordinariũ arbitriũ
eſſe poſſe. ĩ. e. c. ex parte. & c. pen. Et dicit. ꝙ videt̃ expreſſum
ij. q. vj. §. idem de arbitris. Lignanus notat, ꝙ in præiudiciũ
ſuperioris, minor nõ compromittit. Et. Innocen. & Bernar.
notant arbitrium, ſeu ſententiã pro parte tenere, & pro par
te non. & de cauſa libertatis nõ poſſe compromitti. Tu nota
bis in prin. ibi: *inter te*: quòd cauſa monaſterij poteſt pende
re inter ſolum Abbatem & aduerſarium ipſius monaſterij,
etiam ſuper iure, ſeu priuilegio perpetuo: licet re vera cauſa
ipſa Abbati, & conuẽtui ſit cõmunis vt patet ex cõiunctio-
ne ſuperſcriptionis ad textum. Sic. ſ. de reſcrip. c. edoceri. Et
2 faciũt ad hæc quę ſcripſi. ſ. de maio. & obediẽtia. c. fi. ¶ † Se-
cundo nota ibi: *te promiſiſti*, ꝙ per ſolũ Abbatem ſuper cau-
ſa graui monaſterij poteſt cum iuramẽto in prælatum eccle-
ſiaſticum cõpromitti. imò potiùs in prælatum proprium &
ordinarium ſuũ. Sed verius dic, vt ſcripſi in expoſitione in
verbo promiſiſti. ¶ Primò opponitur contra id, quod dixi
poſſe compromitti in iudicẽ ordinarium de. l. ſed ſi in ſeruũ
§. ſi quis iudex. ff. e. vbi de hoc. iij. quæſtione. vij. c. infamis. §.
tria. Dicit Nouella, quòd procederet argumentum gloſſę ex
hoc. c. ſi Epiſcopus erat hìc reus. Quia tunc Metropolitan*
erat bene ordinarius huius cauſę. Secus ſi erat actor. Et facit
quod notauit in. §. tria allegato. in verſi. ſi quis verò. vbi ple-
nè de hoc. & ij. quæſtione. vj. §. quod de arbitris. ¶ Soluit
glo. prima in fine, quòd lex prohibet ſolùm compromitten-
di iuſſum. Cui cõcordant Ioan. Tancred. Vinc. Phil. & Goſ.
ĩ. de re. permu. c. fi. Sed Hoſtien. non placet hæc reſponſio.
Dicit enim quòd. §. ſi quis iudex. duo ꝓhibet. Primò ne or-
dinarius recipiat arbitrium. Secundò, ꝙ non iubeat. Poſteà
ſubmittit, quòd ſi ſentẽtiam dederit, nõ dabitur pœnę per
ſecutio. Et notat ipſe, quòd dicit ſentẽtiam, quia neceſſe ha-
bet arbitriũ dicere. C. e. l. cum anteà. Arbitrator autem non,
quia ſine ſcriptis poteſt amicabiliter cõponere inter partes.
Et ſic intelligatur authentica, & iura pro hac parte. Et idem
tenet Accurſius in. §. ſi quis iudex. & notatur triplex ratio
ibidem quare ordinarius non poſſit eſſe arbiter, quam ibi
3 vide: & alias tres reddit hìc Hoſti. † Prima, quia cum iudex
ſecundum iura pronunciare debeat. ſ. de conſti. c. j. & C. de
iudi. rem non nouam. Et hoc iuret, in authen. iuſiurandũ,
quod præſt. ab his collatiõe. ij. noluit ius ei dare occaſionẽ
deierandi. vel iniquè pronunciandi: vt. ff. e. l. diem. §. ſtari.
¶ Secunda, quia noluit, quòd de ſuo ordinario iure ad ex-
traordinariũ recurreret. arg. ff. de mino. l. in cauſæ. ij. ¶ Ter-
tia ratio, quia hoc eſſet retrogradi contra id. xciij. diſtinctio
ne, legimus. ſ. de tranſl. c. j. ¶ Ex officio verò arbitratoris nõ
permittitur æquitas, ſed dilatatur, & negocium facilius ter-
minatur. De his ſpacioſius notatur per eum in Sũma. e. tit. §.
quis poſſit. verſicu. ſed nunquid iudex. cum ſe. vſque ad fi. §.
¶ Pro opinione Bern. & ſequaciũ facit: quia ibi textus. § ſi
quis iudex. dicit: *in re ſe compromitti*. textus noſter dicit co-
pulatiuè & in ſe compromitti, in dicto verſi. ſi quis verò iu-
dex. Præterea & illud ve, copulare poteſt. ff. de verbo ſig. l.
ſępe. Et inducit Nouella, quod ipſa notauit de ope. no. nun.
c. ij. ad finem. in verbo, *ve*. Henri. verò circa hoc ſic diſtin-
guit: quia aut compromittitur in iudicem ad ſui iuſſionem,
ſeu compulſionem. i. ipſo cogẽte partes in eum compromit-
tere: & non valet, vt in glo. cum remiſſione primo data. No-
tatur infra de præſump. literas. & per Goffre. de re. permu.
c. fi. & per Io. in verſi. ſi quis verò alleg. Ratio, quia compro-
miſſum debet eſſe voluntarium. ff. e. l. ij. & iij. & de euic. ſi di
ctum. §. ſi compromiſero. Aut ſpontè & voluntariè. & tunc
ſi ſuper re, vel cauſa, de qua nõ eſt iudex, nec cognoſcere po-
teſt, vt iudex: & tunc poſſit, vt. C. de epiſ. aud. l. Epiſcopale.
Aut ſuper re & cauſa, de qua eſt iudex, & cognoſcere poteſt
vt iudex. & tunc aut quæris, nunquid poſſit cõpromitti in
eum, ſicut in arbitratorem, ſeu amicabilem compoſitorẽ:
& tunc dic, ꝙ ſic. Vt in authen. vt differẽ iudi. §. ſi verò cõ-
tigerit. colla. ix. Et ita poſſet intelligi. iſtud cap. Aut quæris
nunquid poſſit compromitti in eum, tanquàm in arbitrum:
& tunc vides, ꝙ Hoſtien. hìc, & in Sũma tenet, quòd non. Et
idem Hug. & Lauẽ. in verſi. ſi quis verò. & Accurſius in. §. ſi
quis iudex, & §. ſi verò cõtigerit. Sed in cõtrarium ſunt Vin-
cen. Tancred. & Ber. hic, & Io. in verſi. ſi quis verò. & Abbas
in. c. literas. & de præben. niſi eſſent. & Spec. e. tit. §. iij. verſi.
ſed nunquid in ordinariũ. ¶ Hanc ſecũdam partem credit
Henricus de iure canonico veriorẽ. Collect. dicit, quòd ſen
tentia Ber. & ſequacium videtur probari. ĩ. de fo. compe.
c. Romana. in prin. lib. vj. vbi Archid. & Cardina. ſic notant.
Dicit Lignanus, quòd opinio Ber. cõmuniter approbatur.
Ioan. And. in Spec. nihil tangit. Cyn. C. de Epiſcop. audien. l.
ſi quis ex conſenſu. in prin. dicit, quòd communis ſententia
vltramontanorũ eſt, quòd in iudicem ſuum tanquam in ve-
rum arbitrum ſubditi non poſſunt cõpromittere, ſed bene
tanquàm in arbitratorem. Plus dicit, quòd Citramontani
poſt Iaco. dicunt, quòd nec tanquàm in arbitratorem, cum
4 eadem ſit ratio, ſcilicet, timor cognoſcẽtis. † Plùs dicit Iaco.
quòd tãquàm arbitrator nullus de re litigioſa cognoſcit in
authentico. vt diffe. iudi. §. ſi verò cõtigerit. Dicit, ꝙ prędi-
cta authen. cum ſimilibus legibus loquitur in alijs, quæ non
pertinẽt ad iudiciũ. Ad legem, ſi quis ex cõſenſu. Reſpõdet,
quòd illa. l. in fine duplicem habet literã. Nam vna litera eſt,
affuiſſe, alia verò fuiſſe. ſecundũ primã intelligitur, quando

Epiſcopus

Epiſcopus fuit aditus, vt iudex. Secundũ ſecundam, quãdo
vt arbiter. Et ſic ſi intelligatur in arbitro, intelligũt quidam
de extraneo Epo adito, vel de laico adeũte: Quia clericus nõ
poteſt ſui Epiſcopi examen declinare, & in alienũ Epiſco-
pum cõſentire. Sed illud eſt verum tanquã in iudicem: ſecus
ſi per cõpromiſſum. ¶ Et hoc eſt verum ſi, vt ſonat glo. Ac-
cur. habebat tunc iuriſditionem. Eps Lotharius enim dice-
bat, quòd nõ habebat iuriſditionẽ tempore harum legum.
Et idem Iacobus de Ra. qui poſteà fuit Eps. Reſpõdebat Ia-
cobus omnibus legibus dicens, ꝙ Epiſcopus habebat curã
tantùm, & neceſſitatem cõtra facietibus imponebat per im
plorationẽ iudicis ſecularis. Sic. ff. de his, q not. infa. l. furti. §.
mandati; ibi condemnauit. i. condemnari fecit. Sic intelligũt
omnes leges. tit. C. de epi. audi. & ff. de peti. hęre. l. hæredita-
tẽ. & ff. de reli. & ſump. fu. l. oſſa. cum ſimilib⁹. ¶ Petrus aũt,
de bellaperſica dicit, ꝙ iuriſditio Epiſcopi pululauit à iure
authenticorũ in quibuſdam caſib⁹ in authẽtico vt iudi. ſine
quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. & in authẽtico quõ oportet
Epiſcopi per totũ, & in authen. de mand. prin. § ſi verò. & in
authẽtico. vt cler. apud proprios Epos. & vltimo per Fred.
cõceſſa eſt in clericos ſuos interdictis in criminalibus & ci-
uilibus: vt. C. de Epis, & clericis authen. ſtatuimus. Poſt hęc
autem dicit Pe. ꝙ hoc non eſt verum: quia imò iuriſditionẽ
primo habebant. nec intelligit, ꝙ facerẽt ea, quę in titulo. C.
de epi. audiẽtia ad ipſos pertinere dicũtur, fieri per alios iu-
dices: imò per ſeipſos in actu iuriſditionis agebant hæc &
5 & alia, de quibus loquiẛ. l. oſſa. & l. hæreditatem. ¶ † Dicit
enim, ꝙ à prin. duo ęqualiter à Deo proceſſerunt, videlicet
imperium & ſacerdotiũ: vnum in tẽporalibus, alter in verò
in ſpiritualibus: vt in authen. quo. opor. Epi. in princ. vnde
circa ſpiritualia iuriſditionẽ habuerũt Papa, & Epi. Sed circa
tẽporalia, nõ ante leges iſtas, quę iuriſditio pululauit paula-
6 tim: vt. ſ. dictum eſt. † Vnde ſecundũ iſta melius meruit Pe-
trus epiſcopari, quã Iacobus. Sed propter inordinatam pro-
ſecutionem quorundam prætenſorũ iurium regiorum ſuper
iuriſditione fluminis Rhodani contra dñm Io. Papam. xxij.
dicitur fuiſſe à promotionem impeditus. Sed ad propoſitũ,
& ad. l. ſi quis ex cõſenſu redeundo, dicit Petrus ꝙ. l. illa du-
plicem habet intellectum: quia poteſt loqui, vel in arbitris
vel in iuriſditione prorogata. Nec apparet bene, quam ma-
gis eligat, ſed ſaluari põt in laico adeũte ſine ſcrupulo. & ita
vigere nunc. Bart. verò in. § ſi quis iudex. dicit, ꝙ iſta eſt veri
tas, ꝙ de iure ciuili non põt compromitti in ſuum iudicem,
tãquam in arbitratorem, ſeu amicabilem cõpoſitorem. Di-
cit tamen ꝙ de iure canonico põt compromitti in iudicem
ſuum, tanquã in arbitrum, vt hîc. & j. e. innotuit. Et iſta opi-
nio quoad partem ſecundã. ſ. de iure canonico verior & cõ-
munior eſt, ſecundũ Martinum de ſalua. Et etiã quoad pri-
mam partẽ, & etiam quoad primã partem de iure ciuili &c.
ſecurior eſt. Nam licet illa dictio, vt, poſita in. § ſi quis iudex,
poſſit poni copulatiuè propter naturam ſubiectę materiæ:
tamẽ diſiũgit de natura ſua: vel ſaltem ampliat, vt. ff. de. aur.
& ar. leg. l. ſi quis ita. & in Rubrica. ff. de interdic. Modò ſiue
diſiungat, ſiue ampliet, textus ſtat rotund⁹ in. § ſi quis iudex.
non poteſt arbitrium in ſe recipere. Et licet conſuetudo ſe-
quatur opinionem Ber. tamen ad hoc dicendũ non viget
iſte textus. Tum quia nõ bene probat, ꝙ ille Archiepiſcop⁹
electus arbiter eſſet iudex illi⁹ cauſę. Tum, quia ſaluari poſ-
ſet in arbitramento, quod cõmuni modo loquendi arbitriũ
appellatur: tamen vt ſeruemus omniũ opiniones, dicamus
illud de iure ciuili: & iſtud de iure canonico. ¶ Salua ſemper
conſuetudine, quę legũ dicitur optima interpres. ſ. de con-
ſue. cum dilectus. & ff. de legi. l. ſi de interpretatione. & l. mi-
nimè. ¶ Secundò opponit, quia videtur, ꝙ hæc ſententia
arbitrij non potuit pro parte tenere, & pro parte non tene-
re, per. l. quid tamen. in prio. ff. e. vide ſolutionẽ in glo. nota,
quod. & quod notatur. ij. q. vj. ſi quis ex pluribus. & per Ioã.
7 And. ea, quę fuerit. libro. vj. ¶ † Circa hoc, cum quæritur,
vtrũ ſentẽtia: vel arbitriũ pro parte teneat, & pro parte nõ:
diſtinguit Henricus quia aut ſunt plura capitula, aut vnum
ſolum capitulũ. Si ſunt plura capitula, & ſunt diuerſa ac ſepa
rata: & nõ eſt actum inter partes: vt de omnibus ſimul pro-
nuncietur: tunc bene tenet ſententia pro parte, & pro parte
non. Et ſic poteſt intelligi iſtud capitulũ. & concordat. j. de
præben. niſi eſſent. & de præben. dilectus. j. & § ſi quis ex plu
ribus. alleg. Secus tamen, ſi actũ fuiſſet. vt de omnibus ſimul
pronunciaretur: vt. ff. e. l. quis tamen. Secus etiam ſi capitula
eſſent cõnexa: quia tunc nõ poſſet pro parte habere, & pro
parte non. Et idem ſi vnum tantũ capitulũ in ſentẽtia eſſet.
Sic intellige. ff. fami. erciſ. l. in hoc iudicio. ¶ Et ita diſtin-
guit Goſ. hic & Archidiaconus. ij. q. vj. c. ei qui. § diffinitiua.
verſic. item cum certa. Teſtamentũ verò non põt pro parte
valere, & pro parte non: imò aut in totum, aut nihil valet.
Inſti. de hære. inſti. § nõ autem. ſecundũ Hoſti. ¶ De inſtru-
to vide, quod notatur. ix. diſt. ſi ad ſacras. & per Innoc. j. de
hęre. fraternitatis. & adde quod ſcripſit Henri. ſ. de offi. de-
leg. cum ſuper. ¶ Collectarius quærit, quid ſi nõ errat iudex
in tota ſumma: vt quia erat tantũ iudex in. x. & condemnat
in. xx. cum deberet condemnare in. x. Quod mouet, & pro
ſequitur Io. And. in glo. in regula, ea quę fiunt. & Cyn. de re
iudi. l. res iudicatæ. vbi glo. dicit, ꝙ valet in eo, in quo erra-
tum non eſt: vt vtile per inutile nõ vitietur: vt. C. de dona. l.
ſancimus. Alia glo. tenet contrarium. ff. de iuriſdi. omn. iu-
dic. l. vltima. quæ ſecundũ Cyn. per dominos legum appro-
batur. Tum quia vbi eſt vnicum capitulũ, non poteſt tantũ
pro parte valere, vt. l. in hoc iudicio. Tum quia nõ eſt cõfor-
mis libello. ff. cõmuni diuid. l. vt fundus. C. de fideicõ. liber.
l. vltima. Tum, quia nõ eſt de petita in totum pronuntiatũ:
vt. ff. de excep. l. apud Celſum. § item quęritur. & de indi. l. de
qua re. Et hoc verum, ſi totum ex vno. c. debebatur. Sed ſi ex
diuerſis, tunc ſi congruat alij pro capitulo, in quo tenet, va-
let: & in alio. capi. iteratò cognoſcit. arg. de min. l. etiã. § j. Sed
ſi congruat illi capitulo, in quo eſt error, nõ valet. ar. iurium
prædictorum ſecundũ Cyn. vbi. ſ. ¶ Sed Collectarius dicit,
quòd quia ſupponitur, ꝙ erratum eſt, non videt, ꝙ locum
habere poſſit diſtinctio Cyn. Remittit tamen ad nota Ioã.
in. § ſi quis ex pluribus. ¶ Sed hoc verum, ſi error eſſet tan-
tus, ꝙ adeò totum negocium obumbraret, ꝙ membra dictę
diſtinctionis cognoſci nõ poſſent. Cuius contrariũ ſuppo-
nit dicta diſtinctio. ¶ Sed ponæ, ꝙ. x. petitis, iudex condem-
nat in. v. de alijs. v. mẽtione nõ facta: nũquid videtur in illis
abſoluere, vt valeat ſentẽtia, vel non: vt nõ valeat? Quidam
dixerunt, ꝙ ſic, per. l. j. C. ſi aduer. rem iudic. Sed Accurſius,
& Petrus dicũt, ꝙ non videtur abſoluere. Nam; poſitum ad
diminutionem &c. de condi. & demonſtra. l. cum tale. in fi.
Et dicit Azo, quòd ſentẽtia in totum nõ tenet, per. l. in hoc
iudicio. Et hanc tenet Dynus Inſti. de act. § ſi minus. Quod
verum eſt, ſi tota decem ex cauſa eadem petebãtur. Secus ſi
ex diuerſis cauſis: niſi actum fuiſſet, ꝙ pronunciaret ſimul
de omnibus vt. l. quid tamen. & ff. de minu. l. etiam. § j. Sed ſi
in quinque cõdemnauit, & in quinq; abſoluit, remanet ſen-
tentia in parte condemnatoria. ar. ff. de inoffi. teſta. l. certa. &
de leg. ij. l. cum filius. j. reſponſo iuncta. l. ius noſtrũ. ff. de reg.
iuris ſecundum Cyn. dicta. l. j. quæſtione. j. & duabus ſequen
tibus. De quibus dicam in dicta regula, ea quæ fiunt. Dicere
tamen poſſem cum Mart. de ſalua, quòd hîc verè tenet arbi-
trium in totum, quantùm reſpicit compromittentis præiu-
dicium: licet non præiudicet ſuperiori, quin poſſit contra-
uenire, ſi velit: nõ tamen compromittens, licet verè exem-
ptus, per lecta, & notata infra de confir. vtili. cum dilecta.
& de præſcrip. auditis, & de maio. & obe. inter quatuor, &
faciunt notata hîc per Innocen. in fine magnæ gloſſæ.
8 ¶ † Prædicta faciunt ad quæſtionem. de qua fui conſultus
nuper: & reſpondit in conſilijs domino Cardi. Viuarienſis,
& fuerunt ſeculari reſponſionem meam domini Thomas
de Amanatis Neapolitanus Archiepiſcopus, Martinus de
Salua Pampbiloneñ. Epiſcopus, & Iunianus palatij Apoſto-
lici auditor, videlicet, quòd ſi inter A. creditorem, & B. de-

bitorem in mille, ſuper illis lite coram Cardinali ex ſpeciali cõmiſſione penden. D. alter prætenſus creditor cum priuilegio hypothecæ de data priore ipſius B. vigore cuiuſdẽ prætenſi inſtrumẽti ſuper hoc confecti, ipſum B. coram auditore cameræ ſuper duobus millibus traxit in cauſam. & eundem B. debitum & inſtrumentum voluntariè agnoſcentem, abſente & nõ vocato ipſo A. in dicta ſumma duorum millium, diffinitiuè obtinuit condemnari. de qua condemnatione A timens de præiudicio executionis infra x. dies à tempore notitiæ appellauit: & à commiſſa appellatione eidem Cardin. per aliam commiſſionem ſpecialem: & docto de falſitate inſtrumẽti pronunciauit Cardi. ad petitionem ipſius A. inſtrumentum, & ſententiam ipſius D. ipſi A. non præiudicare, quominus debitum ſuum poſſit conſequi, & habere A qua pronunciatione appellato, commiſſa fuit appellatio alteri Cardinali: & cum vellet primus in cauſa cœpta inter A. & B. proceſſum continuare & diffinire per ſententiam etiam poſt plures terminos ſeruatos poſt commiſſionem ſecundi voluntariè, & ſine oppoſitione inter partes demum oppoſitum fuit, quòd procedere nõ poterat, obſtãte appellatione ab eo interpoſita, & cõmiſſione facta alteri Cardinali. quæritur nunquid per talem oppoſitionem proceſſus continuatio ac diffinitio huiuſmodi debuerunt impediri. ¶ Ego autem reſpondi, quòd non. Nam cauſa prima & iſta ſuperueniẽs ſunt diuerſę, & ſeparatę abinuicẽ. Tum, quia ex diuerſis deſcendunt commiſſionibus. Tum, quia diuerſæ partes. Tum, quia diuerſæ res petitę. Tum, quia diuerſæ cauſę agendi. ar. ff. de excep. rei iudic. l. Iulianus. cum. viij. ſequentib. & l. cum quęritur. cum duabus ſequẽtibus. igitur impedimentum appellationis in vna, nõ nocet alteri per ea quæ. ſ. proximè alleg. ſunt. Facit. C. de trãſac. l. ſi ex falſis. cum concordantijs ibi ſignatis. de offi. ordi. dilectus. ij. de appel. c. vna. ff. e. l. qualem. § ſed ſi de plurib⁹. & l. qui tamen. in princ. alleg. Inducebam pro caſu de appel. ad hæc ſi in vna. quæ loquitur etiam in delegato, vt ibi patet in fine, in verbo, maximè, & ibi notatur in Nouella. & c. propoſuit. e. tit. & c. ſup eo. j. eo. tit. à contrario. Inducebam naturam ſeparatorum. ff. de calum. l. ſi. de condi. & demon. l. pater Seuerinã. in fine. C. de dona. inter vi. & vxo. l. ſi maritus. j. in fine. infra. de app. c. inquiſitioni. & c. ſi. cum ſimilibus. Inducebam. l. etiam. § ex cauſa. ff. de mino. alleg. Inducebam, quòd propter ſeparationem petitorij, & poſſeſſorij, de qua. ff. de acq. poſ. l. naturaliter. § nihil. C. de interdict. l. incerti. de rei ven. l. ordinarij. j. de cauſ. poſ. cum eccleſia. & c. dilectus. Propter quam ſententiã in vno non parit exceptionem in alio. ff. de excep. rei iudic. l. & tan eundem. § ſi. Niſi eſſet tale, quod exceptionem petitorij excluderet, vt ſaluetur glo. ff. de interdic. l. ij. § quædam. Et notat Dynus de reg. iur. qui ad agendum. lib. vj. & Cyn. in dicta. l. incerti. quòd appellatio in vno non impedit proceſſum in alio: vt plenè ſcripſit Io. Calde. in cõmento. c. dilectus. allegati in. iiij. quæſtione principali. Pro quo faciunt lecta, & notata. j. de re iudic. ſuborta. & de cap. mona. dilectus. Inducebam etiam, quòd appellatio in cauſa reconuentionis, non impedit proceſſum cauſæ conuentionis: vt notatur per Nouellam poſt Innocen. in dicto. c. ſuper eo. & Specula. in titulo de reconuentione. § penul. in fine. & Inno. de elec. cum nobis olim. Inducebam etiam, quòd licet ſententia reuocatoria feratur per iudicem appellationis confirmatoria ſententię auditoris illa præiudicare non poterit proceſſui & ſententiæ huius cauſæ: ſed ſolùm executioni. Nec tendit ad aliud, niſi vt debitor, ſcilicet, B. remaneat cõdemnatus ipſi. D. ex antiquori, & magis priuilegiato debito. & quòd propter priuilegium ipſius debiti in ordine executionis priorem obtineat locum. quod totum concernit præiudicium executionis, & non cognitionis, ſeu diffinitionis cum condemnatus impriuilegiatus in condemnati executione, & etiam diſcuſſus, & bonis cedens, ſed etiam nihil habens alteri creditori etiam non priuilegiato valeat condemnari: vt. ff. qui bon. ce. poſſunt. l. penul. Nam difficultas pręſtatiõis & c. ff. de verbo. oblig. l. ij. § ex his. Victoria enim vnius creditoris, licet pręocupet cum cautiõe executionem ff. de rei ven. l. is. à quo. cum. l. ſeq. tamen non impedit proceſſum alteri⁹ creditoris, vt ibi: niſi in caſibus. ff. de re iudic. inter eos. De noxa. ſi quis à multis. cum ſimilibus. Igitur nec dubius euentus victorię. Ar. eius, quod notat Dynus de regu. iuris. nullus pluribus. colum. ij. in prin. verſi. prætereà in in ſpe dubia. ¶ Nec obſtãt verba, conſequi & habere quia cum referantur ad ſententiam auditoris, quæ ſecundo creditori abſenti non poterant præiudicare directè, ſed ſolùm quoad executionem, etiam verba iſta ad ſolum executionis præiudicium referuntur vt rebus, & verbis ſentẽtia aptior ſecundum ſubiectam materiam recipiatur. ff. loca. l. ſi vno anno. de regu. iuris. l. quoties idem ſermo. infra de teſta. ſi pater. lib. vj. vt interpræetans diſpoſitio caſum interprætatę nõ excedat. in authẽ. de fil. ante dotal. inſtru. nat. in prin. Cuius

9 proſecutionem latiùs vide in cõſilio meo. xlij. ¶ † Secundò ad aliud inducuntur: pone: vxor marito poſſidenti res dotales legauit primò, ac remiſit, & donauit omnia debita iura actiones confeſſiones, & recognitiões facta, & factas per eũ vxori, quandocunq; & quocunq; titulo occaſione, vel cauſa in quibus maritus obligatus reperiri poſſet. Secũdò legauit ei vſumfructum bonorum omnũ ſuorũ mobilium & immobilium. Tertiò ordinauit de quibuſdã bonis ſuis immobilibus poſt mortem mariti vnam capellaniam ædificari. Quæritur vtrum in primo legato mobilia, & immobilia dotalia à marito poſſeſſa continuantur? Super hoc habitæ fuerunt heri in palatio publicę relationes, & hodie. xv. Martij, anno Mil. ccc. lxxxv. habita conſilia, in quibus ego primus ex ordine negatiuam partem conſului. Quam cõſultationem ſecuti fuerũt omnes domini auditores. Monebar primò, quia determinatio. primi legati incipiens ibi facta & factas, & durans vſq; ad clauſulę finem: dat intelligere, quòd de iuribus, debitis, actionbus & c. perſonalibus, ſeu à perſonalib⁹ obligationibus cauſatis, ſolùm debet intelligi hoc legatum. Tum, quia illa ſola poſſunt dici à marito vxori ſacta. ff. de actio & oblig. l. quæcunq; gerim⁹. Tum, quia in illis ſolis cadit obligatio inſtit. de ac. in prin. Licet igitur ad res totales prædictas mobiles, vel immobiles cõpetat actio perſonalis, obligationẽ ex ſtipulatione vera, vel ficta ꝓgredientẽ, huius matrẽ. C. de rei vxo. act. l. vna. in prin. Tamen habet aſſiſtentiam plenioris iuris, quod dicitur eſſe domina, & actiõis in rem. ex illo & poſſeſſione mariti ſuam recipientis originẽ. C. de ali. mu. iudi. cau. fac. l. vna. cum ibi notatis. Quæ quidẽ dominium, & actio in rem, rei vendicatio appellata propter maiorem iuris plenitudinem, quam adferunt, ac eorum antiquiorem, & magis connaturalem cauſam principaliorem locum habere: aliàs obtinere videntur in hoc caſu. Ar. Inſti. de re. diui. § ſingulorum. ¶ His præſuppoſitis patet, quòd cũ iſta iura realia videlicet & perſonalia, ſint abinuicem diuerſa, & ſeparata, perſonalibus expreſſis in legato, realia venire non debent: per ea, quæ in præcedentibus dixi. ¶ Confirmabam primo, quia licet in teſtamẽtis fiat larga interpretatio etiam in legatis, vt valeant. ff. de regu. iuris. l. in teſtamentis infra de dona. cum dilecti. in fine. Tamen dum conſtat legatum valere, ſit interpretatio facta, vt minus valeat in fauorem hæredis. ff. de leg. iij. l. nũmis. & l. fideicommiſſa. § ſi quis decem. ¶ Primũ procedit ex fauore legatarij: ſecundum ex fauore hæredis: ne nimium grauetur: vt dicitur in. § ſi quis decem. Et quia teſtator magis hæredem diligere, cui priùs donat, videtur. arg. infra de præben. c. quanuis. ij. Cum ergo hîc conſtet legatum valere, fiat interpretatio in minus, vt. ſ. ¶ Secundò cunfirmabam: quia in diſpoſitione remiſſiua, vel excluſiua ſimplicis, non venit res ipſa ſimplex ex notabili additamento compoſita. ff. de leg. iij. l. ſi cui lana. & notatur multum notabiliter per gloſſam poſt Card. in Cle. du. Ioan. Cald. in quęſtione dum, de ſepul. reſpon. penul. in verbo, pacta. & diffusè per eum diſputata, quę incipit dominu. Papa conceſſit ſpecialẽ poteſtatem legato. Modò iſtę obligationes

gationes,& actiones perſonales habent ad dictas res dotales
competētes additamētum notabile, videlicet iuris dominij
plenioris ac rei vendicationis.Igit ſub generale legato iuriū
debitorum,ſeu actionum perſonalium venire non poſſunt.
Et de hoc videtur eſſe caſus.ff.de libe.lega.l. Aurelius.§.Mę-
uia.&.l. Aurelio.§.Caius.&.l.fi.§. Titia.eod.titu. Et videtur
eſſe expreſſum per Bart.eo.tit.l.non ſolùm.§. ſi hæres.Et fa-
cit bene quod notat Cynus.C.de tranſac.ſub prætextu ij.in
vltima quæſtione.Et quod ibi notatur per Io.Fab.¶ Tertiò
confirmatur: quia licet principale ad ſe trahat acceſſorium,
vt in regula acceſſorium.& regula,cum principalis.nō tamē
ęquè vel magis principale.C. de pecu.le.l.ij.&.iij. & de fide.
iul.l.generaliter. Quartò confirmatur, quia ex ſequentibus
præcedentia dantur intelligi in legatis.ff.de le.j.l.ſeruus plu
rium.in fi.Modò in ſequentibus vxor diſpoſuit de dictis re-
bus tam in clauſula generali legati vſufructus,quàm in ordi
natione capellæ,tanquàm de non legatis marito quoad pro
prietatem.igitur.¶ Quintò confirmatur:quia quando plu-
ra iura concurrunt in perſona vnius, habetur perinde ac ſi
concurrerēt in diuerſis.ff.de his,quib.vt indig.l.tutorē.Mo-
dò legatis vni actionibus perſonalibus poſſent res vendica-
ri ab alio poſſeſſore.Igitur: Et hanc rationem poſuit Accur.
ſignanter in.§. Męuia.allegato in verbo,pupillæ. Cum dicit
hic ergo non vt tutor, ſed vt quilibet poſſeſſor conuenitur
rei vendicatione.Sic ergo hic nō vt perſonaliter obligatus,
ſed vt quilibet poſſeſſor per hæredem vxoris poterit conue
niri. ¶ Sextò confirmatur, quia ſpeciale diſpoſitum per ex-
preſſum non cōtinetur ſub clauſula generali, ſaltem in eadē
diſpoſitione:vt.ff.de verbo.obli.l.doli clauſula. & de pœnis
l.ſanctio legum.Notauerat Cynus.C.de ſepul.viola.l.qui ſe-
pulchra.& Bart.in.l.ſanctio.alleg. modo vxor de dictis reb[9]
in hac diſpoſitione diſpoſuit per expreſſum vſumfructum
earum legando marito in ſecundo legato. Igitur ſub primi
generalitate compræhendi non poſſunt. Et facit valde ęqui
tas dicti.§. ſi quis decem. quia ſi vxor nulla, vel modica alia
bona habebat,aliter hęres,ex tali legato nimium grauaretur
¶ Et optimè faciunt ad prædicta ea,quæ ſcripſi.j.eo.c.fin.
10 poſt quæſtionē Collec.quæſtione.xvj. ¶ † Tertiò opponi-
tur,quia videtur, quòd ſuper cauſa libertatis non potuerit
cōpromitti:vt.ff.eo.l.nō diſtinguem[9] de in inte. reſti.c.cau-
ſa reſtitutionis. in fine. Et ſi contrarium recipit hæc litera
prout videntur colligere Inno.& Ber. opponitur de.c.cum
olim.j.de præſcrip.Dicunt Pet.& Abb.quòd contraria lo-
quuntur de libertate hominis: nos autem hic loquimur de
libertate eccleſiæ.Quod proſequere,vt ſcripſi in.c.cauſa.op
poſitione.ij.vbi reperies diuerſitatis rationem.dicunt Gof.
Phili.Ber.Inno.& Hoſt.vt habes in fine vltimę gloſſę,quòd
eccleſia exempta poteſt compromittere de iuribus non cō-
tingentib[9] ius Papæ,vel alterius,qui exemit, vel etiam non
exemit:ſed ius habet in ea, ſecundum Innoc. ſi hoc faciant,
non eſt illi tertio præiudicium:quia etiam expreſſè compro
mittitur de illo, non habet compromiſſum, quantùm ad
ius alterius.Quia nec renunciare poteſt priuileg. libertatis:
nec iuri alteri[9]:quod plus eſt,vt hic:vt.C.res inter alios acta.
per totum.&.C.quib.res iudi.non ob.&.ff.de offi.præſi.l.le-
gatus.¶ Nec obſtat decre.cum olim. quia non fuit ibi iudi-
catum de iure,quod alium tangebat, ſed de iure tantùm,qd
tangebat eccleſiam agentem.Subdit Innocen,quòd ſuper li-
bertatibus alicuius eccleſię poteſt quis compromittere & li
tigare:puta,quia ſi eccleſia aliqua priuilegium habeat ſuper
decimis,vel ſuper iuribus parochialibus non reddēdis, vel
ab alijs eccleſijs exigēdis. Nam ſuper eis & compromittit,&
litigat,infra de deci.ex multiplici.ſ.de in integ.auditis.&.c.
cum olim.de pręſcrip.alleg.Nec contradicit hęc decre.quia
loquitur de libertate,quæ alium tangebat. Nam hoc mona-
ſterium nō ſolùm erat liberum ab Epiſcopo, ſed etiam erat
Papæ immediatè ſubiectum. Et idcirco per ſuum compro-
miſſum non poteſt præiudicare Papæ.Alij tamen aliter ſol-
uunt, vt refert Innocen. & dicunt, quòd eccleſia exempta
non poteſt compromittere de his,quæ tangunt libertatem
quia nec iudicari quis poteſt,niſi de ſpeciali mandato Papę
vt.j.titu.j.cum veniſſent. Sed ſi non eſſet compromiſſum
de libertate,ſed de alijs,quæ per indulgentias ſedis Apoſto-
licæ conceduntur:& vbi alterius ius non tangitur, tenet cō-
promiſſum:vt in.c.olim. ¶ Sed Innocen.dicit, quòd primò
dictum magis ſibi placet: imò plus dicit Innocen. quòd ſu-
per his,quæ dependēt à libertate compromiſſum valet. Ver
bi gratia, ſi facta ſit electio contra tenorem priuilegiorū li-
bertatis ſuper electione, & inſtitutione per Epiſcopum fa-
cienda,tenet compromiſſum: vt.j.eo.cum à nobis.&.c.alle
gato.vbi dicitur quòd delegatorū ſententia ſuper his tenet;
niſi per in integrum reſtitutioneū ſibi ſubueniatur. ſ.tit.ij.
c.ij.Et eadem ratione dicit Innoc.de ſen.arbitrorum.& me-
11 lius probat ſecundum eum infra.eo.c.penul. ¶ † Dicit etiā
quòd licet ſecundum opinionem ſecundam,dato quòd ipſa
ſit vera,non poſſit compromittere eccleſia ſuper ſtatu ſuo:
ſi tamen duæ eccleſię litigarent ſuper tertia eccleſia cui ſub-
eſſet,licitè poſſent compromittere.Licet de ſtatu tertiæ ec-
cleſiæ agatur:vt.j.eo.per tuas. ¶ Sed obijcies,quare ergo nō
tenuit hoc compromiſſum inter Abbatem & Epiſcopum
ſuper duabus capellis. Sed reſpondet Innocen. quòd tenuit
nec quod hic dicitur,contradicit.Sed dicit, quòd non valet
arbitrum in his, quæ ſunt cōtraria libertati. Et idem etiam
dicunt prædicti ſecundum Innoc. quando compromittitur
de his, quæ à libertate dependēt,ſcilicet, quòd nō tenet ar-
bitrum,ſi factum fuerit præiudicium libertati.Finaliter ta
men dicit Innoc.alios dicere indiſtinctè, quòd ſuper ſtatu,
& ſuper libertate, etiam ſi ſit alij præiudiciū compromitti.
Sed non ſit alijs præiudicium, ſed compromittētibus tantū
præiudicat.Et ſecundum hoc ſoluuntur cōtrarietates.argu-
mentum optimum infra de cap.mona.c.ij.in fi. ¶ Et ſubdit
Innoc.in fine hæc verba: non reprobamus quod hi dicunt.
& quaſi concordāt primæ opinioni. & hoc etiam ſatis pla-
cet Hoſtien. Et idem approbat dominus Mart. de Salua ad
inſtar eius,quod præſcriptione dicitur,infra de confir.cum
dilecta.Dicit enim,quòd aliqui,& malè,dicūt, quòd exem-
pti de exemptione agere non poſſunt:quia ius exemptionis
exempti non eſt,ſed eximētis. Sed hoc non valet: quia licet
inſpecto extremo,quo exemptus ſoli eximenti redditur ſub
iectus tale ius ſit eximentis:inſpecto tamē extremo alio cau
ſante in perſona exempti libertatem, contra ſuperiorem,
ius exemptionis dicitur eſſe exempti:& per eum in iudicio
ex compromiſſo deduci poteſt. Et de hoc reputat caſum in
dicto capi.cum dilecta.Et hoc voluit gloſſ.in.c. dilectus. de
cap.mona.Allegat de præſcrip.ad audientiā.& qualiter con
tra Papam pręſcribitur: vel Papa præſcribat. Remittit ad
12 notata Innoc.de poſtu. præla. bonæ ¶ † Henricus ex præ-
miſſis colligit vnam diſtinctionē, cum quæritur,vtrum de,
& ſuper cauſa libertatis poſſit in arbitros cōpromitti. Aut
quæritur de libertate,ſeu ſtatu hominis:& tunc non,vt.§.de
liberali.&.c.cauſa. Quia illa maiores requirit iudices,ſecū-
dum Innoc.& Hoſtien.Aut de cauſa libertatis, vel ſtatus ec
cleſiæ:vt de ſubiectione alicuius eccleſiæ:& tunc ſic:vt in.c.
auditis.&.c.cum olim. Cum diſtinctione tamen: quia aut
iſta eccleſia,de cuius ſtatu agitur, non eſt immediatè Papæ
ſubiecta:& tunc poteſt,vt in iuribus alleg.Aut eſt Papæ im
mediatè ſubiecta: & tunc non poteſt ſine licentia Papæ: vt
hic. Vnde hic impeditur cōpromiſſum ratione Papæ pri-
uilegium concedentis. De cuius priuilegio nullus ſine eius
licentia cognoſcere poteſt:vt in.c.cum veniſſent. ¶ Sed par
cat mihi,quia non intellexit Innoc. quòd hic valuerit ſim-
pliciter compromiſſum in præiudicium compromitentiū,
licet non in pręiudicium Papæ.Et hæc eſt veritas,vt ſcripſi
ſ. poſt Martinum. ¶ Subdit poſteà, ea quæ ſcripſi in.c.
cauſa.oppoſitione ſecūda, & poſt remittit ad notata Hoſti.
in Summa.eod.titu.§. de qua re.poſt princi.& etiam intelle-
ctum Innocen.de quo ſupra,voluit hic Lignanus.Henricus
autem inducit hanc decretalē cum ſua materia ad quæſtio-

nem Guidonis Epiſcopi Mutineñ. quam Nouella collocauit in Mercuriali in regula, ſcienti. de regulis iuris. infra libro.vj. *Sed* ibi dicam. & idcirco illam de præſenti omitto.

13 ¶ † Collectarius quærit, nunquid arbiter habeat ſportulas pro labore? Et dicit ſecundum Petrum de Bellapertica, quòd ſi procedat ſummariè, ſeu extraordinariè, non habebit eas per.l.in ſacris. C. de proximorum ſacrorum ſcinio. Facit, quia nec iudex eas recipere debet, ſecundum eum: vt infra de vita & honeſta clerico.c. cum ab omni. & infra de reſcrip.c. ſtatutum libro ſexto.§. in ſuper. Secus fortè in vero arbitro.vt not.C. de priuile.ſcholarum.l.quoties. quæ fortè in vero arbitro loquitur, ſecundum eum. Dicam in.c. cum ab omni. de hoc videlicet, an arbiter poſſit exigere ſalarium: ſcripſit Nouella de ſalarium.§.j. in fine in Speculo. ¶ Supple gloſſas. In glo.prima ibi: *literas*: vbi de hoc. Et ibi: *videtur*. cui ſtatur ſecundum Laurentium. Hug. & Hoſtien. & ibi: §. *ſecunda*: vbi de hoc: Et ibi.§. *tertius*: verſicu. ſi quia verò vbi plenè de hoc. & ſecunda quæſtione.vj.§. quod de arbitris. Et in fine dixi plenè in prima oppoſitione. ¶ In glo. ſecunda in fine idem Innocen. hic in tertia gloſſ. Addit tamen Innocen. quòd ſi ſit compromiſſum ſine pœna, obſeruandum eſt arbitrium, metu eius. ne agatur ad intereſſe: vt.ff. eodem.l.diem.§. vltimo. & l. ſequenti, & infra.eodem, per tuas.atque metu executionis etiam pœna, & ſtipulatione ceſſantibus, ſi fuit homologatum, vt in glo. ¶ In gloſſa. *nota quod*: ibi.§. ſi quis. vbi de hoc. Et ibi: *corrigitur*: etiam in vno capitulo per iudicem appellationis ſecundum Hoſtien. ¶ In gloſſa vltima ibi: *inter*: de capel. monachorum.c. ij.in fine. Et decreta. cum olim.non fuit iudicatum de iure, quod alium tangeret: ſed tantum eccleſiam agentem. De hoc dixi plenè in tertia oppoſitione. Et in fine, & infra de pact.c. primo, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio apud delegatum, an fieri queat?*
2 *Arbitria, quàm delegatorum iudicia ſtrictioris iuris ſunt.*
3 *Reconuentio in quibus cauſis ceſſet?*
4 *Arbitria & iudicia in quibus conueniant, ac differant quoad reconuentionis materiam?*
5 *Arbiter, num de pœnis cognoſcat? & numero ſequenti.*
7 *Arbiter num contumaciam punire queat?*
8 *Arbiter ad quem locum citet?*
9 *Arbitro cognoſcente, an de ſpolio excipi queat?*
10 *Arbiter in caſu de quo hic, parte altera contumaciter in termino non comparente, an pronunciare queat.*
11 *Pœna compromiſſi, vt in totum per quamlibet partis abſentiam, ſeu non comparitionem committatur? & numero ſequenti.*
13 *Pactum compromittentium, vt ab arbitri ſententia appellare poſſint an valeat? & numero ſequenti.*
15 *Appellari ab arbitri ſententia cur non poſſit? Et quid de ciuitatibus Italiæ, vbi per ſtatutum appellari licet? numero.16.*
17 *Appellationis effectus multiplices.*
18 *Mora in præiudicio, an præiudicare queat? Et an purgari ex parte actoris poſſit? numero.19.*
20 *Gloſſa legis interdum aduerſus Petrum Belleperti. & Andre. Piſonem ſuſtinetur.*
21 *Mora quid ſit, & qualiter committatur, ac de eius effectibus remiſſiue.*
22 *Moræ purgatio, ſi in ſtipulatione compromiſſi pœna appoſita ſit, ſitque adiecta clauſula, rato manente pacto, &c. an admittatur? Et quid operetur pactum? & numero.23.*
24 *Pœnalis ſtipulatio, ſi conuento in perſonam vnius, & pœna in alterius perſonam collata ſit: an purgari poſſit?*
25 *Pacto, num conueniri poſſit, vt ab arbitratoris ſententia ad boni viri arbitrium non recurratur? Et quis bonus vir hîc intelligendus ſit. 26.*
27 *Arbitrator, num contumacem punire queat.*
28 *Compromiſſum plenum qui velit facere, quid habeat efficere?*

¶ *CAP. VI.*

CVm dilectus. ¶ Caſus. Reconuẽtio nõ fit coram arbitris. Communis diuiſio. Secunda pars ibi: *Nos igitur*. Prima enim ponit cõſultationem & ſecunda reſponſionem. Secunda ſubdiuiditur. Primo enim ponit reſponſionem. ſecundò ſubmittit reſponſionis rationem, ibi: *cum arbitri*. Et pars eius de cau.poſ.cum dilectus. & de fide inſtrumen.cum dilectus. ¶ Expone literam. *Iudicio*. etiam delegato. j. de mutu.peti.c.j. & .ij. & de reſcrip.c. diſpendia.libro.vj. *Iudice*. principalis cauſæ. Quid de iudice appellationis.vide in Spec. de reconuen.§.ij.verſi.ſed nũquid coram.dicam.j. de mutu. peti.c.j. *Arbitris*: etiam electis ad cognoſcendum de cauſa recuſationis. De hoc in Spec.de recuſa.§. fi.verſi.ſed nũquid coram. *Non poteſt*: notatur in Spec. titulo de recõuentione in prin. Odofre.intellexiſſe hoc, quãdo factum eſt compromiſſum de certa re. Nam vt dicit coram eo, in quo fuit de omnibus controuerſijs compromiſſum, bene fiet reconuentio. Sed circa illa potius videtur conuentio virtute compromiſſi.ff.eo.l.ſi cum dies. quã allegat Collectarius dicẽs Hoſt.
1 hic tenere in ſumma de mutuis peti.§.fi. ¶ † Ratio dubitãdi eſt, quia licet delegatus nõ poſſit cognoſcere niſi de negotio ſibi commiſſo.de offi. dele.cum olim. & inter perſonas expreſſas.eo.tit.c.P.& G.tamen coram eo poteſt fieri reconuẽtio infra de mutu.pe.c.j.& .ij.& c.diſpendi.alleg. Facit, quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum.ff. eo.l.j.&c.
2 ¶ † Ratio decidẽdi quia arbitria ſunt ſtricti iuris: vt in textu, & ſtrictioris, quã etiam delegatorũ iudiciũ hoc ſecundum Collec. pro eo, quia magis exuberat ęquitas in iudicijs etiam delegatorum, quàm in arbitris. Nam iudices tenentur, & iurant iudicare ſecundum ęquitatem. & ſi contra faciunt ab eis appellatur: arbitri vero non ita arctantur: imò coram ſententię iniquæ ſtari oportet.vt.ff.e.l.diem.§. ſtari.
3 ¶ † PRIMO quæritur, in quibus cauſis reconuentio ceſſat? Glo. prima ponit quinq; cauſas. Primus in arbitro: vt hîc. Secundus in criminibus. Quod intellige. vt notatur in Summa. & in.l. neganda. & vt dicam infra de mu.peti.c.j.q. j.& .ij. Tertius in cauſa ſpoliationis. Quartus in cauſa momentaneæ poſſeſſionis: vt.C. qui legi.perſo.l.vltima: Sed illa lex multos habet intellectus, vt ibi notatur. Sed Hoſtien. illã intelligit, quòd ſi pupillus de hac agat contra me, proponendo interdictum, quod vi aut clam.aut, vti poſſid. vel, vnde vi. ipſum reconuenire potero. ¶ Quintus eſt in ſpoliatione facta eccleſijs, & eccleſiaſticis viris. Et hoc eſt expreſſum etiam in laicis: vt.§. ſi agant. Super hoc remittit Collectarius ad lecta & notata. j. de reſtitu.ſpo.frequens. in fine.libro. vj. Alios.iiij.cauſas addit Nouella. Primus eſt, ex perſona excõmunicati conuenti, qui obſtante ſexcõmunicatione reconuenire non poteſt. j. de except.cum inter priorem. Secũdus in cauſa ſpeciali, de qua non fit reconuentio coram laico. De hoc infra de mu.pe.c.j.vbi tãgam in.vij.q.& in quęſtione.viij. Cuius in agendo. Tertius eſt, ſecundum Vincen.& Tancre.in cauſam matrimoniali. Et quintus in.q.præiudiciali. Allegant de ordi.cogni.c.j. Et hoc vltimum ponit Hoſti. Allegat.iij.q.vltima.c.non eſt.§. aliquando. De hoc in Spec. tit.de reconuentione.§.ij.in princ. & per totum. Dicam infra de mutu.petitio.c.j.
4 ¶ † SECVNDO quæritur, in quibus cõueniunt & differunt iudicia, & arbitria quoad materiam reconuentionis. De hoc habes hîc in glo.ij. Dicunt Io.& Vincen.quòd conueniunt, & differunt in principio medio, & in fine. Conueniunt in princ.quia contra vtroq; datur libellus. De quo in Spe.de libell.§.reſtat.in fine. Fit cõteſtatio: & per eam interrumpitur præſcriptio. Iuramentum de calum. Differunt in prin.in re conuentione: & quia ſtrictè venit id, de quo ſolũ actum eſt, & quia nõ citat arbiter extra locum cõpromiſſi: nec delegat arbitrium, nec præſtatur coram eo ſatiſdatio. Conueniunt in medio: quia vtrobiq; examinatur nego.&

vterq;

vterq; de reſtitutione in integ.incidéter cognoſcit. Probationes coram vno actæ valent coram alio. Differunt in medio:quia nõ punit contumaciã: Quia non cogit teſtes.Item quia non valet pactum de nõ recedendo ab arbitro:nec extenditur ad hæredes.Conueniũt in fine:quia vterq; ſtatuit diem ſolutionis fiendæ: non cõpelluntur pronunciare diebus feriatis. Vterq; fert ſententiam in ſcriptis,& ex vtroq; datur actio.¶ Differũt in fine: quia arbiter non pronũciat altera parte abſente.In arbitrio nõ purgatur mora:& ſentẽtia arbitri non infamat.Concordantias horũ habes in glo.& ſuper ea Nouella.vide de his differẽtijs plenius in Spe. de arbitro.§.differt,&.j.eo.c.in glo.ij. Et iunge, quæ dicam.j.in ſuppletione glo.ij.&.j.in fine cap. vltimi.j.eo. in dictis Collect. in princ.

5 ¶ † TERTIO quæritur, nunquid arbiter poſſit cognoſcere de pœna? Io.& Vincen.dicunt,quód de pœna,vel intereſſe cõpromiſſi non cognoſcit arbiter,per.l.quid tamẽ.§.vltimo.ff.e.Sed Hoſtiẽ.per eand.l.j.reſpon tenet,quòd imò cognoſcere põt:quia ſequitur ex delicto in arbitro cõmiſſo,& ratione connexionis. Et dicit eand.l.in.§.vltimo.nõ ſtare. Quia ille.§.loquitur in pœna à partib⁹ compromiſſa, ſuper qua cõpromiſſum non eſt,vt ibi.Sed aliud eſt in pœna proueniente iure actionis,de qua compromiſſum eſt : vt in caſu glo.de pœna dupli, de quo loquimur.Phil.etiam.j.eod.c.ſi.recitabat dictum Azonis.ſ. quód arbiter de fructibus & litis expenſis dicere poteſt : cum ſint contigua. Et ideò per ea non dicitur aliquid fieri extra compromiſſum,ſed circa, vel iuxta: vt.ff.eod.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter.Talia enim quæ iuxta mandatum ſunt veniunt in mandato.ff.iudi.ſol.l. iam tamen. de procur.l.ad rem. &.l.ad legatum. De quo vide in
6 Spec.eo.tit.§.ſi.verſi. ſed cum.ſ. ¶ † Henricus circa hoc ſic diſtinguit:quia aut quæris de pœna à partibus inuicem cõpromiſſa de ſtando dicto arbitri, vel de comparẽdo ad dies coram eo aſſignandos, & de tali non cognoſcit : quia nõ eſt in eum compromiſſum , vt in.§.vltimo alleg. Aut de pœna proueniente iure actionis. De qua in eum eſt compromiſſum,qualis eſt pœna dupli: de qua in.l.inde Neratius.§.pen. ff.ad leg.Aquiliam. & quod me. cau.l.ſi cum exceptione.§.hæc autem actio.vbi de pœna quadrupli.& de illa bene cognoſcere poteſt.ar.ff.de his,quid no.j.l.quid ergo.§.vt ex cõpromiſſo.¶ Et ex prædictis dicit Bar. in.l.quid tamen.§.vltimo. quòd cum quidam arbiter condemnaſſet partem ad ſoluendum centum.j.menſem:& ſi nõ ſoluiſſet.j. menſem, ad ſoluendum ducenta:ipſe conſuluit condemnationem ducentorum tanquàm pœnalem non valere. ¶ Collectarius infra.c.cum dilectus.ante finem inducit notata hic per Inn. & in Spec.eo.tit.§. ſequitur.verſi. ſed nunquid de pœna.vbi videtur ſouere, quòd ſic. & pro Innoc.inducit notata Ioan. iij.q.vij.c. infamis.§. tria. ibi notat , quòd arbiter ſuam ſententiam exequi nõ poteſt:quia illa lata complet officiũ ſuũ. Conſequenter quærit,an poſſit pronunciare ſuper expenſis pronunciando in principali? Et quód ſic, inducit Innocẽ.j.eo.c.ex parte. quia licet non veniant in compromiſſo, ſunt tamen ei contiguæ. Idem dicit notatum in Spec.de expẽſis, veniunt officio iudicis. De alijs ſecus.e.tit.§. ſequitur.verſi. ſed cum.ſ.& ſeq.Et ex eis infert ad quæſtionẽ ſequentem,q contumacem in expenſis punire poſſit ex officio ſecũdum Hoſti.in Sum. eo.tit.§.qualiter. Et cognoſcere de fructibus, cum iſtud ſit incidens. ¶ Nec obſtat quòd mulctare nõ poteſt.ff.eo.l.iij.§ ſi. quia hoc verum eſt mulctando in modum pœnæ: ſed bene alio modo.ſ.ad iudiciorũ modum cum redacta ſunt &c. Et quia ex officio incidenter reſtituũt.vt.ſ.tit.proximo,&.c.penul.Et idem determinatum fuit in cancellaria de arbitratore. Licet aliqui magni tenuerint cõtrarium. quia eadem eſt ratio.& inde notatur ſua in.c.cum dilectus.in princ.&c.

7 ¶ † QVARTO quæritur ſpecialiter, vtrũ arbiter poſſit punire contumaciã.vide in glo.ij. verſi.item arbiter non poteſt punire. Et dic.l.non ex omnibus.ff.eo. quód arbiter contumaciã punire non poteſt mulctãdo:ſed bene in expenſis condẽnando. Nam & de intereſſe cognoſcit.ff.eo. nõ diſtinguemus.§.item non eſt cogendus. in fine ſecũdum Inno.& Hoſti.Dicebant Io.& Vincen.l.nõ ex omnibus.intelligẽdam eſſe in actione arbitraria. in qua arbiter facit in litem iurari contra contumacem &c. ¶ Henricus diſtinctionem Inno.& Hoſti.approbans,ſupplet ad primũ membrum:Subaudi,niſi aliud in cõpromiſſo eſſet actum.ff.eo.l.ij.Et opinionem Inno.& eius rationem reperies.j.eo.ex parte. Et de hoc ſatis per Hoſti. in ſumma.eo.tit.§. qualiter ad effectum. verſi.ſed nũquid poteſt punire.Refert Collectariũ. & Gof. in ſumma tenuiſſe,quòd contumaciã in non veniendo punire non põt:ſed in non ſoluẽdo,bene.Et idem ſentire videt Inno.in.c.ex parte. Dicit tamen q Nouella poſt Gof.tenet contrariũ de offi.ordi.graue.per.l.non ex omnibus. Sed ſalua pace,verba Nouellæ ibi ſuper verbo delegatus. ſunt iſta. Eſt etiam tertia ſpecies iuriſditionis.ſ.ex compromiſſo. ſed quia ex ea nõ licet interficere, vel excõmunicare: & ſi liceat contumaciam litigatorũ aliâs punire:vt.ff.de arbi.l. non ex omnibus.Et ſi ex ea agatur ad intereſſe,& ſi executioni mãdetur.j.de arbi.c.per tuas.ideò de illa ſubticetur.Gof.vides ergo quomodo Nouel.prædictis cõtrariatur,per verba prælibata.Et certè nullo modo:quia verba illa, & ſi liceat cõtumaciam litigatorũ:aliâs punire.credẽdũ eſt eum intellexiſſe ſecũdũ diſtinctionẽ de qua.ſ. ¶ Sed iſtud eſt de more Collectarij allegare plerũq; nimis crudè.Subdit idem Collectarius ſe audiuiſſe Iaco.per .l.quid tamen.§.vlti.diſtinxiſſe inter mulctã applicandã ipſi arbitro : vt in illa punire nõ poſſit.& pœnam applicandã parti: vt in illa poſſit punire contumacem.Diſtin.j.placere videtur Bar.in.l.nõ ex omnibus. Et credo , quòd contineat veritatem. vide tamen ſuper hoc Butrigariũ. in.l.nõ ex omnibus.&.l.ſi cum dies.§ ſi. Et quod ſcripſi.j.c.in.q.Collectarij.verſi.item quærit.

8 ¶ † QVINTO quæritur,ad quem locum poteſt citare arbiter? videtur,q ad omnẽ locũ, de quo ſibi placuerit. Quia cum non ſit aſſignatum ſibi territoriũ certum, videtur habere totum mundũ pro territorio. & ſic in qualibet parte orbis citare ad votũ.Sic poteſt ordinarius in qualibet parte diœceſis.de offi.ordi.cum Epiſcopus.Glo.tenet contrarium & bene.videlicet, q locus vbi cõpromiſſum factum eſt,videtur ſibi per partes pro territorio aſſignatus. & ideò extra illum locum citare nõ poteſt. Super quo remittit. Nouella ad notata in Spec.de citatione.§.j.verſi.ſed nunquid arbiter. & de arbitro.§ ſi.verſi.de loco.& verſi.ſe.& not. ſua de teſta. præſentata.ſuper verbo ſolo. ¶ Ex quo infert Collectarius quód ſi fuit compromiſſum in ciuitate, & ſententia lata in diœceſi,non valet ſententia:vt.ff.e.l.ſi cum dies.§. ſi arbiter. Et de hoc remittit ad Spec.eo.tit.§.ſequitur.verſi.item quæritur.vbi dicit Spec. q locus non ita ſtrictè accipitur, quòd intelligatur de circunſtantia,aliâs circũferentia certi ſpacij. Si enim compromiſſum eſt in eccleſia, vel in porticu ciuitatis,pro loco tota ciuitas accipiẽda eſt. ¶ Quod proſequere, vt ibi notatur.Et pro hoc allegat ibi Io. And.de reſcrip.Radulphus, & de ſen.excõmu.ſi ciuitas.libro.vj. Et placet hoc Collectario. ¶ Subdit etiam Collectarius,quòd pars nõ incidit in pœnam,ſi ſic citata nõ venit:niſi prout dicit Inno. quando citatur ad ſententiã audiendam.Et ita dicit ſe audiuiſſe à ſolennibus Doctoribus legum.Sed iſtud eſt periculoſum:quia ex prædictis eſt & quandoq; neceſſaria præſentia, etiam ad alios actus:puta ad litis conteſtationẽ,ſine qua arbiter nõ poteſt teſtes recipere.nec ſentẽtiam ferre: vt infra, vt lite non conteſt.in rubro & nigro.& per totum. iuncta l.j.ff.eod.¶ Item etiam pro veritate per confeſſionem eruẽda, vt infra de confeſ.c. ſtatuimus. lib.vj. Ideò non ſto cum eo in hoc dicto, ſaluis his,quæ dicam infra in quæſtione ſe-
9 quen.§ Cynus hoc mouet.vſq; in finẽ. ¶ † Subdit præterea Collectarius,quòd coram arbitro de ſpolio non põt excipi. Et hoc ſatis credo,quia hoc ſibi cõmiſſum non eſt: nec aliâs habet iuriſditionem. arg. eius, quod hic legitur,& notatur

inprinci.ij. glo.Et hoc refert Henri.notaſſe Bart. Brix.in.q.
dominicali,quæ incipit : actor & reus &c.
10 ¶ † SEXTO quæritur, quia non poteſt pronũciare arbi-
ter,niſi vtraq; parte præſente:niſi aliter conuentum fuerit:
vt in.§.ſi quis litigatorum. & hîc notatur. Pone ergo, quòd
arbiter partem condẽnandam requiſiuit, vt cõpareret certa
die ad ſententiam audiendã: quę timens de ſententia com-
parere cõtumaciter recuſauit: quęritur,vtrũ in termino po-
terit arbiter ſententiá ferre? vide quę ſcripſi.ſ̃.eo. ex parte.
in.iiij.q.& in.j.q.videtur,quòd ſic.Quia partis citatę abſen
tiam replet Dei præſentia.C de iudi.l.properãdum.§.ſin au-
tem.Et quia nõ debet eſſe in poteſtate vnius partis in pręiu
dicium alterius,& in contemptũ arbitri,deludere arbitrũ,
& eius ſententiam impedire.argumẽ.ff. de iudic.l.ſi prætor.
¶ Contrariũ tenet hic Nouella.& fatetur,quòd eſt in partis
poteſtate eludere arbitrium. Sed dicit, quòd pœna in eum
committitur,vt in.§.ſi quis.alleg.Quod ibi intelligit Bart.ſi
per hoc factum eſt,quominus arbitretur, vt ſic non cõmita
tatur pœna in caſu,quo etiam illo comparente,arbiter non
11 fuiſſet arbitratus.¶ † Cynus hoc mouet.C.e.l.ij.& refert,ꝙ
Iaco.de Ra.& quodam alij.etiam huius quæſtionis materiá
extendendo, videlicet ad diſcuſſionem huius dubij, an per
quamlibet contumaciam, ſeu nõ comparitionem pœna cõ-
promiſſi cõmittatur in totum.Sic diſtinguit,quia aut eſt lis
conteſtata,& liquidũ de cauſa:& tunc ſi partes fuerint præ-
ſentes vſq; ad concluſionem , poterit ferri ſententia parte
abſente.ar.C.de arbi.l.quamuis.Aliter non.Nam nõ ſic in ar-
bitrio, ſicut in iudicio cõtrahitur eremodicium, ſed pœna
committitur:vt in.§.ſi quis.Aut nõ eſt lis conteſtata, vel nõ
eſt liquidum de cauſa.& tunc nõ cõmittitur pœna: ſed mul
ctabitur contumax.Quia ſi veniſſet pars coram arbitro, nõ
potuiſſet ferri. Nam eodem modo idem eſſet in iudicio ad
cuius ſimilitudinẽ arbitria ſunt redacta. ff. eo.l.j.vt patet.C.
de tempo.app.l.vltima.§.illud.& l.properãdum.alleg.Et hęc
vera ſecundũ eos, quando cõpromiſerunt partes ſtare ſen-
tentiæ.Quia in dubio de diffinitiua intelligitur: vt.ff.de re
iudi.l.quod iuſſit.Sed ſi compromiſerunt ſtare ſententiæ,&
præcepto arbitri ſub pœna:tunc poſſet committi : vt.ff.eo.
l.non diſtinguemus.§.de officio. Nec ob.l.nõ ex omnibus.ff.
eo,ibi: *aut operam præbendam pertinent*. Quia licet nõ ſtet per
abſentem quominus ſententia detur: tamen dat operam, vt
non detur. Reſpondẽt ibi aliqui, quòd ibi loquitur, quãdo
factum,vel opera erat in obligatione.& ſic intelligit ibi Ro
gerius. ¶ Nec obſtat textus,qui dicit,quòd ſi pars citata va-
dit ad alium iudicem,& rem de qua compromiſſum fuerit,
aliâs cõpromiſerat, deducit in iudiciũ, cõmittitur pœna.ff.
eo.l.ſi quis rem. ¶ Reſpondent enim,quòd fortè ibi erat lis
conteſtata. Vel dicunt, quòd ibi loquitur de deſiſtente : ſed
non loquuntur de non veniente. Et aliud eſt deſiſtere, aliud
non venire: vt.ff.de iudi.l.deſtitiſſe. ¶ Nec obſtat,ſi obijcia-
tur,quòd etiam ante litem cõteſtatam poteſt ceſſare eorum
ratio,videlicet,dum lite non cõteſtata ſententia ferri poteſt
vt puta in confeſſum. Reſpõdent enim, quòd nos debemus
nos referre ad ſolitum morem & ordinem iudiciorum,non
caſum aduentitium: vt in.l.eo tempore. ¶ Petrus tamen de
Bellapertica dicit,ꝙ propter iſtam vltimam rationem ipſe
non conſentit eis:quia iura præſumũt, quòd quilibet debet
bonam fidem agnoſcere:vt.ff.de admi.tuto.l.quoties.§.idẽq;.
Ideò ſecundũ iura pręſumendũ eſt, quòd ſi veniſſet,verita-
tem fuiſſet cõfeſſus.& hoc poſſet eſſe prima die.& ideò pro
tali defectu pœna cõmittitur in ſolidum.ar.ff.de iudi.l.ſi de
bitori.& d.§.ſi quis. ¶ Præterea,quia arbitria ad inſtar iudi-
ciorũ ſunt redacta , vt dixi;& in iudicijs pro defectu vnius
diei cõmittitur pœna inſolidum: vt.ff.ſi quis cau.l.ij.Ex quo
concludit Cyn.ſecundũ eum, ꝙ pro vna contumacia pœna
12 committit. ¶ † Fortè poſſit probabiliter hic diſtingui:
Quia aut promiſſa eſt pœna,ſi non pareatur arbitro,aut di-
cto.vel ordinationi ipſius:et tunc ſeruetur opinio Pet.quia
verba promiſſionis pœnæ tunc adeò generalia ſunt, quòd
omnem contumaciam comprehendũt. Aut promiſit ſtare
ſententię diffinitiuę,quá ferret arbiter: vel ſententię in ſin-
gulari,quod habeo pro eodem,vt.d.l.quod iuſſit.ar.Inſti.de
iure natura.§.ſed quoties.& l.j.§.qui in perpetuũ.ff.ſi agere.
Vectig. Prætertim, quia in ſtipulationibus ſtrictã facimus
interpretationẽ: vt.ff.de verb.ob.l.quicquid.Et maximè vbi
pœnales ſunt.ĩ.de regu.iur.c.in pœnis.lib.vj. cum concor-
dantijs. ¶ Et hoc caſu ſub diſtinguo; qa aut non comparet
in termino ad ſententiã audiendam:& tunc planũ eſt,quòd
committitur pœna:vt in.§.ſi quis.Salua moderatione Bart.
de qua.ſ̃.Aut in alio termino ante ſentẽtiam:& tunc aut eſt
talis contumacia propter quã omnino ſententia impeditur:
& tunc ex mente etiam cenſeatur pœna cõmiſſa : & l.nõ ex
omnibus.ibi: *aut operam*, &c. & l.ſi quis rem.in prin. alter.&
dicto.§.ſi quis litigatorũ.ibi: *quia per eum factum eſt*, &c. Et.d.
l.ij.C.e.quæ loquitur indiſtinctè.Et ſic adhuc procedat opi-
nio Pe.Aut eſt alia cõtumacia:& tunc ſtetur opinioni con-
trariæ notatæ etiam per Ioã. Fa. in.d.l.ij.& in Spec.de arbi-
tro.§.ſequit.verſi.ſed nũquid.Et dicit etiam Io. Fa. eam no-
tari in authen.de iudicibus.§.quia verò.Et ſatis videtur ſen-
ſiſſe mẽbrum aliud diſtin.ſ̃.proximè præcedẽtis Io.Fa.Quia
dicit,quòd ſi ad iudicẽ,committitur pœna,per.l.ſi quis rem.
Allegat.ſ̃.de offi.dele.ſignificantibus. ¶ Dicit tamen,fortè
ſecus,ſi iurauit: vt.C.eod.l.ne in arbitris, &.ff.eo.l. diem.§.ſi
quis.& l.Celſus.& C.de modo mulcta.l.eos.Sed non capio,
hoc tangam.ĩ.e.c. per tuas.in.q.j.&c.
¶ † SEPTIMO quæro, quia glo.ij.ante finẽ loquit de re
nunciatione appellationis,vel proceſſus:de quo in Spec.tit.
13 de app.in fine. ¶ † Quid ſi conueniãt contra compromit-
tentes,quòd à ſentẽtia arbitri, vtraq; pars appellare poſſet.
¶ Hoſtien.dicit hoc cõtigiſſe de facto inter Verſellen.Epi-
ſcopum,& Caſalenſes,& hoc diſputat.ĩ.de teſta.Raynaldus
circa prin.Et arguit,ꝙ valeat pactum ex edicto prætoris,Pa
cta ſeruabo.ff.de pact.l.iuregentiũ.§.prætor ait. Sunt enim
pacta ſeruanda,etiam nuda ſecundũ canones. Quod dic, vt
ſcripſi.ſ̃.de pact.c.j.in.q.j. ¶ In cõtrarium inducit,quòd ſen-
tentia arbitri nõ per omnia eſt ſententia.De his enim,vt di
catur ſentẽtia tres cõcomitantia,videlicet vt infamet:vt ex
ea de euict.agatur.& vt ex ea detur actio & exceptio. Quæ
tria deficiunt in ſententia arbitri,vt probatur per ordinem
ff.de his qui not.ĩ.l.quis ergo.ff.de euic.l.ſi dictum.ff.eo.l.ij.
&.C.e.l.j.De quibus tamen de, vt notatur.ĩ.e.per tuas. & vt
ſcripſi.ſ̃.e.c.ij.q.j.verſi.item ſecundũ eum. ¶ Demum dicit
Hoſtien.dominũ ſuum dixiſſe, quòd pactum nõ valet. Re-
fert tamen Iac. Balduins dixiſſe contrarium.Facit pro opi-
nione Iacobi: quia per quandã ſpeciẽ appellationis ſentẽtia
arbitri retractatur: vt.ff.e.l.nõ diſtinguemus.§.cum quidam.
Et dicit Hoſti.quòd de hoc ſolum tractari.C.e.l.j. ¶ Pro pri
mo tamen dicto videtur facere.d.l.j.vbi dicitur à ſententia
arbitri appel.non poſſe:quia nec iudicati actio inde præſta-
ri poſſet. Et ita tale pactũ quo appellari liceret, directè eſſet
contra dictam leg.Et ad hanc partem,quòd pactum nõ va-
leat,adducimur.ff.e.l.qualem.& l.diem.§.ſtari.&.ff.ſolu.ma.
l.alia.§.j. ¶ Item,quia per hoc pactum videtur delegari.l.pri
uatorũ.C.de iuri.o.iudi. quia iam talis arbiter eſſet iudex,
ſi per appellationem deberet eius ſentẽtia in ordinario iu-
14 dicio refricari. ¶ † Cynus. C.e.l.j.format iſtam quæſtionẽ
in quæſtione.ij.& hic modo.Pone,quòd ego & Titius com
promiſimus in arbitrum,hoc pacto,quòd ferat ſententiam
ſecundum leges.& ſi tulerit contra leges,quòd nihilominus
liceat appellare. Quæritur, vtrum ſic valeat. quòd poſſit à
ſententia arbitri appellari.Arguit,quòd ſic:quia conuentio
non eſt contra bonos mores.C.de pac.l.pacta. ¶ Item,quia
non tenetur ordinarius iudicare ſecundum leges.C.de iudi.
l.rem non nouam.ergo nec arbiter.ff.e.l.j. Igitur hoc ius cõ-
mune poteſt deduci in pactum.ff.man.l.qui mutuã.in prin.
¶ Arguit in contrarium de.l. qualem.&.§ ſtari. & quia tale
pactum aufert arbitro liberam facultatem ſentẽtiæ feren-
dæ.ff.eo.l.item.Præterea,quia à ſententia lata contra legem
non

non iure nulla. quando appel.non eſt neceſſa.l.ij. ergo con-
uentio contra leges non eſt ſeruanda. Inducit.l.alia.§.j. &.l.
j.C.eo.¶ Poſteà circa hoc quærit qualiter valet conuentio
arbitri de iudicando ſecundum leges? Dicit Cynus ſecun-
dum Hug. quòd ſi cõueniatur,vt arbiter iudicet ſecundum
leges,bene valet.Secus,ſi vt ferat certam ſententiam abſol-
uendo,vel condemnando.quia tunc non valet.Et ſic loqui-
tur.§.idem Pomponius. Pro quo facit id,quod notaſ in glo.
ff.de hære.inſti.illa inſtitutio.Demum ſecundum Hug.cir-
ca principalem quæſtionem diſtinguit:Quia aut lata eſt ſen
tentia contra legem expreſſim, & pactum cõtrarium aduer
ſum legi,non valet.Aut eſt lata contra legem,ſed nõ expreſ-
ſim:& tunc valet ſententia & pactum,vt appellari poſſit,&
non incidat in pœnam appellans. Nam licet.l.j.C.eo.vetet
appellari à ſententia arbitri nõ tamen vetat conueniri poſ-
ſe: vt ſi contra legem ſententiam tulerit, appelletur.Nec vi
detur hoc pactum cõtra leg.Sic.ff.de pac.l.paciſci.& de ędi-
lic.edic.l.quæritur.§ fin. Et ſic determinat Hug.præfatus in-
ter indiſſolubilia ſua, vbi hanc quæſtionem ponit. Et idem
videtur ſentire Dynus.ff.de app.l.ex conſenſu. in princ.Sed
Cynus dicit,quòd ſibi videtur,quòd tunc appellari nõ poſ-
ſit:quia per hoc derogatur legi priuatorum. ¶ Ioannes An-
dręæ non elegit:Lignanus, & Collectarius de hoc nihil tan
git.Henricus verò hîc hoc tangit: ſed non facit niſi remit-
tere ad dicta Hoſtiẽ. & Nouellæ.Collectarius autem ſolùm
approbat dictum Cyni per.l.priuatorum. & remittit ad.d.
Hoſtiẽ. ¶ Bartolus hoc examinat.ff.de le.j.l.nemo poteſt.&
pro opinione Cyni inducit, quòd tale pactum videtur eſſe
cõtra ius publicũ.Cum iuris publici.&c. arg.l.priuatorũ.&
ff.de pact.l.ius publicum. Dicit tamen, quòd Spec.in tit.de
appel.§.in quibus.verſic.quid ſi conuenit.tenet opinionem
15 Dyni,per.l.ex conſenſu. allegatam. ¶ † Poſteà Bart.intrat
materiam,& dicit dicta ſua menti commendanda, & ab eo
petenda.Repetit primò rationem,quare à ſententia arbitri
non appellatur, quam ponit glo.C.e.l.j.quia ſi homologatur
expreſſè,& obſtante approbatione,appellare non licet:hoc
ceſſante,ante decem dies non eſt locus appellationi:quia nõ
dum valet ſentẽtia.& poſt decem dies ſerò prouocatur. Vel
erat ratio,quam textus aſſignat: quia ſententia arbitri non
parit actionem.C e.l.j. Si ergo producat actionẽ, hodie ap-
pellari poteſt.Et ſi dicatur actionẽ non produci,niſi homo-
logeſ,& per homologationem perdit ius appellari, falſum
eſt:Quia poſſum approbare ſententiam latam,nõ tanquàm
bene latam.Nec videor per hoc dare arbitro iuriſditionem
contra.l.priuatorum.Quia per hoc non datur ſibi alia iuriſ-
ditio,vel poteſtas:licet parti detur hæc facultas appellandi.
Nec repugnat iuri,quod ab acto eius,qui non habet iuriſdi-
tionem,ſed iuriſditionis officium tantum poſſit appellari:
quia appellat ab executore quando modũ excedit.de appel.
l.ab executore.& quorum appel. non rec.l. ab executore. Et
tamen conſtat executorem nullam iuriſditionem habere:
16 vt.C.de execu.rei iudi.l.executorem. ¶ † Quid igitur dubij
habet quin in ciuitatibus Italiæ, in quibus per ſtatutum ex
ſententia arbitri oritur incontinenti actio à tali ſententia
valeat appellari. ¶ Et licet in alijs caſibus,in quibus ex ſen-
tentia arbitri nõ oritur actio, nõ poſſit appellari de iure cõ-
muni.C.e.l.j.Tamen dicit Bart.quòd bene per pactum poſ-
ſet appellari.Sed dicit,quòd tunc non erit propriè appella-
tio de qua loquitur titulus de appel. Cum illa ſit quædam
extinctio ſententiæ:vt.ff.ad Turpil.l.j.in fine.Modò ex ſen-
tentia arbitri, ex qua non oritur actio, nulla eſt. Et idcirco
reſcindi non poteſt, ſed importat hoc pactum,quòd appel-
lari poſſit,ſecundum eum.hoc eſt, quòd poſſit iri ad iudicẽ
vt videat,an arbiter bene iudicauit. ¶ Et pro hoc.ff. qui
ſatiſd. cogun.l.arbiter. ſecundum vnam lecturam. & qui &
à qui.lib.manu.ſi.vel non.l.ſi. ¶ Ioan. Calde.hîc in additio-
ne videtur velle, quòd ſecundum talem conuentionem ap-
pellari poſſit.Dicit enim,quòd ſecundum hanc opinionem
poſſit dubitari,ad quem poſſet appellari. Et putat, quòd ad
ordinarium loci poſſet appellari. Ipſe enim eſt, qui ſenten-
tiam arbitri mandat executioni.infra eo.per tuas.in vltima
glo.¶ Nec obſtat de offic.deleg.c.ab arbitro.lib.vj.quia lo-
quitur de arbitro iuris ſecundum eum. ¶ Dicit Ioan.Fa.C.
eo.l.j.quòd valet pactum ad hoc,quòd pœna non commit-
tatur,ſed non vt appellatio valeat.l.priuatorum.Dicit tamẽ
quòd Doctores iuris canonici dicunt, quòd per officium
iudicis emendari debet ſententia arbitri, etiam ſine pacto:
vt not. Archidiaconus de uffic. dele.ſi ab arbitris.libr.vj.&
Ber.ĩ.eo.expoſita & Specu.eo.tit.verſi. arbitrator, & verſi.
dixerunt. ¶ Quid dicendum?aduerte, nam dicta Bart.non
ſunt proprie dicta,& poſſent faciliter impugnari.Sed cauſa
breuitatis nõ inſiſto.Maximè,quia ad veritatem appropin-
17 quant,vt credo. ¶ † Aduerte igitur ad multiplices effectus
appellationis interiectæ. Vnus effectus eſt, quia extinguit
pronunciatũ,id eſt,ſuſpendit:vt ibi notatur: Subaudi, effe-
ctum principalem ipſius in executione conſiſtentem: quem
ſententia arbitrij tacti cum pœna,vel non homologati taci-
tè,vel expreſſè,non habet:vt.C.e.l.j.&.l.penultima. Seu qui
effectus conſiſtet in nomine vi, & authoritate diffinitiuæ
ſentẽtiæ & actionis,ac exceptionis ex ipſa, per leg. inductę:
vt.C.de re.credi.l.actori.Quo effectu caret omnino ſenten-
tia arbitri:vt.C.eo.l.j.Si videlicet iuramentum non interue-
nit. Nec obſtet.C.eo.ne in arbitris. Et ideò quoad iſtos effe-
ctus, & ſimiles, etiam ex tali partium cõuentione appellari
non poteſt: Quia quod non eſt, extingui, vel ſuſpendi non
poteſt.ff.de iniuſ. teſta.l.qui ita.§.j.de deſpon.impub.ad diſ-
ſoluendum. cum concordantijs ibi ſignatis. de eccle. ędifi.
ad audientiam. Et hoc ſentit Bar. licet impropriè loquere-
tur in hoc, quod dicit, quòd nulla eſt ſententia: Quia non
eſt nulla omni genere nullitatis: licet ſit nulla reſpectu, de
quo dixi. ¶ Alius eſt effectus appellationis à diffinitiua: qa
deuoluit iuriſditionẽ,& cauſam à iudice à quo, ad iudicem
ad quem. Et etiam hoc reſpectu non poteſt facere conuen-
tio,quòd appellatio proſit. Quia non poteſt fieri per natu-
ram,quòd ei,qui iuriſditionem non habet,iuriſditio aufer-
tur,ſeu ab eo ad alium transferatur: Quia priuatio preſup-
ponit neceſſariò habitum præceſſiſſe,per iura proximè alle
gata.ar.ff.de condi.& demon.l. Titij vſuſfructus.cum cõcor-
dantijs. ¶ Tertius eſt effectus appellationis à diffinitiua:qa
iudex appellationis ſuccedit in locum primi, & quaſi vice
eius de cauſa cognoſcit,& procedit tanquàm in ſecunda in-
ſtantia,& habet ex priuilegio quòd poſſit procedere lite nõ
conteſtata in contumaciam partis:vt.ff.de mino.l.præfecti.
de appel.l.j.C.de tempo.app.l.ſi.§ illud.infra de app.per tuas.
Et quod legitur & notatur.ĩ.de teſti.c.Romana.lib.vj.& de
iura calum.c.in appellationis.lib.vj. Modo conuentio par-
tium non poteſt introducere iſtum effectum:Quia iſti pro-
cedunt à iure publico, & à iuriſditione, & priuileg. iuriſdi-
tionis,quæ non ſunt in poſſe partium:vt.l.priuatorum.&.l.
ius publicum.allegaris. ¶ Quartus effectus à diffinitiua eſt,
quòd iudex appellationis reperiens ſentẽtiam à qua eſt ap-
pellatum iniuſtã, ipſam reparet, corrigat, & emendet: vt.l.
præfecti.&.l.j.de appel.allegatis. ¶ Et quoad iſtum effectũ
fateor,quòd operatur prædicta conuentio: vt liceat appel-
lare,id eſt,ad iudicem ire.Pro qua reparatione,correctione,
vel emendatione prædictis,non vt tanquàm iudex appella-
tioni,ſed tanquam ille, ad quem extitit prouocatum ad cau
ſam, ſuper iſto grauamine, ſicut ſuper quouis alio reparan-
do haberet de iure procedere: vt infra de appel.c. bonæ. Et
operatur in hoc dicta conuentio: quia ſecundum commu-
dum communem opinionem legiſtarum à ſententia veri ar
bitri,non poteſt recurri ratione ſolius iniquitatis ad arbi-
trium boni viri: quod hic poterit ex conuentione prædi-
cta. Dicta enim conuentio non eſt cõtra bonos mores, ne-
que contra ius publicum, neque iure aliquo ſpecialiter im-
probantẽ,neque iniquitatem aliquã, ſed potius magnã ęqui
tatem includit. Quod ſufficit,vt valeat etiam contra legem
ipſam ſpecialiter non improbantem: vt.ff. depoſiti.l.j.§. ſi

conuenerit. Et per hnc opiniones concordantur, & tollun-
tur omnes rationes hinciode contrariæ.
18 ¶ † OCTAVO quæritur, nunquid procedat dictũ glo.
quòd in arbitrio mora præiudicare non poteſt. Cynus. C. e.
l.ij. in vltima. q. dicit quòd videt quod ſic tribus concurren-
tibus: vt. ff. eo. l. ſi cum dies. §. vltimo. & ſi quis cau. l. & ſi poſt
tres. & de verb. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. Seia. ¶ Aduerte tamẽ
ſecundum eum, quòd quando arbiter præcepit ſoluere. ĩ.
certum tempus. Aut præcepit per diffinitiuam ſententiam,
& tunc habet locum. l. Celſus. ff. e. Aut per interloquutoriã:
& tunc ſecus, ſecundum Pe. Sed nunquid tunc contumacia
impunita remaneat: dicit Pe. quòd non: quia mulctabitur:
vt. ff. e. l. ſi de meis. §. recepiſſe. Fatetur tamen quoſdam dice
re, quòd arbiter mulctare nõ poteſt, niſi ſit expreſſe actum:
vt notatur. ff. e. l. non ex omnibus. De quo vide quod ſcripſi
ĩ. eo. in. iij. & iiij. quæſtionibus. ¶ Bartolus verò in. d. l. Cel-
ſus dicit, quòd nõ admittitur purgatio in his, quæ pertinẽt
ad deciſionem: vt ibi. Secus autem in his, quæ pertinent ad
præparationem: vt. l. & ſi poſt tres. De materia tamen pur-
gationis moræ remittit ad notata ſua in. l. & ſi poſt tres. & ff.
de verbo. ob. l. ſi inſulam. ¶ Collec. verò diſtinguit inter ter-
minum præfixum ab homine, vel à lege: dicens terminum
præfixũ à lege poſſe prorogari ſecundum Legiſtas. Cuius ma-
teriam vide per Cynum. C. de pact. l. ſi pacto, quo pœnam.
¶ Poſteà ſubdit Collec. ad materiam hanc quæſtionẽ. Pone:
arbiter datus cum pœna condemnat partem ad ſoluẽdum
decem. ĩ. iiij. menſes: & ſic ĩ. terminum iuris: nunc quid cenſe
bitur terminus legis, vt ſit locus moræ purgationi: an verò
hominis, vt moræ purgationi non ſit locus? ¶ Refert Iaco.
tenuiſſe quòd cenſetur terminus legis: quia expreſſum non
operatur vltra illud, quod intellectum erat. Modò ſi non ex-
preſſiſſet, intelligebatur, quòd ſoluiſſet. ĩ. quatuor menſes:
quia ille eſt terminus legis. Dicit tamen Petrus tenuiſſe, quòd
imò cenſetur hominis: quia licet expreſſio eius, quod neceſ-
ſario intelligitur, nihil operetur: Secus de intellecto non ne-
ceſſario: vt. ff. de au. & ar. le. l. pediculis. § Labeo. Ar. de cõceſ.
præben. c. j. in Cle. iuncto. c. à multis. de ęta. in qua. Modo
hnc caſu terminus legis nõ eſt neceſſarius, imò poteſt ab-
breuiari, & moderari. ¶ Sed contra diſtinctionem prædictã
opponit de. l. iij. §. ſi filius. ff. de libe. & poſth. iuncta. l. ſuus hę
res. ff. de hære. inſti. vbi magis operatur expreſſum, quã taci-
tum in neceſſario intellecto. Sed dicit, quòd fortè neceſſitas
ibi ſubintellecta nõ eſt in cauſa. ĩ. de elect. c. in electione. lib.
vj. Sed qua natura puritatem requirit: vt ibi. Nam conditio,
ſi eſt idoneus neceſſario intelligitur. & tamẽ expreſſa nihil
noui inducit: vt in. c. ſi. de pręſump. c. vlti. & in. c. ſignificatũ.
de præben. Vide collecta ſua. & ad id quod Legiſtæ dicunt
de termino legis, quòd purgari poſſit, opponit de. c. licet de
19 ſupp. negli. præla. vbi vide collecta ſua. ¶ Bartolus verò in
dicta. l. ſi inſulã. poſt oppoſitiones & quæſtiones circa moræ
purgationem ponit talem diſtinctionem: Quia quæritur,
an mora poſſit purgari ex parte actoris: Aut quæritur, an
poſſit purgari mora ex parte actoris: & tunc aut actor vult
purgare moram ad conſeruandam actionem iam conſtitutã,
& poteſt: vt. ff. de verbo. obli. l. ſi quis ita promiſerit. §. Seya.
Aut ad actionem de nouo querendam: & tunc aut quęren-
dam principaliter. & nõ poteſt: vt. ff. de fideicom. libertatib.
l. Thays ancilla. §. intra certa. Aut ad querendam actionem
acceſſoriè: & poteſt, vt dicta. l. Celſus. §. fin. cum. l. ſi. Et hoc
quod liceat purgare moram in caſibus ſuis, verum eſt, hoc
ſaluo, quòd hæc purgatio moræ ab actore facta non egredi-
tur perſonã eius, cuius reſpectu ſit purgatio. Nec valet quo-
ad alios, fortè cohęredes, aduerſus quos actum fuerat in mo-
ra: vt. ff. de verbo. oblig. l. mora. §. fin. Aut quæris, an ex parte
rei poſſit mora purgari: & tunc aut eſt cõmiſſa propter ma-
lefactum: aut eſt commiſſa propter non factum. Si propter
malè factum, dicit Andręas de Piſis, quòd non poteſt mora
purgari, per. l. cum filius. §. in hac. ff. de verborum obliga. in-
ducendo eam: vt ibi notatur. ¶ Pro quo videtur caſus. ff. de
poſi. l. j. §. ſi quis rem. & x. collat. quid iuris ſi poſt alien. c. j.
¶ Sed in contrarium videtur caſus. ff. loca. l. ſi in lege. §. colo-
nus. Facit. C. de appel. l. ſi quis libellos. Subdit Bartol. dicere
pro modo ſic. Quoddam factum eſt momẽtaneum: & tunc
ſi pœna, vel intereſſe committitur: quia malefactum eſt, nõ
admittitur purgatio: vt in. l. j. §. ſi quis rem. & c. j. allegatis.
Quoddam eſt factum ſucceſſiuum: & tunc licet in modico
quis contra faciat, admittitur moræ purgatio infra modi-
cum tempus: vt. l. ſi in lege. §. colonus. alleg. Et cum hac de-
terminatione intelligit gloſſ. iij. l. cum filius. §. in hac. alleg.
¶ Si verò eſt cõmiſſa pœna propter nõ factum: tunc aut eſt
facta executio ab homine, vel à lege: & tunc non poteſt mo
ra purgari. Exemplum de primo, vt ſi ignorans ſe poſſe pur
gare ſoluit pecuniam, vel intereſſe, non repetet. Videtur
caſus. ff. de condi. indeb. l. qui ob rem. Facit, quia ſolutio ha-
bet vim litiſconteſtationis. ff. rem ratam hab. l. amplius. poſt
litiſcõteſtationem non admittitur purgatio. vt. l. ſi inſulam.
alleg. Et quia ſolutio habet vim executionis, poſtquàm nõ
eſt locus purgationi: vt ſtatim dicam. Exemplum de ſecun-
do, vt ſi executio facta non eſt ab homine, ſed à lege. Verbi
gratia. Teſtator legauit Titio centum. & ſi hæres centum
ſibi non daret, legauit ſibi fundum. Hæres non dedit cen-
tum: & ſic ipſo iure tranſijt in Titium fundi dominium: hę-
res purgare non poterit: vt. ff. de le. ij. l. ſi is, cuius. Et notatur
per Dynum. ff. de verbo. obli. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. Quod
eſt multum notandum. quoniam ſæpe occurrit iſta tuſſis,
& in alijs diſpoſitionibus, vt poſt moram fiat executio ipſo
iure. Et ſic non eſt locus purgationi ſententiæ, ſiue execu-
tio ſit facta ab homine, ſiue à lege. Aut non eſt facta execu-
tio ab homine, vel à lege: & tunc aut iuratum eſt non con-
tra venire: & tunc iuramentum impedit purgationem mo-
ræ. ¶ Caſus eſt in. l. ſi quis maior. C. de tranſac. Maximè cõ-
iungendo cum his, quæ. ſ. dixi, quòd ibi lex facit executio-
nem ipſo iure. Aut non fuit iuratum: & tunc aut in ſtipu-
lationem, ſeu alia diſpoſitione eſt dies, & pœna. Aut dies
& non pœna: aut pœna & non dies: aut nec pœna, nec
dies. ¶ Primo caſu, quando eſt dies & pœna: aut dies po-
nitur cauſa multiplicandæ obligationis, & non impedit
purgationẽ: vt. ff. de pænu leg. l. j. Aut eſt dies cauſa limitan
dæ ſolutionis: & tunc aut loquitur in obligationibus con-
uentionalibus: & tunc non admittitur purgatio: vt. ff. de ac.
& oblig. l. traiectitię. §. de illo. & C. de contrahen. ſtipu. l. ma-
gnam. Aut loquimur in prætorijs & iudicialibus ſtipulatio
nibus: & tunc aut pertinent ad litis ordinationem: & tunc
admittitur purgatio, niſi ius actoris ſit factum deterius:
vt. ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. Dumtamen infra paucos
dies, vt ibi: niſi ſit fideiuſſor iudicio ſiſti. C. de fideiuſſ. l. ſan-
cimus. Aut pertinent ad litis deciſionem: & tunc aut dies
eſt appoſita ab homine: & non admittitur purgatio. Aut
à lege, & admittitur: vt. ff. eod. l. ſi cum dies. § fin. & l. ſequen
ti. & l. Celſus. ¶ Secundo caſu, quando dies eſt appoſita, &
non pœna, admittitur purgatio: vt in. §. Seya. in fine. allega-
tus. Quod intellige cum diſtinctione: quam dicam infra
in quarto caſu, quando non eſt dies, nec pœna. ¶ Tertio
caſu, quando eſt pœna & non dies: & hic etiam admitti-
tur purgatio: vt. ff. de penu legata. l. j. & quando dies le ced.
l. cum ſuis. & l. ſi penum. Quod intellige cum diſtinctio-
ne, quam pœnam in proximo caſu. ¶ Quartò caſu, quan-
do non fuit appoſita pœna, nec dies, ſub diſtingue: quia
aut quæris, an admittatur purgatio ante litem conteſta-
tam. Aut an admittatur poſt litem conteſtationem ante ſen
tentiam. Aut an admittatur poſt ſententiam. ¶ Primo
caſu admittitur purgatio ante litem conteſtatam. duobus
concurrentibus. primo, ſcilicet, quòd actoris non interſit.
Quia ſi intereſſet non admittitur: vt in. §. Seya. & l. ſi cum
dies. §. fina. allegatis. Hoc eſt, niſi intereſſe creditoris ex-
cedat æſtimationem facti Subaudi, niſi daretur illud, quod
vltra intereſt: vt dicta. l. ſi inſulam. vbi hoc tenet Dynus
& gloſſa Accurſiana in. l. ſi cum dies. §. finali. & l. ſequenti. Et
intellige,

intellige,niſi actoris interſit.i.niſi ius actoris ſit factum de-
terius,per.l.& ſi poſt tres.quam ſic intelligo. Et quia in præ
paratorijs,vt puta in intereſſe damnorum & expenſarum,
quæ conſequimur officio iudicis.C.de fruct.& lit.expenſ.l.
nō ignoret.&.C.de iud.l.ſancimus.& de illo intereſſe nō cu
ramus:nec propter illud admittimus purgationem:quia iu-
dex ex officio ſuo non audiet,niſi refuſis huiuſmodi expen-
ſis & damnis. ¶ Sed quando factum venit explicandum ex-
tra iudicium:tūc ſi intereſt creditoris,impeditur purgatio:
niſi offeraſ intereſſe:vt dixi. ¶ Secūdū cōcurrens neceſſariū
eſt,videlicet,quòd hoc fiat.ī.modicum tempus arbitrio iu
dicis relinquendum,vt in.§.Seya.allegato vbi tex. hoc dicit
expreſſè,& in.d.l.& ſi poſt tres.vbi gloſ.hoc tenet licet non
alleget dictum.§.Et arbitrabitur iudex illud tempus ex qua
litate locorum,temporum,& perſonarum:vt.ff.de verborū
obli.l.continuus.§.item,qui inſulam. ¶ Secundo caſu.ſ.quā-
do lis eſt conteſtata:& hic ſubdiſtingue:quia aut poſt litem
conteſtatam offertur iſtud,quod petitur:aut offertur aliud.
Si offertur illud,quod petitur per ſolam oblationē non pur
gatur,niſi,vt dicam in ſeq.membro: vt.ff.de conſti. pecul.l.
ſed ſi alia.Secus,ſi vellet offerre & conſignare: vt Inſtitu. de
perpe.& tempo.ac.§.fi.Pro primo facit.ff. de verbo. obli.l.ſi
ſeruum.§.de illo.Et ſecundū prædicta intelligitur.ff.de ver-
bo.obl.l.interdum.§.fi.& in dicta.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.&.§.
20 de illo.&.l.ſed ſi alia.allega. † Et per hoc patet,quòd Pet.de
Bel.perti.& Andræas de Piſis & alij ſequaces male reprehē
dūt gloſſam.l.interdum.Et per hoc apparet qualiter poteſt
ſuſtineri dicta glo.& opinio Ray.ipſam ſuſtinētis , licet per
modum ineptum.Quod proſequere latiùs, vt ſcripſit Bar.
in.l.inſulam.in primo contrario ſecundæ partis.Aut vnum
petitur,& aliud offertur:& tunc aut quis cœpit eſſe in mo-
ra poſt litem conteſtatam : & tunc bene admittitur purga-
tio.& eſt glo.C.de tranſac.l.ſiue apud acta,&.l.ſi maior.e.ti.
intelligendo eam ſic,quòd facta litis conteſtatione tranſegi
tecum:& id,quod conueneras dare nomine tranſactionis,
non ſoluiſti in termino:& ſic fuiſti in mora poſt litem con
teſtatam. Ego proſequor primam actionem & primam
inſtantiam. certè habes facultatem ſoluendi,vſq; ad ſenten
tiam.Et ita intelligunt illas gloſſas Petrus & Cyn⁹.ibidem:
quod eſt notandum.Aut cœpit intereſſe ante litem conte-
ſtatam:vt in.l. ſi inſulam. allegata & eſt ratio , quia tunc eſt
duplex mora,videlicet ante litem conteſta.& in ipſa conte-
ſtatione,quæ plus nocere debet,quā illa,quæ contrahi poſt
litem conteſtatam inciperet.Fallit.ff.iudi.ſol.l.j.§.fi. in fin.&
l.ſeq.Et eſt ratio fallentiæ ſecundum Pe.quia in obligationi
bus facti non committitur ſtatim obligatio ad intereſſe to-
tale,niſi totum tempus tranſiuerit:quo factum potuerit ex
plicari:vt.ff.de verb.obli.l.ſtipulationes nō diuidūtur.§.pla
nè.&.l.continuus.§.item , ſi inſulam. Sed in ſtipulatione de
iudicato ſoluendo , ſtatim quòd nō venit ad defendendum
committitur totaliter ad intereſſe,nō expectato, quòd trāſ
mittit tantum tempus,quo iudicium potuerit expediri. &
hoc fauore ſtipulatoris.ideò hoc inducitur contra eum , vt
vſq; ad ſententiam purgatio admittatur. ¶ Tertio caſu. ſci-
licet poſt ſententiam purgatio non admittitur:vt.l. ſi inſu-
lam.& ad.l.fideiuſſor.ff.de doli exceptione reſpondent qui-
dam varijs modis.Sed vera ſolutio Andrææ de Piſis & Bar.
eſt iſta:quia ibi non tractatur de purgatione moræ:quia ibi
ſoluit totum,quod debet.Sed quid eſt ibi mirabile: quia cū
commiſſa ſit ibi obligatio ad intereſſe, & ſic ad quātitatem,
admittitur ſolutio fundi loco quantitatis æquiualentis. &
ſic aliud pro alio ſoluitur,contra.l.ij.§ fi.ff.ſi cer.peta.Sed il-
lud ideò,quia quātitas eſt in obligatione,reſpectu illius ſpe-
ciei.vnde ei⁹ ſolutio admittitur,vt in.l.ſi verò.§.fi.ff. ſoluto
matri.& ibi tex. ¶ Nec obſt.ff.de publi.hoc edicto. nam ibi
loquitur in pœnis legalib⁹. & ſic non eſt noſtra materia:ſed
eſt materia.l.qui ea mente.ff.de fur.&.l.ſi quis non dicam ra
pere.C.de Epi.& cle.vel ibi loquitur an actionibus arbitra
rijs,ſecundum quod dicimus in actione,quod met.cau.vt.l.
ſi cum exceptione.§.ſatis clementer.ff.quod met.cau. ¶ Nec
ob.ff.de pet.hære.l.item veniūt.§.cum prædiximus.vbi ad-
mittitur purgatio vſq; ad litem conteſtatam ſuper actione
iudicati:quia hic loquitur quādo ex mora ſuccedit noua ob
ligatio ibi,quādo ab initio vnum fuit in obligatione: aliud
in ſolutione.vnde vſq; ad tempus illud durat facultas ſoluē
di.Super quo vide Bar.latiùs.ff.de ſolu.l.ſi ita ſtipulatus fue
ro decem in melle.& de materia iſta,& quando pœnalis ſti
pulatio committatur,& nunquid ſequens ſtipolatio pœna-
lis nouet præcedentem conuentionem vide per Cyn.in.l.ſi
pacto,quo pœnam.allegata in.q.j.cum ſequentibus.& an ſti
pulatio pœnalis ſequens vt ſtiat pactum nudum pręcedens,
21 vide per eum eo.ti.l.petens.ij.q. ¶ † Et ſi velis ſcire de mora
quid ſit, & qualiter contrahatur,& de effectibus eius, vide
plenè per Cy.C.in qui.cau.in inte.non eſt neceſſaria reſti.l.
in minori.q.j.cum omnibus ſequētibus vſq; in finem legis.
¶ Et ex pręmiſſis patet ſolutio principalis q̄onis, quam ad
propoſitum per te leuiter inducere poteris in ſingulis q̄oni
bus,dum occurrēt.Et per præmiſſa patet ſolutio ad.c.licet.
de exce.præla.quia ibi poſt morā incōtinēti executio iuris.
22 ¶ † NONO quæritur,quod ſi ſtipulatione cōpromiſſi
eſt apposita pœna,& dictum rato manente pacto,&c.nun-
quid tunc admittitur purgatio? Et fuit iſta quęſtio de facto
in ciuitate peruſina.Et dicebāt quidam,ꝙ de hoc videlicet,
ꝙ non debeat admitti purgatio erat glo.ff.de ſolu.l.id quod
pœnæ.alij dicebant,ꝙ erat quæſtio Dyn. in.l. qui Romæ.§.
duo fratres.Item pro hoc facit opinio Pe.quæ dicit,ꝙ quan
do pœna poteſt peti vna cū principali non admittitur pur-
gatio:vt.ff.de actio.& oblig.l.traiectitiæ.§.de illo.Bar. tamē
determinauit cōtrarium.& primo per.l.ij.§.qui Stichum.ff.
de eo,quod certo loco.Nam certū eſt , ꝙ intereſſe quod ve-
nit in arbitrarijs actionibus pōt peti vna cum principali:&
tamen dicit ibi tex.ꝙ actor habet electionem,vbi petit: re⁹
verò vbi ſoluit ante litem cōteſta.& ſic admittitur vſq; ad
litem cōteſtatam,licet poſſit peti vna cum principali. ¶ Se-
cundò probat per.l.ſi rem.ff.eo.nam pœna , quę apponitur
in compromiſſo poteſt peti vna cum principali eo modo,
quo ibi dicitur:& tamē admittitur purgatio vt.l. ſi cū dies.
§.fi.eo.tit. ¶ Tertiò probat,quia qn̄ pœna eſt maior,quàm
ipſum principale debitum,peti poteſt principale debitum
& pœna in eo,quod excedit.ff.pro ſocio.l.ſi quis à ſocio. &
de ac.emp.l.prædia. Et tamē admittitur purgatio moræ ad
totam pœnam:vt ſupradictū eſt,per.l.j.ff.de penu.leg.&.l.q
23 Romæ.§ Flauius.ff.de ver.obli.† Et ſi dicis , quid operatur
pactum? Dico,ꝙ operatur quando mora nō purgaretur.Et
ita debent intelligi gloſſæ in cōtrarium allegatæ & dictum
Dy.& dicit Bar.ꝙ ita fuit determinatū.Et prędicta vera in
telliges,niſi interueniat aliud impedimentum impediēs mo
ræ purgationem:vt dictum eſt.Et ſi quæras, qualiter verū-
que peti poteſt.dic,vt notatur in Cy.C.eo.l. pe.in.iij.q.vbi
plenè.& prout ſcripſi.ī.eo.dilecti.in vlti.ſuppletione glo.vl
24 timæ. ¶ † Sed pone,ꝙ cōuentio collata eſt in perſonā vni⁹,
& pœna in perſonam alterius : an tunc pœnalis ſtipulatio
poſſit purgari? Andræas de Piſis reputauit hoc dubiū: quia
fortè eſt,ꝙ illi poſſit auferri actio. Et exemplū huius q̄onis
poſſumus ponere in caſu.l.j.in fi.ff.de ſtipu.ſeruo. vt ſi totū
compromiſſum obſeruare , & non contra venire promiſit
ſub certa pœna,quam promiſit notario recipiēti pro fiſco.
cuius formam vide per Bar.ff.de iure fiſ.l.j. ¶ Putat Bar.de
mente iuris cōſtituti hoc eſſe, ꝙ ſi diſpoſitio ſimpliciter cō
fertur,vt ſi Titio nō dederis,Seyo dabis cētū: intelligitur ſi
Titio dare non poteris.vt.ff.de ali.le.l.iij.nō enim certū eſt,
ꝙ à primo voluerit omnino auferre præter moram debito
ris.Sed ſi ponas verba teſtatoris,vel contrahentis certa: tūc
putat,ꝙ non admittatur purgatio , per rationem.l.iij.C. de
noua.quia qn̄ actio facit tranſitum de perſona vnius ad per
ſonam alterius non habet primo creditori ſoluere, ſed ſecū
25 do ſoluere neceſſe eſt.ſic facit.l.fi.ff.de trāſa. ¶ † Collectari⁹
q̄rit,nū qd per pactū cōueniri pōt,ꝙ de ſnīa arbitratoris nō

recurratur ad arbitrium boni viri. Et recitat opinionem Ia-
co. de Are. & Dy. in regula, ſcienti. & Cy. in regula, cum an-
teà. & notata Spe. & Inno. in c. Quintauallis. in eo, quòd no
tat iuramentum non impedire hanc reductionem. allegat
in contrarium, quòd tale pactum deducit ad primam natu
ram arbitrij. refert ſe ab aliquibus audiuiſſe differentiam fi-
endam, an quis promittat ſtare voluntati alterius, quo caſu
reducitur voluntas ad arbitrium boni viri: vt. ff. de leg. ij. l. ſi
ſic. an verò ordinatori: & tunc ſecus. Credit tamen ipſe, ꝙ
iſta ſubtilitas eſt ad nomen, & non ad rem: quia in c. Quin-
tauallis. & c. veniens. de iureiur. promittebatur. ſtari manda
to: quo verbo datur liberalior poteſtas, ſeu ita liberalis: ſicut
per voluntatem. & tamen fit reductio, vt ibi. ¶ Credit autẽ
Collectarius, quòd vbi ſic compromiſſum eſſet, quòd ha-
beret de iure vnius dare alteri: tunc valet pactum: dummo-
dò arbitramentum animæ periculum non inducat: nec ſit
in præiudicium tertij: vt dicitur in ſimili. ſ. c. peruenit. & c.
Quintauallis. & c. veniens. allegatis. Nec de adimenda vita
26 temporali agatur, vt notatur in. d. c. veniẽs. ¶ † Bonum au-
tem virum ad quem fit reductio, intelligit iudicem loci. ff.
de verbo. obli. l. continuus. & intelligit de iudice actoris: qa
in recurſu efficitur reus: vt. C. de Epi. audien. l. Epiſcopale iu
dicium. & in authen. ibi poſita. Sed ſuper his vide quæ ſcri-
27 pſi plenius. ſ. eo. c. ij. q̃õnibus. ix. & vij. ¶ † Quærit nunquid
poteſt punire contumacem? Glo. & Innoc. dicunt, quòd nõ.
Rationem ponit Inno. j. eo. ex parte. Goffre. in ſumma hoc
intelligit de contumace in non veniendo: ſecus in non ſol-
uendo ſecundum Inno. j. eo. ex parte. Ioan. An. contra ſecũ-
dum Goffre. de offi. ordi. graue. per. l. non ex omnibus. Iaco-
bus diſtinguit inter mulctam applicandã arbitratori & par
ti: vt in prima non: in ſecunda ſic. Prior ſententia approbat
in Spec. § ſequitur. verſi. ſed ſi hoc verum, ſecundum eum. di
xi. ſ. eo. in. iiij. q. ¶ Et quod dicit hic Ber. quòd nõ poteſt ar-
biter committere vices ſuas, intelligit etiã ſi ſuccederet dele
gato vt notat Archi. de offi. deleg. c. ab arbitris. lib. vj. ¶ In
glo. ij. ante finem, ibi: *ab arbitrio.* ſubaudi ſciẽdo ſecus in iam
laro, vt ibi. Et ibi *l. vltima.* in fine. adde caſum. j. c. fi. Et in fin,
& vterq; fert ſentẽtiam in ſcriptis, & vtraq; datur actio. C.
eo. l. pe. & C. de ſen. ex breui. recitan. l. vna. & non compelli-
tur arbiter pronunciare diebus feriatis. ff. eod. l. ſi feriatis. &
teſtes recepti in arbitrio valent in iudicio. C. eo. l. penul. ſe-
cundum Tancr. & Goffre. ſeruata diſtinctione. l. fi. C. de teſti
bus. & j. de teſti. præſentata. Et huius glo. materia plenè tra-
ctatur. in Specu. de arbitro. § differt. vbi etiam notatur in fi-
28 ne, an pereat inſtantia lapſo termino. † Qui vult ergo face-
re plenum compromiſſum, ſpecificet ea, quæ facere non po
teſt, his exceptis, in quibus non valeret ſpeciale pactum, &
ſubijciatur poſteà clauſula generalis, ſecundum Nouellam.
Et formam plenè videas in Spec. de arbitro. § vt autem. &c.

SVMMARIVM.

1 *Arbitralis ſententia pro iudiciali habetur. Et factum contra eam perinde nullum eſt, ac factum contra iudicialem.*
2 *Conſilium ſequi nemo tenetur. & ideò conſulentes ex conſilio non teneri.*
3 *Cum conſilio aliquid fieri, aut de conſilio: qualiter intelligendum ſit.*
4 *Statuto cauente, quod ſententia lata non valeat, niſi cum ſapientum la ta fuerit: ſi iudex tribus conſultoribus acceptis, ſententiam ex di- ctamine vnius abſoluentis, reliquis duobus damnantibus, reum ab ſoluat, an valeat ſententia? Et quid contrà ſi primùm ex dictami- ne vnius condemnat: ac deinde ex duorum reliquorum ſententia abſoluat? nume. ſeq.*
6 *Cum, & de, particula, in materia de qua hîc: puta, cum conſilio: & de conſilio: qualiter differant? Et quid in ſpecie ſequenti, an conſi- lium requiri debeat? nume. ſequen. 14. & 15. Et tum num oporteat neceſſariò illud ſequi? nume. 8. 16. & 17. Item quid ſi voluntati, aut conſenſui huiuſmodi præpoſitiones adijciantur? nume. 9.*
10 *Papa mos in exequendis & explicandis, de cõſilij requiſitione: dum dicit: de fratrum noſtrorum cõſilio: fratrum noſtrorum deliberatio ne habita. &c. quid importent hæc, & ſimilia?*
11 *De, præpoſitio multiplicem vim ac naturam habet. Et ſub hac de præ poſitione cum. nume. ſeq.*
18 *Si conſilium ſi non det is, qui requiri debet, vt quia non velit, aut non poſſit, &c. quid tum agendum. Et quid anteà, ſi det, ſed malum? an tum ſequi oporteat? Et quid ſit agendum? nume. 19.*
20 *Sententia, ſi ſtatuto cauente, de conſilio ſapientum ferri debeat, an ſi ſine conſilio lata fuerit, valeat? Et quid in ſpecie ſequenti. numero ibidem ſequen.*
22 *Cauſa ſi cui conſulenda commiſſa ſit, ac is obierit, an ſit rurſus alter committenda: an verò alterius conſilio non requiſito iudex proce- dere queat?*
23 *Compromiſſum ſi ſit in aliquem vt ſententiam, ſine arbitrium ſapien tis alterius ferat, an valeat?*
24 *Conſenſus, num pro conſilio aliquando ponatur?*
25 *Placet, vel placebit, verba in compromiſſis appoſita, quid importent?*
26 *Interpretatio qualis fieri debeat in his formis: de conſilio & aſſen- ſu, &c. quoad conſilij requiſitionem?*
27 *Sententia lata ex conſenſu partium in iudicem ordinariũ factũ: vt ſen tentia de ſapientis conſilio feratur, ac prout eidem videbitur: an ſi iudex id obſeruari, valeat? Et quid ſi dicatur conſilio, arbitrio incerti? ibidem.*
28 *Conſilij teneri, item mandati, ac perſuaſionis, qualiter quis poſſit?*
29 *Arbiter an & qualiter ſententiam ſuam arbitrari poſſit?*

¶ CAP. VII.

CVm olim. Caſus. Qui per arbitriũ
eligere debet cum cõſilio
aliquorum, in tractatu electionis illorum cõ
ſilium requirere debet: ſed illud ſequi non te
netur. Primò ponitur conſultatio. Secundò,
ibi: *Nos igitur.* ponitur illius declaratio. ¶ Expone literã *vos.*
ex vna parte. *Et priorẽ ſancti Bartolini.* iuxta morẽ erat mona-
ſterium habens hoſpitale ſub eodem vocabulo. Sic videm⁹
in monaſterio ſancti Stephani, ſancti Proculi & ſancti Feli
cis de Bononia. Nouella. *In eos.* vt arbitratores, non vt arbi-
tros. Hoſtien. Nota ergo, ꝙ iſti delegati erat: qualiter iudex
poteſt eſſe arbiter propriè ſumpto vocabulo. ſ. eo. cum tem
pore. Collec. Sed non conuenit pro dicto proximo Hoſtiẽ.
Compromittens. notat Collectarius qualiter ſententia arbitri
ſine pœna electi mandaretur præcisè executioni. j. eod. per
tuas. Sed non probat hoc clarè iſte tex. imò verba compro-
miſſi & poteſtatem arbitri ſolùm interpretatur & declarat.
Arbitrio. Cui⁹ forma patebit per ſequẽtia. *Secundum formam.*
hoc dicit, quia de forma iuris fratres habent ſibi eligere re-
ctorem. de elec. c. j. & c. cum terra. Sed huic iuri derogari po
terat per arbitrium contrarium per contrariam cõſuetudi-
nem, vel per ſpeciale priuilegium. ſ. titu. ij. c. ij. de conſue. cũ
dilectus. *Cum familia.* ſumitur hîc pro perpetua religioſa, pu-
ta conuerſi. Et ſic reſtringitur ſignificatio huius verbi: cum
aliâs familiæ nomen, non ſolùm ſeruos proprios, ſed etiam
alienos & libertos, qui in ſeruitio & miniſterio ſunt & mer
cenario comprehẽdit. ff. de publi. & vectiga. l. j. § familiæ de
vi & vi ar. l. j § familiæ. ſecundũ Inno. & familiares dicuntur
domeſtici. C. de his, qui ad ecc. cõſu. l. fi. § ſanè ſi ſeru⁹. ¶ Col
lectarius dici, ꝙ credit hoc quod hîc dicitur, intelligendũ
tãtũ de illa familia, cui competit de iure eligere. ar. de reſcri-
ptis, eam te. Et credit ꝙ in cõi cõgregatione requiri debet,
ſicut debet fieri electio. Et ſuper largiori acceptiõe familię,
remittit ad notata. j. de priui. c. licet. & de verb. ſig. c. ſicut. li.
vj. *dicimus.* declarãdo prædictũ dubiũ. *inueniendo.* ac ſi diceret
añquã eligat, vel in ipſo tractatu electionis. ſ. de ele. cũ in ve
teri. *Familia.* vt dixi, perpetua & religioſa, ſecũdum Inno. &
Hoſti. Et dic familia ſi ſimul congregata, ſecundum Hoſtiẽ.
ſi enim vocaret ſingulares, non de facili ſciretur, an omnes
requiſiuiſſet. Et aliud eſt familia, & aliud ſingulares. xij. q. ij.
c. Epiſcopus. § qui manumittitur. ¶ Item melius poterit fa-
milia congregata conſulere, & priorem ad ſe trahere, quàm
ſeparata: ſed eſt firmius conſilium, quod plurimorum,
&c. de officio delegatis capitulo, prudentiam. In ſcruti-
nio verò

nio verò elector ſigillatim inquiritur; quia liberiùs exprimit votum ſuum:ſic hîc ſufficit pręſentia ſociorum:minùs terrebit priorem,& meliùs conſulet,ac liberiùs ſecundum Hoſtien.Et facit ad hoc de ſtatu monacho.c. cum ad monaſterium.ibi,non ſeorſum in cameris.&c. Et ſuper hoc vide quod ſcripſi in conſilio meo trigeſimonono.quæſtione prima in princip. *Electio .ſ.* rectoris facta per priorem inanis: quia non eſt forma ſeruata eligendo.Innocentius. Dicit tamen Hoſtien.hîc loqui de forma data per hominem in reſcripto:vt.ſ.de elec.cum in veteri.de reſcrip. cum dilecta.§.penul.in fine.Sed vbi contra formam iuris nõ eſt irrita,ſed irritanda:niſi & per ipſum ius irrita indicetur:vt.ſ.de elec. cum in cunctis.&.c.quia propter. ¶ Ratio omnium iſtorũ eſt,quia mitius agitur cum lege,quàm cum homine ſine miniſtro legis.ff.eod.l.Celius. de compen.l.ſi cum multi. Et in his omnibus fit interpretatio contra priorem.Hoſtienſis. ¶ Aduerte tamẽ ſecundum Mar. de Salua: quia ſi forma daretur homini,aliâs poteſtatem habenti ab homine,factum contra formam valeret:vt notat glo.in Cle.j.de iure patro. in verbo,inhibentes.ad quem ſemper recurritur.Et ſi contra dictum Hoſtien. opponas diſtin.c. Raynaldus. infra de teſtamẽ.reſpondi,quòd ibi loquitur in venditione, quæ eſt actus merè naturalis, & difficilior ad reddendum nullum, quàm arbitrium, vel electio, qui ſunt merè ciuiles actus.
1 Pręterea ibi in patrimonialib⁹:hîc in eccleſiaſticis. ¶ † Pro quo aduerte, quòd ſicut factum contra ſententiam iudicialem,nullum eſt ita factum contra ſententiam arbitralem: quia illa ſententia pro iudiciali habetur:vt.C. eo.l. cum anteà. Et hoc in his caſibus, in quibus ſolùm factum iudicis quærit ius in beneficio:quia ſic non mirum ſi ſola iudicis prohibitio reddat contrarium actum ipſo iure nullum, vt hîc:vt omnes res per eaſdem cauſas ligetur & diſſoluatur. Sed in caſibus,in quibus ſolùm factum iudicis non quæreret ius,vt in dominio,ſola prohibitio, vel ſententia nõ reddit actum contrarium ipſo iure nullum: vt in prophanis patrimonialibus.de quibus loquuntur.c. Raynaldus. & ibi notata.vbi de hoc per Innocen. & aliqualiter per Hoſtien. de his,quæ fi.à maio.par.capituli.c.ex ore.¶ Dat enim Martinus pro regula,quòd cum actus ſpectet ad aliquem principaliter,licet cum conſenſu vel cõſilio alterius illum debeat expedire,quomodo permutationum expeditio ad Epiſcopum noſcitur pertinere.vt notat Nouella de re. permuta.c. vno.libro ſexto.ſi illum actum expediat conſenſu,vel conſilio minimè requiſito,valet actus ipſo iure: licet ſit propter contemptum irritandus:quod poteſt ad infinita valere. Vide infra de his,quæ fi.à prælat.c.ij. cum ibi notatis. Et ita ſi ſit collatio beneficij effectus,quòd beneficium amplius nõ eſt vacans. Et quòd facta alia collatio prima non irritata, non valet.& quòd ſi ille,ad quem ſpectat conſilium,vel cõſenſus conſentiat,vel non reclamet, perpetuò firma manebit collatio ſecundum dictum Mar.de Salua. ¶ Iſta ſunt valde dubia,& ea examinabo in dicto.c.Raynaldus.aut in.c.licet.de re.permutatio.libro.vj.Super hoc,ſcilicet de inueniendo rectore.*Cum familia.*& ita ad laicos poteſt ſpectare electio. ¶ Sed contra videtur infra de elec.c.ex eo.in fine,libro ſexto.¶ Dic,quòd contrarium loquitur vbi in eodem collegio ſunt eccleſiaſtici & laici,& in electione, qua ius ſpirituale quæritur:vt in.c.Maſſana.&.c.ſacroſancta.ſ. de elect. Secus eſt in electione,ex qua ius ſpirituale non quæritur:& vbi ſunt merè laici:& vbi caput laicus eſt. vide notata in .c. ex eo.allegato Martinus.¶ Sed aduerte,quia hîc nõ dicitur, quòd electio pertinet ad familiam, ſed de conſilio familiæ ſolùm hîc loquuntur.Præterea, quia ſecundum Innocen. & Hoſtien.loquuntur ſolùm de familia perpetua & religioſa, in qua ſpirituale ius bene cadit.nec apparet hîc,ꝙ loquatur de rectore beneficij eccleſiaſtici collati in titulũ. ideò.c.ex eo.non meruit allegari.*Eligere.* infra de regula.c.licet.& iuribus allegatis in gloſ.ſecũdum Innoc.de hoc.ſ.de conſti.ex
2 parte.& per Archi.j.ne ſe.vaca.c.vno.libro.vj. † Et propter hoc,quòd nullus tenetur ſequi conſilium,conſulentes ex cõſilio non tenentur:vt hîc,&.ff.man.l.ij.&.ff.de his, qui not. infa.l.ob hęc verba.in fine.j.de cap.mon.c.j.xxiij.qõ.j.quod præcipitur.infra de regu.iur.c.nullus.libro.vj. Et ibi pleniſſimè per Ioan.An.in merc.quæſtione per eum diſputata, & per Barto.ff.de inu.l.non ſolùm.§.ſi mandato.*Idoneum.*ſ.de elec.cauſam.Quod dic,vt in cõcilio Viennẽ.de reli.domi. quia contingit.concordat de elect. cum terra.ad finem. &c. ¶ Primò opponitur in fine.ibi:*ſi diſcordet.*quia imò videtur quòd conſilium familiæ ſequi tenebatur.Nam aliâs fruſtra &c.vt in glo.ij.poſt prin.vbi vide ſolutionem. ¶ Dicit Hoſtien.hanc interpretationem fieri ex propria ſignifica. vocabuli. Nam ſicut conſenſus eſt ſimul ſenſus, propter quod ſi de conſenſu alicuius habeo aliquid facere,requiritur, quòd ſimul ſentiat mecum,& ego ſecum.aliàs non eſt conſenſus, imò diſſenſus.xxix.q.j.c.j.Vbi verò de cõſilio facere debeo, ſufficiat requirere,& tempore debito expectare,quaſi conſilium ſit conſultorum & reſpõſionum legum,aliâs legium, quaſi legat,vel eligat,quid ſibi ex diuerſis cõſultis expediat. & ſi ſibi fortè melius fuerit reuelatum,id teneat.Sic & conſilium,quia cõcionatur quis,quod ſibi videtur,& Metropolitanus diffinit.xvij.diſt.§.huic.xviij.di.c.j.xcv.diſt.c.eſto.dicit autẽ hęc tenenda,niſi de contraria intentione appareat, vel ex qualitate perſonarum,vel negotiũ de quo agitur: vel quia de intentione conſtat.Ponitur enim quandoꝗ́ conſenſus pro conſilio.lxiiij.diſt.c.j.&.ij.Et conſilium pro conſenſu de offi.delega.venerabilis. de tempo. ordi.c. nec Epiſcopi.de his,quę fi.à præla.quanto.Et patet per prędicta,quòd Hoſti.non diſtinguit inter cum & de.Quod placuit Vincẽ. in dicto.c.ex parte.Nouellæ tamen non placet: quia non videt rationem.remittit ad notata ſua in dicta Mercuriali ſuper regula,nullus ex conſilio.ante finem.vbi tractat de differentia inter has præpoſitiones de,& cum. ¶ † Henri.de cõſti.ex parte.alleg.di.ij.cum quæritur, quando aliquid debet fieri de conſilio,vel cum cõſilio alicuius,an oporteat & ſufficiat petere,ſeu requirere conſilium, etiam abſq́ eo, quòd ſequatur:an verò oporteat ſequi.diſtingue,quia aut dicitur, quòd fiat cum conſilio,aut dicitur,quòd fiat mediante conſilio:aut dicitur,ꝙ fiat de cõſilio.¶ Primo caſu dicit,ꝙ ſi illud conſilium habeat requiri ex forma mãdati Papæ,vel alterius ſuperioris oportet nihilominus illud requiri, & competenti tempore expectare,vt hîc in primo reſponſo, &.d. c.ex parte.& de elec.cum in veteri.Et dico expectare ad arbitrium boni viri.ſ.de offi.dele.c.de cauſis.¶ Vnde Phyloſophus.vj.Ethicorum dicit oportet operari velociter conſiliata:conſiliari autem tardè.Et idem ſi conſilium habet requiri de ſtatuto,vel cõſuetudine,morte,abſentia & alio impedimento illius,cuius debet requiri conſilium,ceſſantib⁹, ſed his interuenientibus ſecus.j.ne ſe.vacan.c.vno.libro.vj. Neutro autem caſu neceſſarium eſt ſequi conſilium:vt hîc, &.c.cum in veteri.allegato.¶ Secundo caſu principali idem per omnia dicit,ꝙ in primo caſu.ar.ff.de admi.tu.l. quidam decedẽs.§.Papinian⁹. ¶ Tertio caſu prĩcipali dicit,ꝙ indiſtinctè oportet requirere,& etiam ſequi conſilium.ar.ſ.de offi. dele.c.ſi.ſecundum Vin.Compo.& Nouellam in.d.c. ex parte.Et eſt ratio,quia plus præſtat iſta præpoſitio, cum. vt de pœ.di.iiij.ſi ex bono.Inſti.vi bono.rap.§.ſanè. Nam quando ſic mandatur,videtur electa perſonæ induſtria.ar. ad hoc.ſ. de offi.dele.c.ſi.Et idem dicit,qñ eſt tale quid, quod non debet fieri ſine conſilio: quia tunc oportet quærere & ſequi.ſ. de offi.dele.venerabili.ff.de exer.l.j.§.ſi plures.& quod notatur.ff.de inſti.l.ſed ſi pupillus.§.cõditio.ſecundũ Vincẽ.Compo.at Nouellã in.c.ex parte.& Archi.ne ſe.vac.c. vno.allegato &.xlix.di.c.j.Et eſt ratio,quare ſecus, dum debet ſequi cõſilium de conſuetudine,vel ſtatuto.Et ſecus,quando ex forma mandati:quia conſuetudo & ſtatutum rationabilia eſſe debent:aliàs non valent.ſupra de conſtitu.cum omnes.&.c. quæ in eccleſiarum.&.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.& de conſue. c.cum conſuetudinis.&.c.ex parte.&.c.final.infra de verbo.

ſigni.c.conſtitutionem.nec extenduntur ad caſus,ad quos ſi
extenderétur rationabilia eſſent,vt ibi modo irrationabile
eſſet , quòd mortuo abſente , vel aliâs impedito illo , cum
cuius conſilio actus debet exerceri,actus ipſe impediretur,
vel plus debito differretur maximè actus celeritatem requi
rens : vt in dicto.c.vno. Sed quando ex forma mandati for-
ma ſtrictè,& cum exacta diligentia eſt ſeruanda.ſi.vt.ff.mã-
da.l. diligenter. & .c.cum dilecta. de reſcrip. hæc de conſi-
lio voluntatis & expedientię:de conſilio verò perfectionis,
ſeu reuerentiæ vide gloſſam de æta.& quali.ad aures.in fin.
4 ¶ † Pone ergo iuxta pręmiſſa,ſtatuto ſuppoſito,quòd non
valeant ſententiæ,niſi latæ cum conſilio ſapientum. iudex
aſſumpſit tres conſultores ſuper diffinitiua:quorum duo
conſuluerunt reum condemnandum , & tertius abſoluen-
dum:& iudex abſoluit:quæritur ergo nunquid valet ſenten
tia?videtur,quòd non:quia non eſt ſecutus maiorem partẽ.
argu.ff.ad municipa.l.quod maior.de regu.iur.aliud.§.refer-
tur.de ven.inſpici.l.j.§.j.de acqui.hære.l.ſi quis mihi bona.§.
coram.de admini.tuto.l.Titium. in princip. de exercito.l.j.
§.ſi plures.Et quia illud cum conſilio.refertur ad conſilium
conſonans ſententiæ:vt verba intelligantur cum effectu,vt
ĩ.de cleri.non reſiden.relatum.cum concor.Sic enim intel-
ligitur.C. de legi.l.humanum.de appel.l.nominationes. de
decu.nominationum.de prædi.curi.l.ſi. de ſuſcep. & archa.
l.exactores.ff.de verbo.ſignifica l.ſæpe.Inſti.de obli. ex deli-
cto.§.ope.ff.de fur.l.in furti.§.conſilio. Et quia vbicunq; lex
ordinat conſilium haberi,illud mandat ſeruari. in authen.
de iudic.§.fin.& vt in medio.li.§.j.ibi:ſi verò aliqua dubita-
tio.C.de appel.l.iubemus.ibi & cum diſpoſitio. &c.ſ.de of-
ficio deleg.venerabili.vbi conſilium exponit pro conſenſu.
de offi.Archipręsbiteri.c.ij.de iuramen.calum.c.j.verſi. ve-
rum.de immunita.eccleſia.aduerſus.de ſoro competẽ.c.j.de
his,quæ ſi.à præla.nouit.& c.quanto.Ne conſilium & lex il
lud mandans ſint ludibrio.C.de bo.quæ liber.l.ſi.§.vbi.ff.de
iudi.l.ſi prætor.ĩ.de matri.contrac.contra interdic.ec.c.j.&
de elec.commiſſa.§.porro.¶ Sed contra, quia conſilium in-
ſtans,licet partis minoris,ſequi debet iudex.infra de teſti.in
noſtra.ff. de teſti.l. ob carmen.in fine.quia minor pars nu-
mero,maior authoritate eſſe poteſt.vt.ff.de re iudi.l. ſi vni.
de ele.eccle.veſtra.ij.Et quia iudex videtur in conſultorum
numero computandus,ſicut tabellio in numero teſtium.C.
qui teſtamen.facẽ.poſ.l. hac conſultiſsima.in authen.de fide
inſtrumento.§.oportet.& Princeps inter commilitiones.ff.
de teſtamen.mili.l.j.argu.ff.de verbo.ſignifi.l.familiæ.¶ Fa-
ciunt notata de conceſ.præben.poſt electionem in.iij.gloſ.
& quod cuiuſq;vniuerſi.no.l.planè.Igitur valet abſolutoria
inter pares.ff.de re iudi.l.inter pares. Facit quod dictum eſt
poſt Hoſti.& Henri.conſilium neceſſariò ſequendum non
eſſe.Quod notat gloſ.Ioan.Andr.in regula,nullus pluribus.
in princi.in fi.Sic enim ponitur conſilium pro deliberatio-
ne.ff.de exercito.l.j.in princip.Aliâs enĩ obſtare poſſet iura
mentum,quod præſtitit iudex de iudicando ſecundum le-
ges.in authen.iuſiuran.quod præſta.ab his.§.æquus ero. ibi:
ſecundum quod mihi viſum eſt,&c. & de iudi. circa princi.
verſi.illi autem.&.ff.eo.l.item ſi vnus.§.idemq; Pomponius.
lex enim quæ voluit aſſeſſures iudicibus conſulere , & iudi-
ces etiam conſilium aliorum requirere,ad ſequendum con-
ſilium ipſos iudices nõ arctauit.C.de aſſeſ.l.j.&.ff.de offi.aſ-
ſeſſo.per totum,in authen.de iudi.in princi.C.de ſenten. ex
breui.recitã.l.ij.in authen.de iudi.§.omnes. in authen. vt in
medio litis.§.ſi verò.Et videtur expreſſum.C.de ſen.& inter
locu.om.iudi.l.nemo.& hîc & in.c.cum in veteri.per ratio-
nem hîc poſitam in ſecunda glo. Facit.ſ.eo.dilecti.¶ Et ra-
tio iurium,quia quod à pluribus quæritur &c.xx. diſtin. de
quibus.de offi.dele.prudentiam.ff.eo.ſi in tres. ¶ Facit opti
mè quod ſcripſit Nouella de conſue. ad noſtram. ſuper pri-
ma glo ¶ Nicolaus mattarelli hanc quõnem diſputans, vt re
fert Nouella in regula , nullus. terminauit , quòd ex forma
ſtatuti tenebatur habere cõſilium.& quòd hoc omiſſo ſen-
tentia nulla eſſet.Sed ex quo habuit, ſatisfactum fuit ſtatu-
to,& ſententia valet.& ſi iniqua eſt,locum habent commu
nia remedia.ſcilicet appellatio & quòd iudex teneatur , qa
fecit litem ſuam,& ſimilia.Allegat.ff.de iudi.l.eum quem te
mere.§.j.& alia.ſ.proximè in fine.i.j.partis allegata.Si tamen
ſtatutum habet, quòd teneretur ſequi conſilium illorum,
quos aſſumpſit,non valeret per argu.primæ partis,ſecundũ
5 Nouellam,vbi.ſ.¶ † Sed quid ſi talis iudex de conſilio vni*
primò condemnauit,& ſecundò de aliorum duorum conſi
lio abſoluit?Quibuſdam videtur,quòd valet ſola condem-
natoria:quia condemnando functus eſt officio ſuo.de offic.
deleg.in literis.ff.de re iudi.l.iudex.C.de pœnis.l.pœnã.Nec
potuit ſententiam corrigere : vt.ff. eo.l.dicere. aliás incipit,
qualem §.vnde videndum.Nec ius quæſitum parti ex ſentẽ
tia tollere.infra de elect.ab eo.libro.vj.&.c.conſtitutionem.
&.c.penul. in fine in Cle.ff.de ſtipula.ſeruo.l.j.§. ſeruus com-
munis.Nec tenorem ſententiæ ſuæ mutare.ff.de re iudica.l.
actori.quia duæ ſunt orationes:& ſic duæ ſententiæ.argu.ff.
quando di.le.ced.l.ex his.¶ Sed alijs videtur ſolam abſolu-
toriam valere : quia abſoluendo ſe correxiſſe videtur .ff.de
manu.teſta.l.Stichus.& quia affuit conſenſus maioris par-
tis.ff.eodẽ.l.item ſi.§.principaliter.argu.ff.de re iudica.l.dun
ex tribus.Facit.ff.de reg.iur.l.in obſcuris.põderando, quòd
abſolutio ſit nimium in obſcuro.¶ Martinus ſillimanus diſ
putando terminauit ſentẽtiam totam nullam.Primò, quia
non imponit finem liti.ff.de re iudic.l.j.&.l.dicere. allegata.
¶ Secundò , quia tantùm debet continere abſolutionem,
vel condemnationem : vt dicta.l.j. Super quo tamen vide
Nouellam.ĩ.de re iudica.cum inter.in vltima gloſſa.¶ Ter-
tiò,quia non fuit certa:vt Inſti.de actio.§.curare. ¶ Quartò
quia continet contrarietatem.ff.de regu.iur.vbi repugnan-
tiam.infra de ſi.inſtrumen.imputari:cum concor. Vide no-
tata.xj.qõ.iij.c. audi.§. cum ergo ſubditi. & Nouellam.ſ. de
6 offi.ordi.ſi ſacerdos.&c.¶ † Vlterius quæro, quæ differen-
tia eſt in hac materia,vel ſimili,inter has præpoſitiones cũ,
de,ſcilicet an cum conſilio,vel de conſilio, &c. de primo de
ele.c.ne pro defectu.de ſecũdo de hęreti.vt commiſſi. verſi
cu.priuandi.¶ Vincentius & Compoſtel.de conſti. ex par-
te.& Archi.ne ſe.vacan.c.vno allegatis ponunt hanc differẽ
tiam:quia in primo caſu non tenetur ſequi conſilium , ſed
tenetur requirere.Super quo vide notata.c.ne pro defectu.
in gloſſa.penul.Sed ſecundo neceſſe eſt ſequi.& dixi.ſ. poſt
Henri.Ad primum de regu.c.licet.ff.manda.l. idemque §. ſi
quis ea.&.C.de pœna iud.l.ij.& alia allegata.ſ.in.q.Nicolai.
¶ Ad ſecundum facit,quia plus videtur arctare præpoſitio
de,mandatarium quaſi electa ſit induſtria conſultorum. de
offi.de leg.c.ſi.Sicut aliud eſt rem eſſe in bonis,quàm eſſe ex
bonis.Inſti.vi bon.rap.§.ſanè.Facit de pœni.diſtin.iiij. ſi ex
bono.¶ Dicebat etiam Vincentius ſequendum conſilium
præpoſita negatiua hoc modo:non facere ſine conſilio Epi-
ſcopi.de offi.delega.c.venerabili.Sic poteſt intelligi.ff. de ſu
ſpect.tuto.l.in pluribus.in princip.Et idem dicit in prępoſi
tione ex.quia ſonat idem quod prępoſitio de.de elec.in no-
ſtra.Et in dictione dummodo.de vſu pal.ex tuarum.in fine.
cum concord.ibi in Nouella ſignatis.Facit quod dicitur de
ætate & qualitate ordinandorum ad aures.in fin.vbi arctat
conſilium cum præpoſitione de. Sed eſt verum , quòd abſ-
que illis verbis arctatus erat.Inducunt quidam .l. idemque.
ſi quis ea.ff.mandati,vel contra.vbi tamen neutra præpoſi-
tio ponit verbum conſilij:ſed ſolùm verba conditionaliter
prolata.&.l.prima.§.ſi plures.de exercitoria.Sed nec de præ-
poſitionibus,nec de conſilio ibi ſit mentio.Sed dicit, quòd
duobus ſic propoſitis, ne alter pro altero gerat , quia cum
vno contrahit ſibi imputet,concordat de teſtamentis.c.ſe-
cundo.in fine.libro ſexto.& tamen in.l.Titium & Mæuiũ.
ponitnt verbum,cum conſilio. & ſine præpoſitione eodem
titulo,pater decedens .§. primo. Sed ibi mater iure veteri
non erat , nec eſſe poterat particeps officij tutelarum.
ff.de teſtamẽtaria tutela.l.iure noſtro tutella communium.

Cynus de

7 ¶ † Cyn.de Epiſcopis & clericis.C.l.id quod pauperibus.in
decimaquarta quæſtione & ſeq.quærens,quid ſi teſtator di
cit:vt conſilio talis executores diſpenſent & exequantur:an
teneantur requirere conſilium.arguit,quòd non : quia in.l.
quidam decedens.§.Papinianus.&.l.Titium.§.primo.allega-
tis videtur illud de honeſtate ſolùm exigere. In cõtrarium,
quia voluit teſtator.vt.§.diſponat.&.l.j.C.de ſacroſan.eccle.
argum̃.§.conditio.&.§.ſi plures.&.§.ſi quis ea.&.l.Titium.in
princip. Et refert quoſdam hoc tenere. ¶ Non obſtant con
traria: quia ideò hoc ibi dicitur. nam communium libero-
rum tutela matri mandari nõ poteſt.l. iure noſtro.ideò nec
aliud.Simile.ff.de ſponſa.l.oratio.& de tuto.& cura. dat. ab
his.l.ſcire.& de condi.& demonſtra.l.hæres meus.§.vltimo.
8 ſecundum Iaco.de Are.¶ † Secundo quærit, nunquid tene-
antur ſequi conſilium.arguit,quòd non per hanc decre.&.l.
ij.ff.manda. ¶ Secundò ſubdit diſtinctionem , quam vt re-
fert Bartolus.in.§.ſi plures.tenebat Mar.Silliman. Dicit ta-
men Cynus,quòd hæc differentia non probatur aliquo iu-
re canonico vel ciuili:& ideò neſcit,quare hoc dicatur. Sed
dicit,quòd bene reperitur hęc diſtinctio:aut eſt dictum,vt
fiat cum conſilio & conſenſu:aut non eſt ibi appoſitum de
conſenſu.Primo caſu,dicit,quòd tenetur ſequi cõſilium &
conſenſum,& ſecundo non.allegat hanc decretalem &.c.cũ
9 in veteri.¶ † Nouella autem in regula,nullus pluribus. di-
cit ſatis mirandum,quòd de his præpoſitionibus , quando
adijciuntur conſilio,diſputamus:& ſi conſenſui, voluntati,
vel alteri actui adijciantur , non curamus. Primũ habes de
offi.cuſto.c.ij.de iudi.cauſam de his quæ fi.à Præla.cũ Apo-
ſtolica &.c.ſeq.de iure patro.nobis.de eccle.ædifi.ad audien
tiam.ibi.cum authoritate.de Iudæis.c.fina.libro.vj.¶ Secũ-
dum ſi de cõſenſu,de elec.in cauſis. verſi. quia verò.&.c.per
inquiſitionem.&.c.ſacroſancta.de offi.deleg.ſuper qõnum.
poſt princip.de iureiurand. ſicut.ij.de Inſti.cum veniſſent.
de his,quæ fi.à Prælat.c.ea noſcitur. De voluntate vera ha-
bes de elec.quod ſicut.in fine.& in Nouella de præben. pro
illorum,ſuper verbo magiſtrum.& in.c.pro debilitate.ſ.de
offi.dele.glo.putat Innocen.verſi.redeundo.& in Specu. de
10 arbitrio.§.fina.verſi.ſed quid ſi dicatur. ¶ † Subdit etiam ad
uertendum ad morem Papæ. Dicit enim quandoq; habita
deliberatione cum fratribus de immuni.eccleſia.c.j. libr.vj.
Dicit quandoq; de fratrum noſtrorum conſilio , videlicet
dum requirit fratrum conſilium.de elect. licet de euitanda.
&.c.dudum.ij.&.c.in Geneſi.de offi.lega.licet.de dila. expo-
ſuit.de fi.inſtru.cum pluries.j.de elec.fundamenta.§.vt ergo
de regula.non ſolùm.de hæreti.ſuper eo. &.c.cum ſecundũ.
de ſciſma.c.j.verſi.& videlicet,prope finem. de priuileg. ne
aliqui.&.c.vt Apoſtolicæ.de pœnis.c.vlti.in princip.lib.vj.
de elect.ne Romani.de iureiurã.Romana.§. qui igitur.de re
iudi.c.paſtoralis.in fi.de ſepul.dudum.verſic. nos autem. de
immu.eccle.c.j.in Cle.quandoq; dicit Papa de fratrum no-
ſtrorũ conſilio & aſſenſu.j.de renun.c.j.de reliqui. & vene-
ra.ſancto.glorioſus.in fine.lib.vj.de pac.c.fi.de cleri. ergo.c.
vno.de cenſi.Romana.§.quod ſi.libro.vj.ad idem ne ſe. vac.
c.j.§.j.allegato vbi dicit de conſilio, vel conſenſu. interdum
Papa dicit ſolùm de conſenſu.ſ.de conſuetudi.c.cum inter.
¶ Ex quibus Nouella infert iſta eſſe diuerſa.C. de codicil.l.
ſi idem.de deci.ad audientiam.Inducit de ſta. monac.c.ij.in
fi.in ncta decre.ſi religioſus.ij.reſponſo de elec. libr.vj. Nam
per hoc patet,quòd illud de conſilio poſitum in fine decre.
11 ij.non arctabat,niſi ad religioné.¶ † Conſequenter ad ma-
teriæ declarationem circa præpoſitionem de , dicit primò
ſciendum,quòd quandoq; auget.ff.depo.l.j.in princip.quã-
doq; ponitur pro à.ff.de fur.l.ſi is, qui.ij.in fi. ibi ſi ſtipula-
tus.de teſta.l.à te.& eo.titu.l. fullo.ij.quandoq; ponitur pro
pro,vt in authẽ.vt nulli iudi.§.neceſſarium colla.ix.ibi,nul-
la mulier de qualibet re includatur.i.pro qualibet re.¶ Sub
dit etiã quod dicunt Grãmatici,quòd præpoſitio de,ſignat
materiam,vt hæc veſtis eſt de lana,linoq; contexta.de elec.
cum cauſam.Et quandoque originem,vt iſte de Iudæis ori-
ginem duxit.de reſcrip.eam te.Quandoque originem pro-
motionis.vnde Dyaconi de ſe eligunt Archidiaconum.xc-
ij.diſtin.legimus. Quandoque locum.de conſe.diſtinc.ij. re
12 vera.circa finem. ¶ † Subdit etiam de præpoſitione cum,
quæ quandoque ponitur pro quando,& quãdoq; pro quia.
vtrumque patet infra de commo.c.vno. ¶ Ad primum.ff.
depoſ.l.publia.in princip.&.C.eo.l.ſi quis.vbi glo. ¶ Ad ſe-
cundum.ff.qui ſatiſd.cogantur.l.vltima.&.l.ſi ab arbitro. in
princip.in ius voca.vt eant,aut ſatiſdent.l. vlti. quandoque
ſonat id eſt pro.ff.de dolo.l. rem quandam. Et ponitur prò
pro,vt,de cele.miſſa.c.cum Marthæ. verſicul.alij verò. Vbi
inuenies in Nouella dictum Iaco.de Ra.qui dicit,quòd præ
poſitio cum,ſapit vim copulatiuæ,& ponitur pro & ,quo-
ties ponitur inter aliâs res,quarum vna non eſt acceſſio al-
terius:vt Inſtitu.de lega.§.ſi quis ancillas. aliter coniungit,ſi
vna ad alteram accedit,vt ibi,&.ff.de pecu.lega. in quatuor
primis legibus. Et poteſt reddi ratio, quia præpoſitio cum
deſignat vnitatem & coniunctionem perſonarum. copula
verò licet oſtendat,diuerſitatem perſonarum & rerum, ta-
men ſingula vt principalia comprehendat.ff.de vſufruc.l. ſi
Titio.¶ Patent exempla de elect.quia diligentia. &.c.cum
in cunctis.in princip.& poſt princip.&.§.inferiora. Et pro-
pter talem varietatem habent quandoq; vim diſiunctæ.de
hoc de reſcrip.c.ij. ¶ Item quandoq; ponitur pro quamuis:
vt.C.de Epiſcopis & clericis.l cum clericis & princi. Quan
doque pro in ff.de conditio.indeb.l.indebiti.in fine.Sic po-
teſt poni.ff.depoſi.l.j.§.qui depoſitum.ibi, equus cum capi-
ſtro. & de mor.inferre.l.negat.ibi:cum grauida.i. in grani-
da.&c ¶ Collectarius credit diſtinctionem Vincentij,com
poſtellani, Archidiaconi,& Marti.Sillimani, de differentia
inter de,& cum,eſſe probabilem de iure canonico & ciuili
pro eo,quòd hæc dictio de,ſumpta cõpoſitiuè,auget in ver
bis,poſito,& depoſito:vt de depoſito,per totum.Faciũt no
tata Hoſtien.in ſumma illius tituli.§.j. Et probatur melius.
ff.depoſi.l.j.in princip.Sicut hæc dictiu per . vt dicit legi &
notari per Hoſtien.de reſti.ſpolia.ſolicité. ¶ Item, quia etiã
auget ſumpta ſimpliciter,& non copulatiuè, ſeu compoſiti
uè.vnde aliud eſt in eccleſia,aliud de eccleſia.j.q.j.§.aliud.Et
in hoc,quod dicit Archidiaconus ſecus,ſi diceretur,non fa
cias hoc ſine conſilio talis: præmittendo negatiuam : dicit
Collecta.quòd non facit hoc præmiſſio negatiuæ,ſed præ-
poſitio negatiua.quia negatio plus negat , quàm affirmatio
affirmet,vt notatur de conſuetu.cum dilectus.& hoc ſecun
13 dum Collecta.¶ † Bartolus verò.in.l.j.§.ſi plures.ff.de exer-
citoria allegata dicit,quòd dicta diſtinctio nullo modo ſibi
placet.Pro quo ſciendum ſecundum eum,quòd hæc dictio
cum,ponitur quandoque vt coniunctio,ſeu aduerbium: &
tunc ſignificat tempus,vel conditionem ſecundum ea, quæ
habetis.ff. de conditio.& demonſtra.l.qui promiſit.de verb.
obligatio.l.quodcunque.§.fina.& de hac nil ad propoſitum.
Quandoque ponitur vt præpoſitio,& tunc quandoque ha
bet vim copulatiuæ:vt.ff.de legat.j.l.Titiæ textores.§. nihil.
de verborum obligationibus.l.triplici.& tunc importat qd
debeat conſilium ſequi :vt ſi volo, quòd procurator meus
gerat negotia mea cum conſilio Titij,volo quòd ſeruet con
ſilium Titij. Quandoque hæc præpoſitio denotat cauſam
efficientem,ſeu inſtrumentũ quo mediãte fit aliquod nego
tium:vt ſi dicamus , quòd Titius interfecit hominem cum
cultello:vt.C.ad leg.Corneli.de Sicar.l.is qui cum telo. Vt ſi
dico,quòd cum conſilio talis:quaſi conſilium ſit inſtrumen
tum,quo mediante negotium fiat. Sed in omnibus iſtis caſi
bus patet non refert inter de,& cum,propoſita ſignificatio
ne conſiderata. Et quòd quantùm ad propoſitum idem im-
portent conſueuit allegari.ff.de ſuſpectis tutori.l.impuberi
bus quidem non permittitur &c.in principio & eodem ti-
tulo.Inſtituta.§.impuberes.Sed nihil faciunt.nam hoc bené
verum eſt,quòd quotieſcunque conſilium adijcitur illi, qui
non habet plenum intellectum , vel ratione ætatis , vel ra-
tione prodigalitatis , aut alia ſimili ratione: tunc conſilium

ſemper ſequendum eſt:vt.l.in pluribus.&.§.impuberes.alle-
14 gatis.¶ † Diſtinguit ergo Bartolus circa materiam oppo-
ſitionis,cum quæritur vtrum,cum mandatur aliquid geren
dum cum conſilio,vel de conſilio alterius: conſilium illius
ſit requirẽdũ.& neceſſariò ſequendũ.aut eñ quæris,an cõ-
ſilium ſit requirendum:aut quæris,an conſilium ſit ſequẽdũ.
Si quæris,an conſilium ſit requirendum:aut conditio conſi
lij fuit appoſita ab hoīe,aut fuit appoſita à lege.Si fuit appo
ſita ab homine:tunc aut fuit appoſita ei,qui habet poteſta-
tem à lege:& tunc non tenetur ille talis conſilium require-
re.& ita loquitur.l.quidam decedens.§.pater.ff.de admini.
tuto.Nam tutor habet poteſtatem à lege,licet ſit à teſtato-
re nominatus:vt.ff.de tutel.l.j.in prin.ibi:iure ciuili data.&
C.de iura.calũ.l.ij.§.quod obſeruari ibi:vel aliam legitimam
&c.Et mater,cum cuius conſilio mandat pater tutelam ge-
ri,in.§.pater.aliàs Papinianus allegato non erat tutrix, nec
eſſe poterat:vt.l.iure noſtro.ff.de teſta.tutel.Et eſt ratio, ne
poteſtas legitima ex alieno pendeat arbitrio:vt.ff.de teſta.l.
iij.& quod ibi notatur. & de hære.inſti.l.illa inſtitutio.Fal-
lit hoc membrum,vbi ille,cum cuius conſilio mandatur fie
ri eſt collega officij.Sic loquitur.l.Titium & Mæuium.ff.de
admi.tuto.& eſt ratio, quia hoc eſt proximum & quaſi de
iure,vt ille collega,ſiue eius cõſilium requiratur:vt.ff.de cu
rato.fu.l.conſilio.in fi.aut adijcitur iſta conditio ab homi-
ne habenti poteſtatem etiam ab homine:& tunc de neceſſi
tate oportet illius conſilium implorari:vt.ff.man.l.idemq;.
§.ſi quis ea.Ibi enim loquitur in eo,qui aſſumitur:vt cõſul-
tor,qui non erat officialis,licet eſſe poſſet.ſic.ff.de inſtito.l.
ſed ſi pupillus.§.conditio.¶ Secundo caſu,videlicet cum ha
benti à lege,adijcitur à lege talis conditio,videlicet, de ha-
bendo conſilio alterius.Nam tunc de neceſsitate illius eſt
conſilium requirendum:vt.in authen.de nõ alie.§.quod au-
tem.vbi dicit,quòd debet exquiri conſilium à duobus me-
chanicis.Et poſteà dicit,quòd ſi aliter factum ſit, nõ valet.
Et expreſsius in.l.impuberibus.ff.de ſuſpec.tuto.&.§.impu-
15 beres.eo.titu.allegatis. ¶ † Circa hoc tamen dicit aduerten
dum,quòd quandoq; habenti aliquam adminiſtrationẽ ali-
quis adijcitur,vt collega eiuſdem officij:& tunc neceſſe eſt
illum requiri,eo modo,quo dixi.Quandoq; adijcitur aliqs,
vt authoritatem præſtans:& tunc aliàs non poteſt aliquid
ſine illius authoritate fieri:vt.ff.de re.co.l.ſi pupillorũ.in fi.
&.C.de tranſac.l.ſi fundus.cum ſimilibus.¶ Quãdoq; adij-
citur aliquis vt conſultor:& tunc aut talis non eſt, nec eſſe
poteſt particeps officij:& tũc de curialitate poteſt eius cõ-
ſilium requiri:ſed non eſt neceſſarium,vt in.§.pater.aliàs Pa
pinianus allegato. Aut poteſt eſſe particeps:& tunc ſi parti
ceps eſt,eius conſilium eſt neceſſariò requirendum: vt in.l.
Titium & Mæuium.Si verò non eſt particeps: & tunc aut
datur ei,qui habet poteſtatem à lege:aut ei,qui habet pote-
ſtatem ab homine.Si datur ei,qui habet poteſtatem à lege:
tunc aut datur à lege, aut datur ab homine. Si datur à lege,
vel ei,qui habet poteſtatem ab ea,vt conſultor, & tunc req
ſitio eſt neceſſaria:vt.§.quod autem. & .l. impuberibus.&.§.
impuberes.allegatis.¶ Sed ſi adijcitur ab homine talis con-
ditio ei, qui habet poteſtatem à lege. Subaudi, ſi talis non
eſt,nec eſſe poteſt particeps officij.Tunc enim,vt dixi.ſ̃.al-
lius conſilij requiſitio eſt neceſſaria: vt in.l. Titium & Mæ-
uiũ.in prin.Sed ſi habenti authoritatẽ ab homine adijcitur
conditio à lege,vel ab homine de requirendo conſilium il-
lius,qui officij particeps non eſt,ſed eſſe poteſt:tunc neceſ-
ſaria eſt conſilij requiſitio:vt.ff.manda.l.idemq;.§.ſi quis ea.
allegato &.§.conditio allegato &.ff.de acquir.hære.l. ſi quis
16 mihi bona.§.ſi coram Titio.quæ eſt lex notabilis. ¶ † Secũ-
do caſu principali, videlicet, an ſit neceſſe ſequi conſilium:
& hîc ſubdiſtinguit:quia aut dicitur,quòd aliquid fiat cum
conſilio,vel de conſilio ſimpliciter.aut dicitur,quòd fiat cũ
conſilio & conſenſu:vel cum conſilio & voluntate: vel per
ſimilia verba. In primo caſu, aut conſilij requiſitio non eſt
neceſſaria:& tũc fortius nec ſequela.Quod dic,vt in primo
membro principali.Si verò requiſitio eſt neceſſaria ſecũdũ
dicta.ſ̃.ſubdiſtinguit:quia tũc,aut iſta conſilij requiſitio fa
cta eſt ei,qui non habet plenum intellectum: & tunc ſequi
neceſſe eſt,vt.l.impuberibus.&.§.impuberes. allegatis. &.ſ̃.
de offi.deleg.venerabili.& quod ibi notatur.Aut ei,qui ha-
bet plenum intellectum: & tunc aut ille,qui debet præbere,
eſt particeps officij:& tunc ſequi neceſſe eſt:vt.l. Titium &
Mæuium.in prin.iuncta.l.conſilio.in fi.alleg.aut non eſt par
ticeps officij,& tunc ſufficit,quòd requirat,nec tenetur ſe-
qui conſilium:vt in iſta decre.&.ff.man.l.ij.in fi.vbi dicitur,
quod liberum eſt cuique explorare,an expediat ſequi conſi
lium.& ita debent intelligi.§.conditio & .§. ſi quis ea.allega-
ti.¶ Secundo caſu,quando de conſilio & aſſenſu,vel de con
ſilio & voluntate,&c.& tunc aut ille,qui debet cõſulere,nõ
poteſt eſſe particeps officij:& tunc non tenetur ſequi conſi
lium.Et eſt ratio,quia poſtquàm ille prohibitus eſt directè
eſſe particeps officij alia via.i.per modum officij,nõ eſt ne-
ceſſariò admittendus:vt.ff.de ſpon.l.oratio.ff.de re.iu.aliâs.
j.eo.cum quis vna via.libro.vj.Sic ſcripſit Cy.poſt Iaco. de
Are.C.de Epi.& cle.l.id quod pauperibus.in.xiij.q.arg.ff.de
tuto.& cura.da.ab his.l.ſcire oportet.§.j.& ar.ff.de admi.tu-
to.l.quidam decedẽs.§.pater.aliàs Papinianus.aut poteſt eſſe
particeps officij:& tunc aut iſta adiectio ſit ab homine ei,q
habet poteſtatem à lege:& tunc non tenetur ſequi,vt.d.l.Ti
tium & Mæuium.in prin.vbi dicit teſtator,quòd ſi aliud fie
ret,irritum ſit:& tamen ſi non eſt particeps officij, non te-
netur ſequi.Facit ad hoc.l.j.in princip.ff.vbi pup.edu.debe.
vbi non ſolùm à conſilio extranei,ſed etiam à conſilio teſta
toris receditur.aut adijcitur à lege,vel ab homine ei, qui ha
bet poteſtatem ab homine:& tunc tenetur requiri & ſequi:
& tunc talis conditio poſita ſeruanda eſt:vt.l.ſed & ſi pupil
lus.§.conditio.ff.de inſtito.C.de ſacroſan. eccle.authen. hoc
ius porrectum.&.C.de ſecun.nup.ſi vt proponis.allegat etiã
ſ̃.de elect.cum in veteri.cum ibi notatis.¶ Facit ad hoc, q
ſi teſtator facit aliquem executorem ſuæ vltimę voluntatis
cum conſilio & voluntate, vel cum conſenſu, aliâs aſſenſu
quorundam fratrum minorum,quòd talis adiectio nihil re
leuet:cum non videantur poſſe eſſe huiuſce officij partici-
pes:vt in decretali exiui de paradiſo. de verb.ſig. in Clemẽ.
quod dicit idem Bar.in minorica ſua.li.iij.&.c.iij.Dicit ve-
rum in caſu,in quo fratres nõ poſſunt eſſe executores: quia
tunc de volũtate debet bene ſequi conſilium eorum,& for-
tius requiri:ſed non de neceſsitate,vt in.§.pater.&.§ Papini.
¶ Sed in caſu,quo fratres poſſunt eſſe executores, tunc ne-
ceſſe eſt eorum requiri conſilium:vt.§.ſi quis ea.&.§. condi-
tio.&.§.iuſſum.&.§.ſi coram Titio.ff.de acqui.hære.l.ſi quis
mihi bona.allegatis.Nec ob.l.Titiuo & Mæuium.in princi.
quia ibi adijcitur conditio habentis poteſtatem à lege:vt di
xi.Poteſtas verò executoris,ſicut procuratoris,eſt ab homi
ne.ſequi autem non oportet in caſu vbi requiſitio non eſt
neceſſaria,etiam ſi teſtator diceret,quòd de conſilio & aſſen
ſu fratrum.&c.nec ob.quod vna via &c.vt dixi.ſ̃. ſed in ca-
ſu,quo neceſſaria eſt requiſitio conſilij, videlicet dum fra-
ter executor eſſe poteſt: vt ſi frater aſſumptus eſt executor
& conſultor ſimul,oportet eius ſequi conſilium:vt in.l. Ti-
tium.& Mæuium.§.primo.Sed ſi fuit aſſumptus, vt ſimplex
conſultor: tunc ſufficit eius requiri conſilium: nec ſequi
oportet, vt in hac decretali.argumentum.ff.mandati.l. ſe-
cunda in fine. reprobata diſtinctione, an de conſilio, vel
cum conſilio:vt in minorica libro quarto.Non poſſunt au-
tem fratres eſſe executores huiuſmodi vltimarum volun-
tatum, tales videlicet, qui hæredum vicem ſuſtineant, &
actionem habeant, quàm agendo & defendendo mouere
poſsint.de quibus .C. de Epiſco. & clericis .l. ſi qs ad decli-
nandam.& infra de teſtamentis.c.cum tibi.vbi notatur per
Innocentium. Tum quia hæreditatum capaces eſſe non
poſſunt:aliàs non exiſtunt.Tum,quia experiri fratribus nõ
licet.Et ſic videtur determinatum apertè, & clariſsimè per
tex.formalem de verbo.ſig.in cle.exiui de paradiſo.in verſi.
cum que

cumq́ dicti ordinis poſſeſſores, ſed aliomodo & vbi nullũ ſperatur litigium, cum aliqua res venit vendenda, & pecunia pauperibus diſtribuenda in illo officio & nec hoc caſu executores eſſe poſſunt, per dictum verſi. cunq;. & §. attendant fratres. in Cle. allegata. verum ſi relinquatur pecunia diſtribuenda in fratrum neceſsitatibus arbitrio talis fratris vel quando ſola perſonarum electio eſt facienda executores eſſe poſſunt. Quod dic, vt in. iij. libro. minoricæ. c. j. & in tribus capitulis ſequentibus. ¶ Quid dicendum? fateor, ꝙ tanta doctorum & opinionum cumulatio magnã in animis iuuenum confuſionem inducit. Sed dignũ duxi omnia ſummè in eodem loco aggregare, vt perpetuò ad ſolum locum
17 iſtum pro ſcriptis omnium recurſus haberi debeat. ¶ † Sed pro breui concluſione do tibi duas regulas. Prima eſt, quòd cum mandatur aliquid fieri de conſilio, vel cum conſilio alterius, illud conſilium neceſſariò requirendum eſt. ¶ Secunda regula eſt, quòd regulariter requirens conſilium, illud ſequi nõ tenetur. & vtraq; regula hic probatur. Ratio autem primæ regulæ eſt, quia talis conditio præſumitur ſtudioſè apposita cauſa maioris deliberationis habendæ. de offi. delega prudentiam. in prin. Et ideò cum, ſi ſaltem non requiratur conſilium, pateat formam mandati nõ ſeruatam: per conſequens irritum eſt quicquid factum eſt. de reſcrip. cum dilecta. de offi. deleg. venerabili. de reſti. ſpo. Piſanis. j. de electio. prouida. & de præben. ei cui. libr. vj. Et quod ſcripſi in expoſitione literę, in verbo electio. & quod hic notatur per Ber. in gl. ij. ¶ Et eſt ratio naturalis, quia aliter fruſtra eſſet adiecta conditio de alterius conſilio requirendo, ſi nec ſeq, nec requiri etiam oporteret. Quod non eſt veriſimile de mente diſponentis procedere. ff. de leg. j. l. ſi quando. ¶ Nec facio differentiam quantùm ad hoc, vtrum dicat de conſilio, vel cum conſilio: vel dicat conſilium requirendum, vel neceſſariò requirendum: quia iſta omnia mihi æquipollent propter rationem prædictam, de qua dixi. Fallit hæc regula prima, cum fuit adiecta hæc conditio ab homine habente poteſtatẽ à lege in perſonã illius, qui nec eſt, nec eſſe põt particeps officij: quia tunc non eſt neceſſaria etiam requiſitio. Et hoc per rationem Iaco. de Are. Cy. & Bar. ne teſtatori permittatur vna via indirecta, quod ſibi via alia directa prohibitũ eſt: vt in §. pater. aliâs Papinianus. allegat. ¶ Ratio ſecundæ regulæ eſt, quia verba ſunt intelligenda ſecundum naturam ſubiectæ materiæ: vt. ff. locati. l. ſi vno anno. Modò natura conſilij eſt, quòd non arctet illum, qui requiret conſilium: nec obliget ipſum conſulentem: vt. ff. manda. l. ij. in fine. & regula, nullus ex conſilio. allegata. Da oppoſitum, videlicet, quòd arctet conſilium, iam non erit conſilium, ſed conſenſus, vel voluntas habens annexam neceſſitatem obſequendi. Et ideò dicit Philoſop. in libro Periarme. quòd in his, quæ de neceſsitate obueniunt, conſiliari opus non eſt: pro eo, quòd conſilium eſt de voluntarijs, etiã reſpectu conſulentis. Et idem voluit etiam Philoſophus in iij. Ethicorum. Fallit tamen in caſu, vbi adijcitur perſonæ non habenti plenum intellectum ad ſupplementum intellectus & ſenſus illius: vt. l. impuberibus. & § impuberes. allegatis. Et patet ratio fallentiæ ex cauſa dicendi: vt. j. de verbo. ſig. in his. Nam aliter non perficeret intellectum, niſi neceſſariò illud ſequi oporteret. Quia enim facilitate moneretur illius imbecillitas ad male eligendum ante, & poſt cõſilium, eadem facilitate duceretur ad conſilium contemnẽdum. Facit quod notat Cy. in ſimili poſt Iaco. de Are. C. ad Velleia. authen. ſi qua mulier. in fi. ¶ Secundo fallit, quando ille cuius requirendum eſt conſilium, eſt particeps eiuſdem officij: quia tunc neceſſe eſt illius ſequi conſilium: vt in. l. Titium & Meuium. in prin. allegata iuncta dicta. l. conſilio. in fi. Et eſt ratio, quia hoc eſt proximum, & quaſi de iure. vt dixi. ſ. ſecundum Bar. poſt prin. ſuæ diſtinctionis. verſic. fallit hoc membrum. ¶ Tertio fallit vbi nõ eſt ſimpliciter dictũ, quòd faciat de conſilio, vel cum conſilio Titij: ſed eſt additum hoc modo, vt quòd faciat de, vel cum conſilio conſenſu, & voluntate Titij. Et eſt talis, qui poſſet etiam eſſe particeps eiuſdem officij. Quia tunc nedum requirere, imò ſeq conſilium oporteret. Et hoc verum, ſiue adijciatur ab homine, ſiue à lege: dummodo adijciatur habenti poteſtatem ab hoĩe. Sic loquitur lex, ſed & ſi pupillus. §. conditio. & authen. hoc ius porrectum. xij. q. ij. c. ſine exceptione. j. de reb. eccle. non alie. c. j. & ij. libro. vj. & c. j. in Cle. & l. ſi vt propoſnis. allegata. ¶ Ratio huius eſt, quia quando volũtas, vel cõſenſus alicuius in actus expeditione requiritur, maius ius videtur quoad hoc ille habere, quàm ſi conſilium eius ſolùm requireretur. Et quia geminatio verbi, & adiectio debet, & præſumitur afferre effectum ipſius diſponentis. j. de priuil. ſi Papa. lib. vj. Et quia ſi non ſequeretur voluntatem, vel cõſenſum, ſed in contrarium procederet, iam non procederet ad hoc de, vel cum conſenſu, & voluntate illius: ſed magis cõtra voluntatem & conſenſum eius. ¶ Nec obſtat, ſi dicas, ꝙ eadem ratio militat in conſilio. Reſpondeo, quòd nõ. Nam imploratio, auditio, receptio, & exploratio, ſeu examinatio conſilij ſæpe confert cõſilium requirenti ad cognoſcẽdum: etiam ſuper contraria deliberatione expediẽtiam ſuam. Puta, quia dabit intellectum ſuum per hoc ad examinãdũ motiua conſilij ſibi dati. Et ſi examinando reperit ea eſſe mala, ex hoc iudicabit contrariam deliberationem meliorem. Sic quòd etiamſi non ſequatur conſilium, dici poterit nihilominus de conſilio illius adminiculatione inſtrumentali, ſeu occaſionaliter id feciſſe. & hoc ſufficit. Fallit quartò in caſu ſupra proximo, vbi à lege adijcitur hæc poteſtas, aliâs habẽti poteſtatem à lege. Quia tunc etiam neceſſe eſt ſequi conſilium: vt in authen. de non alie. § quod autem. Sic poteſt intelligi. ff. de ſuſpec. tuto. l. impuberibus. & eodem titu. inſti. § impuberes. alleg. Et idem ſecundum quoſdam ſi non fuiſſet in conditione facta mentio, niſi de conſilio ſolùm per eadem iura. quæ forſan poſſent procedere cũ ab homine, vel à lege daretur poteſtas aliàs non habenti. Sed ſi ab homine vel à lege, aliâs per prius poteſtatem habenti adijceretur iſta conditio tunc fortè factum etiam conditione non ſeruata, ipſo iure valeret. Licet deberet, vel poſſet retractari per ea, quæ ſcripſi ſ. in expoſitione literæ in verbo, electio. & quæ ſcripſi poſt Innocen. de conſue. cum conſuetudinis. & in remiſsionibus ibi per me datis. vbi vide quæ ſcripſi in. j. & vlti. qõnibus. & quæ dicam poſt Innocen. j. de reb. eccle. non alie. e. j. libro. vj. Et dicam de hoc in Cle. j. de iure patro. ideò hîc non decido. Adde omnino quę ſcripſi. j. ne ſe. va. c. vno. in. vij. quæſtione.

19 ¶ † PRIMO quæritur ſequendo materiam conſilij: quid ſi ille, cuius conſilium debet requiri, non dat cõſilium: vel quia non vult, vel quia non põt: vt quia fortè mortuus eſt, aut aliâs impeditus: diſtinguit Bar. in §. ſi plures. qa aut eſt abſolutus, vt conſultor à diſpoſitione legali, & præſens eſt in tali actu, in quo poſsit præbere conſiliũ: & tunc cogitur per iudicem ad præbendum. C. de bo. quę libe. l. j. § neceſſitatem. Ad quod facit. C. de decur. l. ſi quis. lib. x. aut non eſt in tali actu, ꝙ poſsit cogi, & mora eſt periculũ allatura: & tunc ille actus poterit geri eius cõſilio, vel conſenſu non expectato. ff. de iudi. l. ſi longius. § fi. & de iure do. l. ſi ego. § j. in fi. vbi probat hæc diſtinctio. ff. ſolu. ma. l. ſi cũ dotẽ. § eo autẽ tempore. verſi. ſi latitet. &. j. ne ſede vacan. c. vno. libro. vj. Si verò ex diſpoſitione hominis: & tunc ille, qui illi actui præeſt, non poteſt cogi ſuum præbere conſilium: vt. ff. eo. titu. l. iij. § j. Et ideò ſi tunc quęratur, vtrum poſsit negotium geri, diſtingue: quia aut erat talis, cuius ſolius conſilium requiri debet. Aut erat talis, cuius & ſocij requiri debeat conſilium. ¶ Primo caſu, ſi eſt in mora dandi conſilium, poterit procedi ad actum eius conſilio præmiſſo. C. de iure emphyteu. l. fina. ¶ Secundo caſu, ſi fuit aſſumptus, vt conſultor inter viuos, ſine eius conſenſu non valet. argumen. ff. de verborũ obligationibus. l. ſi quis arbitratu. C. de contrahenda empti. l. fina. ¶ Sed ſi in vltima volũtate: & non poſsit, vel diſtulerit per annum dare conſilium, poterit eius conſilio implorato

procedi ad actum:vt.C.communia de leg.l.fi.§.ſi quis.¶ Remittit Collectarius ad collecta ſua,de offic.dele.c.licet.§.reſtat.& ad notata de procura.in Clemen.Occaſione quorum tangit de præcepto,an morte principis expiret.de quo dixi in.d.Cle.in.q.vij.Et ſubdit dictum Pau. & Roffre. dicentiū nihil referre in mandato principis, an dicat inferiori ſcribendo:præcipimus:iubemus:volumus:vel mandamus.xj.q.iij.rogo.C.qui pro ſua iuriſdi.l.vna.quia ſemper morte præcipientis expirat præceptum.¶ Nec obſtat in authē.vt nulli iudi.§.hoc verò iubemus.Per quem Archidiaco.xiiij.qō.j.c.quiſquis.quod præcipitur.& ſequaces contra eum notauerunt: quia ibi nomen non fuit expreſſum in literis: vel res non erat integra.Notat Roffre.in libello ſuo de iure ciuili rubri.de man.prin.Alij ſecundum Paul. dicunt ſententiam Roffre.veram eſſe,vbi præceptum conſiſtit in iuriſditione: ſecus ſi in exercitio alicuius actus ab initio neceſſarij: quo caſu non expirat per mortem etiam re integra.xviij.q.ij. dudum.Secus vbi actus ab initio eſt voluntari⁹.Inſti.man.§.rectè.Et ſubdit,ꝙ illud quod dicit Roffre.de iuriſditione nō credit Archidia.in.d.§.quod præcipitur.verum ſecundum Vincen.Quia præceptum obligat ſemper & ſimpliciter.xxiij.q.iiij.ſi non licet.¶ Notat Hoſti.de offi.deleg. quoniam. Dicit Collec.ꝙ ſententia Roffre.valde placet ſibi,niſi præceptum tangit ius naturale,vel bonos mores:quia illud ſemper durat etiam ſine mandato ſuperioris.j.q.iiij.c.turbatur.§.notandum.& notatur de conſti.c.ſi.vel niſi detur, ſeu fiat ſuper executione gratiæ factę.de offi.dele.cum ſuper.lib.vj.quia aliâs non videt magnam differentiam inter præceptū & mandatū.Sed de hoc dic,vt dixi in dicta.vij.q.Et de principali qōne dicam in.c.vno,ne ſe.va.per pręmiſſa,& addam in proxima quæſtione,verifica ea,quæ ſcribam infra eo.expoſita.in.ij.quæſtione.

19 ¶ † S E C V N D O quæritur,quid ſi talis,cuius conſilium requiri mandatur,dat malum conſilium:nunquid ille, qui aliâs ſequi deberet illius conſilium,debeat hoc caſu malum conſilium ſequi?Rńdet Barto.in.§.ſi plures.ꝙ non:quia illud verbum,conſilium.debet intelligi arbitrio boni viri: vt.l.Titium & Mæuium.ij.rńſo.ff.de admini. tutō. & .ff. de contrahen.emptio.l.hæc venditio.& de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.quāquā.& de lega.ij.l.j.quòd ergo debeat ſequi conſilium,intelligitur,ſi æquum fuerit.¶ Sed quid fiet tunc:nūquid procedetur ad actum eius conſilio explorato,vel non? Diſtingue, quia aut eſt talis actus, qui nullo dato conſilio vitiaretur:vt quando ex diſpoſitione hominis habēs ab homine poteſtatem, debet conſilium alterius requirere & ſequi. Et tunc ſi talis poteſtas ex vnius voluntate dependet, puta inſtituentis procuratorem,& ſimile,non poterit vltra procedi. & imputet ſibi, qui caſum poſuit in tali diſtrictu. argu.ff.de mino.l.qui mandatum.in fi.&.ff.de exercito.l.j.§.cuius autem.argu.bonum.j̃.de elec.c.j.lib.vj.aliâs eſt.c.pen.¶ Sed ſi pendet ex voluntate duorum contrahentium: tūc iniquum conſilium reducetur ad arbitrium boni viri. & ſic procedetur ad actum:vt.ff.pro ſo.l.ſocietatem.§.arbitrorū.& de oper.liberto.l. ſi libertus.¶ Aut eſt talis actus, in quo poſſet procedi, etiamſi nullum conſilium dediſſet. Quod quando fit,dixi.s̃.ad finem oppoſitionis.& in proxima qōne.Et tunc aut tale conſilium continet manifeſtam iniquitatem:& tunc perinde eſt,ac ſi nullum dediſſet. Et ſic procedit ad actum:vt.ff.de appel.l.ſi expreſſim.& qui ſatiſda. cog.l.quoties.Nec eſt opus adire prætorem:vt corrigat id,quod eſt manifeſtè iniquum:vt.ff.de condi.inſti.l.quæ ſub conditione.§.pe.aut non continet manifeſtam iniquitatē:& tunc eſt recurrendum ad iudicem,qui cauſa cognita tale reducat conſilium ad arbitrium boni viri:vt.ff.ſolu.ma l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.verſi.ſed ſi latitat.&c.Dices tu,qn̄ conſilium eſt manifeſtè iniquum, reducitur ad arbitrium boni viri:vt in.§.arbitrorum. cum.l. vnde ſi Neruæ. eodem titulo.Sed reſpondeo,quòd in caſu iſto,ſi arbitrium, ſeu cōſilium illud haberetur pro nullo, actus omnino vitiaretur: vt in.l.ſi quis arbitratu.ff.de verborum obligatio.&.l.finali. C.de contrahen.emptio.Et ideò lex voluit,quòd reduceretur ad arbitriū boni viri:vt res potiùs valeat, quàm pereat: vt.ff.de reb.dub.l.quoties.Sed in caſu præmiſſo res non perit.& ideò indiſtinctè non feci mentionem,vtrum eſſet manifeſta iniquitas.

20 ¶ † T E R T I O quæritur.Pone: dicit ſtatutum, ꝙ iudex ferret ſententiam cum conſilio ſapientum: iudex tulit ſententiam ſine conſilio:quęritur,vtrum valeat?&videtur, quòd ſic:quia leuis omiſſio ſolennitatis non vitiat: vt.ff.de ven.inſpicien.l.j.in fine.Sed iſta eſt leuis ſolennitas:quia nō eſt neceſſe ſequi conſilium,vt dicit Bart.in.§.ſi plures.quòd contrarium eſt verum:quia cum iudex habeat poteſtatem à lege ciuitatis:& lex ciuitatis ſtatuat conſilium debere requiri de neceſſitate requirendum eſt argum̄.pręmiſſorum. ¶ Non obſtat contrarium:quid debes ſcire ſecūdum Odofre.quòd quædam ſolennitas eſt,quæ prupter actus vitiari non poteſt.& iſta dicitur leuis. Cuius omiſſio nō vitiat:vt dicta.l.j.in fine.quædàm etiam eſt ſolennitas,propter cuius omiſſionem poteſt vitiari.& iſta non poteſt dici leuis:vt.ff.de tranſa.l.cum hi.§.prætor.Modò ſic in propoſito & in caſu noſtro conſilium alterius poteſt trahere iudicem in contrariam partem:vt.ff.co.titu.l.item ſi vnus.ergo non eſt le-
21 nis ſolennitas.† Ex hoc videtur decidi quæſtio. Ecce: auditores palatij in cauſis de conſilio coauditorum ſententiam ferre debent.Pone,quòd auditor tulit ſententiam ſine conſilio coauditorum:nunquid ſentētia eſt nulla?videtur,quòd ſic,per præmiſſa.¶ Pluries audiui decidi contrarium in cōſilijs Rotæ: quia licet aliâs ſententia ferre non debeant in cauſis probabiliter dubijs, in quibus ſequi debent maioris partis conſilium,& contra illud non pronunciare quoquomodo tamen ex forma commiſſionis hoc non habent: & ideò ſicut generalis prohibitio legis,ne cōtra iuſtitiam ſententiam ferant,nullam non reddit ſententiam.ij.qō.vj.c.ei, qui.§.diffinitiua.ſic nec generale mandatum ſententiam in contrarium latum reddit nullam. ¶ Nec obſtant prædicta: nam loquuntur,vbi per ſtatutum ciuitatis adijcientem iſtā formam iuriſditio datur. Auditoribus verò non datur aliqua iuriſditio:niſi per commiſſiones ſpeciales. vnde fortè, ſi in commiſſione,per quam datur iuriſditio auditori adijceretur iſta conditio,quòd cum conſilio coauditorum pronunciaret in cauſa,fortè ſententia nulla eſſet per prædicta. ¶ Nec obſtat,quòd conditio tacitè ineſt.Et ſic eius expreſſio non videtur facere conditionem, ſeu dare formam: ſed potiùs ſonare in ſolam admonitionem .ff. de tutel.l. muto.§.ſub conditione.ff.de condi. & demonſtra.l. conditiones, quæ extrinſecus.& de lega.j.l.iij.& quod notatur.j̃. de elec. c.ij.& de ſpon.c.vno.lib.vj.per Ioan. Andr.¶ Dico enim,ꝙ hoc caſu præſumerentur appoſita ſtudioſè ad formam nouam inducendam.argum̄.ff.de lega.j.l.ſi ita legatum.§.illi, ſi volet. Et ita aliter exprimeretur, quàm tacitè ineſſe debet. argu.ff.de condi.& demonſtra.l. nonnunquàm. ¶ Puto tamen,quòd illa verba,& iuſtitiam faciat in Auditorum cōmiſſionibus apponi conſueta, non dant in modo pronunciandi auditoribus nouam formam.Patet,quia cum in omnibus auditorum commiſſionibus apponatur,redderet omnes ſententias auditorum iniquas,nullas & appellationibus non egentes:quod eſſet abſonum. Et eſt ratio: quia non ad hunc finem ſunt ſtudioſè appoſita illa verba: ſed ad alium finem,videlicet ad dandum auditoribus pronunciandi poteſtatem,quam aliâs non haberent:vt.s̃.de offi.delega.ſuper quæſtionum.§ porro.verſicu.vnde ſi forſan. prout etiam re vera eſſe ſolebat.Et ita ad alium effectum retorqueri nō debent.ff.ſi cer.peta.l.non omnis.de ordi.cogni. cum dilectus. Facit bene quod notat Innocen. de reſcrip. cum dilecta. in glo.nota ordinem.

22 ¶ † Q V A R T O quæritur.Pone: cauſa eſt commiſſa alicui conſulenda,obijt ille:nunquid eſt committenda alteri,vel nunquid iudex tunc procedat alterius conſilio non requiſito?

quiſito? Quod videtur per ea, quæ, dicta ſunt. ſ. in q. j. Bar. in § ſi plures. allega. dicit, q̀ eſt alteri committenda: vt. C. de nupt. l. ſi coniũctione. Non obſtant quę. ſ. dicta ſunt in prima quæſtione: quia illa ſunt vera, quãdo in diſpoſitione certa perſona producta eſt, cuius conſilio quis vtatur. Quęſtio noſtra loquitur, quando ſtatutum loquitur generaliter. ſ. q̀ feratur ſententia conſilio ſapientum: quod conſilium perire non poteſt: vt. ff. ſi cer. pet. l. quod te. C. ſi cer. pet. l. incendium. ff. ad leg. Falcid. l. in ratione. § diligenter. Et circa prædicta vide multa, quę ponit Spe. in ti. de requiſitione cõſilij.

23 ¶ † QVINTO quæritur: quid ſi compromiſſum eſt in aliquem, vt ferat ſententiam, ſeu arbitrium conſilio alterius ſapientis: an valeat? Et videtur q̀ ſic: quia in iudicijs, cõtractibus, & vltimis voluntatibus ponitur hæc conditio: vt. ſ. viſum eſt. In contrarium videtur caſus. ff. e. l. ſi vnus. § idem Pomponius. vbi, ſi ita compromiſſum ſit, vt quod Titio diſceptatori placet, id Seius pronunciet: non valet arbitrium: quia libera facultas arbitrij ſententię, non eſt futura, eo, q̀ poteſtas videtur collata in placitum Titij, ſiue æquum, ſiue iniquum. Remanet enĩ tunc arbiter ſolo nomine. ff. de inſti. to. l. ſed ſi pupillus. verſ. ſed tunc in totum. ¶ Et de hoc placet quibuſdam, q̃ñ poteſtas confertur in placitum Tertij. Secus dicunt, cum dictum fuit, quòd arbitratu, vel conſilio talis pronunciet. Quia tunc intelligitur, ſi conſilium æquũ fuerit: vt in dicta. l. item ſi vn⁹. § ſed ſi ita. ar. ff. de le. ij. l. ſi fideicommiſſa. § quãquã. Et ita dicebat Oldr. referens, q̀ iſte intellectus erat Hoſt. Dicit tamen Spec. hic, q̀ in Specu. e. titulo. § ſequitur videre. verſ. ſed quid ſi clauſula notauit, q̀ iſta verba cum conſilio, vel de conſilio in tali compromiſſo habentur pro non adiectis: nec tenebitur illius ſequi conſilium. ¶ Dicit tñ, q̀ hoc dicere, eſt contra illa, quę dicta ſunt ſ. poſt Archid. vnde credit, q̀ bene valeret tale compromiſſum: quia non eſt prohibitum, quòd arbiter conſiliũ requirat ſapientum. ſ. e. c. dilecti. de elec. ne pro defectu. & c. cum in veteri. ¶ Et hoc eſt verum, appoſita iſta clauſula, cum cõſilio. ſed appoſita illa clauſula, de conſilio: ipſe credit cõtrarium. Quia ſic ex dictamine, & conſenſu illius tertij, ille arbiter ferret ſententiam, quod lex prędicta prohibet. & notat Inn. de offi. dele. ſi pro debilitate. Pactum enim hoc operari non poteſt, vt arbiter iuſtam ferat ſententiam condemnando, vel abſoluendo: ſed bene, q̀ ſcd̃m iura pronunciet: vt

24 notat Cy. C. e. l. j. in ſecunda quæſtione. ¶ † Subdit, q̀ nunquã conſenſus ponitur pro conſilio, niſi de intentione appareat, ſecundum negotij qualitatem, vel perſonarum: vel alia ratione, ſecundum Hoſt. hîc, & Archidia. lxiij. di. obeuntibus. Bart. in § ſi plures. dicit q̀ gloſſę noſtrę aliter intelligũt. § idem Põponius. & § ſed ſi ita. quã Oldracus: & q̀ dicta opinio Oldraci ſibi non placet. † Nam verbum placet, vel placebit: idem importat, quod verbum arbitratu. Et intelligit de arbitrio boni viri, non de libera voluntate grauati: vt. l. fideicommiſſa libertas. ij. Reſponſo. ff. de fideicom. liberta. vbi relicta libertas, ſi hæredi placebit: intelligitur de arbitrio boni viri, & non de libera voluntate. Tantùm eſt ergo dicere placito, vel arbitrio Titij, quantùm dicere conſilio, vel conſenſu Titij. Nam vtroq; caſu intelligitur de arbitrio boni viri. ¶ In quæſtione ergo ꝓpoſita dicit Bar. aut eſt dictum de conſenſu, vel conſilio Titij: aut de placito, vel arbitrio Titij: & non valet: vt in dicto § idem Põponius. Ratio, quia talis conditio eſt contra arbitrij libertatem, quę eſt, vt arbiter poſſit pronunciare, etiam iniquè: vt. ff. e. l. diem. § ſtatuti. Sed eo caſu auferẽ libertas, aliâs libera poteſtas arbitrio: quia contra illud Titij placitum, vel conſilium, nõ põt pronunciare. Cum talis poteſtas ſit ab homine data: vt dictum eſt. ſ. in. iij. quęſtione. ¶ Aut dictum eſt, q̀ pronunciet conſilio Titij ſimpliciter: & valet: quia ſufficit. q̀ eius conſilium requirat: nec tenetur ſequi. & per hoc non aufertur libera poteſtas. Et hæc opinio tangitur de arbitrio § ſequitur. verſ. ſed quid ſi dicatur. Et ex hoc infertur, q̀ gl. ff. de hære. inſti. l. illa inſtitutio. quæ dicit, quòd poteſt compromitti, vt feraẽ ſententia, prout videbitur ſapienti de iure ciuili: non bene dicit. Nam verbum, videbitur, idem importat, quod verbũ placebit, ſeu arbitratus fuerit: vt in. l. fideicõmiſſa libertas. allegata. in. ij. reſponſo. Io. And. in Speculo ſuper dicto verſ. ſed quid ſi dicatur. dicit, q̀ malè dicit Spec. illa verba de conſilio &c. haberi pro non adiectis. Quia ſaltem requiri conſilium neceſſe eſt, & etiam expediens: vt in. l. quidã decedens. & l. ſi Titium. primo reſponſo. & hac decre. & c. cum in veteri. allegatis. Et ideò ſaltẽ quãtùm ad hoc adiecto eſt vtilis. Refert etiam Guidonem de ſuſaria. in § idẽ Põponius. per proximam rationem tenuiſſe compromiſſum valere: allegans. ff. man. l. idemq́ § ſi quis ea. Subdit Io. An. q̀ conſuetudo approbat cõmiſſa talia valere, prout notat gl. in. l. illa inſtitutio. allegata in ſi. ſecundæ glo. Super hoc vide quæ ſcripſi de offi. dele. ſi pro debilitate. in quinta quęſtione, & ſeq. & quod ſcripſit Nouella poſt Hoſt. infra. e. c. cum à nobis. ſu

26 per vltima gloſſa. vbi aliquid de hoc dicam. † Et æquũ mihi pro nũc prima facie videretur, quòd etiam in illa forma, de conſilio, & aſſenſu, fieret talis interpretatio, quòd illa forma induceret ſolam neceſſitatem requiſitionis conſilij, & aſſenſus, abſq; hoc, quòd ille ſequi neceſſariò teneretur huiuſmodi conſilium, vel aſſenſum ſuæ voluntati contrarium. Ratio mea eſt, quia hæc verba, de conſilio, & aſſenſu, volubilia ſunt. Et licet importent cõiter in hominum diſpoſitionibus, q̀ proſequi illud oporteat: tamen etiam ſecũdum naturam ſubiectæ materię importare poſſunt ſolam requiſitionem abſq; neceſſitate ſequelæ: vt ex præcedentibus patet, prout dixi in fine oppoſitionis. Modò ſubiecta materia, & eius natura. ſ. arbitrij hoc requirit. quia aliter compromiſſum valere non poteſt. & tamen in dubio talis interpretatio fienda eſt: vt res valeat potiùs, quàm pereat: vt. j. de verbo. ſig. Abbate. de priuil. ſi Papa. li. vj. & ff. de ver. obl. l. quoties. Facit conſuetudo, & communis obſeruãtia: quia illa eſt optima legum interpres. ſ. de cõſue. cum dilectus. ff. de legi. l. ſi de interpretatione. & q̃a minimè mutanda ſunt, quæ longam interpretationem habuerũt. ff. de legi. l. minimè. ¶ Nõ obſtat § idem Pomponius. quia ibi non damnatur compromiſſum, in quo actũ eſt, q̀ arbiter ꝓnunciet de cõſilio, & aſſenſu tertij. Sed damnatur illud, in quo actum eſſet, q̀ arbiter iudicet ſcd̃m illud, q̃d Titio placebit. Rõ diuerſitatis eſt, quia in caſu noſtro licet à conſilio, & conſenſu diſcedere, vt iam dixi: quia verba volubilia hoc pati poſſunt. Sed in caſu alio verborum proprietas ab illo placito recedere non permittit. ar. ff. de au. & ar. leg. l. Plautius. in fine, &c.

27 ¶ † SEXTO quæritur, quid ſi partes conſentiant in iudicem ordinarium, vt feratur ſententia, prout videbitur tali ſapienti: & iudex facit: an valet ſentẽtia? & videtur q̀ nõ, per ea, quę dicta ſunt. ſ. de arbitro. ar. ff. de arbi. l. j. Bart. in § ſi plures. determinat contrarium. per. l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. Aliud eſt enim in iudice, qui non habet liberam poteſtatem, ſicut arbiter, ſed habet eam limitatã, & æquatam legibus, & æquitatibus, in authẽ. iuſiuran. quod pręſta. ab his. § j. ff. de pœnis. l. hodie. Inſti. de offi. iudi. in prin. Et ſic non eſt contra ſubſtantiam iudicij. An autem teneatur de neceſſitate ſequi, vt patet ex his, quæ dicta ſunt. ſ. Sed quid ſi dicatur cõſilio, ſeu arbitrio alicuius incerti. Nam iſta adiectio in hoc, quòd operetur, Bar. ſic diſtinguit in § ſi plures. Nam aut loquimur in extraiudicialibus: aut in iudicialibus, & alijs, quæ ſapiunt naturam iudiciorum: vt ſunt arbitria. Primo caſu, aut illius tertij electio competit pluribus, & regulariter non valet, quod agitur: quia poſſum negligendo diſſentire. ff. loca. l. ſi merces. in prin. Et ibi fallit. & ff. de pig. l. ſi fundus. in fi. Et in caſibus in quibus non valet promiſſio incerta, vt. ff. de iure dot. l. cum poſt. § gener. & ibi notatur. & quod notat Barto. ff. de verborum obliga. l. ſi ita ſtipulatus. Si verò electio competeret vni, tunc valeret: quia tunc ceſſat ratio ſupradicta. Secundo caſu principali. ſ. in iudicialibus, & eorum naturam ſapientibus: dicit valere, quia partibus diſcordantibus, vel eligat, vel partes ad concordiam co-

gat.vt.ff.de iureiurand.l.iuſiurandum.§ ſi de qualitate.& de bo.auth.iudi.poſsid.l.in vẽditione.in fine.Et hîc omninò iunge,quæ ſcripſi in.c.ſi pro debilitate in.v.&.vj.q.allegatis.

28 ¶ † SEPTIMO quæritur,occaſione præmiſſorum,qualiter aliquis de conſilio teneatur,& qualiter de mandato,& qualiter de perſuaſione:ſed quia iſta non eſt propriè materia decre.me expedio remittendo ad notata Bar.ff.de iniu.l.non ſolùm.§.ſi mandato.& Dy.in regula,nullus ex cõſilio. Et iunge ea,quæ ſcripſi.ſ.de offic.deleg.c.j.in.iij.primis q.& quæ notantur per Bar.ff.de fur.l.furti.§.ope.& ibi,is qui opem.aſs eſt.l.is,qui.& dicam fortè de homi.ſicut dignum.

29 ¶ † Item occaſione huius:q hîc Papa interpretatur ſententiam arbitri,aggreditur hîc Henricus hanc materiam,qualiter arbiter poteſt interpretari ſententiam ſuam.& dicit, quòd ſic,ſi habet à partibus poſteà expreſſam,& ſpecificam poteſtatem.ar.ff.e.l.non diſtinguemus.§.de officio.&.§.ſi.Et quòd hoc ceſſante adhuc poteſt interpretari,ſeu declarare verba ſuæ ſententiæ,ſeu dicti,incontinenti tamen,& antequàm diuertat ad alios actus.Quia hoc caſu poſſet mutare ſententiam ſuam:quod eſt maius.arg.ĩ.de teſti.cogen.prætereà.ff de hære.inſti.l.ſi ita.vt not.Speculator hoc titulo.§.ſi.verſu,licet autem.arg.ff.e.l.qualem.verſ.vnde videndum. Sed non poſteà & interuallo.ar.huius capituli.Et ita intellige quod Speculator notat.e.ti.§.ſi.verſ.ſed nunquid verbũ obſcurum.& Archi.xj.quæſtione prima.§.ex his omnibus. in glo.adde.¶ Quid ergo,vbi dicunt,q arbiter poſt ſententiam ab eo datam,non poteſt eam interpretari.Et pro omnibus his faciunt ea,quę leguntur,& notantur.ff.de appel.l. ab executore.¶ Supple gloſſas.In gl.ij.ibi:*ſequi*.Et eſt ſimile quod dicitur in vita beati Benedi.c.ij.vbi ſic dicitur:conuocet Abbas omnem congregationem:& audiens fratrum cõſilium tractet apud ſe,& quod vtilius iudicauerit,id faciat. vnde Seneca in libro de vitijs,& virtutibus,dicit:quòd prudentis eſt proprium examinare conſilium.Et ibi:*deliberet*. Pro hoc videtur,quòd compromitti poſsit.ita quòd ſi fiat pronũciatio de conſilio alicuius ſapiẽtis.de quo dic,vt ſcripſi.ſupra eo.c.in quinta quæſtione.& in ſi.Vincentius infra eo.per tuas.Occaſione præmiſſorum quærit Collectarius,quid ſi mandetur executori,quòd mihi prouideat de beneficio de conſilio Titij,qui Titius moritur re integra: nunquid ille executor poterit mihi prouidere? & quid ſi, cum conſilio,&c.¶ Sed iſta proſequar infra ne ſede vacan. c.vno.libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Laici in ſpiritualibus à quibus excludi dicantur:hic multipliciter notatum habes.*

2 *Compromitti in laicum de,& ſuper quibus rebus queat? Et tum num neceſſaria ſit ſuperioris alicuius authoritas,aut permiſſio.*

3 *Clerici,num etiam de prælatorum ſuorum conſenſu ad iudicium ſeculare ſuper rebus ſuis temporalibus proficiſci poſsint?*

4 *Actus quinam in laicum cadere dicantur,& qui minimè?*

CAP. VIII.

Contingit. Breue eſt.Et pars huius de dolo,& contuma.contingit.Collectarius hîc nihil dicit,niſi q remittit ad collecta ſua infra titulo pximo,decernimus.& Lignanus etiam tranſit bene ſicco pede.¶ Expone literam.*generaliter*.per hoc cognoſcitur lex generalis.de quo infra de electione.vt circa.verſ.edicto.in prima gloſ.Nouella.*Spiritualibus*.vel quaſi.infra titulo proximo.c.ſecundo.Hoſtien.*Compromittatur*.bene tamen poteſt eſſe laicus aſſeſſor Epiſcopi.argu.infra.c.j.ſupra eo.dilecti.Cum hoc edictum ſit prohibitorium.vnde & eruditi libertini admittuntur.C.de poſtu.l.ſecũda.Hoſtien.An verò poſsit eſſe tabellio in eccleſiaſticis.*dicet*.nec expedit,Hoſt. *Arbitretur*.in ſpiritualibus,vel eccleſiaſticis,quoad multa, quæ ponit hîc Hoſtien.dicam infra.¶ † Nota primò

1 qualiter laici à ſpiritualib⁹ excludũtur,videlicet quoad multa, quæ hîc ponit Hoſti.Et vide ſuper his Nouellam poſt Goffre.de hære.c.ſicut in vo.Et primò à compromiſſo,vt hîc. ¶ Secundò.& fortiùs à iudicio ordinario,infra tit.ij.§.penul.vel delegato:vt dicit gloſſa.¶ Tertiò à ſtatuto.de conſtitutionibus.eccleſia.de rebus eccleſijs non alienandis.c.ſi. xcvj.diſtin.bene quidem.¶ Quartò ab electione.de elect.ſacroſancta.&.c.Maſſana.¶ Quintò à confeſsione:quia nec obeſt confeſsio coram eis facta.ĩ.ti.j.at ſi clerici.¶ Sextò à prędicatione de hęreti.cum ex iniuncto.¶ Septimò à cohabitatione chori inter clericos.de vita & hone.cleri.c.j.Octauò à computatione in numero canonicorum de inſti.c.ij. ¶ Nonò à decimarum conceſsione,quam nec Imperator facere poteſt.de deci.c.tua.¶ Decimò ab ipſarum participatione,& poſſeſsione.infra de præſcriptio.cauſam.de deci. prohibem⁹.¶ Vndecimò ab omni clericorum coerctione, & exactiõe.de immu.eccle.nouimus.&.c.aduerſus.¶ Duodecimò ab omni ſpiritualium,& eccleſiaſticorum communione,& adminiſtrationę.vnde nec gubernatio eccleſiæ poteſt ei committi.de æta.& quali.c.inter.lxxxix.diſt.iudicatum.Nec Epiſcopus poteſt illum inſtituere ſuum vicarium, vel œconomum,quoad hoc,vt ſuper clericos eccleſias,vel ſpiritualia habeat poteſtatem.xvij.q.vij.in noua actione.de deci.quamuis.Et facit quod dixi de ſyndico.c.vno.¶ Opponitur quia videtur,quòd in laicum de rebus eccleſiaſticis valeat compromitti:vt.ſ.eo.c.cum dilecti.& infra.c.proximo. arg.ij.q.vij.c.nos ſi.& alijs hîc allegatis.in gl.quam pro ſolu

2 tione oppoſitionis.† Diſtinguit Henricus:quia aut quæris, nunquid poſsit in laicum compromitti de,& ſuper rebus eccleſiaſticis merè ciuilibus,& temporalibus:& dic,quòd ſic. ar.huius.c.in eo,quòd tantùm prohibet de ſpiritualibus:qa per hoc videtur concedere tacitè de temporalibus.arg.xxv. di.talis.infra de præſump.nonne.ſecundum Ber.Innocẽ.& Hoſt.hîc.Et eſt caſus.ſ.eo.cum dilecti.& infra eo.expoſita. adeò ſecundum Tancred.Inn.& Hoſt.ſ.e.cum dilecti.quòd in conſenſus iudicis ſuperioris eccleſiaſtici non requiritur. Et exponunt ibi in fine.*Præſertim*.i.maximè.ſed Goffre.exponit ibi.i.tantùm.quia clerici.& perſonæ eccleſiaſticæ nõ poſſunt dimiſſo Epiſcopo adire forum ſeculare:vt.xj.qõ.j. clericum cuiuſlibet ordinis.&.j.de foro compe.ſignificaſti. Et ideò ſecundum eum neceſſarius fuit conſenſus Epiſcopi ordinarij,qui iuriſdictionem habebat ſuper illis.de quibus compromittebatur:vt infra eo.per tuas.in fine.Nec obſtat ĩ.e.expoſita.quia ille dux fuit arbitrator,ſeu amicabilis cõpoſitor,& non arbiter,ſecundum Goſ.ſ.e.dilecti.Sed primam opinionem videtur tenere Archid.in dicto.c.clericũ. in prima gl.Aut quæris,nunquid poſsit non compromitti, de,& ſuper ſpiritualibus rebus:& tunc aut quæris vtrum hoc poſsit fieri ſiue authoritate ſuperioris,ſi authoritate ſuperioris,tunc dixerunt Io.& Vinc.hîc indiſtinctè,quòd ſic. Sed circa hoc ſubdiſtinguit Henricus:quia aut quæris,vtrũ poſsit fieri cum authoritate Papæ:& dic,q ſic,ſiue in ſolũ laicum cum clerico.vt.xxxij.diſtin.c.pręter.§.verum.&.c.ad hoc.cum ibi notatis in gl.arguitur,&c.xciiij.di.c.j.cum ibi notatis.in gl.arg.q Papa.quã gl.multi non habent,& malè inducit no.Arch.de offic.dele.ab arbitro.in.j.gl.li.vj.Facit ĩ.de fo.cõpe.c.ij.j.rñſo.à cõtrario.vbi Hoſt.& Nouel.exponunt ſcdm vnũ verbum Pontificis.i.Papę.qui ſolus hoc cõcedere poteſt.Ad idem.ij.q.v.magnam.&.c.nuſti.&.c.habet hoc proprium.ij.q.vij.c.nos ſi incompetenter.Aut quæris, nunquid hoc poſsit fieri ſine authoritate Epiſcopi,vel alterius inferioris à Papa.& tunc aut quæris,vtrum poſsit cõpromitti in laicum,& clericum inſimul.Et dic,quòd ſic,ſiue ille ſuperior,qui de cauſa cognoſcit,& præſtat authoritatem ſit delegatus,ſiue ſit ordinarius.ar.ĩ.c.proximo.ſcdm Ber.Ion.Hoſt.& Nouellam hîc.& Hoſtiẽ.& Nouellam.ĩ.de præſcrip.c.cauſam.aut quæris,vtrum poſsit cõpromitti in

ſolum

